


A
3
153

Lot # 4 - 8

2 400 40  MADE IN SPAIN

R. 2403

PRAXIS THEOLOGICA DE CONTRA-
ctibus & restitutionibus.

EDITA A MAGISTRO

Michaelis de Palacio, Granatensis Ciuitaten-
sis Ecclesiae Magistrali Canonico, Apud
Salmanticam sacrae Theologiae,
& Philosophiae olim
professore.

Libreria del Carmen Calzados de Granada



Cum Priuilegio.

SALMANTICAE,

Excudebat Ioannes Ferdinandus

D. D. LXXXV.



EL REY.



Or quanto por parte de vos el Canonigo Miguel de Palacios, en la Santa Yglesia de la ciudad de Ciudad Rodrigo, nos ha sido hecha relacion que vos auades hecho y compuesto vn libro yntitulado Praxis Theologica de contractibus & restitutionibus, que era el que presentauades en el qual auades passado mucho trabajo, y se entendia seria de mucho prouecho en la Yglesia de Dios. Y nos pedistes y suplicastes le mandasemos ver y examinar, y estando tal como conuiniessse daros licencia

para le ymprimir y preuilegio para que dentro de veynte años ninguna persona le pudiesse ymprimir ni vender, sin vuestro consentimieto, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por vuestra parte se hizieron las diligencias que la prematica por nos nueuamente hecha sobre la ympressiõ de los libros dispone. Fue acordado que deniamos mandar dar esta nuestra cedula para vos e nos tuuimos lo por bien, y por la presente vos damos licencia y facultad para que vos o la persona que vuestro poder ouiere, y no otra alguna, podays hazer ymprimir el dicho libro que de sufo se haze mençiõ en estos nuestros Reynos, por tiempo y espacio de diez años primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, sopena que qualquiera persona, o personas que sin para ello tener vuestro poder lo ymprimiere, o vendiere o hiziere ymprimir, o vender pierda toda la ympressiõ que hiziere, con los moldes y aparesos dellay mas yncorra en pena de cinquenta mil marauedis cada vez que lo contrario hiziere, la tercia parte para la persona que lo denunciare, y la otra tercia parte, para el juez que lo denunciare, y la otra tercia parte, para la nuestra camara y sifco, con tanto que todas las vezes que ouieredes de hazer ymprimir el dicho libro durante el dicho tiempo de los dichos diez años, le trayays al nuestro Consejo, juntamente con el original, que en el fue visto que van rubricadas las hojas y firmado al fin del, de Miguel de Ondarça çauala, nuestro escriuano de camara, de los que en el nuestro Consejo residen, para que se vea si la dicha ympressiõ esta conforme al original, y se os tasse el precio porque se ha de veder cada volumen, sopena de caer e yncurrir, en las penas contenidas en la dicha prematica, y mandamos a los de nuestro Consejo, e a otras qualesquier justicias, destos nuestros Reynos que guarden y cumplan, y executen esta nuestra cedula, y todo lo en ella contenido. Fecha en Lisboa, a veynte dias del mes de Julio, de mil, y quinientos y ochenta y dos años,

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad
Antonio de Erasso.

MAGISTRI MICHAELIS à Palacio præfatio in praxim Theologicam de contractibus & restitutionibus.



A C E R Ille Deiloquusque vates Zacharias, diuino imbutus spiritu in celebri illo, vatidico hymno, Benedictus Dominus Deus Israel, inter alia, quæ diuinitus effatus est, hoc etiam pronunciauit oraculum. In sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus vitæ nostræ. Ex quibus verbis, duo in primis à fidelibus ob-

seruanda, nos admonitos voluit si Deo tamen nos exhibere satagimus gratos. Alterum quidem est, quod sanctitate nitcamus, alterum vero quod iustitiam colamus. Sanè, si hæc duo synceriter custodierimus, nihil in nobis pro consequendo, æternitatis præmio desiderandum superest. Enim verò, ex sanctitate nos Zacharias admonet, Deicultum, & catholicam religionem, pure à nobis esse custodiendam: In iustitia vero, proximis esse subueniendum, eos non esse lædendos, pacemque cum illis esse seruandam, nos hortatur. ¶ Hæc enim duo, sunt quæ Deus ipse, à nobis maximè exigit. Ait enim, sancti estote quoniam ego sanctus sum: en tibi vt sanctitatem erga ipsum esse habendam præcepit. At iustitiæ non est oblitus, quia iustus est dominus, & iustitias dilexit. Et Zachariæ filius, domini præcurfor, patri concinès, neminem concutiatis, ait, contenti estote stipendijs vestris, militibus eum consulētibus, quid facturi essent, pro vita æterna assequenda respondit: id quod ad iustitiæ cultū spectat. Iam vero, quia ego in lucubrationibus meis præteritis pro modulo meo, Christo opitulante, ea quæ ad sanctitatem obtinendam, enucleaui, quatuor libros sententiarum enarrans: quibus libris ea docuimus, quæ fidei puritatem, & cæteras diuinas virtutes, atque sacramenta concernebant, nunc aliò djuertere stylum institui, vt scilicet ea differerem, quæ iustitiæ ad proximos seruandæ necessaria erant. Et quia huiusmodi iustitia in con-

Albornoz in arte contractuum lib. 1. in prologo.

Albornoz recellit:

Primum iudicium de contractibus est philosophi moralis.

ius periti, scilicet, caesari, & pontificij. Omnesque isti credunt propriam sibi esse sarragine de contractibus disse- rere. Imo etiam quidam iuriconsultus, in libr. quem Hispano sermone edidit iuriconsultorum credidit istud esse pro- prium munus & iudicium, in foro con- scientiae de contractibus iustis, & iniu- stis eripit theologis, & sibi suisque iuri- peritis arrogat. Et nescio si dicere verè possent, imo sibi soli totum hoc negociū tribuit. Quippe existimat se solum iudi- cium hoc ferre posse, vt qui abdita à seculis suo iudicio de contractibus pādīt. ¶ Sūt autem suadele huius placiti. Prima: quia iuriconsultus solus nouit componere contractus: ab ipso namque sunt peten- dae formulae faciendorum contractuum: igitur cū Theologus hāc ignoret formā qui fiet, vt iudicium ferre possit in foro animae de contractibus, siquidem caecus male iudicat de coloribus, quos ignorat, & surdus de sonis, quos nunquā audiuit. ¶ Secundō, quia solus iuris consultus, nouit resolvere contractus iustos, in sim- plices, & in sua principia scit resolvere, vt Emphyteosim resolvere nouit in ven- ditionem, & locationē, & ita de reliquis. ¶ Atqui forsā hoc esset tolerandum dogma, si autor hic in proprijs pedem si- geret, & nō se conferret in aliena. Enim verō si assereret Theologū nescire de cō- tractibus agere in foro iudiciali, donā dū illi esset; quoniam huiusmodi iudicium, non est Theologorum, vt tales sunt: istud namque iudicium iuriscōsulti est, cuius est in foro agere contentioso. Qui- pe qui nouit componere contractus, vt iusti sint in foro exteriori: indeque si for- mula legitima priuentur, quam leges il- lis praescribunt, feret iudicium inanes esse. ¶ Porro metas sibi praefixas transilit dicens, in foro animae esse iuriconsulti iudicare de contractibus. At quis queat horrendum hoc audire dogma? Etenim vt interim taceam de Theologo, vtique iuriconsultus, nō est primus iudex con- tractuum, quantum ad bonitatē, vel ma- litiam moralē ipsorum: hoc est enim pri- mum horum iudiciū, sed moralis philo- sophus. Iuris namq; consultus nō nouit, vt talis iudicare de contractū secundū mo- ralem, sed solum iuxta ciuilem rationem. ¶ Agit enim iuriscōsultus de iustitia, vt

spectat bonū ciuile; at hāc consideratio praexigit considerationem iustitiae se- cundū le quae est philosophiae moralis. Quia ergo de omnibus virtutibus, & vi- cijs moralibus, philosophus moralis con- siderat, & iuriconsultus de iustitia dun- taxat, ideo est particularis scientia iuris ciuilibus facultas, subordinata vniuersali scientiae, videlicet, philosophiae morali: & ab hac illa recepit sua principia vt mu- sica ab Arithmetica, & perspectiua à Geometria. ¶ Vnde Aristot. 3. Rhetori- cap. 3. indicat Alcidamam dicentem legū vallum, ac fossam esse moralem philoso- phiam. ¶ Istis etiam accedat, quod fere omnes contractus sunt iusti ciuilibus, seu iu- ris gētium, exceptis quibusdam mixtis, quae non sunt de iure gentium, sed de iu- re legitimo, seu positiuo; vt sunt Emphy- teosis, cēsus perpetuus, & cēsus tēporalis, & si qui sunt alij: at cōsideratio iuris gen- tiū, est propria philosopho morali; qui de iusto simpliciter agit, & de iusto secū- dum quid. 5. Ethic. cap. 6. & 7. ¶ Idem itē spectat, quod philosophia moralis seca- tur in Ethicē, & economicā, & politicā. Harū prior mores priuatos format, secū- da mores cōponit domesticos, postrema rē publicā administrat; ergo ciuilibus facul- tas, pars est philosophiae moralis. Et qui dē rē publicā administratio, quae est scopus ciuilibus prudentiae, praexigit Ethicē, & economicā: quandoquidē male princeps, administrabit rempu- blicā, cui praest, legibus sanctis, qui nescit suos, & suorum reformare mores, Pau- lo tradēte. 1. Timo. 3. Siquis autē domui suae praesse nescit, quomodo ecclesiae Dei diligentiam habebit. ¶ Praeterea cō- tractus sunt actus humani, igitur vel boni, vel mali, quippe qui neutri non sunt, igitur contractus isti omnes sunt subie- cti morali philosophiae: cuius interest, de morali bonitate vel malitia, differere. ¶ Obijcies forsā leges humanas de his esse, quae submota lege sunt indifferentia, docente Arist. 5. Ethic. ca. 6. siquidē ea lex sancit, quae ex sanctione sunt bona, aut mala: igitur huiusmodi non subdentur morali philosophiae: nam huius est, de virtutibus, & vitijs edisserere. ¶ Re-

Ciuilibus facul- tas subordi- natur philo- sophiae mo- rali.

Leges huma- ae de istis sunt quae lege sub- mota essent indifferentia: ad vi-

ad vicium: vt tēnare quadragesimam ex lege Ecclesiae virtutis est tēperantie & illam violare, est intemperantia. Non enim philosophia moralis solum est de virtutibus, quae suapte natura sunt vir- tutes, aut vicia, vt est prudentia, fortitu- do, magnificentia, liberalitas, furtum, moechia, &c. sed etiam ad ea quae non ex natura sua, sed ex lege redduntur vir- tutes vel vicia. Neque mireris, si hoc de mus legibus, quandoquidem & quiuis hoc idē poterit suis actibus praestare, vide- licet, reddere eos studiosos, qui alioqui erant ex suo genere indifferentes. Nam- que vel carnibus, vel piscibus, aut oleri- bus vesci, ex suo genere est indifferens; ceterum qui vouit abstinere à carnibus, iam fecit abstinentiam à carnibus actū sibi necessarium. ¶ Sicut rem vendere hoc vel illo precio, non est necessarium, at praescribente lege precium, iam fit actus iustitiae. Quia si excedatur praeci- ptum à lege precium, est iniusta venditio & excessus subditur restitutioni, vt post hāc dilucidabitur. Adde istis hāc iuris principia, Honestē viuere, nemi- nem ledere, ius suum vnicuique tribue- re, moralis philosophiae sunt supellex: quia spectant priuatam cuiuslibet boni- tatem moralem.

Existis exploratum euadit facultatem ciuilem subordinatam esse philo- sophiae moralis: ab eaque sua petere prin- cipia ad politicam administrandam gubernationem. Namque praxis ciuilibus actuum subditur praxi morali. ¶ Porro autem, est alia praxis moralis actuum, quae est Theologica, quae est multo praeclearior praedictis: quippe quae est ex Dei reuelatione deducta supernatura- li. Enim vero, Theologus considerat cō- tractus iuxta deducta ex diuinis scri- pturis; moralis vero iuxta deducta ex naturali ratione; iuriconsultus verō, iux- tarationem ciuilem ex legibus ciuilibus profectam. Rursus de contractibus edisserit hic vt spectant ad bonum ciuile, ille verō, vt bonum faciunt contra- hentem. Theologus verō omnibus praest, quia contractus iudicat secundum Dei leges. ¶ Quocirca Theologica praes altius euolat, & in altissimis collocat nidum suum. Quandoquidem contra- ctus, vt ceteros humanos actus confide-

rat, quatenus, vel sunt merita bona vt- tam aeternam parantia contrahentibus, aut quatenus sunt merita mala, digna aeternis supplicijs: si consonant, inquam, diuinae voluntati, aut ab ea dissonant, se- cundum ea quae Deus reuelauit per san- ctas scripturas suis fidelibus. ¶ Hanc pro- fecto rationem hocque libramen contra- ctuū, neque philosophus moralis nouit, neque ciuilibus prudentia affecta est, sed est Theologica diuina ratio, quā solum Theologus asserit; est enim Theologus eo appellatus, quo diuina callet, diu- naque denarrat: & ab ipso ceteri om- nes diuinas debent rationes discere, vt à supremo artifice. Nam sicut coticuri- la probat aurum, ita Theologus probat vere aut reprobat contractus humanos docens ea esse merita bona, vel merita mala, seu peccata Deo ingrata & dig- na aeterna gehenna. ¶ Iuris quapro- pter consultus, si in foro animae tulerit iudicium vsurpat alienum, id est, Theo- logi munus, cuius est dignoscere, si est meritum coram Deo, an offensus: nam que hāc discussio pertinet ad forum con- scientiae. Canonistae autem, si in hanc rem se ingerunt, differentes contractus secundum forum animae, hoc ideo faciunt, quia à Theologis acceperunt: nā que sacri canones, ex diuinis scripturis, & sanctorum patrum doctrinis ex mag- na parte sunt desumpti: extra, de accusa- tionibus, cap. qualiter. ¶ Hinc iam non est exploratum difficile, quam abhorreat à veritate dogma praetactū, iuriconsul- tis tribuens iudicium in foro animae. Et quidem, quando prior ratio rem hanc nō absoluisset, explicatiorē eam faciam, vt magis absoluat. Namque solius Theo- logi est expendere Dei & proximi cha- ritatem. Namq; Theologus, solus nouit, praeterea dei de se diligendo, & proxi- mo differere: vnde Paulus proximi com- mendans charitatem ait, ad Roma. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi, vt in uicem diligatis, qui enim diligit, legem impleuit: & ad Thessa. 4. nequis in negotio circumueniat fratrem suum hor- tatur. Et demum à diuina scriptura non à ciuili prudentia, vel philosophia, vt Deus & proximus sit diligendus peten- dum est. At diuinam enarrare scripturā vnus est Theologus.

Theologia est tāquam coti- cula ad quam probādi sunt contractus.

Quam obrem, ipse est solum librare contraſtus ſi cōtra Deū, & proximi ſunt charitatē. Imo neq; iuris pontificij eſt ad plenū huius fori iudiciū interioris: quoniam Ecceſia nō iudicat de occultis, ideo ea non damnat. At vero ius Theologicū, quod eſt diuinū ius, quod Theologus verſat, occulta haud dubium iudicat, eaque dānat, ſi mala ſunt quamlibet in cōditis ſimis lateant tenebris, in ipſiſque peccatoris ſubſideant arcibus. Adde iſtis leges humanas multa probare, quæ lex diuina, quam Theologus profitetur facile repudiat. Enimvero, dolum in plus, quam dimidio iuſti precij, non reprobant leges humanæ l. i. titul. 11. libr. 5. recopil. l. 6. Titu. 5. part. 5. At Theologica lex hunc dolum damnat, quia exceſſus iuſti precij ſemper eſt iniuſtus, etiam ſi non excedat dimidium iuſti precij, aut deficiat à dimidio iuſto precio, ita quod ſit minus quam dimidium iuſti precij. Idem concubinatum, id eſt, fornicationem ſimplicem non reprobant, ſiue non damnant in ſ. ff. de concubinato, quem tamen ius diuinum ſæpe reprobant Matth. 15. A corde exeunt adulteria, fornicationes, & ſæpe alias. Vt neque vſuras reprehendit. C. de vſuris, quæ omnia diuina lex deſpuit. Ratio namque humana vnde lex humana proficiſcitur fallax eſt, quippe quæ ſenſibilibus rebus hæret, quæ ſæpe nobis imponunt: idco nihil mirum ſi lex humana ſit etiam fallax coram Deo. Quia Luca. 16. quod hominibus altum videtur, abominatio eſt coram Deo. Et Prouer. 24. Sunt viæ, quæ videntur hominibus rectæ, & nouiſſima earum ducunt ad perditionem. Lex autem diuina ex infallibili Dei ſapientia procedens, vt ipſa loquitur, ego ex ore altiſſimi p̄dij, ideo fallere nequit. Inde etiam conſequitur leges humanas variari ſæpe extēporum perſonarum, &c. mutationibus cap. non debet, extra de conſang. & affini. at lex diuina vna ſemper perſeuerat. Quo circa lex diuina corrigere debet leges humanas, quia rectum eſt iudex ſui, & obliqui: & Theologus eſt cenſor humanarum legum, ob eandem cauſam. Vnde Ecceſi. 37. Anima viri ſancti enūciat vera, aliquando magis quam ſeptem circunſpectores, videntes in ex-

Lex Dei ex diuina infallibili que ſapientia procedit.

Ad argu.

cello. Siquidem diuina reuelatio, cui Theologus ex profeſſo incumbit abſque vlla falſitatis ſuſpicionem veritates ſaluberrimas patefacit, multo certius que illas docet, quam omne humanum ingenium poteſt docere.

Argumenta autem quæ commemoratus autor induxit in ſui dogmatis aſſeruationem, multo minoris ponderis ſunt, quā ipſe putat. Primo enim dices iuriſconſultum præbere formam contraſtibus, at vero poſtquam formatus fuerit contraſtus, ſecundum legum rationem Theologi eſt iudicare, ſi in foro ſcientiæ, ille cōtraſtus probandus, an reſpueendus ſit. Secundo dices iuriſconſultum habere principia à philoſopho morali, & quanquam ipſe reſoluat contraſtus mixtos in ſimplices, at ſimplicium contraſtuum, quales ſunt veditio, emptio, locatio, commutatio &c. iuriſconſultus petet principia à Philoſopho morali, vt prædictum eſt. Et vterque horum, vt nouerit ſi contraſtus ſunt probandi ſecundum diuinam veritatem, an deſpuendi, à Theologo diſcant, eſt neceſſe. Vnde apte proverbio fertur, Quod medicorum eſt promittunt medici, tractent fabrilis fabri. Quod ſi iuriſconſultus agit de contraſtibus, ſecundum legum humanarum rationem, & moralis philoſophus ſecundum rectā rationem, diuinus philoſophus, qui eſt Theologus de eis agit, ſecundum diuinam rationem, cui omnia ſubſunt.

Reſponſio arguementorū Albornoz.

Ius eſt prius quam obligatio ad exercendum ius.

CAP. SECVNDVM

Quid ſit ius, & quæ partes eius.



VIA DOCTVS

Theologus cum contraſtū probat, qui eſt ſecundum diuini iuris veritatem, probandus, cum autem reprobatur, qui huic iuris veritati non cōgruit, ideo neceſſum eſt, quid nam ſit ius exponere. Et quidem de natura iuris, quid inquam ſit varia ſunt placita. Quidam arbitrantur eſſe obligationem ad opus obeundum, vt ius naturale ſit obligatio naturalis, ad exequendū opus naturale, vt obligatio ignis ad deurendū eſt ius naturale

Albornoz in prologo. 3 li. de arte cōtraſtuum.

Gerſon reſoluitur.

In ſe la iuſti etia ſpectatur ius.

ræ & obligatio ad opera ciuilia eſt ius ciuile, & obligatio ad diuina opera, eſt ius diuinum. Porro hoc placitum falſum eſt. Etenim obligatio procedit ex ipſa operis iuſtitia, & non operis iuſtitia ex ipſa obligatione. Namque quia iuſtum eſt opus, ideo obligat ad exercitium ſuum: igitur ius non eſt obligatio, imo obligatio ex ipſo iure procedit. Potius ergo dicendum eſt obligationem eſſe conſequiam ad ipſum opus iuſtum, quam quod opus iuſtum conſequatur ipſam obligationem. Vnde quando elemoſynam porrigere eſt opus iuſtitie, videlicet, quando nos arctat neceſſitas fratris extrema, tum obligamur eam porrigere: quando vero extrema neceſſitas non arctat, tunc non obligamur. Quod ſi dixeris, imo quædam ſunt opera quæ ſolum ex lege ſunt iuſta, & neceſſaria, & tunc non prius eſt eſſe iuſtum opus, quam quod nos obligemur, reſpondebis prius natura eſſe iuſtū redditū à lege opus quā quod obligemur: cauſa enim obligationis eſt ipſum iuſtum eſſe opus ſiue ſit iuſtum intrinſece, vt ſunt opera iuris naturalis, ſiue ſit iuſtum extrinſece ab ipſa lege poſitiua.

Alijs placuit ius eſſe facultatē ad aliquid agendum, ſecundum rectam rationem, id quod fuit Gerſonis opinio lib. de poteſtate Ecceſiaſti. conſide. 12. cuius titulus etiam eſt, de origine iuris, & legum. At verò cum omnes virtutes morales, ſint facultates quædam noſtro paratæ mente ad rectē operandum, omnes virtutes eſſent iura. Porro hoc falſum eſt ſe in de iudicabis, quia ius cum ſpectet iuſtitiam, vbi iuſtitia non extat, ibi ius non extabit. At verò temperantia, fortitudo, liberalitas &c. non ſunt iuſtitia, ergo opera iuſtitie quia opus ſolum eſt iuſtum per. commenſurationem ad alterum: at verò opus ſolum eſt temperatum, per commenſurationem ad faciendum: & ideo quod reſpectu alicuius eſt temperatum, videlicet, veſci decem libris panis, & totidem libris carnis, alij non eſſet temperatum, vt de Milone Crotoniate dixit Ariſto. At verò reddere depoſitum ſecundum ſe iuſtum eſt, vt ſoluere debitum ſemper eſt iu-

ſtum opus, quia non eſt iuſtum ex operante, ſed ex illo, ad quem operamur. Non diſſiteor vulgato loquendi vſu, facultatem huiusmodi appellari ius, quemadmodum ex diuinis inſtrumentis literis. Geneſ. 23. Date, inquit Abraham, mihi ius ſepulchri vobis cum, vt ſepeliam mortuum meum. Hoc eſt concedite mihi facultatem, vt in loco veſtrorum ſepulchrorum ſepeliam vxorem meam: ſicut & clericis dicitur eſſe ius, ſcilicet, facultatem colligendarum decimarum. Cæterum quia omnis facultas eſt iuſta quædam poteſtas, & iuſta poteſtas eſt ex iuſti actione, quam operari poteſt, & actio iuſti ſiue iuſta actio eſt ipſum ius, ideo facultas hæc aliunde dicitur ius, ex ipſa videlicet operatione, propterea, ſecundario eſt ius non primario: ſicut etiam leges ipſæ dicuntur iura, vt vſurpatur à gloſſa in cap. conſuetudinis. 11. diſtin. & in cap. Maiores. in verbo, Tota. extra de baptiſmo. & eius effectu. Vnde inquit, vniſormis debet eſſe intellectus in iure: neque eſt admittendus ille intellectus, qui diuerſificat legem, ſeparando cauſam à capite. Et eſt vulgata hæc acceptio apud iuriſtas vocare ius, iura ſcripta: & acceptio hæc non eſt præter rationem, ſi verum eſt, quod ius dicitur à iubendo, quia leges iubent faciendā, ideo dicuntur iura. Cæterum quia huiusmodi leges, iuſtæ ſunt, ſi legitima appellatione appellantur leges; & leges iuſtæ ſunt, quia iuſta præcipiunt, ideo ex iuſto opere, quod iubent appellanda veniunt iura: propterea cui primo & per ſe conuenit denominatio iuris, eſt actio iuſtæ. Propterea pleræque multæ aliæ acceptiones iuris nobis agentibus deo, quod eſt perſe, & primo ius, non ſunt neceſſariæ, videlicet, ea quæ autoritatem denotat, vel libertatem, ſiue licentiam, vt de Ennio dixit Cicero pro Archia, iure ſuo Ennius noſter ſanctos appellat poetas, id eſt, pro ſua autoritate, quæ erat grauiffimi reputari poætæ appellauit ſanctos poætæ. Item ſignificat confidentiam, vt ſuo iure dixit, id eſt confidenter dixit. Nonnunquam ſignificat, neceſſitudinem, vt eſt mihi cum illo ius cognationis, vel ius amicitie. Aliquando verò

Facultas eſt iuſta poteſtas.

Ius pro legiſcripta.

Varie acceptiones iuris

Varie acceptioes iniurie.

pro loco ubi ius redditur, accipitur, aliquando pro iustitia, vt non potui obtinere ius, id est, iustitiā aliquando aduerbia liter, pro digne, & merito, vt iure passus est suppliciu, quia digna factis recepit: Aliquando pro consuetudine, vnde consuetudo appellatur ius nō scriptum: itemq; pro brodio, vt Tereti⁹ in Eunuchō, quo pacto ex iure hesternō panē atrum vorēt. ¶ Porro istis acceptioibus prætermissis, solū est velligadū, quid sit primō, & perseus, apud morales philosophos, id quod etiam iurisconsultis venit proprie appellandum ius, si philosophicē agere volunt. ¶ Scripsit autem Aristote. 5. Ethico. cap. 7. ius communi acceptioe significare emēdationem iniuriæ, vt ius dicamus esse occidere autoritate iudicis homicidam, quia tunc corrigitur iniuria homicidij. Sicut ergo actio iniusta dicitur iniuria, quia est iniusta, eodem modo, & actio iusta eam corrigens, dicitur ius. ¶ At verō proprie, inquit, actio iusti siue iusta ius est. ¶ Distinguit autem iustum, & ius, vt iniuria & iniustum. Nā iustum ait, quoddam esse simpliciter iustum, aliud secundum quid. Primum est, quod lege continetur, id quod est iustum civile, quod scilicet est iustum ad alterum, scilicet, lex ipsa quæ ordinat ciues inter se, & ad bonum civile. Istud verō iustum, aliud est iustum naturale, aliud verō positiuum. ¶ Porro ius distinguitur ab hoc iusto, quia actio iusta non est lex, quæ iubet actiones iustas, vnde potest esse iustum, sine iure. Quippe semper est iustum pacta esse seruanda, at non semper seruantur, & ita de reliquis. Similiter aliud est iniuria, quam iniustum. Separari nanque hæc duo possunt: quia semper de se absolute loquendo iniustū est hominē occidere, quia est contra iustum, naturale scilicet, nō occides; at vero non semper est hominis iniuriōsa occisio. Vnde, vt ait Arist. ius infert iustum, quia opus iustum, est secundum legem iustam siue naturalē, siue civilē, at iustū non infert necessario opus iustū. Item iniuria infert iniustum: quia si est iniuria necessario est cōtra legē naturalē vel positiuā: & esse cōtra legē est iniustū, nō tamē esse iniustū infert esse iniuriā. Quia semper hoc est iniustū occidere hominē generaliter siue absolu-

Quid sit ius perie & primio.

Iustum, Ius, Iniustum, Iniuria.

tē loquēdo, at nō cōtinuō ipsa occisio est iniusta, seu iniuriōsa, quia fieri potest præter intentionē. ¶ Cōtingit autē facere ius, & iniuriā bifariā ex Arist. c. 6. Eth. 5. & 1. Rhe. c. 23. aut perse, aut per accidens. Per se quidem, quando ex intentione fit; per accidēs autem, si nō ex intentione fit: sed necessitate, ignorantia, vel vi, vel metu. Vnde Iacob cognoscēs Liā, nō fecit adulteriū perse, quia illud nō intēdebat: nāq; ignorās inculpabiliter fecit. ¶ Quo circa quicumq; hoc modo facit, siue malū, siue bonū opus, nō perse facit: ideoq; qui furatur, vt mœchetur, nō est dicēd⁹ fur, sed potius mœchus: quoniā nō furtū propter se, sed propter mœchiam meditatur. ¶ Quo circa istiusmodi faciūt ius, & iniuriam materialiter, non tamen formaliter. Enim vero, etsi sit iustū opus secundum se aut iniustum, non tamen denominat apte autorem, nisi scienter illud & sponte præstiterit. ¶ Porro Aristot. 1. Poli. c. 2. aliter finit ius dicens, esse iustū iudiciū & ordinationem ciuiliū societatis: quæ definitio videtur cōprehendere & iustas ordinationes, & opera. ¶ Ceterum per iustum iudiciū intellexit iustum in iudicando, opus: per ordinationem autem ciuilem, intellectū voluit ordinatam gubernationem ciuitatis. Vnde iuxta hanc finitionē, ius est opus iustū. ¶ Et indicat Homerum. 1. Poli. cap. 1. iura dicentē dant natis, & vxoribus, subaudi viros: vbi per iura Homerus voluit cōmodā administrationem vxorum & educationē filiorum, id quod est iustum opus. ¶ B. autē Isidorus. 5. Ery. & referūt verba in decre. dist. 1. c. ius, inquit ius esse dictū quia iustū, & subdit, legē esse speciē iuris. Quæ sanē verba bifariā, intelligi possunt. Aut enim per iustū intellexit opus iustū, vt Arist. meminit, & tūc philosophis rectē consonus est. At vero subdēs legē esse speciē iuris, patefecit, se per iustum nō intellexisse, opus iustū, sed ordinationē iustam. Vnde subiecit, omne ius, aut legibus, aut moribus constat. Quasi apertius dixisset, omne ius aut est legitimū, aut probabilis consuetudo populi. At reuera Irido. nō intellexit per ius opus iustum, id quod est obiectum iustitiæ, quippe iustitia est, circa iustam actionem. Verum, vt etiam dandum, leges, & ordinationes, appellan-

Facere ius & iniuriā bifarium continetur.

Quid ius Iridoro.

Iustū paternū iustū herile, iustum vxorium.

tur iura, quia præcipiunt iustas actiones & vetant iniustas: & hæc quidem acceptio est familiaris iurisconsultis. Et iuxta hoc apte dixit Irido. legem esse speciē iuris: quoniā hoc modo ius est generale nomē, ad legē naturalem, & scriptā, & ad consuetudinem. Quamuis Isidorus sub legis vsu scriptā intellexisse videtur, dicens, legem esse constitutionem scriptam: cum tamen lex naturalis, etiam non scripta obliget, quippe quæ scripta est in tabulis cordis. Et multæ sunt nationes, quæ non vtebātur scriptis, vt Indiolim, & Athiopum bona pars modo. Et ad rationem hanc diuinæ musæ vsurpāt Esa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, disipauerunt fœdus sempiternum. ¶ Vnum, priusquam de partibus iuris differamus, expediam oportet id quod dicere cœperam, duplex, scilicet, esse iustum, & simpliciter, & secundum quid. Quæ vt assequaris, scito ex Aristot. 5. Eth. cap. 6. iustum esse ad alterum, & iustitiam esse quandam æqualitatem. Id quod ex nomine patet: nam iusta dicimus esse æqualia. Vt mensuram esse iustam, quæ est æqualis mensurato: quare inter ea quæ reperiuntur esse idem non est iustitia. Quandoquidem si iustitia proprie est æqualitas nihil sibi est æquale & si iustū est ad alterum non erit quicquam ad se ipsum iustum. Porro pater, & filius, reputantur persona vna, nisi in odiosis: quia pater non portabit, Ezech. 18. iniquitatē filij, neque filius iniquitatē patris. Ideoque in odiosis non censentur in iure idē. Odiosa enim sunt restringenda. I. interpretatione. II. de pœnis. Vnde iustum paternum, quod est inter patrem, & filium, non est iustum simpliciter, sed secundum quid, seu iustum secundum similitudinem ad iustum simpliciter, quod est iustum civile. Quemadmodum enim hoc civile iustum est in reddendo debito ciuitati, & ciuibus, & alijs operibus necessarijs illis exhibendo: ita etiam iustum paternum est in educandis filijs, &c. nisi quod iustum civile est iustum simpliciter, quia est ad alterum, id est, ad civilem societatem fouendam, & ad ciues ipsos. Illud verō, est ad se ipsum: quia filius quando non emancipatur, sed sub patria residet potestate, est quasi pars pa-

tris: ideoque pater occidens filiū, de paricidali damnatur flagitio, quasi si seipsum occideret. ¶ Rursus, quia vir & vxor reputantur etiā in iure vna persona, quia Gen. 2. Erunt duo in carne vna, iustum vxorium nō est proprie iustum. Quippe vir fouens vxorem suam, suam carnē videtur fouere: itidem que & vxor fouēs carnem viri, vnde Paulus, nemo carnem suam odio habet, sed nutrit, & fouet eā. Etsi Aristot. dicat hoc iustum propius accedere ad iustum simpliciter: & rectē, quia dotalia bona, etiā sunt viri, quantum ad vsufructū tamen semper proprietates bonorum dotalium residet apud vxorem, qua defuncta orbata liberis restitui tenetur vir hereditibus vxoris. §. 1. In fili. quibus ex causis alienare licet, vel non. Denique quia seruus item reputatur vnum cum hero suo, nihil enim acquirit seruus sibi, sed hero suo, vnde Dominus acto. 10. Saule Saule, quid me persequeris, seruos suos fideles, reputat Christus, esse vnum secum. Propterea igitur iustum herile, est iustum secundum quid, quia vbi est vnitas, non est proprie iustitia. ¶ Vnde idem dicendū erit de iure, opus enim quod debet pater filio, aut contra, est ius secundum quid, & nō ius simpliciter. Enim vero quod quis amet se, & sua, ex natura est, ideo non eget lege, vt hæc præstet. Nam bruta, sine lege se & sua amant. Natura autē fortior est quam lex, ideo dixit Aristoteles, iustum paternum non esse iustū simpliciter, & iustum vxorium & iustū herile: vnde in præceptis decalogi nullum, est præceptū de diligendo se, sed, de diligendo proximo: quia diligere est naturalissimū, & ideo non eget lege, nanq; vt dicebā, vniuersa etiā irrationalia se amāt & non ex lege: quippe non reguntur proprie lege, sed natura: instinctu: vnde qui se odit plus peccat, quam odio habens alium, quia contra se agit. Quod si obieceris, nonne pater referatur ad filium, & vir ad vxorē, & herus ad seruum? ergo hæc sunt ad alterum, & erit in eis iustum simpliciter. Sunt sanē ad alterum, sed censentur vna persona pater, & filius, & cita de reliquis, vt prædictū est. Inter ea igitur, inter quæ necessaria est lex, iustum statuitur ab Aristote. simpliciter: inter ea autem inter quæ

Quædam per totā reputatur vna apud Philosophos & iustas.

L. 1. par. 4. 13 & par. 4.

Natura est potentior omni lege.

Varie acceptiones iuris.

pro loco ubi ius redditur, accipitur, aliquando pro iustitia, ut non potui obtinere ius, id est, iustitia aliquando aduerbia liter: pro digne, & merito, ut iure passus est supplicium, quia digna factis recepit: Aliquando pro consuetudine, unde consuetudo appellatur ius non scriptum: itemque pro brodio, ut Terentius in Eunuchis, quo pacto ex iure hesterni panem atrum voraret. Porro istis acceptionibus praeter missis, solum est vel ligandum, quid sit primus, & perse ius, apud morales philosophos, id quod etiam iurisconsultis venit proprie appellandum ius, si philosophice agere volunt. Scripsit autem Aristoteles, Ethico, cap. 7. ius communi acceptione significare emendationem iniuriae, ut ius dicamus esse occidere auctoritate iudicis homicidam, quia tunc corrigitur iniuria homicidij. Sicut ergo actio iniuriosa dicitur iniuria, quia est iniusta, eodem modo, & actio iusta eam corrigens, dicitur ius. At vero proprie, inquit, actio iusti siue iusta ius est. Distinguit autem iustum, & ius, ut iniuria & iniustum. Nam iustum ait, quoddam esse simpliciter iustum, aliud secundum quid. Primum est, quod lege continetur, id quod est iustum civile, quod scilicet est iustum ad alterum, scilicet, lex ipsa quae ordinat ciues inter se, & ad bonum civile. Istud vero iustum, aliud est iustum naturale, aliud vero positium. Porro ius distinguitur ab hoc iusto, quia actio iusta non est lex, quae iubet actiones iustas, unde potest esse iustum, siue iure. Quippe semper est iustum pacta esse seruanda, at non semper seruantur, & ita de reliquis. Similiter aliud est iniuria, quam iniustum. Separari namque haec duo possunt: quia semper de se absolute loquendo iniustum est hominem occidere, quia est contra iustum, naturale scilicet, non occides: at vero non semper est hominis iniuriosa occisio. Unde, ut ait Aristoteles, ius infert iustum, quia opus iustum, est secundum legem iustam siue naturalem, siue civilem, at iniustum non infert necessario opus iustum. Item iniuria infert iniustum: quia si est iniuria necessario est contra legem naturalem vel positum: & esse contra legem est iniustum, non tamen esse iniustum infert esse iniuriam. Quia semper hoc est iniustum occidere hominem generaliter siue absolu-

Quid sit ius perie & primo.

Iustum, ius iniustum iniuria.

te loquendo, at non cotinuo ipsa occisio est iniusta, seu iniuriosa, quia fieri potest propter intentionem. Cotingit autem facere ius, & iniuriam bifariam ex Aristotele, Eth. 5. c. 1. Rhe. c. 13. aut perse, aut per accidens. Per se quidem, quando ex intentione fit; per accidens autem, si non ex intentione fit: sed necessitate, ignorantia, vel vi, vel metu. Unde Jacob cognoscens Lia, non fecit adulterium perse, quia illud non intendebat: namque ignorans inculpabiliter fecit. Quocirca quicumque hoc modo facit, siue malum, siue bonum opus, non perse facit: ideoque, qui furatur, ut moechetur, non est dicendus fur, sed potius moechus: quonia non furtum propter se, sed propter moechiam meditatur. Quocirca istiusmodi faciunt ius, & iniuriam materialiter, non tamen formaliter. Enim vero, etsi sit iustum opus secundum se aut iniustum, non tamen denominatur apte autorem, nisi scienter illud & sponte presterit. Porro Aristoteles, Poli. c. 2. aliter finit ius dicens, esse iustum iudicium & ordinationem ciuiliu societatis: quae definitio videtur comprehendere & iustas ordinationes, & opera. Ceterum per iustum iudicium intellexit iustum in iudicando, opus: per ordinationem autem ciuilem, intellexit illam ordinatam gubernationem ciuitatis. Unde iuxta hanc definitionem, ius est opus iustum. Et indicat Homerum, r. Poli. cap. 1. iura dicentem dant natis, & vxoribus, subaudi viros: ubi per iura Homerus voluit commoda administrationem vxorum & educationem filiorum, id quod est iustum opus. B. autem Isidorus, 5. Ety. & referuntur verba in decre. dist. 1. c. ius, inquit ius esse dictum quia iustum, & subdit, legem esse speciem iuris. Quae sane verba bifariam, intelligi possunt. Aut enim per iustum intellexit opus iustum, ut Aristoteles meminit, & tunc philosophis recte consonus est. At vero subdēs legem esse speciem iuris, patefecit, se per iustum non intellexisse, opus iustum, sed ordinationem iustam. Unde subiicit, omne ius, aut legibus, aut moribus constat. Quasi aperius dixisset, omne ius aut est legitimum, aut probabile consuetudo populari. At reuera Isidorus, non intellexit per ius opus iustum, id quod est obiectum iustitiae, quippe iustitia est, circa iustam actionem. Verum, ut aiebam dudum, leges, & ordinationes, appellantur

Facere ius & iniuriam bifariam continetur.

Iustum paternum iustum herile, iustum vxorium.

Quid ius Isidorus.

tur iura, quia praecipiant iustas actiones & vetant iniustas: & haec quidem acceptio est familiaris iurisconsultis. Et iuxta hoc apte dixit Isidorus, legem esse speciem iuris: quonia hoc modo ius est generale nomen, ad legem naturalem, & scriptam, & ad consuetudinem. Quamuis Isidorus sub legis vsu scriptam intellexisse videtur, dicens, legem esse constitutionem scriptam: cum tamen lex naturalis, etiam non scripta obliget, quippe quae scripta est in tabulis cordis. Et multae sunt nationes, quae non vtebatur scriptis, ut Indi olim, & Aethiopum bona pars modo. Et ad rationem hanc diuinae musae vsurpat Esai. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dispersauerunt focum sempiternum. Vnum, priusquam de partibus iuris differamus, expediamus oportet id quod dicere ceperamus, duplex, scilicet, esse iustum, & simpliciter, & secundum quid. Quae ut assequar, scito ex Aristotele, 5. Ethico, cap. 6. iustum esse ad alterum, & iustitiam esse quandam aequalitatem. Id quod ex nomine patet: nam iusta dicitur esse aequalis. Ut mensuram esse iustam, quae est aequalis mensurato: quare inter ea quae reputantur esse idem non est iustitia. Quandoquidem si iustitia proprie est aequalitas nihil sibi est aequale & si iustum est ad alterum non erit quicquam ad se ipsum iustum. Porro pater, & filius, reputantur persona vna, nisi in odiosis: quia pater non portabit, Ezech. 18. iniquitatem filij, neque filius iniquitatem patris. Ideoque in odiosis non censentur in iure idem. Odiosa enim sunt restringenda. I. interpretatione. scilicet de poenis. Unde iustum paternum, quod est inter patrem, & filium, non est iustum simpliciter, sed secundum quid, seu iustum secundum similitudinem ad iustum simpliciter, quod est iustum civile. Quemadmodum enim hoc civile iustum est in reddendo debito ciuitati; & ciuibus, & alijs operibus necessarijs illis exhibendo: ita etiam iustum paternum est in educandis filijs, &c. nisi quod iustum civile est iustum simpliciter, quia est ad alterum, id est, ad civilem societatem fouendam, & ad ciues ipsos. Illud vero, est ad se ipsum: quia filius quandiu non emancipatur, sed sub patria residet potestate, est quasi pars pa-

tris: ideoque pater occidens filium, de patriciali damnatur flagitio, quasi si seipsum occideret. Rursus, quia vir & vxor reputantur etiam in iure vna persona, quia Gen. 2. Erunt duo in carne vna, iustum vxorium non est proprie iustum. Quippe vir fouens vxorem suam, suam carnem videtur fouere: itidemque & vxor fouens carnem viri, unde Paulus, nemo carnem suam odio habet, sed nutrit, & fouet eam. Etsi Aristoteles dicat hoc iustum propius accedere ad iustum simpliciter: & recte, quia dotalia bona, etiam sunt viri, quantum ad vsufructum tamen semper proprietatis bonorum dotalium residet apud vxorem, qua defuncta orbata liberis restitui tenetur vir haeredibus vxoris. §. 1. Insti. quibus ex causis alienare licet, vel non. Denique quia seruus item reputatur vnum cum hero suo, nihil enim acquirit seruus sibi, sed hero suo, unde Dominus actio. 10. Saule Saule, quid me persequeris, seruos suos fideles reputauit Christus, esse vnum secum. Propterea igitur iustum herile, est iustum secundum quid, quia ubi est vnitas, non est proprie iustitia. Unde idem dicendum erit de iure, opus enim quod debet pater filio, aut contra, est ius secundum quid, & non ius simpliciter. Enim vero quod quis amet se, & sua, ex natura est, ideo non eget lege, ut haec praestet. Nam brutus, sine lege se & sua amant. Natura autem fortior est quam lex, ideo dixit Aristoteles, iustum paternum non esse iustum simpliciter, & iustum vxorium & iustum herile: unde in praecipis decalogi nullum, est praecipitum de diligendo se, sed de diligendo proximo; quia diligere est naturalissimum, & ideo non eget lege, namque, ut dicebam, vniuersa etiam irrationalia se amant & non ex lege: quippe non reguntur proprie lege, sed natura instinctu: unde qui se odit plus peccat, quam odio habens alium, quia contra se agit. Quod si obieceris, nomen pater refertur ad filium, & vir ad vxorem, & herus ad seruum: ergo haec sunt ad alterum, & erit in eis iustum simpliciter. Sunt sane ad alterum, sed censentur vna persona pater, & filius, & ita de reliquis, ut praedictum est. Inter ea igitur, inter quae necessaria est lex, iustum statuitur ab Aristotele simpliciter; inter ea autem inter quae non

Quaedam persona reputatur vna apud philosophos & iustitias.

L. 15. par. 4. §. 6. par. 4.

Natura est potentior omni lege.

nō est necessaria lex, nō est iustū simpliciter, videlicet, inter ea, quæ ex natura sua inclinatur; vt sibi consulant & à se depellant malum, vt inter patrem; & filium &c. Iustum autem simpliciter, est iustū civile, id est, lex civilis bono curando necessaria. Neque Arist. modò capit legem civilem, vt est in vsu iuriscōsultorum, pro lege postiuatūm, siquidem sub iusto civili comprehendit iustū naturale, sub quo Aristoteles intellexit quod nos vtitur appellatione vocamus, ius gentium. Hoc namque ius, est civile ius, Arist. quia sine hoc ciuiles societates seruari nequeunt: ius enim gentium, omnibus ciuitatibus seruandis, est oppidò necessarium. At ius legitimum, quod Aristoteles vocat, & postiuum ius, idē est atq; quod iuriscōsulti appellitant ius civile, seu legem civilem, quæ pro varietate regionum, & ciuitatum, & regnorum variatur, vt sub hæc aperiemus. Ex istis perspicua sunt quæ traduntur. In sti. de iniurijs. §. generaliter. vbi traditur, Iniuria dicitur omne, quod non iure fit, specialiter, aliàs contumelia, quæ à contemendo dicitur, alias culpa, alias iniquitas, & iniustitia: & distinguitur in atrocem iniuriam, & non atrocem. ibidē. §. atroc. Tametsi vt aiebā ex Arist. vt actio sit iniuria, nō satis est quod sit iniusta scilicet, vulnerare alium, aut insub? cedere, &c. sed exigitur quod ex intentione id fiat. Tamen In sti. locus indicatus solam actionem iniustam vocat iniuriam. At vero quia voluntate distinguuntur maleficia si præter intentionem fiat iniuria non est dicēda actio iniusta.

CAP. TERTIVM

Quid ius naturale, & legitimum.

simul.

Generali sermone proximo capite expressimus, quid sit ius, docētes, ius esse op^o iustū, quod est obiectum iustitiæ virtutis: id quod dicebamus esse primo, & perse ius. At vero etiam nominari ius tradidimus quod dicitur, & præseribit, huiusmodi ius esse faciendum vnde leges appellatur iura, lex, scilicet, naturalis, ius naturale, & lex

ciuilis, ius civile, & lex consuetudinis, ius consuetudinis. Arist. autē huiusmodi leges, vocat iusta: vnde dixit, esse quoddam iustum civile, quod est ad conseruationē boni ciuilis, & ciuium inter se: & hoc deducit in ius naturale, vt proximo cap. commemorabam, & in ius legitimum. Ius autem naturale, dixit esse idē apud omnes. §. Ethic. cap. 6. At vero. i. Rheto. cap. 13. hoc ius dixit esse commune ius: si quidem per ius naturale intellexit, quod est secundum naturam iustum, quod omnes vaticinantur etiam si nulla sit inter eos societas aut pactum: & similiter iniustum secundum naturam, quod omnes intelligunt esse iniustum, vt furtum, mechia &c. Hoc igitur iustum est cōmune omnibus, quia etiam animalia rationis asymbola eo gaudent, illudque pro sua ratione seruant: prole enim nutriūt, & seruant, & stas temporibus masculi coeūt cū feminis, & se pascūt, & potant, ab iniurijs se tuentur aliorum animalū. Verum hoc idem ius secundum naturā, quod omnes vaticinantur, & intelligūt, vt inquit Arist. vt est inter homines omnes, vocatur ius gentium à nostris, ab Arist. vero ius civile, quippe in omnibus societatibus ciuilibus & oppidis, &c. obseruatur: vnde, sepelire Polynicen iustum esse dixit absolutum Sophoclis Antigona, quasi natura iustum. Non enim nūc, aut nudius tertius, verum semper id viger, & nemo scit ex quo apparet. i. Rhe. 13. Ex quibus verbis, docet Arist. ius naturale esse semper idē, & non esse variabile, esseque nobis natura inditum, quia nullo doctore nobiscū natum est hoc ius: ideo ait Sophocles, Nemo scit vnde apparet. Apparet enim diuino magisterio: quia signatum est super omnes homines lumen hoc iuris; quod est lumen diuinę sapientię: & quod bruta ex naturali appetentia faciunt, homines ex hoc natiuo lumine operantur: & ideo hoc ius non potest fallere, quia à Deo est mentibus humanis inditum. Et non ab re vocat hoc ius iustum absolutū Arist. siquidem cætera quæ appellantur iusta, collata huic iusto, sunt non absolute iusta, sed per respectum ad alia. Namque ius legitimum, siue lex quæuis postiuata est iusta per conuentionem ad ciuitatē vel regnum, cuius est lex; at re-

Ius naturale est commune ius.

Ius naturale est nobis congentium.

Ius naturale est iniustabile.

Ius nature est absolutum, siue iustum, quia apud omnes est iustum.

Jata ad aliud regnum non erit iusta. Vt lex Hispanorum Hispaniæ est iusta, non tamen apud Gallos. At iustum naturale est iustum absolutum apud omnes. Quod si obieceris, Arist. §. Ethic. Vocauit iustum legitimum, simpliciter iustum, quia ergo ratione, in libr. Rheto. solum iustum naturale vocat iustum absolute vel quod est simpliciter iustum. Respon. iustum legitimum est simpliciter iustum, collatum ad iustum paternum, & ad iustum vxorium, & ad ærile iustum, quia illud est ad alterum; hæc vero non item, vt superior sermo satis edocuit. At vero si cōferas iustum legitimum cum iusto naturali, vtique illud est iustū secundū quid, hoc vero absolute iustū. Quādoquidē iustum legitimum, quod est lex humana, est iusta per respectum ad eos, quorum lex, non tamen absolute est iusta. Vt mensura tritici, quæ apud Hispanos est iusta, apud Gallos nō est iusta: leges autem humanæ sunt instar mensurarum. §. Ethico. cap. 6. At vero iustum naturale, vel secundum naturam est iustum absolutum secundum Arist. i. Rhe. cap. 13. quia non est iustū apud istos, & non apud illos, sed est iustū apud omnes. Et quia natura humana est eadem in omnibus secundum essentialia, & essentialia proprietates ita & iustum hoc idem est apud omnes. Præter hæc hoc iustum est idem vbi que locorum: id quod Arist. probat. i. Rhe. loco indicato autoritate Empedoclis dicitur, de iusto naturali. Hoc quidem nō his quidem iustum, illis autem iniustum, sed quod omnibus legitimum & per latum diffusum atherem, ordinatum est & per magnam rursus terram, vt indicat in Meleniaco Alciedamus. Porro Arist. §. Ethic. cap. 6. sibi non constare videtur. Namque ait, naturalia non esse eadem apud omnes. Si quidem est manus dextera est principium, vnde motus animalis secundum naturam; at vero quidam sunt, qui vtuntur sinistra pro dextera, qui dicuntur ambidextri. Adde, quia nō nunquam accidit hominem esse bicipitem, lex digitisque in alterutra constare manuum: quidam nascuntur cæci, alij claudi &c. cum tamen secundum naturam, aliud in alijs accidat duobus, scilicet, constare oculis &c. Item secundum

Ius naturale non solū est immutabile, & à Deo inditum & absolute est idē vbi que gentium.

naturam est quod masculus coeat cum femina suæ speciei, vt alinus cum ælina, canis cum cane. &c. At vero libr. 8. de animalibus cap. 28. in Africa coeūt lupi cum canibus, & geniti canes ex hoc coitu lyciscæ appellantur: & huiusmodi insolentes coitus habet vtitas Africa: vnde & ibi ex coitu vulpium, & canis ferum generantur vulpæferes. Ad hæc ius hoc naturæ non vbi que est idem, quia vt fertur apud Calcutios, oriētales Indos, furtum non est malum, neque adulterium. Rursus apud occidentales Indos vtitatū est vesci carnibus hominum. Responde: Ius naturale quoad quædam, quæ sunt naturalissima apud omnes esse idem, scilicet, quo ad viri & feminæ coniunctionem, quantum ad liberorū nutritionē, & educationem, quantum ad diuinitatis cultum, quia quauis diuersa numina colantur à barbaris nationibus; at verò omnes conueniunt colendum esse diuinum numen, nisi quod erratur in particulari cultu falsi numinis. Item quantum ad venationem piscium, auium, & quadrupedum, cursus, quantum ad repellendam vim illatam, & seruandum se incolamem, item quantum ad vti cibo, & potu, & vestibus, & domicilio &c. quo ad hæc est idem ius apud omnes homines. At vero quo ad alia quæ etiam sunt iuris naturalis, vt non furtum facies, non adulterabis, nō vesci carnibus humanis, &c. non est idem vbi que, sed fere apud omnes: vt duobus fulgere oculis: singulo singulos potiri capite; decē digitis solū in ambabus constare manibus, est quidē fere semper idem apud homines; non tamen semper: & ita alijs monstris, quæ Africa fert: quia Africa semper aliquid noui affert, vt Arist. commemorat loco præinducto. Vt autem hæc monstra rara sunt in natura, & eis obstantibus nihil, ordo nature est fere semper idem in eis idem; ita dicitur tamen rationis recta de non furando, de non adulterando, quæ sunt prima principia in iure natura; sunt fere apud omnes gentes, si autem Calcutij, non hoc dicitur, sed illa adulterij, scilicet, & furtum esse bona dicitur, habent monstra & cæcina, vt etiam dicitur de esu carniū humanarū. Vt enim sunt quidam monstrōsi homines, vt monoculi, bicipites &c. secundum

Varietas in natura.

Iuris naturalis naturalissima.

Iuris naturalis naturalis.

dum naturam. Namque peccatum quod dicitur modo est violentum, quia contra naturam, scilicet, integrum statum & celsitudinem, quia peccatum celsitudinem hominis deiecit, adeo, ut esset similis bestijs insipientibus. Quo circa sancti peccatum esse contra naturam dixerunt: unde & violentum intelligentes, contra naturam integram, quippe iam modo magis est secundum naturam. Virtutis enim studium contra naturam depravata pugnat inclinationem, ideo dominus, Evangelij studiosos violentos vocat, dicens, Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quod circa quia ius gentium, scilicet, divisio rerum, bella, pluralitas vxorum, captiuitates, & quae istis sunt conexa, scilicet, vendere, emere, locare, alioque contractus facere, haec omnia sub lapsa natura acciderunt, ex quibus peccatum originem duxerunt, ideo cum ex violentia peccati ducant originem, ius gentium non est ius secundum naturam simpliciter, sed est ius secundum naturam corruptam.

Peccati & contra naturam & secundum naturam.

Ius gentium est ius non secundum naturam simpliciter sed potius secundum quid.

Quod enim ex violentia habet originem, cur dixerit esse naturale simpliciter? obijciens forsitan, peccatum non intulit violentiam, quia spontaneum fuit. Fatetur non fuisse peccatum violentum voluntati peccantis hominis, sed fuit e contra violentum quia deiecit hominem a sua integritate, & a loco velut natali paradisi expulit in hanc lachrymarum valem. Ius igitur gentium est naturale non simpliciter, sed ut praediximus secundum quid. Porro quod vocat ius nationum, idolorum, potius est naturale simpliciter, quia etiam non peccante homine esset coniunctio maris & foeminae, & prolis educatio, & successio liberorum, in locum parentum: etiam si tum successio non esset per mortem parentum, sed per raptum eorum in caelum, filij in paradiso remaneret communis esset omnium rerum possessio, exceptis vxoribus, summaque libertas, & seruitus nullius vestigium, redditio debiti, quia viri vxoribus, filij parentibus, & isti omnes Deo redderet debitum. Quod vero subdit idolorum, de acquisitione auium, piscium, &c. haec potius pertinet ad ius gentium, siquidem in paradiso nulla fuisset acquisitio horum. Ut neque pecunia restituito &c. Ego ad hanc rationem distinguem ius nationum, & ius gentium. Item ad ius gentium pertinet domorum, pagorum & urbium aedificatio, regniq; administratio. Enim vero post peccatum primitus aedificatae sunt domus, ubi habitaret Adam cum vxore, & liberis, quae est domestica societas. Habet autem partes has, societas haec ex Arist. 1. Poli cap. 1. scilicet, virum & vxorem, patrem, & filios, dominum & seruos. Priorem partem vocat coniugalem, secundam paternam, tertiam dominicam, quartam adiecit acquisitiuam. Et haec vltima continet pastorem, & agriculturam, & praedatorem, seu venatoriam, & piscatorem, & quartam ex ijs compositam: & domum aut fuisse primam hominum societatem. In paradiso, autem etsi erat coniugalis, & paterna pars domus, at nulla fuisset dominica; quia nulla seruitus hominem tunc afficere poterat. Nulla quae fuisset pars acquisitiua: quippe homines si paradysum colerent, non acquirerent victum ex gregibus, aut ex agricultura, aut ex venatione bestiarum, vel ex aucupio auium, vel ex piscatione piscium, neq; ex mercatione, quae est pars acquisitiua praeter naturam, quam induxit ius gentium, ut praedictum est. Domestica autem societas, multiplicata primo, se protulit post peccatum in pagum, & dein se amplauit, in ciuitatem, dein in regionem &c. Unde Cain Gen. 4. legitur primus aedificasse Henoch ciuitatem. & qui ciuitati praefuit primo, appellatus fuit rex ex Arist. dein reges se extenderunt in regiones, quas vocat Arist. gentem. Reges enim sunt introducti: quia quidam ciues praecellentes animi, consilio praestantes & viribus, defendendo suos conciuues, ab hostibus electi sunt in reges suarum ciuitatum, qui mos apud Tartaros huc vsque fertur vigere. At in paradiso nulla esset ciuitas, item neque provincia, neque rex, sed solum esset coniugalis, & paterna societas, victusque ex fructibus arborum fuisset simplex. Esset sane quaedam superioritas, quam gereret parentes erga natos, nulla tamen regia administratio, neque leges ciuiles; sed puritate iuris naturalis gauderent: & iure diuino positio ex vno solo praeecepto ne vescerentur ex arbore scientiae boni,

& mali tenerentur, de quibus haec tenus. Porro autem, obijciat quispiam aduersus praedicta, Vt ius esse malum est ius naturale docens, ut fornicationem simplicem idem ius prohibet; at vero hoc ius non est idem apud omnes: falsum igitur praescripsimus asserentes ius naturale esse idem apud omnes, vel certe si non apud omnes homines, apud maximam eorum partem. At vero apud paucissimos fuit compertum, vsuras esse malas, & fornicationem esse prohibitam: siquidem nunc apud fideles constat, at apud infideles diuersum reputatur verum. Namque Arabes, Saraceni, Iudaei, Indi, &c. vsuras frequentant, & fornicationem simplicem inculpam esse ducunt. Respondet, Arist. tradidisse ius naturale esse quod omnes vaticinantur, id est, quod omnibus est exploratissimum. Unde vocat hoc ius non scriptum. 1. Rhe. ca. 3. & 4. Non quod non sit scriptum in chartis, siquidem nihil vetat hoc ius scriptis de promi, ut decalogus digito fuit Dei descriptus, lapideis tabulis, sed quid hoc mentibus hominum viget, & omnibus est compertum. Nam, ut Paul. ait, ad Rom. 2. gentes quae legem non habent, naturaliter quae sunt legis faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum: ideo vocat ius non scriptum. Neque quia ius consuetudinis, item est non scriptum, ideo est naturale; quippe ius consuetudinis est proprium aliquibus, non tamen commune, ut naturale. Porro haec epitheta celeberrima de iure naturali, de principijs per se notis sunt subaudienda naturalis iuris, quae apprehensis terminis continuo clarescunt: non de conclusionibus, quae obscure colliguntur ex eisdem principijs. At vero fornicationem simplicem esse malam, non continuo patet ex iure naturali, neque cuius nisi sapientibus, post multam indaginem patet. Quandoquidem ratio illa, fornicationem esse malam, quia est contra bonum proles, euadet quispiam dicens, quid si Eunuchus est potens coire? (ut sunt nonnulli potentes coire etsi omnes generare sint impotentes). Coit igitur iste cum femina non sua, ille coitus videtur non esse malus, si ratio est bona, siquidem non est contra bonum proles. Cur

Partes ex quibus constat domus pro contentis in domo.

Reges primo fuerunt ciuitatis vniuersi.

solu in paradiso fuit vnicum ius positium. & mali tenerentur, de quibus haec tenus. Porro autem, obijciat quispiam aduersus praedicta, Vt ius esse malum est ius naturale docens, ut fornicationem simplicem idem ius prohibet; at vero hoc ius non est idem apud omnes: falsum igitur praescripsimus asserentes ius naturale esse idem apud omnes, vel certe si non apud omnes homines, apud maximam eorum partem. At vero apud paucissimos fuit compertum, vsuras esse malas, & fornicationem esse prohibitam: siquidem nunc apud fideles constat, at apud infideles diuersum reputatur verum. Namque Arabes, Saraceni, Iudaei, Indi, &c. vsuras frequentant, & fornicationem simplicem inculpam esse ducunt. Respondet, Arist. tradidisse ius naturale esse quod omnes vaticinantur, id est, quod omnibus est exploratissimum. Unde vocat hoc ius non scriptum. 1. Rhe. ca. 3. & 4. Non quod non sit scriptum in chartis, siquidem nihil vetat hoc ius scriptis de promi, ut decalogus digito fuit Dei descriptus, lapideis tabulis, sed quid hoc mentibus hominum viget, & omnibus est compertum. Nam, ut Paul. ait, ad Rom. 2. gentes quae legem non habent, naturaliter quae sunt legis faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum: ideo vocat ius non scriptum. Neque quia ius consuetudinis, item est non scriptum, ideo est naturale; quippe ius consuetudinis est proprium aliquibus, non tamen commune, ut naturale. Porro haec epitheta celeberrima de iure naturali, de principijs per se notis sunt subaudienda naturalis iuris, quae apprehensis terminis continuo clarescunt: non de conclusionibus, quae obscure colliguntur ex eisdem principijs. At vero fornicationem simplicem esse malam, non continuo patet ex iure naturali, neque cuius nisi sapientibus, post multam indaginem patet. Quandoquidem ratio illa, fornicationem esse malam, quia est contra bonum proles, euadet quispiam dicens, quid si Eunuchus est potens coire? (ut sunt nonnulli potentes coire etsi omnes generare sint impotentes). Coit igitur iste cum femina non sua, ille coitus videtur non esse malus, si ratio est bona, siquidem non est contra bonum proles. Cur

solu quid si vetulus, vetulam, sterilem sterili coeat, item non erit contra bonum proles: si ergo ratio est preemprobia, istae fornicationes non erunt crimina. Adhuc insultabit alius dicens, prolem esse extra rationem coitus unde est extrinseca matrimonio. Vides ne, ut non aperte colligitur fornicationem esse malam ex ratione praesignata? At vero subtiliore afferre erit sapientis admodum: & allata intelligere adhuc sapientia praestabit. Verum est tamen quod obiectionibus propositis, respondere non esset arduum, quia dicerem satis esse quod fornicatio ex maxima parte est contra bonum proles: namque in plurimum sunt obseruanda in materia morali. Unde etsi aliquis prolem nutriat ex fornicatione, ut nutriti Iudas, Phares, & Zarah ex incestuoso adeptos coitu, per accidens istud est: sufficit, quod secundum se est contra bonum proles. Carterum haec disputatio alias a me est ventilata, ideo illi super se deo, Sat sit sciuisse modo, fornicationem esse malam, esse de iure naturali, obsecro tamen: ideo hoc ius non omnes assequitur: quare diuina scriptura rem partem aperitissimam illam prohibens. Item dicit de vsuris: unde olim apud Romanos erant in vsu frequenti. Centenariae autem vsurae, erant exprobratae a populo, quia erant excessiuae. Verum quadrantes, trientes, & semisses vsurae, quia erant moderatores, non erant opprobrio: & nunc Saracenis, Iudaeis, & paganis omnibus non reprobantur: siquidem ratio illa, quod pecunia est pretium rerum, ideo non potest parere pretium, scilicet, aliam pecuniam, non est admodum manifesta, ut sit per se nota omnibus, etsi sapientibus sit nota. Quod ergo dixit Arist. & omnes subscribunt, ius naturae esse commune omnibus, &c. tu subaudi de iure naturae, quod est agendum, vel faciendorum vniuersale principium, aut de conclusione euidenter illata ex principijs per se notis, ut est haec non est furadum. Sequitur enim, nemini est inferenda iniuria, sed qui furatur infert iniuriam, igitur non est furandum. Propterea autem fuit hominibus opprobrio necessaria lex reuelata, & esset sicut lux noctis genuinae lucis. Unde dixit psalmes, quoniam tu illuminas lucernam meam domine.

Fornicatio est contra ius naturae obsecro tamen.

Non omnia iura naturalia sunt communia omnibus.

Vsuras esse malas non est per se notum omnibus.



mine. Nā legem naturalem lux propheticā, Euāgelica, & apostolica illuminat vt, verē de huiusmodi homine tāta luce illustrato, & tot radijs beatæ lucis infuso dicere possimus, lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Enim vero nisi superior lux nostram illustrauerit mentem, in naturalibus cognoscendis & agendis saepe tenebris offundemur, & palpabimus ad parietem, in meridie sicut cæci.

CAP. QVARTVM De iusto legitimo.



IX P R E S S I M V S ius naturale, quid nam esset, quantum satis erat huic nostro instituto, simulque dicebamus, iustum civile deduci in iustum naturale. & in iustum legitimum: ideo priori membro elucidato, posterius diuiditionis membrum superesse differendum. Est porro iustum legitimum, quod Aristot. item alio nomine donat, scilicet, iustum positium: quamuis lib. 8. hetic. 3. cap. 13. iustum secundum naturam, appellat legitimum iustum: at vero 5. Ethico. non hoc nomine donat, sed iustum naturale tantum, & legitimum iustum, ab eo secernit quia non est ius naturale, sed positium. Quod quidem diuiditur in duo, & in ius diuinum positium, & in ius humanum, & hoc in duo, in canonicum, & in regium siue imperatorium ius, siue civile ius. Ius autem naturale est quoddam diuinum naturale, namque lex indita mentibus hominum de facien- dis, aut non faciendis est à Deo indita, vt cap. 3. diximus: hæc autē lex quia est naturalis, ideo etsi diuina est, non tamen est positua, quia quod additum est naturali legi à Deo, appellatur ius diuinum positium sicut quod additur ab hominibus, vocatur ius humanum. Positua enim dicuntur, quia adduntur naturali iuri: nāque ius naturale, vniuersales rationes facientium continet. Ideo fuit operæ precium nouam superaddere legem. Enim vero lex naturalis ostendit sanè Deum esse colendum super omnia: at

Ius positum additur iuri naturali, & quare.

quam ratione sit colendus, & quibus officijs sit placandus, non docet in particulari. Quare adiecit Deus legem veterē demonstrantem quibus nam Deus esset colendus operibus: vt ius quoque naturale non præscribit precia rerū, etiam si cōtractus venditionis, & emptionis & alij cōtractus sint de iure gentium, ideo imposita est lex ciuilibus precia taxans in multis vendibilibus, ita quoque dotes, arthabones, donationes &c. taxat ad legitimā quotam, quæ alioqui naturale ius non taxat, sicut etiam pœnas delictorū & præmia officiorum, & reliqua hoc genus, quæ lex naturæ non definit. Ius porro diuinum geminum est, aliud quidem vetus, aliud nouum. Vetus primus qui scripsit, & tulit fuit Moses, dein propheta illud explicauerunt. Ius verò nouum est Euāgelicum ius, quod Dominus Iesus Christus, proprio ore dignatus est tradere, & Euāgelistæ memoriæ prodiderunt, & sancti Apostoli euulgauerunt in orbem terrarum. Ius porro vetus diuinum, non erat commune ius sed proprium Iudaicæ genti, trahenti genus ex Abrahamo, per Isaacum. At vero ius Euāgelicum, in hoc sapit naturale ius, quod est commune omnibus: non ita eodē modo cōmune omnibus, quomodo est ius naturæ, quod omnes recipiunt, at verò non omnes obediunt Euāgelio: sed eatenus est commune, quatenus omnes tenentur obedire Euāgelio, quia qui non crediderit condemnabitur. Hoc præterea Euāgelicum ius, aliud est speculatiuum, continens fides, aliud prædictum comprehendens sacramenta. Ius autē humanum, vt aiebam, alterum est pontificium, aliud civile. Origo iuris pontificij cœpit ab apostolis: vnde legitimus quosdam distasse canones, quos Apostolorum vocamus, iura autē ciuilia à diuersis habuerunt apud diuersos sua initia, vt dist. 7. cap. Moyses, commemoratur, & cap. fuerunt. Et consuetudo est etiam ius humanum non scriptum, quod videtur valde imitari ius naturæ, quod id est non scriptum, quia consuetudo est altera natura: & maiorē habet vim, quā ipsum ius scriptū, quia potens est ipsum abrogare. Dixit autem Aristot. iustum legitimum, nihil referre, sic, an sic se habeat antequam positum sit, sed tota eius

Ius Euāgelicum est cōmune cōmune emittitur.

Iuris origo.

vis

vis ex impositione pendet. 5. Ethic. ca. 7. id quod celebre illud verbum, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas, quod est principium constitutum leges verbum confirmare videtur. Ceterum diuinum ius ex diuina voluntate procedens rectissima, est itē rectissimum. Namque diuina voluntas, est ratio suprema agentium omnium: verum voluntas humana, quia sepe flectitur in malum, inde & ius ab illa procedens sepe est iniuria. Veruntamen, si euidenter est iniustum, nō est ius, sed tyrannis, aut iniuitas; porro si non euidenter habeat iniuitiam, illi standum est, quousque reuocetur. Et mirum est quod quidam nouus ex iuriconsulto theologus, lib. de contracti. 2. titu. 16. omnino contendit, legi iniuste, vt cumque esse parendum à subditis, siquidem. 1. Petri. 2. Petrus iubet, vt pareamus dominis, etiam discoloris. Et secūdo, quia quod iustum est, sine lege est faciendum. Porro huiusmodi argumenta sunt exiguæ efficacitæ. Namque Petrus non iubet legibus iniustis esse parendum, leges enim non dicuntur discoloris sed homines. Vult igitur quod serui obediāt dominis etiam rebellibus, puta infidelibus. Hoc enim volebat, fideles non excussuros iugum seruitutis, prætextu si dei, sed oportere fideles obtemperare dominis infidelibus. At verò nō docet quod iniusta præcipientibus obediatur fideles. Secundo dices, quod quæ sunt iusta secūdo naturā à lege naturali mandātur, quæ non potest esse iniusta, at quæ sunt iusta ex lege positua, tunc sunt implēda, quādo à lege sunt sancita, nam id tēporis, & non ante sunt iusta, vt Aristot. dudum aiebat. Et quidem lex iniusta præcipit iniustum; si ergo obligat, vt hic ait, obligat quidem ad iniustum opus, at nemo tenetur ad iniustum faciendum opus: quia tenetur solum ad iustum & non potest teneri homo ad duo cōtraria simul. At dices, credit esse ex lege iustum, ideo excusatur, bene quidem: at nulla lex humana potest ad actum interiorem cogere, videlicet, vt credat subditus, esse iustum, quod est alioqui iniustum: igitur si credit esse iniustum, non tenebitur implere. Quid quod, nisi ex conscientia erronea non potest subditus credere esse iustum, quod est iniustum. Et quid,

Albornozius refutatur.

nunquid lex potest hominem obligare vt nō deponat conscientiam erroneam, qua male afficitur? Cōsequenter item docet hic autor, regem posse obligare in foro conscientie, sicut & Ecclesia, cum tamē leges regis obligant in foro conscientie multo aliter, quam pontifex summus. Quia leges regis si obligant, obligant ex parte materiz, nempe, quia bono publico conseruando valde necessaria præcipiunt: vnde transgrediens, est hostis boni publici, vt quod non deseratur arma ad infideles. Aut etiam obligat indirecte ad crimen, puta si lex præscribat precium iustum frumentis vendendis, vt quod tritici modius vedatur vno nummo aureo, & non amplius; qui hoc precii excefferit iam peccat mortaliter; quia vendit rem carius, quam pro iusto precio taxato esset vendenda. At de his hæc tenus, quia in 3. sent. vberius hæc digessimus. Satis sit cōmemorasse papā potiri clauibus regni cælestis, ideo posse directe ligare ad crimē. Ius ergo humanum lege humana constat, & est variabile valde, vt scriptum est ab Aristot. & ad oculum patet. Est enim ius humanū vt mensuræ tritici, & vini, quæ pro varietate regionum, & ciuitatum, & nationū variantur. Ius quoque diuinum vetus fuit mutatum, siquidem per Christi Euāgelium fuit abrogatum vetus, typicum que illud præceptum. At ius Euāgelicū est instar legis naturalis, quippe quod inuariabile est, Domino tradente, Hic calix noui & æterni testamēti. Vbi Euāgelium appellat Christus æternum testamentum: quia quamuis fides euacuabitur, in consummatione seculorum, & sacramenta non erunt tunc necessaria, at verò veritas fidei semper persistet, & sacramentorum operatio, in sanctificatione æterna beatorum æternò resplendet. Varia autem esse humana iura, quæ vniuersa cōtinentur sub iusto legitimo, apertum est, ex Gratiano que dist. locis indicatis. Neque te turbet August. verbū dist. 8. cap. quo iure. Ait enim iure humano solum factam fuisse diuisionem possessionum, at iure diuino domini est terra, & plenitudo eius. At verò nos supra iuris gentium esse diximus, non humani diuisionem rerum, & Iidorus idem con- stituit. Et quidem antequam essent re-

Potestas secularis quomodo obligare potest ad crimen.

Ius Euāgelicum inuariabile.

August. ex ponitur.

ges

ges in orbe, fuit appropriatio domorum, & pagorum, secundum Arist. primo Poli. ut supra est indicatum: & rursus iure diuino etiam fuit distincta Iudæorum possessio, in duodecim tribus Israel. At vero August. intelligendus est, quod cōseruatio diuisionis, fit iure humano: legibus enim defenduntur proprietates possessionum diuisarum, iure vero diuino sunt communia, intellige, iure naturali primario seu simpliciter, non iure naturali secundario. Namque, ut prænotauimus collapsa natura humana, & a natuuo splendore deturbata, itē collapsum est à sua integritate naturale ius, & mutatum est in nouum ius naturæ consonū iam præcipitatæ. Nam alia sunt ministranda alimēta sanis, alia ægrotis: ideo que communitas rerum, quæ sanæ naturæ erat germana, ægrotante eadem mutata est in proprietatem: quia quæ sunt venena sanis, sunt antidota ægrotis: si autem essent omnia communia essent discordiæ & lites, in. l. cum pater in. §. dulcissimi. ff. de leg. 2. ideo proprietates est antidotum cōtra venenum discordiarū.

CAP. QUINTVM

Quid sit contractus, & quæ eius species.

RÆSTRVCTIS quæ prædiximus, de iure, & iusto, quæ videbantur ceu præambula esse ad materiam, quam instituimus Christi munere absolueri de contractibus iam opportunè quaritur, quid nam sit contractus? & quas species habeat? Et quidē contractus, à con, præpositione, quod est simul, & traho, cōponitur, quasi simul tractus. Nā vnus solus trahere ad se aliquid valet, at contra here nisi cum alio non potest. Et quāuis tractio videatur præse ferre violentiam, at verò contractus nullam denotat violentiam, sed duorū extremorum in vnū conuenientiam. Est enim cōtractus obligatio vnus ad alterum ex amborum libero consensu. Quæ diffinitio non est formalis, sed casualis: quia obligatio sequitur ex contractu, ut effectus eius. Vnde de formalior est finitio illa, Est factum, vel actus, vnde sequitur obligatio. Est

autem contractus proprie causans obligationem in vtroque contrahentium, alius improprie solū in vno, ut sub hæc dicitur. Porro si in contractu est aliquod impediens liberum consensum duorum in vnum, contractus esset inanis. Quo circa vis, metus grauis, ignorantia, impedimento sunt cōtractibus, quoniam hæc impediunt, ne liber exhibeatur consensus: quia quæ ex vi, metu, vel ignorantia prodeunt impediunt voluntarium, & faciunt inuoluntarium. At si vel alter non est voluntarius, vel ambo nullum est robur in contractu, quia inuoluntaria non habēt vigore. Vnde dixit Arist. 5. Eth. c. 6. & 1. Rhet. cap. 13. Qui facit iniuriā non sponte, non perse facit iniuriā, ut qui adulterium commisit ignoranter, ut sacra commemorant scripta, de Iacob, cœunte Liam, nō est adulter per se & formaliter, quia non sponte: sicut neq; qui vi faceret, aut metu cadente in constantem virum, etsi metus hic non exusat ex toto culpam. Item qui facit ius, hoc est, opus iustum non sponte, non perse facit ius, neque iustus ob eam causam est dicendus. Nam ut voluntas, & propositum sunt, quæ distinguūt maleficia. l. qui iniuriæ. & l. verū. ff. de furtis. & in ca. cū voluntate de sententia ex cōmunicationis, & electio est, quæ facit hominem studiosum. Quo circa qui non sponte celebrat contractum per se, non celebrat quia inuoluntariē celebrat, & ideo censetur non celebrans. Verum est tamen, quod quæ primò sunt voluntaria, ante quam celebrentur, celebrata sunt necessaria. Nam liberum est vendere, ut emere, at re vendita, non est liberū solvere venditionem. Vnde dicunt iuriconsulti, contractus à principio sunt voluntatis, & ex post facto sunt necessitatis, ut in. l. sicut. C. de actio. & obliga. in. l. in cōmod. in. §. sicut. ff. commod. Est autem exceptio ab istis, quia quandoque quis cogitur vendere, ut habetur. §. fina. Insti. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. Et §. fina. Insti. de donatio. & §. non solum insti. de legat. & l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. funerum. Vbi quis cogitur vendere viam ad sepulchrum. Et verum est sanè, vel in odium dominorū, aut fauore libertatis, aut in fauore religionis, vel in fauorem vltimæ voluntatis

Oportet contractus esse simpliciter voluntarios.

Aliquando contractus voluntarius sit à lege.

vis venditionem, aut emptionem coactam esse ratam. Ceterum hæc coactio, est non à persona particulari, sed à lege introducta in fauorem religionis, vel publici boni, idcirco, nō est repugnandū legi iuste, & qui repugnat, contra rationem facit: quare si eiusmodi inuitus vedit, aut emit, præter rationem, est inuitus. Nā si quis à lege cogitur rationabili, ipse irrationabiliter est inuitus. Quo circa vera est sententia, contractus oportere esse voluntarios simpliciter: quia si quæ ad fuerit coactio ex lege, non censetur coactio, quia qui inuitus emit aut vendit id tēporis irrationabiliter est inuitus. Vnde aliquando accidit, quando frumenta veniunt colligenda in horreū publicum autoritate publica, autoritate etiam publica cogantur possessores ea vendere in fauorem boni publici, itemque ciues cogantur emere & tunc recte coguntur: de qua re post hæc fiet sermo. Cōtractus ergo debent esse simpliciter voluntarij, ex vtroque extremo: quia mutuo consensu celebrantur, ut etiā mutuo consensu dissolui possunt. Sicut enim conueniunt sponte ad contrahendum contrahentes, ita sponte possunt discedere à contractu edito: namque omnis res per quas causæ nascitur, per eas potest solui, ut ergo contrahentes conueniunt ad edendum contractū, possunt conuenire ut discendant à cōtractu: & hic consensus est contrarius priori. Namque prior consensus, erat ad faciendum contractum, & iste posterior est ad dissoluendum; ideoque per contrariā causam soluitur: etiam si vbilibet sit consensus, at duo isti consensus sunt contrarij, ex obiectis contrarijs: & æquipollent huiusmodi consensus posteriores dissensibus: vnde etsi non videantur contrarij isti consensus, sunt tamen. Male ergo quidam iuriconsultus censuit lib. de contract. regulam iuris prænotatam esse fallacem in cōtractibus: quoniam, ut ait, contractus editur per consensum, & non soluitur per dissensum, sed per consensum. Sed quid nonnē isti consensus noui ad soluendum sunt cōtrarij prioribus consensibus & sunt virtualiter dissensus? Est tamē contractus vnus matrimonij, qui semel celebratus consensu, solui nequit amborum coniugum cōsensu. Est autē hoc singulare in hoc contractu, quia Christus re-

duxit matrimonium ad primariū sui in paradiso institutionem indissolubilem. Matth. 19. quia hunc contractum, noluit esse forensem, sed sacrū cōtractum: quippe qui est sacramentum. In alijs autem contractibus, ut consensus contrahentium sufficit edendis, consensus item eorum de sufficit dissoluendis. A deo autem requiritur voluntas libera ad cōtractus edendos, ut contractus non extendant se amplius, quam fuerit voluntas contrahentium. Vt si venditio, aut emptio sunt sub conditione, vel aliquo de retrouendendo pacto, vsque ad præfinitum tempus, illa sunt seruanda: & ita in alijs contractibus. Dixi non temere oportere esse contractus voluntarios simpliciter siquidem potest fieri, esse inuoluntarios secundum quid, quod obstabit nihil contractui. Vt qui debitor est pecuniæ, & non est soluendo vendit domū, quam noluisse vendere, si aliā soluendo esset, ut ille, qui proicit merces in mari non proiecturus, si aliā euadere potuisset tempestatis marinæ imminens periculum. 3. Ethic. capitul. 1. quod quidem etsi est inuoluntarium secundum quid est tamen voluntarium simpliciter. Obseruabis autem esse proprie contractum, vnde exoritur obligatio in vtroque extremo, ut in venditione. Improprie autem quando nō exoritur hæc obligatio, ut in donatione: mutuum vero habet obligationem in mutuatario, itē & in commodato, stipulatio vero in stipulante solum. Item vocant contractum acceptilationem, quando debitum ex contrahentium consensu remittitur a creditore debitori. Ex contractu porro proprio nascitur obligatio in vno contrahentium, & actio in altero. Censent autem iuriconsulti ex obligatione exoriri actionem. Itaque ex mutuo consensu contrahentium editur contractus, ex contractu vero obligatio, & ex obligatione actio. Exemplum est promptū. Ex consensu vendendi domū in Petro, & emendi in Paulo, fit contractus venditionis, & emptionis: & ex hoc exoritur obligatio in vendente ad tradendam domum, scilicet, quam vendit, emptori, & actio in emptore ex hac obligatione venditoris nascitur, ad petendam domum à se emptam.

Matrimonij est sacer contractus.

Voluntariū simpliciter est aliquando inuoluntariū secundū quid

Contractus obligatio actio.

¶ Et rursus emptor ex contractu emptionis, obligatur ad tradendum venditori precium, & ex hac obligatione resultat in venditore actio alia ad exigendum precium sibi debitum iure venditionis rei, quam tradidit emptori.

¶ Est autem actio idem quod ius & facultas, vel iusta potestas, ad petendum, à debitore in iudicio debitum. Quoniam sicut debitor tenetur solvere debitum: ita creditor potest in iudicio compellere, vt sibi solvatur. Et huiusmodi iusta agendi in iudicio potestas, actio nuncupatur.

¶ Ceterum iuriconsultus prænominatus, in suo de contractibus libro in prologo, ridet hanc communem iuriconsultorum doctrinam, tradentem, actionem exoriri ex obligatione. Imo diuersum sapit, & credit se rectissime sapere; non solum hoc dogma, sed & cætera, quæ sibi in eo libro particulariter arriserunt. Inquit ergo obligationem non esse parentem actionis; sed obligationem, & actionem, esse correlatiua, & idem simul esse, & alterum non causare alterum. Itaque ex contractu, tanquam ex causa efficiente hæc duo correlatiua suboriuntur, obligatio in vno extremo, & actio in altero: siquidem in vno contrahentium continuo est obligatio ad alterum, & in eo cui obligatur est ius petendi. Et quia actor habet ius petendi, alter tenetur, debitor, scilicet, solvere.

¶ Probat primò; quia non possumus considerare obligationem, sine actione, neque contra, igitur sunt correlatiua.

¶ Probat secundo: quia nullus effectus destruit causam suam; at actio destruit obligationem; igitur non resultat ex obligatione. At verò mirum est de hoc autore, qui videtur ignorasse naturam correlatiuorum, quæ simul se ponunt aut simul se intermunt. Nam si pater est, filius est; & si pater non est, neq; filius. Non ergo existentia vnius correlatiuorum, destruit alterum, imò necessario illud ponit. At actio secundum hunc autorem, destruit obligationem, igitur non est actio correlatiua obligationis. Et quod secundo infert, nihil est ficti, quia sæpe effectus destruit causam suam. Multa enim & assidua concoctio ciborum

stomachum destruit: & scisio frequens gladium hebetat, & nimius coitus hominem interficit, nam exungit vitale humidum, & filius aliquando occidit parentem: & viperea proles, vt multi existimant, nisi exire, viscera parentis corrodendo, parentem perimit: & sunt ad hanc rationem alia non pauca. Ideò etsi effectum dicamus esse actionem obligationis nihil miratur dignum, si destruat, si tamen destruit: siquidem obligatio, in vno extremo, & actio in altero est; at vero hæc duo possunt diu esse, absque eo quod se destruant. Etenim si actor nihil vult agere contra creditorem, nulla erit destructio. Quod autem destruit obligationem non est actio, sed ipsa solutio debiti, per hanc enim & obligatio, & actio extinguuntur. Item in matrimonio semper perseverant & obligatio, & actio; & nunquam se ex toto destruant. Quod autem ait, non potest esse obligatio sine actione, neque contra, imò neque considerari, ideo quæ vult esse correlatiua, falsò colligit, siquidem obligatur quilibet homo se seruire, & defendere, se fouere, & alere, at nulla est actio huic obligationi respondens. Quod si dixerit, se facere verba de obligatione in contractibus inuenta, nihil satis est, posse nos considerare obligationem in vniuersali sine actione correspondente: & hic autor in prologo. 3. libri, testatur ius naturale esse obligationem quandam, quam vnaquæque res naturalis habet ad obeundam suam functionem: hæc sanè est obligatio, ipso annuente, & nullam habet correlatiuam actionem. At verò si obligatio, & actio essent correlatiua, fieri non posset, alterum intelligi sine altero: nunc autem etiam si non possumus intelligere actionem sine obligatione, verum obligationem sine actione intelligere conceditur. Quamobrem non sunt correlatiua, quippe correlatiua sunt simul natura: & existentia vnius statuit alterum, & non existentia vnus infert aliud non esse. At hic autor credit, quod actionis existentia destruit obligationem: quo pacto igitur erunt correlatiua? Quo circa recta est assertio communis, iuris consulti iurum obligationem esse parentem actionis: vnde non sunt simul natura,

Effectus autem quibus destruit causam suam

Actio consequitur natura obligationem.

Iustitia commutativa & distributiua.

Obligatio sine actione potest considerari & non actio sine obligatione

Contractus lucratui & onerosi.

Iustitia commutativa seruat proportionem arithmetica.

Correlatiua sunt simul natura.

tura, vt correlatiua, sed obligatio est natura prior, quam actio, quia est vniuersalior ad hunc sensum, quod in pluribus est obligatio, vbi non est actio & nequit esse actio nisi habeat obligationem vnde exoritur, at de istis satis. Interim tamen scito, quod si obligatio est realis, itè & actio, si personalis, item & actio, si mixta, item & actio. Sunt autem contractus diuidendi aut per specificas differentias, aut per proprietates specificas: & hoc vltimum enodabimus prius, quia hæc diuisio quodammodo patefacit omnium contractuum qualitatem. Est igitur obseruandum ex Aristotel. 5. Ethic. capitulo 4. ex eo iniustum esse contractum, quia alter contrahentium, ex contractu reportat lucrum, & alter damnum. Nam tunc est inæqualitas in contractu: & idem est contra iustitiam commutatiua. Est enim gemina iustitia; alia distributiua, eò dicta, quod seruat æqualitatem in distribuendis publicis officijs, secundum rationem meritorum: alia vero commutativa, & hæc seruat æqualitatem, in celebrandis contractibus: siquidem per iustitiam commutatiua lucrum est auferendum ab eo, qui lucratur ex contractu, & tribuendum ei, qui passus est damnum: & tunc erit æqualitas. Vt si secueris lineam in partes duas, in maiorem, scilicet, & minorem, in æquales sanè sunt partes, at verò si excessum vnius partis, addideris alteri, erit tunc æqualitas. Si ergo quispiam rem suam valentem secundum communem æstimationem decem, vendit pro duodecim vendens lucratus est duo, & emens recepit damnum in duobus: iustitia autem commutativa aufert duo à lucrante & tribuit ei qui passus est damnum: & fit æqualitas & iustitia in contractu. Vnde Aristotel. ait, iustitiam commutatiua inuenire medium inter contrahentes secundum proportionem arithmetica. Nam si Petrus, verbi causa, habet sex, & Paulus item sex, si à Paulo auferuntur duo, iam Petrus habet octo, & Paulus. 4. Est autem sex medium arithmeticum inter 8. & 4. quia quantum excedit ab octo, tantum excedit quatuor. Si ergo iudex abstulerit duo à Petro & tribuerit ea Paulo, tunc erit æqualitas inuenio medio

ex senario: & tunc nullum erit lucrum, neque damnum. Itaque contractus quidam sunt non lucratui, vt est venditio, emptio, locatio, permutatio &c. Siquidem nullum est lucrum in emptione iusta, & venditione. Quandoquidem si venditor acquirit pecuniam alterius, vtique non lucratur, quia tradit alteri rem suam: & si emptor acquirit rem alterius, tradit pecuniam suam: & in locatione, si vsus rei alienæ, vel fruitio adest rei locatæ, est redditio precij pro vsu. Et in permutatione item non est lucrum, quia est æqualitas rei, ad rem; & in deposito depositarius si acquirit quicquam ex deposito obligatur rem depositam custodire &c. Itaque nihil lucri est in istis contractibus, quia lucrum est plus habere boni, quam est secundum legem habendum, & damnum, est minus habere boni aut plus mali quam esset habendum. Item eadem ratio est in quasi contractibus, quia si quis alterum vulnerauit, vulneratus habet damnum, & vulnerans censetur habere lucrum: vnde iudex per commutatiua iustitiam, reducet ad æqualitatem, tollendo lucrum ab ipso, qui iniuriam fecit, & damnum ab eo qui passus est: id quod fiet puniendo iniuriantem, aut aliàs recompensando iniuriam.

¶ Igitur contractus dicuntur non lucratui, sed onerosi; quia in omnibus ipsa æqualitas, quæ seruanda est in contrahentibus, est onus ipsorum contractuum. Verbi gratia, in venditione transit res vnus, in dominium alterius; at transit cum suo onere: quia non transit gratis, sed ex iusto precio: & item transit precium ementis in dominium vendentis, cum suo tamen onere: quia propter rem translata & ita de alijs. Alij verò vocantur contractus lucratui, & non onerosi, vt est contractus donationis. Et enim, qui recipit donum lucratur donum, & gratis citra vllum onus, quia si esset onus, non esset liberalis donatio. Etenim contractus isti non sunt secundum iustitiam commutatiua, ideo in eis non obseruatur in contrahentibus æqualitas, sed sunt secundum liberalitatem, aut magnificentiam.

¶ Quo circa, etsi donans, minus habet, &

Contractus lucratui.

Contractus
quidam secun-
dum iustitiam
commutativam,
alij secundum
liberalitatem.

recipiēs donum, plus habet, nihil est in-
iustitiae: quia liberaliter fit: & non secun-
dum iustitiam fit: siquidē hoc habet con-
tractus donationis, vt edatur secundum
liberalitatem: non obseruata æqualitate
iustitiæ. ¶ Et quauis Aristot. lucrum vo-
cet, excessum ab æqualitate, & dam-
num defectum ab æqualitate iustitiæ,
cæterum hoc verum est in contractibus,
qui secundum æqualitatem iustitiæ cõ-
mutatiuæ celebrantur. Et ideo in con-
tractu lucratiuo, est lucrum vnius, scilicet,
recipientis, citra damnum largien-
tis: nam damnum est, quod fit contra ius-
titiæ æqualitatem: at donans sua alte-
ri, non facit contra æqualitatem iustitiæ,
sed secundum liberalitatem, vt is, qui
pergit elemosinam pauperi.

Diuisio con-
tractuum.

Primo autem de contractibus onero-
sis, erit in situendus sermo, & deinde de
lucratiuis. Antequam autem hos, vel il-
los de narremus aduertere erit opportu-
num, quosdam esse contractus reales,
alios personales, alios mixtos. Et appel-
lantur reales quando res ipsa, quæ ven-
it in contractum præcipue subiecta ma-
net, siue obligata, vt in venditione, &
emptione, in permutationibus, &c.
Quando autem persona obligatur, &
non res, contractus appellatur persona-
lis, vt in fidei iuribus. Quando vero
vtrumque & persona & res, mixtus ap-
pellatur contractus. Est autem duplex mix-
tio contractus: aut quando vnus contra-
ctus sapit naturam duorum, vt Emphy-
teosis venditionem, & locationem: aut
quando miscentur in contractu res, quæ
obligatur, & item persona, vt sæpe ac-
cidit in contractibus obligare perso-
nam, & bona præsentia & futura. Quæ
vt planius assequaris, obseruato, in con-
tractibus esse saltem tria, duo extrema,
scilicet, contrahentes, quos dixeris duo
extrema, etiam si plures duobus conue-
niant ad contrahendum. Vt quando ca-
pitulum, aut vniuersitas, aut res publica
contrahit cum alijs, vel alio, semper re-
putantur duo contrahentes: quia sunt
duo extrema contractus vt in venditio-
ne vendens, & emens. Item est res, de
qua contrahitur: & in venditione item
est quartum, scilicet, precium, sub quo
contrahitur. Quando ergo in contractu
præcipue agit de re, quæ transfertur in

alterius dominium, est contractus rea-
lis. Quia quauis in contractu reali, vt
in venditione, etiã persona vendens ma-
net obligata ad tradendum in dominium
emptoris rem venditam, vt emptor ad
conferendum precium; cæterum in hu-
iusmodi contractu præcipue agit de
re quæ venit in contractum, videlicet,
de domo, vel agro qui venditur, aut de
re, quæ permutatur in permutatione,
vt fit æqualis permutatio, aut de re quæ
deponitur apud depositarium, vt cus-
todiatur.

¶ Porro si res præcipuus non est scopus
contractus, sed persona, inde trahit no-
men contractus personalis. Vt in fidei
iuribus, fidei iussor est qui tenetur solu-
uere: & si continuo soluit, assentit ad fi-
dei iurisdictionem. In contractibus autem mix-
tis vtriusque, habetur ratio, ideo mixti ap-
pellantur. ¶ Ex contractu autem reali
exoritur obligatio realis, vt ex contractu
personali, personalis, & ex mixto mix-
ta: & rursus ex obligatione reali actio rea-
lis, & ex obligatione personali, persona-
lis, & ex mixta, mixta. Diximus autem
supra actionem à iuriconsultis aliter
vlturpari, quam à philosophis. Si quidē
illis actio est effectus, vt procedit ab agē-
te, cui respondet passio, quæ est idem ef-
fectus, vt recipitur in subiecto: illis vero
actio est ius vel facultas petendi sibi de-
bitum in iudicio. ¶ Ex prædictis collige
contractus quosdam esse simplices, qui sim-
pliciter habent naturam, vt venditio, emptio,
locatio, permutatio, impignoriatio, &c.
alij vero naturam mixtam fortiuntur,
quippe ex duobus simplicibus compo-
nuntur, vt est emphyteosis, & cen-
sus redimibiles, vt ex dicendis clarius
elucescet, quando singulatin eorum na-
turas Christo Domino duce perscrutabi-
mur. Omnes autem contractus reales,
& personales, simplices, sunt de iure gen-
tium; ideo sunt antiquissimi eorum ho-
minibus; at compositi introducti sunt à
iure civili: vnde in diuinis literis, quæ
sunt omnium antiquissimæ, mentio fit
contractuum simplicium, & non com-
positorum. Multifariam autem potest
deficere ratio contractus: aut ex defectu
contrahentium, aut ex defectu rei, quæ
contrahitur. Ex contrahentibus quidē,
si ipsi sunt inhabiles ad contrahendum.

Contractus
realis quid
sit in & perso-
nalis.

Actio aliter à
philosophis,
quam à iuri-
consultis vsur-
patur.

Contractus
ab intrinseco
quassatur &
ab extrinseco

Sunt

Sunt autē inhabiles, aut quia nō sunt sui
iuris, vt serui, monachi, vxor, filij qui
sunt sub patria potestate: aut quia nō ha-
bent liberi arbitrij vsum, vt sunt mente
capti, infantes. Filij porro familiars, etiã
si sint sub patria potestate modo sint do-
li capaces, suo potestate iure, possunt quosdam
celebrare contractus: quando quidem
possunt ducere vxorem, possunt que in-
ducere cucullam, etiam repugnātibus pa-
rentibus. Et quo ad huiusmodi, etiam si
sint fauorabiles, non reputantur vna per-
sona cum parentibus, vt neque in odio-
sis vt supra tradebamus. ¶ Cæterum in
contractibus alijs ciuilibus sunt inhabi-
les ad contrahendum; quia neque eme-
re, neque videri, &c. possunt inuitis pa-
rentibus, aut tutoribus sub quorum po-
testate agunt: quia ius civile in fauorem
eorum hoc introduxit. ¶ At verò quia
matrimonium est in remedium fornicati-
onis, & religio est maximus Dei cul-
tus, ideo quo ad hæc filij familiars sem-
per sui sunt iuris. Item contractus labi-
tur ex defectu rei contrahendæ, puta, si
aliena est res, verbi gratia, quæ venditur,
si sacra, si religiosa, si publica: item ex
excessu vel defectu precij, vt in vendi-
tione si venditur res vltra medietatem
iusti precij, aut citra. ¶ Rursus ab extrin-
seco potest contractus quassari; puta si
ius civile, vel canonicum, aliquas intro-
duxit solennitates pro venditione seruã-
das, si non seruantur, vt in cap. hoc ius.
ro. q. 2. & in clemen. r. de rebus Ecclesiæ
non alienandis. Et in cap. i. eodem titu-
lo. lib. 6. Sunt enim quædam formæ tra-
ditæ à iure ad alienandum res Ecclesiæ,
vt in dicto capi. hoc ius. & in capit. si quis
episcopus. Et. 12. q. 2. capi. placuit & in
c. alienationes. c. abbatibus & c. sine ex-
ceptione. Quæ formæ si præmittuntur,
est nulla alienatio, etiam si fieret, in
casu licito, & permissio. Huiusmodi igitur
vitiant contractum, ab extrinseco: at
verò inhabilitas contrahentium, aut rei
cōtractu de ineptitudo, aut precij inæqua-
litas, hæc ab intrinseco vitiant cōtractū.

Vt autem paucis colligamus, quæ hæc
tenus tradidimus, loquendo de contra-
ctibus proprijs & improprijs, contractus
quosdam diximus reales, alios persona-
les, alios reales simul atque personales, &
hæc diuisio fit per differentias essentia-

les. Item alios esse onerosos, alios lucre-
tios: & hæc diuisio est per proprie-
tates specificas: item alios simplices,
qui sunt principia compositorum: alios
compositos, qui ex simplicibus coale-
scunt. His diuisionibus iuriconsulti ad-
dunt alias diuisiones, videlicet, quosdam
esse nominatos, alijs innominatos. Est
autē hæc diuisio per accidentalem diffe-
rentiam: nam nomine gaudere, aut illo
orbati, naturam rei non variat: idē enim
sibi est quod nominatur, etiam si non no-
minaretur. Est enim nomen accidens rei,
adueniens ex mente imponētis illi nomi-
nem enim nō largitur naturam rei no-
minatæ, sed illam exponit, si tamen est
congruum naturæ nomen. Sunt autem
nominati contractus, qui nomine potiù
tur, vt fidei iussio, Hispanè fiança, quan-
do, scilicet, homo ad alterius debitum, se
obligat soluendum: & item pignoriatio,
Hispana voce, peños olim dicebatur, mo-
do verò prædas: itē hypotheca. In pigno-
ratione autē pignus traditur à debitore
creditori, retineturque à creditore, cui
quidam fidei iussor soluēdi à debitore debi-
ti. Vt si quis mihi dedit mutuo decem au-
reos, depono in pignus apud mutuante
vas argenteum, quod retineat ipse quous-
que debitam pecuniam solvam. ¶ In hy-
potheca verò res, quæ consignatur ad
hypothecam, est item debitoris; at verò
non traditur creditori, sed persistit apud
debitorem, obnoxia tamē creditori pro
soluendo suo tempore, pretio, vel alijs.
Nominatur item alius contractus com-
pensatio: & est quando debeo alicui cen-
tum, & ipse mihi totidem ex alio contra-
ctu debet, & debitum soluit debitū, quia
vnum rependitur pro altero. Alius con-
tractus nūcupatur cessio bonorum, quæ
do debitor non est soluendo, neque habet
fidei iussorem, neque pignus &c. & quia
non est soluendo cedit omnibus suis bo-
nis in fauorem sui creditoris. ¶ Est item
alius, qui est donatio: & hic est contra-
ctus realis, nam priores enumerati viden-
tur personales: quia res, quæ interuenit,
siue pignus, siue hypotheca, est vt debi-
tum personale certo soluitur. Donatio
autē est contractus realis transferens
dominiū rei proprie, in potestatem alte-
rius, nullo interueniente pretio, aut ciui-
li obligatione. Voco ciuili obligationē,

Diuisio con-
tractuum per
differentias
accidentales.

Fidei iussio.

Pignoriatio.

Hypotheca.

Compensatio.

Cessio bono-
rum.

Donatio.

Ciuilis, & na-
turalis obli-
gatio.

ex qua quispiā à iudice compelli potest, ut soluat quod debet: nā est alia obligatio naturalis, per quā nullus potest cōueniri apud iudicē, ut soluat. Ut dominus, qui defensus est à famulo, ne periret, habet obligationē naturālē, ad rependendū incolunitatis beneficiū sibi collatū à famulo, quē repositio vocatur, antidorā, siue remuneratio. At vero huiusmodi obligatio nō est ciuili, quia nō potest conueniri de beneficio hoc ante iudicem, ut illud rependar, coactus à iudice. Tamen si illud rependerit, exhibens famulo præter stipendium famulitiū, quod tanto obsequio correspondebat, nō potest repeti à domino, corā iudice: quia obligatio naturalis, non potest cōpelli, ad solutionē debiti scetidū illā, ad semel solutū ex illa debitū, repeti non potest. Propter naturālē igitur obligatiōē, possumus donare, & nō amittit nomen donationis, quippe gratis donatur, quod nō ex ciuili debito, sed poti⁹ naturali donatur: verū quod exhibemus propter ciuilem obligatiōē, nō est donatū, sed ex iustitia cōmutatiua solutum. Vnde dicebamus supra donationem esse contractum non ex iustitia cōmutatiua, sed ex liberalitate, vel magnificencia procedentē. Porro est alter contractus, qui propter pecuniæ precium interueniens, trāsfert dominium, & hic est venditio; cui opponitur correlatiuē emptio. At in illis contractibus sub vno correlatiuo intelligimus aliud breuitatis causa. Porro si nō interuenit precium pecuniariū, sed trāsfertur dominium rei, pro re, ut domus, pro vinea, vocatur permutatio, Hispanē, trueque. Contingit autē, quod per contractum non trāsfertur dominium, sed est traditio rei quæ deponitur apud aliquē, quæ traditio est vsq; ad certum tempus: quæ si nō est ad vtilitatē recipietis sed in vtilitatem tradentis hic cōtractus vocatur depositum. Si autē est traditio rei aliene in vtilitatem recipientis, fit duobus modis, aut fit ex obligatione reddendū idem numero, quod traditum est: & hic contractus vocatur commodatio, ut si commodato dederit, vel vas vel vestem, & id genus alia. Aut fit ex obligatione reddendū idem speciei: & hic contractus vocatur mutuum: meti vterque cōtractus Hispanam appellationē vnā habet, videlicet, prestar, vel emprestar. Vn

Permutatio.
Depositum.

Commodatum.
Mutuum.

de si mutuo dedi centum aureos horū est dominus mutuatarius, at tenetur, à qui pollentes reddere nummos, non tamen eosdem numero. ¶ Porro si quis, qui accipit alienum in suam vtilitatem, & vsū & pro sua vtilitate precium offert danti eam hic est alter contractus, quippe non est commodatio, quæ gratis celebratur, & etiam non est mutuum, id quod item gratis debet fieri. ¶ Et nihil denum in huiusmodi contractibus, pro rei vsu, ut in commodato, aut pro pecuniæ dominio, ut in mutuo, datur. ¶ Porro, vocatur cōtractus locationis, Hispanē, alquilar: quāquam sermo antiquus Hispanē, vocabat hunc contractum, loguero, ut liquer ex. li. fori, & partitarum: & isti omnes contractus in hoc vno conueniunt, quod sunt temporales. ¶ Veruntamen est alius contractus, qui vocatur Emphyteosis, qui est veluti locatio quædam perpetua, siue ut Hispanē dixeris arrendamiento perpetuo: ut, tibi dederit domū meam, modo tamen, dederis quotannis in perpetuum decem, pro locatione perpetua. ¶ Demum est alter cōtractus, qui vocatur census redimibilis, quo ius videtur ad pecuniam & non res, de quo infra differetur. ¶ Recensentur quoque in alio contractuum & alij, videlicet, stipulatio, promissio, qui differunt, quia stipulatio fit mediante interrogatione, promissio vero, illud non requirit, ut sub hæc clarescat; item, acceptilatio, & trāfactio, per quam se soluunt ab obligatione litigantes, & actio actoris ad litē, item & pollicitatio, quæ est promissio facta absentibus, de quibus omnibus patebit infra.

¶ Isti igitur sunt contractus vulgatiōes, proprijs ex vsu loquentium nominibus nuncupati. ¶ Quatuor autē ex istis trāsfertunt dominium, scilicet, venditio, mutuum, donatio, permutatio. Emphyteosis autem, trāsfert solum dominium vtile, non tamen directum ut sub hæc liquet. ¶ Sunt porro alij innominati quos. l. 5. tit. 6. par. 5. & l. 4. tit. 14. par. 5. referunt. Vbi generaliter dicitur, quod contractus innominati sunt, vbi non interuenit pecunia. Et celebrari docentur quadrisati am. Primo, si de re meā pro re alia, domū pro agro verbi causa: & hic cōtractus est permutatio, Hispanē trueco o cābio. ¶ Secūdo quando do meā re, ut alter

Emphyteosis.

Census perpetuus redimibilis.

Stipulatio.
Promissio.

Acceptilatio.
Trāfactio.

Pollicitatio.

Res pro re res profecto factum pro re.
Factum pro facto.

ali⁹

aliquid pro me faciat. ¶ Tertio quando facio aliquid certū, ut alter quicquā mihi promittat vel det. ¶ Quarto quādo aliquid facio certū, ut alter aliud faciat. Verū obijciā legi isti, nam tunc cōmodatio libri, itē donatio libri, itē permutatio rei pro re, essēt cōtractus innominati, quod falsum est. Itē ex Arist. 4. Phy. eadē via est ab Athenis ad Thebas, quæ est à Thebis ad Athenas: idē igitur cōtractus est, do, ut facias, & facio, ut des: idēq; si dixeris, facio, ut facias, & faciā si facis, ut idē, vendo, ut emas, & emo ut vēdas. Namq; transpositio personarū non mutat cōtractū, ut neq; verba, & nomina trāspōsita variant significatiōē, testāre. Arist. li. 6. Perherme. Propterea iuriscōsultus à me sæpe indicatis lib. 2. de cōtracti. tit. 17. de los truecos, y cambios nullum putat esse contractū innominatū, & legum suarū doctrinā videtur continere: & cōtractus predictos, putat esse permutatiōnes. Nam si patrocinator medico in causa quā gerit contra aliū, ut illi medeat, est quædam permutatio ut si permutaues vim domū pro liueto. Vnde putat omnem contractum, ex quo trāsfertur dominium in alterū nulla interueniente pecunia ex altero contrahentiū esse permutatiōē. Porro autē, quāuis verba legis indicat nō videtur facile habere intelligētiā, imò sibi aduersari, quia permutatiōē, seu quā vocat lex cambiū, tradit esse contractū innominatū, & est repugnantiā in verbis, nam si est permutatio ut lex testatur, quo ratione est innominatus? de cæteris vero dixerim leges hæc solū voluisse contractus eos, quos refert. 2. 3. & 4. non esse nominatos vulgāris nominibus. Enim verò contractus hominum, non nominat hos contractus permutatiōes, etsi reuera sunt permutatiōes: cæterum quia vsuales permutatiōes, sunt de rebus, & non de negocijs aut officijs: siue operibus, ideo leges dicunt hos esse innominatos, tu subaudi, ex vulgata nuncupatione, non esse nominatos, etsi re vera nominari valeant permutatiōes.

¶ Quam verò fuerit in ore antiqua praxi horum contractuum, diuinæ literæ quæ sunt omnium antiquissimæ, palā faciunt. Enim vero de venditiōe, & emptiōe, extat contractus, quē fecit Abraham cū Ephrō, filio Seor. Gen. 23. à quo

emit speluncam in sepulchrum vxoris. 400. siclis argenteis. Item fratres Ioseph, vendiderūt fratrem suum Madianitis, quæ fuit venditio mobilium bonorum, non de iure, quia Ioseph nō poterat vendi à fratribus & ipse item liber erat: at de facto erat venditio: & de nomine quæstio est, si fuit mobilium vel immobilium bonorum. Et Gene: 38. pignorationis extat contractus, quando Iudas reliquit in pignus Thamar, virgini suæ baculum, & armillam, pro licēdo, quæ fuerat pollititus. Item contractus depositi Gene. extat histō. quia corpus mortuum Ioseph, depositū est apud Ægyptios, vsque ad exitū filiorum Israel ex Ægypto. Item contractus donationis Iosue extat histō. docēs Iosue distribuisse gratis terram Chānaā, filijs Israeli & quam fecit Caleb Axē iniqui superioris, & inferioris. Dotis autem cōtractus fuit, quem fecit. Laban, ipsi Iacob, ducti in vxores Liam, & Rachel. m. Similiter arrhabonem spōsalium, misit Isaac sponsæ suæ Rebecce. Item prætulit in hæreditate. Abraham filium suum Isaac, & alij filij donauit alimenta, ut etiā prætulit Iacob ipsi Ioseph. Seruitus quoque nota est in scriptura, quam fuerit antiquissima. Nam A gar fuit ancilla Abraham, & Laban dedit filibus suis ancillas, & orāre Abraham sanauit Deus Abimelech vxorē & ancillas Gene. 20. Et locationis, vel conductiōis videtur exemplum extare Gene. 14. vbi Rex Sodomorum pactum fecerat cum Abraham, cui volens soluere locationem, dixit, da mihi animas cætera tolle tibi. In Euangelicis quoque literis inulta suppetunt huius rei exempla, quæ quia obuia erūt ea huc vocare, nō videtur necessariū. Ne mini enim etiā idiotæ ignota est parabola vineæ, ex qua manifestus est conductio nis & locatiōis cōtractus: sicut & omnibus nō est ignotū ex Euangelio tegrū exlorum simile esse thesauro recondito in agro, quē qui inuenit homo vadit, & vēdit omnia quæ habuit, & emit agrū illū, & alia hoc genus multa. Nisi quod in diuinis literis sunt cōtractus huiusmodi dicti sæpe, secundū metaphoram, ut illud gratis venditū estis, & siue argēto redimimini: & illud, Empti enim precio magno, & alia plura, quæ hoc idē præter-

Gene. 37.

Gene. 50.

Iosu. 13.

Iosu. 5.

Gene. 14.

Gene. 22.

Gene. 16.

Math. 10.

math. 25.

Esa. 52.

1. Cor. 6.

Empirio me-
taphorica.

primum, sed metaphoricè emere, quia san-
guis non est pecunia; vt etiã cõmentum
illud quod canit Ecclesia, dicẽs, ò admira-
bile cõmerciũ, creator generis humani
animatum corpus sumens de virgine na-
sci dignatus est, & procedens sine semi-
ne largitus est nobis suam deitatem, nõ est
commercium propriè, sed per translatio-
nem corporalium ad spiritalia.

CAP. SEXTVM

De ordine contractuum
realium.

IVRISCONSVL-
tus à me sepe indicatus, in li-
z. de arte contractuum exco-
gitauit quandam artem redu-
cendi contractus, & ordinandi eos. Est
autem ars hæc. Duos enim proponit cõ-
tractus primarios, videlicet, venditionẽ,
& donationem. Vnde iuxta ordinem,
quem illi inuicem gerunt, ceteri tempe-
rantur. Quapropter primò, quem ex li-
nem isti habeant, vt hinc ad ceteros gra-
dum faciat, considerat. ¶ Instituit igitur
prædictos contractus non esse inuicem
repugnantes, sed solũ cõtrarios. Id quod
probat, quia in repugnantibus, affirmatio
vnius, infert negationem alterius:
quippe contradictoria sunt sine medio:
vt si est ens, igitur non est, non ens: & con-
tra, non est non ens, igitur est ens. At ve-
ro non sequitur, non est venditio, ergo est
est donatio, sed solum sequitur, ergo est
non venditio: at non infertur, ergo est do-
natio: namque locatio, est non venditio,
non tamen est donatio. Idem colligitur
de permutatione. ¶ Item probat, non esse
contradictorios contractus venditio-
nem, & donationem: quandoquidẽ in con-
tractu venditionis non est mediũ, aut enim est
homo, aut non homo, aut est venditio, vel
non venditio. At vero inter venditionis cõ-
tractũ, & donationem, media sunt plura:
quia commodatio, & mutuum sunt medij
contractus: quippe sapiunt non nihil
extremorum naturam: commodatio enim
sapit donationem, quia gratis fit, itemq;
mutuum, quod gratis debet fieri. ¶ Rur-
sus mutuum, transfert dominium secun-
dum indiuiduum, idẽ est aliquatenus sa-
piens donationem, at ab ea differt, quia do-
natio transfert dominium omninõ & se-

Explicatur
opinio Albor-
nozi.

cundum speciem, & secundum indiui-
duum, qualiter transfert etiam venditio.
In contrarijs autem medium reperitur,
vt inter sanum, & ægrum est medium
iuxta medicorum placitum, quod neq;
est sanum, neque ægrum, vt inter album
& nigrum, pallidum, rubrum, cyanæum
&c. Vnde credit iste autor venditionẽ,
& donationem, esse contraria, quia collo-
cantur sub eodem genere, sub contractu
videlicet, & tamen differunt, quod ven-
ditio transfert dominium, ex precio nu-
merato, in donatione autẽ precium nullũ
est. Sub istis igitur duobus contractibus,
omnes contractus alios reales collocat &
facit categoriam contractuum, equadẽ
minimè peripateticam. Vnde ait, sub vẽ-
ditione, sicut sub genere collocari species
duas subalternas, nempe permutationẽ,
& locationem, & sub donatione tanquã
sub genere collocari alias duas subalter-
nas species, videlicet, & mutuum, & com-
modationem. Hasque species, inter se esse
contrarias autumat, non tamen tanta
contrarietate, quanta genera, sub quibus
collocantur. Et sicut venditio trãsfert do-
minium, ita permutatio sub ipsa conten-
ta; etsi diuerso modo, quia hæc sine nu-
merato precio, illa vero numerato. ¶ Et
sicut donatio trãsfert dominium, ita mu-
tuum sub ipso collocatum; etsi differen-
ter, quia donatio transfert dominium ab
solute, sine obligatione, ad reddendũ do-
natum, at mutuum obligat ad reddendũ
in specie mutuo datum. ¶ Rursus, si-
cut cõtrita sub venditione locatio, non
transfert dominium, sed vsum rei locatę
ad tempus, ita commodatio cõtrita sub
donatione, locationi respõdet: quia non
trãsfert dominium rei commodatę, sed
vsum ad tempus præscriptum: nisi quod
diuerso modo, quia locatio ex precio cõ-
cedit vsum rei locatę, verum commodatio
gratis. Itaque permutatio habet pro-
portionem ad mutuum; eam, quam ha-
bet locatio, ad commodationem.

Categoria
contractuum.

Porro autem hic autor, quia ex pro-
prijs transiit ad aliena sæpe in alijs de-
cipitur, decidendis. Hoc dixerim quia
ex iuris peritia, quam proficetur se trãs-
fert sæpe in philosophiam, & dialecticẽ,
vnde ex bono iuriscõsulto, fit malus dia-
lecticus, & peior philosophus, & non ad-
modum disertus theologus. ¶ Enim ve-
rò, si

Albornoz re-
sollitur.

rò, si singula differere iuuat, quã hic au-
tor docuit, inueniemus non esse vera.
¶ Si quidem in eo quod ait, contraria esse
venditionem, & donationem, & nul-
lo modo esse repugnantiam, decipitur, si-
quidem contraria etiam repugnantiam
habent: namque si non repugnarẽt, non
se inuicem expellerent. Rursus, simul de
eodem non possunt esse vera, videlicet,
quod vnum & idem sit album in sum-
mo, & nigrum in summo, aut calidum in
summo, & frigidum in summo; nã quid-
quid sit de contrarijs in gradibus remis-
si, si forte inuicem se possunt compati-
ari in summis repugnãt. Est sane verum,
quod aliquid potest esse neque calidum
neque frigidum, sed tepidum: & ita nihil
repugnantia est, si vera sit de eodem
negatio vtriusque contrarij: at affirmatio
negatio vtriusque de eodem veram esse
repugnat. ¶ Quid quod in contrarijs im-
mediatis vt affirmatio vtriusque; de eodẽ
est impossibilis, in eodem tempore, ita
negatio. Quia fieri non potest, quod sit
homo, neque Deo amicus neque inimicus,
neque iustus neque peccator; hæc
namque sunt contraria immediatè, se-
cundum legem à Deo sanctam, tu subau-
di. Præterea ex peripatetica definitione,
contrariorum, contraria sunt quæ vicif-
sim in sunt, & mutuo se expellunt. At ve-
rò venditio, & donatio nunquam vicif-
sim in sunt: etenim nullus est idem con-
tractus qui primo sit venditio, & is ipse
de inde sit donatio. Quod si dixeris, fieri
poterit, vt qui vendidit primo, dein offe-
rat acceptum precium ementi, & donec
quod vendiderat, vti que fieri poterit, at
est nouus contractus donationis distin-
ctus à priore. Neque rursus mutuo se ex-
pellunt, quia non sunt venditio & dona-
tio qualitates actiue. ¶ Ad hæc vendi-
tio, est actus secundum iustitiam commu-
tatiuã; at donatio est secundum liberalita-
tis virtutem. Porro iustitia cõmutatiua
& liberalitas non sunt contraria: quippe
nulla virtus est alteri contraria: quin-
imo secundum Aristotelem omnes sunt
connexæ. 6. Eth. capitu. 3. Si ergo vir-
tutes, vnde emanant actus, non sunt
contraria, neque ipsi actus: quoniam
actus studiosi non sunt sibi contrarij. 4.
Eth. ca. 6. namque actui virtutis, solum
actus vitiosus est contrarius. ¶ Sed neq;

Contraria in
gradibus rem-
missis se ad-
mittant.

verũ est, quod adiecit de subalternatio-
ne: etenim neque permutatio, neque loca-
tio sunt sub venditione, vt illi subalter-
na. Etenim genus prædicatur vere de spe-
ciebus sibi subalternis: at venditio non
prædicatur vere de permutatione, neq;
de locatione. Quod si dixerit, permuta-
tionem esse venditionem, vt quidam iu-
riscõsulti antiqui dixerunt, id quod post
hæc differetur; vti que, si permutatio est
venditio nulla est subalternatio, quia nõ
sunt duo contractus sed vnus sola ratio-
ne differentes. ¶ Item donatio non præ-
dicatur de mutuo, neque de commodatio-
ne, ergo non sunt species subalternæ.
Eadem quoq; ratione qua probabamus
paulo ante venditionem, & donationem
non esse contraria colliges permutatio-
nem non esse contrariam mutuo, neque
locationem commodationi. ¶ Item ait
in eodem prologo, venditionem & em-
ptionem esse summè opposita: arripit
que sibi in fundamentum relatiuè oppo-
sita, esse maximè opposita. Cum ergo
quod venditio, & emptio sint relatiuè oppo-
sita, conficitur esse maximè opposita.
Vnde sequitur contractum venditionis
in seipso maiorem habere repugnantia,
quam cum donatione: quod videtur
absurdum: nam vbi est maxima opposi-
tio, ibi est maxima repugnantia, sed ex
istõ autore inter venditionem, & emptio-
nem, est huiusmodi maxima, quia est re-
latiua oppositio, igitur & maxima repũ-
gnantia; & quia contrarietas ex eodem
non est repugnantia, magis repugnat vẽ-
ditio emptioni, quam cum donatione:
quia autor iste aferit venditionem, &
donationem sola contrarietate esse oppo-
sita. Porro hæc dialectica est nouum hu-
ius auctoris commentum & contra omnẽ
veram dialecticam. Etenim maxima op-
positionum est affirmatio, & negatio seu
contradictio. Hæc namque est digni-
tatum maxima. Quodlibet est, aut non
est, & est fundamentum omnium demõ-
strationũ teste Aristotele. Meta. tex. com-
9. Et ad hanc reducitur omnis oppositio.
Vnde relatiua subsunt huic oppositio-
ni secundum affirmationem, & negatio-
nem: imò minima oppositio est relatiua
rum. Relatiua enim nõ habent esse in se,
sed ad aliud: ideoque cum minima sint
entitatis, erunt minima oppositionis:
B 5 quia

Quidam pa-
tauerunt rela-
tiua esse entia
rationis.

quia oppositio fundatur in esse, ideo
quæ minimæ sunt existentie, minimam
fortiuntur oppositionem. A deoque mi-
nimam fortiuntur existentiam, vt præ-
risque visum fuerit esse relatiua, entia ra-
tionis. 12. Meta. cōm. 1. 9. ¶ Quocirca ven-
ditio & emptio, non habet maximam re-
pugnantiam, neque ceteri omnes con-
tractus: quia omnes sunt relatiui. Et ma-
ior sanè est repugnantia inter venditi-
onem, & donationem, quam inter vendi-
tionem, & emptionem: quoniam vendi-
tio & donatio, non opponuntur relati-
uè, sed habent quandam vt hic autor præ-
dictus putat contrarietatem, etsi vt post
hæc decimus propriè contrarietatem nõ
habent. At venditio & emptio, habent
solum relatiuam oppositionem, quæ est
minimæ existentie oppositio, quia ex-
trema habent esse ad aliud: & ideo di-
cuntur ad aliquid. ¶ Quamobrem aptius
dicemus, contractus omnes reduci ad
duo principia, scilicet, ad contractum, in
quo reperitur debitum iustitiæ, & ad cõ-
tractum liberalem. Ad istos duos redu-
cuntur omnes contractus. Quonia om-
nis contractus vel habet debitum iusti-
tiæ, aut est gratiosus contractus, seu libe-
ralis, veditio, igitur, emptio, locatio, per-
mutatio, mutuum commodatio, subal-
ternatæ ad contractum, in quo est debi-
tum iustitiæ, in quo, scilicet, est ipsum
ius. At verò donationes omnes sub con-
tractu liberali, vel gratioso collocantur.
¶ Et fatius est ad hanc rationem philo-
sophari, quam vt iuriconsultus hic, sibi
quam bellissimè videtur philosophari.
Et enim cum mutuum & commodatio,
sint contractus, vbi extat iustitiæ debi-
tū, male iste autor collocat eos sub dona-
tione, quæ est cõtractus liberalis, seu gra-
tiosus, nihil habens debitum iustitiæ. Nam
quauis gratis mutuum, aut gratis com-
modati, at vero, mutua, arius, aut com-
modatarius, tenentur ex debito iustitiæ
soluere mutuo acceptum, aut commoda-
tum; ideo isti contractus pertinent ad de-
bitum iustitiæ quod in eis seruandū est.
Neque sunt gratiosi contractus, vbi iusti-
tia locū habet. Imò si quispiā mutua ret,
non gratis, id quod est familiare vsura-
rijs, nõ ideo mutui ratio aboleretur: quā-
uis sic mutua vsuram admittet. Di-
xerunt igitur contractus omnes præliba-

Omnes con-
tractus ad
duos primo-
res, & reli-
quos cõtractus

tos, reducendos esse ad genus actionis, &
ad genus passionis, eos que differre, sicut
actio differt à passione. ¶ Namque in
contractu omni est quædam actio, & sibi
correspondens passio, quanquam hæc
non in omnibus contractibus, appella-
tione propria fruuntur. Vt que vendi-
tio est quædam actio tradendi alteri rem
diuenditam, vt emptio, quippe quæ
est receptio vendite, quædam passio est.
Imo re bene expeta, duas reperies actio-
nes, duasque passionis. Nam is qui ven-
dit, tunc agit quando tradit rem emptori:
patitur autem, quando precium reci-
pit. Contra vero emptor, recipiendo re
venditam patitur, at dando precium agit.
¶ Vsurpator autem modo passio, nõ pro-
lesione, vt vulgus vsurpat, sed pro recep-
tione alicuius rei. Et actio non vsurpa-
tur pro iure agendi, quæ acceptio iuris cõ-
sultis est familiaris, sed philosophicè, pro
motu, qui est ab alio. 3. Physico. ¶ Rur-
sus in permutacione est actio, & passio:
quonia, recipere rem alterius pertinet ad
passionem, & dare rem suã ad actionem.
Item que in hoc contractu sunt actiones
duæ, duæque passionis: siquidem, per-
mutans, tradit rem suam, & recipit alie-
nam. ¶ Rursum idem experies in loca-
tione. Est enim locans & qui recipit rem
locatam; & demum in deposito, est de-
ponens, & depositarius: & in mutuo, est
mutuans, & mutuarius; & in cambijs,
campstor, & campsuarius; & in commo-
dato, est commodans, & qui commoda-
tū recipit, & ita de alijs. Nisi quod in lo-
cacione, qui patitur, id est recipit re loca-
tam, vocatur nomine significante actio-
nem; appellatur enim conductor, qui re-
cipiendo cõduxit, quia ad se duxit ium è
tum, verbi gratia, quod locauit, aut se in-
duxit in domum, quam conduxit. ¶ Por-
rò quia omnis actio, refertur ad passionem
ideo necesse est, quod cõtractus sint cor-
relatiui: at vero, quia relatiua, vt talia nõ
habent cõtrarium ex paraphrasi Auer-
r. in metaphy. tracta. 3. ideo contractus, vt
relatiui non habent contrarietatem, rela-
tiua enim dicuntur ad conuertentiam ex
Arist. in prædicamento ad aliquid, at cõ-
traria, non dicuntur ad conuertentiam.
Item, relatiua secundum esse, sunt simili-
natura, vt pater vt pater, & filius vt fi-
lius, contraria vero, non item, possumus
enim

Omnes con-
tractus redu-
cuntur ad ge-
nus actionis
& passionis.

Actio quæ
dam & passio
est in omni
contractu.

Relatiua qua
ten* talia nõ
sunt contra-
ria.

enim album, intelligere, non intelligen-
do nigrum. ¶ Et sermo est de contracti-
bus, qui sibi inuicem sunt correlatiui, vt
emptio, veditio &c. Et rursus, quia actio
& passio, ad quæ reducuntur contractus
non sunt propriè contraria: quippe hæc
sunt in eodem genere, sed actio, & pas-
sio sunt duo genera. Vnde inferitur quod
autor prædictus male docuit relatiua, ef-
se maximè opposita, & in primis repu-
gnantia. ¶ Dixi, vt relatiua sunt, carere
contrario: quia potest accidere relatiuis,
contrarietas, vt scientiæ contraria est ig-
norantia præque dispositionis, & virtuti vi-
cium: non tamen, vt sunt relatiua: quia
scientiæ, vt refertur ad sibile, non est cõ-
trarium neque virtuti, vt refertur ad ha-
bentem: ita quoque venditio vt refertur
ad emptionem, nihil habet contrarij &c.
¶ Porro diuersos contractus si conseras,
non nihil contrarietatis habent. Vt si cõ-
feras locacionem ad cõmodationem, nõ nihil
inuicem habent contrarietatis: quippe il-
la ex precio celebratur, hæc vero gratis:
itè permutatio, & mutuum, aut commoda-
tū, & mutuum: quia cõmodatū non trãf-
fert dominib; id quod transfert mutuum.
¶ Porro autè, quia actiones duæ cõ sunt
contrariæ, quò termini sunt contrarij, in
quas pergunt: vt calefactio, & frigefac-
tio, contraria inuicem sunt, quia illa ten-
dit in calorem, hæc in frigiditatem: ideo
scrutandum est, de venditione & dona-
tione, quæ duo inuicem non sunt opposi-
ta relatiue; quia venditio, non est ad do-
num, neque hoc ad venditionem: qua-
nã ratione hæc se habent, an sint contra-
ria? Quia prænotatus esse contrarios: Ve-
rum, quia termini sunt spectandi, ad quos
pergunt actiones, vt dudum ego aiebam,
obteruimus terminos harum duarum
actionum, scilicet, venditionis, & dona-
tionis, vt se habeant. Nam diximus con-
tractus correlatiuos, non esse contrarios,
at vero venditio, & donatio, nõ sunt cor-
relatiua; vnde videtur quod illis posset

accidere contrarietas. Quòd verò non
sint contrarij illi contractus, consideran-
dū venit, vt diximus, ex terminis, quo
spectant. ¶ Est autem terminus vendi-
tionis res empta, vt terminus donationis
res donata. At vero res empta, & res do-
nata, non sunt inuicem contraria etsi ha-
beant diuersas rationes, secundum quod
empta & secundum quod donata: quia,
vt empta, est ex numerato precio habita,
vt donata vero, est sine vlllo precio cõ-
parata. ¶ Et ideo etsi fieri potest vnã &
eandem rem esse emptam, & donatam,
vt si quod ego emi pecunia, & virtuti vi-
cium: at ratione sunt diuersæ. ¶ Ad hæc
fieri potest contractum aliquè esse mix-
tum ex venditione, & donatione. Ver-
bi causa: si ego rem meam vendo plaris
quã valet secundum iustum precium, at
emens donat mihi excessum iusti pre-
cij, iam in hoc contractu, est venditio &
est donatio, & ambo miscentur, si autem
essent contraria non miscerentur in vnũ,
sed excluderent se; siquidem isti contra-
ctus non habent interensionem, & remis-
sionem graduum: vt fas sit dicere, sese ad-
mittere in gradibus remisissis. Hoc tamen
argumentum, nõ est admodum efficax;
quia respondebitur, contractum huius-
modi esse duos formaliter contractus, scilicet,
licet, donationis ex ea parte, qua remitti-
tur excessus à iusto precio; & est vendi-
tionis ex ea parte, ex qua veditur ex pre-
cio. Verum fat sunt priores rationes, pro-
pterea dicamus contractus venditionis,
& emptionis, & donationis, non esse cõ-
traria propria cõtrarietate: sed esse diuer-
sas specie actiones, morales, quia habent
differentias specificas diuersas, scilicet,
ex precio habere, & gratis habere: sicut
homo, & equus specie differunt, quia ra-
tionale, & irrationale sunt differentie es-
sentialis specie differentes, & quodam-
modo contrariæ; nõ tamen propriè sunt
contrariæ: vt ex præhabitis non

est obscurum intel-
ligere.

L I B E R

LIBER SECVNDVS Praxis Theologicæ, de Contractibus, & Restitutionibus.

CAPVT PRIMVM DE CONTRA- ctv venditionis, & emptionis.



DIXIMVS Hactenus, si rectè memini, duos esse generatim contractus; alium quidè, in quo est iustitiæ debitum, aliù verò gratiosum.

Et sub primo tanquam sub genere collocabam venditionem, permutacionem, locacionem, mutuum. At verò sub secundo collocantur donationes omnes, vt donatio, quæ est ex religione, vt qui donat bona sua ecclesijs, aut monasterijs, & donatio, quæ est ex misericordia, vt qui elemosynam porrigit pauperibus: aut quæ est donatio remuneratoria, vt qui donat bona alteri, propter obsequia: aut donatio, quæ est ex amicitia, vt qui donat amico, quia amicus: aut quæ est propter nuptias, aut si quæ aliæ sunt donationes. Si tamen istæ differunt specie, sunt differentes species sub suo genere constituta, nempe sub donatione. Porro, quia donationes rarius veniunt in vsum, & frequentius venditiones, & alij contractus, qui ad iustitiam commutatiuam spectant, idcirco de venditionibus primò differemus, & alijs sibi subiectis contractibus.

Quid venditio & emptio

Est autem venditio translatio actiua dominij, ex precio numerato, emptio verò translatio passiuæ dominij ex eodem precio, siue quod idem est, ex pecunia. Diximus autem supra in venditione currere quatuor, videlicet, duo extrema vendens, & emens, & res quæ venditur, & emitur, & item precium numeratum: quod numisma est. Est namque essentialis venditioni, quod numismate celebratur. Namque si numisma non interfit, non est venditio, sed erit alius contractus. Etenim in permutacione itè transla-

tio est dominij perpetua rei, quæ permittitur; at vero quia hæc translatio non celebratur ex pecunia æquante valore rei, sed celebratur per rem, quæ permittitur, ideo non est venditio. Non me latet veterem fuisse dubitationem, an permutatio, & venditio sint diuersi contractus? Agitata fuit quæstio inter Proculum insignem iuriconsultum, & inter alios, scilicet, Calsium, & Sabinum etiam antesignanos iuriconsultos. Proculus contēdebat, non esse vnum contractum, sed sicut nomine, ita & re differebant. Calsius verò, & Sabinus, esse re eundem, nomine discrepantes. Ille ergo colligebat non esse idem quæ numisma, quod est venditionis precium, est determinatum precium: at verò permutatio nihil habet determinatum, sed est ad arbitrium permutantium. Indicat quoque carmina Homerij in Iliade referētis permutacionem, quæ fecit Glaucus cum Diomedæ. Carmina sunt, Proque nouem centum, pro ferro tradidit aurum &c. vbi non est vsum vocabulo venditionis, sed potius permutacionis. At verò Calsius, & Sabinus contra colligunt esse eundem contractum. Namque in venditione res traditur, vel venditur pro pecunia, vt domus pro cētum aureis: ibi igitur est permutatio rei venditæ pro illis centum aureis. Nam si pro domo exhiberem equum valentem centum aureos, esset permutatio manifestæ; nihil autem refert, si cētum aureos tribuam, vel id, quod valet centum aureos. Suffragatur huic sententiæ lex par. l. 2. tit. 17. li. 9. Recopila. vbi traditur permutaciones, & vendiciones esse idem. Nam sic habet, Los truecos y ventas se deuen de juzgar por vna cosa. At Proculo fauet ius commune, item communis sententia

Vetus quæstio an venditio, & permutatio sint vnum contractus.

f. Ethico. ca. 9. citatur ab Arist.

tia iudicans non esse idem re huiusmodi contractus. Porro autem non est tam promptum dogma hoc, quam fit iam iuriconsultis. Lego namque in Arist. lib. 1. Magnorum moralium cap. 34. venditionem esse permutacionem. Subscribā verba. At quoniam (inquit) ædificator suo opere, plura meretur, quam calceolarius præster, difficile quoque est rependi contra à calceolario aduersus ædificatorem. Neque enim pro calceis par fuerit domum capere. Hinc iam censuerūt, quo hæc omnia venalia sint, argento vti, quod numisma vocant: vt pro dignitate cuiuslibet, fiat inter ipsos inuicem contrahentes permutatio, quæ ciuilem commutationē cōtineat. Hæc ille. Vbi aperte ait, cōmutationem ciuilem, seu venditionem esse permutacionem, & pecuniā esse inuentam, vt equalis esset rerum permutatio, quæ aliās non fieret pro dignitate, quia calceus non est æqualis domui. Item. 1. politit. capi. 6. ait, permutaciones rerum esse adhuc apud Barbarorum nationes, alia pro alijs dantes, recipientesq;. Vilia enim pro vtilibus tradant: vltra enim nihil, ceu vinum pro tritico, & cæteris talibus. Huiusmodi ergo permutatio neque præter naturam est, neque numularia species vlla est; cum sit supplementum indigentia secundum naturam. Ex hac tamen illa non abre processit. Nam cum à remotioribus quæreretur auxilium, importando illa, quibus indigebant, & exportando illa, quibus abū dabant, necessario nummi introductus est vsum. Non enim facile deferri possunt singula eorū, quæ sunt secundum naturā necessaria: quare ad permutaciones faciēdas tale aliquid composuerūt inter se dare, & accipere: quod vtilium quippiam existens haberet vsum commutandi facilem ad vitam, ceu ferrum, & argentum, & siquid aliud tale. Primò simpliciter diffinitum quantitate, & pondere: postmodum verò signo impressum, quo à mensura liberi essent; nam signum positum est ad quantitatem demonstrandā. Ex quibus verbis non est obscurum secundum Aristotelem decernere, nummum esse inuentum ad facilem habendam permutacionem, vt ex verbis colligitur illis, Quare ad permutacionem &c. Itaque, quia difficile erat in longinquis

Quod venditio sit hermutatio contra communem in consultorum sententiam.

deferre res ad permutandum pro rebus, vt deferre vinum ad afferendum frumentum, inuentus est nummus, qui facile in longinquum deferri potest.

Dixerim igitur, Aristoteli hærendo, duplicem esse permutacionem, aliam secundum naturam, aliam ex arte, & non secundum naturam. Prior est permutatio rei pro re; vt vinum, verbi causa, pro frumento, aut aliquid simile, vel tale pro tali. Et hæc fuit in primò vsum hominum, natura ad hanc permutacionem inclināte: quia quæ quibusdam suppetunt alij desiderant, ideo permutacionem sicut vsum necessitas. Et apud Barbaras nationes est in vsum, vt docuit Aristoteles, & est verum item modo, quia apud Indos hæc erat permutatio rerum, priusquā à nostris numus apud illos, iam subiectos Hispanis cuderetur. Alia vero est permutatio secundū artem, & hæc est permutatio rei pro pecunia. Namq;, vt dixit Aristoteles, ex permutacione secundum naturam, quæ est rei pro re, processit numularia, siue permutatio rei pro pecunia.

Hæc autem permutatio secundum artem est duplex, alia ex pecunia signata, vt est modo in vsum, alia verò ex argento, vel auro non signato, sed librato ad certū pondus, quæ nunc exstat permutatio apud eos, qui reguntur imperio Ioannis Presbyteri, imperatoris Æthiopiæ maioris Æthiopiæ. Hæc autem permutatio quæ fit ex argento non signato, vel auro, vel alio metallo, est veluti media inter permutacionem ex pecunia, & permutacionem rei pro re, vt liquet: siquidem non est permutatio rei pro re, neque permutatio pecuniæ pro re, sed permutatio metalli librati ad certum pondus, pro re.

Quocirca non esset difficile iuxta hæc decisionem quæstionis diffinire venditionē aliter, quam in principio à me diffiniebatur. Est igitur venditio permutatio pecuniæ pro re; & emptio, permutatio rei pro pecunia. Permutatio autē est genus ad permutacionem secundum naturam, & ad permutacionem secundum artem: intelligas de permutacione perpetua. Namque venditio est permutatio perpetua, quia perpetuò transfert dominium rei venditæ. Quod verò sequitur, pecuniæ pro re, ponitur loco differentie: siquidem ex hac differentia differt à permuta-

Duplex permutatio.

Numularia ars processit ex permutacione secundum naturā.

Permutatio media inter permutacionem secundum naturam & secundum artem.

mutatione: quæ est secundum naturam, rei pro re. Et ex eadem differt ab alijs contractibus, siquidem in locatione non est permutatio pecuniæ pro re, ubi enim nulla est permutatio; ut neque in commodatione neque in mutuo. Et reuera vendens, pro pecunia, quam accipit suam tradit rem alteri. At quid istud est nisi permutare? Non possumus inficiari igitur venditionem esse permutationem, secundum artem tamen, ut prædictum est. ¶ Proculus igitur negans venditionem esse permutationem, recte dixit, si intellexit de permutatione secundum naturam. At Celsus, & Sabinus tradentes venditionem non esse diuersam à permutatione, recte docuerunt, si intellexerunt non esse permutationem secundum naturam. Et re vera, ut videtur, aliter non intellexerunt: quia, ut dicebam, vendens pro pecunia alterius, tradit rem suam, & hoc quid obsecro est aliud, nisi permutare rem pro pecunia, aut pecuniam pro re, ut in emptione?

¶ Porro, si libet alias præfactas, ut exponamus diffinitiones, faciles sunt explicato. Venditio enim definita est per translationem dominij actiuam: quoniam in venditione transfertur dominium perpetuo, nisi venditio sit secundum quid, ut est venditio, cum pacto de retro vendendo. At verò venditio simpliciter est translatio dominij, quod habet vendens in suam rem, & definitio hæc est de venditione simpliciter & absoluta citra omnem conditionem. ¶ Per hanc autem particulam differt venditio à locatione, à commodato; quoniam hæc sunt ad tempus, & non perpetui contractus. At verò permutatio secundum naturam, est perpetua, quia si esset temporalis, esset alius contractus, & non permutatio: verum non vocatur venditio, etiam si transferat dominium, quia illa permutatio non fit ex pecunia vel ære. ¶ Mutuum autem, et si transferat dominium, non tamen propter pecuniam, ut prædictum est, ideo non est venditio. Qui autem transfert dominium numorum mutuando & hoc, propter pecuniam, ut visum venit in futuris, ille facit contra artem, quæ excoGITauit pecuniã, non ut esset mensura sui, sed aliarum rerum. Unde dixit. 5. Ethic. cap. 5. Aristoteles, nummum esse ut mensuram, res ipsas ad æqualita-

Concordia iuriscōnultorum.

Venditio simpliciter, venditio secundum quid.

Pecunia est ut mensura rerum quæ commutantur ad

tem redigentem. In usura autem numus non potest redigere res ad æqualitatem: imo ipse numus, qui est ut mensura in usura nihil metitur: nam solum numus est inductus ad commutationem, in usura autem nulla fit commutatio. Ideo dixit Aristot. 1. poli. cap. 7. Male vitur nummo qui numum acquirit fœnore, ubi numus nummum parit, de qua re post hæc erit disertior disputatio. Dixi autem venditionem esse translationem actiuam dominij, & emptionem translationem passiuam, quia vendens se habet actiue tradendo rem suam in potestatem ementis, & emens hanc translationem dominij in se recipit; & recipere vocamus pati in præsentia. In donatione autem fit etiam translatio dominij, at perpetua; at vero, non ex pecunia, ideo non est venditio.

¶ Nam verò, quia venditio non potest examinari si iusta, an iniusta, sit, nisi examinetur quod sit precium iustum; siquidem ea iusta est, quæ iusto precio fruitur, & contra quæ iniusto laborat precio, ideo opportunum est, de iusto precio differere in primis: nam inde resultabit prompta notitia de iustitia huiusmodi contractus. At quia iustum est quod est æquale, ut Aristot. meminit capit. 34. magno. Moralium, si generale documentum ad cognoscendum iustum precium sit fuisset, ad manum esset illum proferre, nempe precium esse iustum, quod est æquale valori rei. Cæterum quia valor rei duplex est, alter, qui est secundum naturam rei, & alter, qui est secundum humanam utilitatem, & prior valor non est obseruandus, nam que in venditione non obseruatur naturalis rei perfectio, nam si hæc obseruanda esset semper quæ nobiliori sunt dotata natura essent: pluris vendenda, & mus esset pluris pendendus, quam panis, & vinum, quia ille vita potitur, & viuientia naturaliter sunt digniora non viuientibus: at vero non hic valor obseruatur in venditionibus, & contractibus alijs. Quippe hæc perfectio naturalis apud philosophos naturales est pendenda, quippe qui naturas rerum inuestigant; at apud contrahentes, is valor penditur, qui est secundum utilitatem contrahentiũ: & ea pluris sunt, quæ utiliora & necessaria ducuntur visibus humanis. ¶ Porro hæc utilitas hæc que necessi-

æqualitatem redacens.

Venditio iniusta & iniusta.

Viuentia sunt digniora non viuientibus.

cessitas admodum varia est: quia temporis, loci, personæ, & occasiones diuersæ eã variat. Nam quod quod cuiusdam est utile, alij nocet, & quod nunc est necessarium, crastina die est superfluum &c. ideo necesse est precium quoque suam iustificationem variare. ¶ Quo circa difficilis & ardua est hæc consideratio de iusto precio. Eodem accedat, quia si omne precium esset lege taxatum, non fuisset arduum iustum dignoscere precium, aut si ex natura fuisset præscriptum; at natura non præscribit præcia rebus. Vide. 5. Ethic. capitu. 5. numus, qui Græce est νομισμα, sic dictus est, quia à νόμος, id est lege ciuili est introductus. Non ergo è natura est taxatum precium rerum, sed à legibus. Cæterum, ut aiebam, si à legibus omnia taxarentur præcia, non esset res difficilis admodum dignoscere iustum precium. Dixi, admodum, quia neque tum certum esset quod esset iustum precium: quippe leges etiam variantur iuxta temporum lapsus, & variates. Quid quod neque ipsi legillatores possunt ad purum excoquere hanc iustificationem precij: quia non sunt versati in omni materia venalium, & facile decipi valent ab alijs, unde discunt venalium valorem rerum. Quidquid corrumpi possunt, vel precibus, vel muneribus, ab ipsis iniustioribus, & mercatoribus, ut taxationem faciãt non iustam, neque æqualem valori rerum, ut quotidie accidere fama est in rebus publicis, à pratoribus præcia imponi corruptis ex munere. ¶ Porro autem Cõradus tractatu. 3. q. 56. de contractibus, conclusione. 3. quindecim demonstrat esse docentia iustum esse precium. Primum est, Illud bene capitur in iustum precium, si quando qui primo fuit emptor rei, postea tanti eam vendit quanti sibi contulit: ut si emit domum centum aureis, tandem iuste exigit eam vendendo. At verò documentum hoc fallere potest, si is, qui emit, non emit iusto precio, sed excessiuo, vel quia deceptus est, aut aliã. Item fallit, si res peius se habet modo, quando venditur, quam prius se habebat quando fuit empta, aut si melius se habet, quia tunc variatur precium. ¶ Secundum documentum est, expensa non consideratio, quæ in adducendis mercibus, & transferendis ex loco in locum

Difficile est dignoscere iustum precium venalium rerum.

Documenta 15. ad discernendum iustum precium.

sunt consumptæ, aut in conseruatione mercium. Hoc autem fallere etiam potest documentum: puta si expensæ factæ sunt sine causa, aut imprudenter: quia scilicet mercator non est industrius in transportandis mercibus, & qui poterat minimis expensis transportare, temerè multas insumpsit. Aut si fortuitus casus accessit, non est imponendus precio: videlicet, si iumenta deferentia merces, mortua sunt in itinere, aut, si grassatores agasonis expilauerunt crumenam &c. Item si expensæ etiam cesserunt in comodum transportantis: ut, videlicet, si sibi quædam adducebat, non ad vendendum, sed pro suis visibus necessaria. ¶ Tertium documentum est, ad iustum precium, etiam labores deducendi sunt quos aliquis est passus in adducendo, vel transportando res. Namque nemo tenetur alij in seruire gratis, neque personæ particulari, neque rei publicæ. 1. Cor. 9. Quis militat proprijs stipendijs, & Lucæ. 10. dignus est operarius mercede sua. Et hoc verum est, quando non plures labores impendit, quam essent necessarij ad traducendum merces de loco ad locum. Nam si superflua operam dedit superfluitas hæc non est deducenda in iustum precium. Nam si fat erat proficisci ad decem parasangas si ipse pro suo libito profectus est in viginti, istæ decem non sunt necessaria. ¶ Quartum documentum; Item est habendaratio curæ, & sollicitudinis in conseruatione mercium: ut si ad custodiam mercium deputauit custodem, aut si magno studio expurgabat eas, ne putrescerent, aut si frequenter ad vêtum exponebat, & hoc genus alia. Item hoc verum est de cura necessaria, quia superflua cura non est deducenda in iustum precium. ¶ Quod si dixeris, vendens non poterit hoc scire, quæ cura fuerit superflua; imo poterit probabiliter dignoscere. ¶ Quintum est industria in parandis mercibus, viliori precio. Nam sunt industrij quidam mercatores qui subtiliter iudicant quando merces viliores parantur. Hæc industria igitur poterit deduci in iustum precium; quia hæc industria conducit reipublicæ: ideo ex illa si mercator auget precium iuste facit. Ut similiter qui est valde industrius in cognoscendis optimis equis poterit augere precium, equo

equorum, quos vendit, vt carius vendat eos, quam emerit: quia hoc incrementum precij est in vilitatem emptoris, qui certo scit optimum se emere equū, à venditore, equorum gnarissimo: nam vtilius est emptori carius emere, quem scit esse bonum equum, quam vilius emere quem ignorat.

6 ¶ Sextum est, susceptio periculorum. Nam qui propter merces deuehendās, periclitatus est mercator, & latus vel in persona, vel in rebus suis, hoc item potest deducere in rationem precij: quia nō tenetur se subdere periculis mercator gratias. Vnde qui per regna aliena, ad nostra deferunt merces, carius possunt eas vendere, propter periculum, quod imminet in itinere per regna extranea.

Nemo propter alterum tenetur gratis se exponere periculo.

¶ Aliquando autem mercator non læditur transportando merces, siue per mare, siue per terram alienam; aliquando autē læditur vel in se, vel in rebus suis. Vt cuncte verò res accidat, quia se subiecit periculis, gratia portandarum mercium, potest carius vendere, quam illi constituerunt; & poterit ob hoc solum augere precium, & non solum ob rationes alias supra relatas. ¶ Verum si latus est, ut cuncte multo amplius poterit iure augere precium. Hoc autem intelligitur quando citra culpā suam latus est in persona, vel rebus, secus si ipse suæ lationis fuisset in culpa: vt quia remerē se subiecit tēpestati maris, aut se fecit obuuium piratis, aut, quia ex negligentia sua ignis incendia deussert merces, aut quia sicarios, & grassatores audiens occurosos ei, temerē se coniecit in pericula. ¶ Hinc quæ ex India ad nos adferuntur carius multo venduntur, & iustē, quam empta fuerint: item quæ nostri deuehunt ad Indos, ob eandem causam pluris iustē venduntur, quam apud nos constant. Hinc etiam in contractu, qui vocatur cambio, fas est; Ioanni, verbi causa, qui traditorus est cētum Romæ Petro accipiat in Hispania, pro hac delatione cētum & decem: quia decem Ioannes suscipit, non pro centū, quæ est traditurus Romæ, sed quia suscipit in se periculum deportandi centum in Romam, quæ est alienum regnum.

Qua ratione licitum est cābium.

7 ¶ Septimum est si minutatim vendit, pluris potest vendere, quam si totam mercedem simul venderet. Etenim minutim

vendens, diutius remoratur, & maiores expensas facit: aut si nō remoratur, quia vendit, in proprio sibi loco, maiorem diligentiam adhibet in conseruandis mercibus. Et hoc verum est, nisi mercator agens apud alios vendendo merces suas, in proprijs quoque alijs agendis negocijs esset alioqui remorandus, vt forte in agenda lite, aut in ducenda vxore, vel alijs. ¶ Octauo quod merces sunt magis vtilēs, magisque necessariæ reipublice eō dignum est, maius ex eis reportare lucrum: quoniam qui has deferunt merces, vtiliter agunt bonum publicum, siue cōsolunt bono publico, dum ea reportant, quæ si non reportarentur ab eis, ab ipsa republica maioribus expēsis essent deuehenda. Et hoc verum est modō alijs non sit à lege, vel pragmatica sanctione taxatum harum mercium & suarum expensarum precium, vt modo taxatum est frumentorum precium ex pragmatica regis Philippit: & item expensarum ratio subducta est vt pro qualibet parasanga deportationis sint constituti lex thurancij, aut maraueidis.

¶ Nonum est, dignitas personę vendentis. At verò hoc documētum falsum quilibet iudicabit; quippe nihil refert dignitas vendentis ad valorem mercium; siue enim nobilis sit, siue rusticus qui vendit domum, domus non ob hoc auget rationē precij, vel minuit. ¶ Nisi intelligatur sub hac ratione, scilicet, si nobilis laborauit in deportandis mercibus, labor ille maioris æstimandus est precij, quam si esset rusticus. Quo enim dignior est persona eō digniores sunt eius labores, & ideo pluris faciendi: quare inde poterit augere rationem precij ex laboribus hauritis in deferendo reipublice merces. Vnde respublica, si quenquam suorum tribunorum aliō destinat ad deportanda frumenta, stipendium maius illi assignat, quam si rusticum, vel popularem destinaret personam: semper tamen subaudi, vbi labores essent æquales. ¶ Et est huic rei simile, si vir valde nobilis in defendēda pugnet respublica, itemq; parē adhiberet laborem rusticus in eadem propugnanda, maiori præmio donaretur nobilis, quam rusticus, aut quilibet alius infimæ notæ homo. ¶ Decimum est, Me-

Labores dignioris personę pluris sunt faciendi, quam indignioris eorū comparibus.

lioratio mercium auget rationem precij, sicut

Melior se habet res venalis tripliciter in substantia, qualitate & quantitate, item & pretio.

sicut & deterioratio minuit. Mutatio enim mercium, mutat rationem precij. Melioratur autem res, vel in substantia, vel in qualitate, aut in quantitate. ¶ In substantia sanē, vt si emisti ouem pinguis, pluris vendenda est, quā meliorata est in substantia. In qualitate verò si emisti ouem infirmam, & sanata est, pluris eam vendere poteris: quia meliorata est in qualitate. In quātitate denique, vt emisti ouem simplicem, id est, non prægnantem: sub tua tamen potestate prægnans est, & iam duplex est, pluris eam vendere poteris, quia prægnans est: aut si emisti eam detonsam, iam verò est lanigera. ¶ Item, si emisti vnam, & fecisti vnam esse vinū, iam meliorasti rem tuam secundum substantiam. Aut si emisti mustum, iam verò est apud te defecatum vinum, pluris vendere poteris, quia vinum melius iam est effectum, secundum qualitatem. Aut si emisti turbidum, & clarescit iam, ex arte ementis, aut ex sua natura melioratū est secundum qualitatem: itidē si emisti nouum, & apud te inueterauit. ¶ At verò si emisti vinum, & apud te est versum in acetum, deterius se habet in substantia: item si emisti purum vinum, & miscuisti illi aquam, peius se habet in qualitate: aut si emisti vinū egregium, & miscuisti vinum vile, vt solet fieri apud caupones. Aut si mensurā vini defraudasti, deteriorasti vini quantitatem. Hanc autem meliorationem realem, aliquādo donat rebus indigentia, seu inopia earum: nonnunquā verò ipsa reputatio, ex qua reputatur meliora esse, ex loco, vel ex tēpore, vel alia re.

Melioratio & deterioratio ab extrinseco.

¶ Hoc est vnde cum documentū. Accidit enim sæpē re immutata secundum substantiā, qualitatem & quātitatē, meliorem nihilominus reputari esse, quam solebat reputari. Id quod in librorum venundatione, quotidie experimur. Nam plerumque libri, qui parui fiebant, vel quia ducebatur prolixi, aut obscuro, vel alias sæpē accidit; tamen postea multi fieri: & qui vili vendebantur, dein multi venundentur, quia iā multos habent emptores: & idem in alijs venalibus rebus plerumque cōtingit. Ex maiori enim hominum reputatione, accrescit rebus venalibus melioratio, aut ex minori, deterioratio; etiam si nulla fuerit immutatio in re ipsa, sed solum ab extrinseco, accidit hæc melioratio, aut deterioratio: vel quia sunt voluptati, quæ prius non erāt, aut quia reputantur vtilia, quæ prius inutilia esse ducebantur. Itemque ex loco, & ex tempore, re immutata, accidit hæc melioratio ab extrinseco, quippe quæ merces sunt viciniores emptoribus, eo melius se habēt vt emantur, quia emptores expensas, & operam excusant lōgum euagandi, emendarum mercium causa. Itē tempus sterile frumentorū auget precium: nam raritas annonæ, eam facit cariorem, vt etiam aliorum necessariorum vitæ ductōr, vt vini, & olei, & salis, &c. ¶ Rursus tēpore belli arma cariora sunt, & equi, & alia ad bellum præparamenta. Indigentia enim rerū, est causa, quod sint plures emptores, & pluralitas emptorum, cariores facit merces. Indigentia autem duplex est, & singularis, & communis. Illa non reddit cariores merces. Etenim pauper vendens vestem, nō ideo carius potest vendere, quia ipse indigens est. Nam hæc indigentia particularis, nō multiplicat emptores, sed indigentia communis. ¶ Sicut autem bonis immobilibus accidit melioratio, & deterioratio: ita etiā & immobilibus. Vnde, si emisti agrum infocundum, & sub tua potestate feracior est redditus, augere poteris rationē precij. Aut si tributarius erat, & sub tua potestate liberatus à tributo, etiā auget in venundatione rationē precij, quia melioratus est ex qualitate. Aut si ab interfluente fluuio, exedebatur, & fluuius alio diuertit sub tua potestate, melioratus est. Item si emisti domum ex lateribus constructam, & tu eam fabricasti, ex quadris lapidibus, meliorem eam fecisti in substantia. Aut si pensioni subiacebat, & eam redemisti meliorem iam habet qualitatem. Aut si angusta erat, & tu eā ampliasti, in quantitate iam melius se habet. Si verò contra hæc se habeat domus deterior facta est, vt facile est explicatu. ¶ Quod si dixeris multa esse causissimi precij, quibus alioqui homines communiter non indigemus, vt sunt aromata, tapetes, sericū, carmesinum, &c. respondebis, indigentiam esse variam, quandamque simpliciter potest appellari indigentia, quæ est indigentia eorum, quæ ad vitam

Inopia & indigentia rerum duplex.

vitam fovendam sunt necessaria, qualia sunt frumenta, vinum, oleum, sal, ignis, vestes, domus, &c. Alia vero est indigentia fecundissimi quid quæ est indigentia, ratione temporis, vel loci, vel quarundam personarum: ut quæ est indigentia, in tempore pestis medicamentorum ad pestem necessariorum, vel in tempore belli armorum; in loco generali studio um librorum potest contingere indigentia. Vt diuites etiam indigent in petibus, & auribus, ad ornamentum sui status: ut scemina ad pulchritudinem indigent ceruifa & minio, & torquibus, annulis, armillis, & inauribus & hoc genus alij. Quæ indigentia omnes præter primam sunt indigentia secundum quid. Nihilominus istæ indigentia, augent etiam apud indigentes rationem precij: ut verum sit quod Aristoteles. 5. Ethicorum dixit, indigentiam rerum esse mensuram valoris earundem.

Indigentia varia.

12 ¶ Duodecimum documentum est, lucrum cessans, aut damnū emergens: hæc enim duo possunt augere rationem precij. Puta, si quia modo Petrus rogatus à Ioanne vendit, damnificatur; quia carius si remoraretur venundationem, venundaret, aut si postea vendidisset, maius lucrum reportasset. Aut si erat iturus longius, & venditurus maiori precio, quam ubi consistit vendere potest, & instans emens, ut nihilominus sibi vendat, poterit vendere maiori precio, quam valet in hoc loco ubi ipse existit. Deductis tamē expensis, quas non facit, & laboribus in profectioem, quos non patitur. ¶ Hoc autem documentum cuidam non aridet libr. 1. de cont. tit. 4. quia etsi damnū emergens, sit computandum, at verò lucrum cessans, non videtur deducendum ad augmentum precij. Enim verò, vel lucrum quod ex merce speratur, reportandum est certum, & tum priuatio illius certi lucri, damnū refultans est, & non solum lucrum cessans. Aut est incertum lucrum, & tum priuatio illius non est priuatio, quia priuatio non est non entis, sed entis, quare non dici potest cessare lucrum quod nescitur futurū. ¶ Quo circa augere certum precium pro lucro incerto, iniustum est: quippè est reportare certum lucrum, ex incerto euentu; & istud non habet iustitiæ æqualitatem.

Lib. 5. tit. 4. An ex lucro cessante rationem precij augere fas sit.

Verum contra est, quoniam sufficit certitudo lucri moralis; & nõ necessaria est euidentiæ certitudo. Namque ex capit. Nauiganti. de vsuris docemur fas esse carius vedere quam tunc valeat, vendituro sua frumenta pro mense Maio, & non pro mense Ianuario, aut Februariario, &c. si modo exigitur vt vendat, quod mense Maio erat venditurus, quando frumenta augent suum precium, quia tunc sunt rariora, quippè iam consumpta ferè sunt. Etenim nõ erat venditurus modo, sed tunc ideoque ne damnū patiatur vendendo modo precio currenti, fas est vendere pro precio, quod tunc verisimile est valitura frumeta. At verò est apud hunc authorem hoc vocetur damnū, scilicet, cessare à lucro certo: verum quia aliud est nõ lucrari quod videtur promptum habere lucrum, aliud est rem suam quæquam perdere. ¶ Lucrum igitur cessans spectat ea, quæ proximè ex negotiatione sunt acquirenda, & damnū emergens ea, quæ sunt iam acquisita. Nam re spectu horum dicitur damnū emergens: & aliud est dimittere lucrum, aliud perdere lucrata. De qua tamen re latius infra. 3. libro, capitu. 3. & 4. Porro, quia apud Hispanos tam taxata sunt precia frumentorum, ideo quoad frumentum ratio huius præciti capituli non habet locum, sed bene quoad alias merces quarum precia non sunt lege diffinita: verum de istis sub hæc erit vberior sermo.

Alborno refellitur.

¶ Decimum tertium documentum est, 13 taxatio precij, à Rege vel à rectoribus ciuitatis. Nam qui iuxta hanc taxationem vendit, iustam facit venundationē. Nisi veditori constet, corruptos fuisse taxatores, vel precibus, vel muneribus, vt excessiuam facerēt taxationem. Namque si venditoribus istud esset euidens, non liceret eis iuxta taxationem in foro conscientie vendere, etsi in foro exteriori fas esset.

¶ Decimum quartum est, raritas mercis. 14 Quippè quæ rariora sunt, cariora censentur. Vnde fructus arborum in hyeme conseruati, quia sunt rariore, id temporis: tunc enim pene omnes sunt ferè consumpti, qui tamen superflui, carius venduntur, vt vuae pensiles, melones, pyra, &c. Placibilitas mercis augere rationem precij, nam merces, quæ placidiores & gratiores habentur in oculis emptorum, carius

carius emuntur. Quoniam quilibet emptor, quod sibi placet magis, curat emere potius, etsi carius emat. Vt si equus est gratus multis, & multi ob hoc eum habere curant, carius ob hoc vendi potest. Quando enim multis placet, in opinione eorum res melior euadit: & ideo, quia melius ab extrinseco afficitur, carius est venalis. ¶ Modo tamen intelligas, hæc placiditas non contingat ex ignorantia, quia videlicet decipiuntur sæpe emptores, ex furore rei, illis obiecto à venditore. Nam sæpe merces vt appareant quod nõ sunt sophisticantur, & fucantur. Vt sceminis accidit, quæ vt turpitudinem vultus abscondant, ceruifa & minio eas obliniunt. Et rufus proxenetæ, sæpe quos corredores Hispana lingua appellamus, corrupti à venditoribus, præclara mentiuntur de mercibus, quibus decepti emptores, illas multi ducunt, iniuria tamen.

Precium mercium non facit precium.

Proxenetæ sæpe imponunt emptoribus.

Subhastatio publica habet specialem conditionem venalium rerum.

¶ Hæc sunt documenta, quæ rectè exposita, vt exposuimus, sunt bene tradita. Quamuis illa omnia non sufficiunt exactæ notitiæ habendæ de precio, cui vt diximus ex tempore, ex loco, ex personis multa accidit, varietas. I. Precia rerum. §. Nonnulla. ff. ad l. falcid. vnde præter omnia documenta, venaliū est id, quod veditur in publica subhastatione, id est, *Enalmondæ publica*. Etenim ibidem, nihil documentum prædictorum obseruatur. Si quidem ibidem, precium iustum, est quod vltimo exhibetur post licitationem: ibique restantum valet, quantum vendi potest. l. r. §. si hæres. ff. ad Trebel. l. si seruus. ff. de condi. furt. l. si quis vxori. §. finali. ff. de furt. Et quidem præstantissimum omnium documentum est, illud esse iustum precium quod à rectoribus Reipublicæ, vel à Rege constituitur. Nam vt Aristoteles ait. 1. Rhetorico. cap. 1. leges, quæ rectè positæ sunt, cuncta determinare debent, & minimum relinquere iudicibus. Quod si iudicibus minimum relinquendum est, minimum pro suo arbitrio iudicandum. Quippè homines sunt, & facile ab affectu suo, vel à muneribus corrumpuntur, ne ius dicant. Multo igitur minus relinquendum est mercatoribus, qui ad suas affectus merces, eas pluris pendunt sæpe quàm valeant. At verò lex ipsa, quæ est mens sine appetitu. 3. Politic. capitu. 12. Ideo

sanctius, & syncerius poterit taxare precia rerum.

¶ Porro autem, quia leges, etsi vniuersales sint, non possunt omnia complecti, quæ circa particularia contingere possunt. §. Ethicorum, capitu. 10. ideo necesse est, aliquando ad alia recurrere documenta, quando lex non taxat precium. Ideoque rectores ciuitatum in hoc incumbunt: quorum interest hæc intercurrentia considerare particularia. Vnde dixit Aristoteles. 6. Politico. cap. 8. vendendis, & emendis rebus vnus magistratus præfici debet, qui intendat, circa contractuum honestatem.

¶ Cæterum dicit aliquis, magistratus nõ potest scire rerum omnium precia. Est sane verum, cæterum à peritis in arte illud discere potest: vnde ad taxandum precium domus, quæ venditur, vocantur domificatores, & fabri lignarij. Vt etiã ad taxandum precium tabellarum depictarum ex imaginibus sanctorum affiscuntur pictores, & ita de singulis alijs officialibus: etenim vnicuique penito in sua arte credendum est. Quod si obieceris, hoc sæpe corrumpi precio, vt malè taxent precia: vtique verum est, at ob hoc sub iurando sunt cogendi, vt precia taxent iusta, quàm ipsi exuti munere, & affectu arbitrantur; & tunc præsumitur iustum esse precium. Neque alia certitudo exquirenda, nisi hæc moralis. Quod si euidenter constat eos fuisse deceptos, venditio est nulla in foro conscientie, vbi sola veritas est iudex nõ humana præsumptio.

In foro conscientie sola veritas est iudex, non falsitas.

¶ At verò vidualia taxant rectores ciuitatum, vt carnes quæ veniunt in macello, aut pisces qui venduntur in platea pollicitationibus oblati, quas vocat Hispani, *Prometidos*, quæ sunt ijs, qui viliori precio has merces vendere obligantur Reipublicæ. Et hoc modo taxati precij carniū vaccinarum, vel arictinarum, vel aliarum pecudum, & ista taxatio iusta est.

¶ Porro pharmacopolis etiam taxantur precia syrporum, & aquarum distillarum, quia potionum nõ possunt profusè taxari precia. Hæc autem taxatio facta est ab ipsis pharmaopolis, quippè magistratus, syrporum valore in ignorat, verum poterit examinare valore conferendo valore syrporum, & aquarum

Lex est mens sine appetitu.

stillatarum, cum alijs alterius ciuitatis pharmacopolis, & cum medicis ipsis iuramento obstrictis, vt ferant rectum iudicium: oleum autem, aut vinum etiam taxant secundum abundantiam, vel inopia frugum: & si mensurarum paruarum precia taxant, quod Hispanè dicimus, *Quartillos, medios quartillos, açumbre*, At canthari olei precium nõ taxant, neque vini, sed relinquunt taxatio arbitrio contrahentium. Et mirum est cur pragmatica Regiæ non taxant precium canthari vini, vel olei, & taxant precia mensuræ frumentorum. Nisi quia maior est necessitas frumentorum, quam vini & olei. Et multo maiores fraudes & nocumenta Reipublicæ accidere possunt ex non taxatis frumentis, quam ex non taxatis vino, oleo, sale, &c. Aromata quoque & liquores preciosi, nõ taxantur ob eandem causam vt cinnamomũ piper gariophylli, ambra, muscus, balsamum, myrrha, & hoc genus alia, quæ non sunt ad sustentationem humanæ vitæ: ideoque paucos habet emptores, vnde neque Reipublica taxatione harum rerum sollicita est. At dicit aliquis, etiã si à legibus taxentur venalium rerum precia, non satis illud est ad diiudicandum iustum precium. Probatur, quia leges volunt, venditione esse iustam, modo non sit ultra dimidium iusti precij: iam vero, si ex lege res vendi potest ultra dimidium iusti precij: quorsum taxat iustum precium? Primum vero docetur, l. i. tit. xi. lib. 5. Recop. l. 6. tit. 5. part. 5. vbi traditur, quod qui vendit minus rem suam, quam pro dimidio iusti precij: vt si rem valentem decem, vendit minus quam pro quinq; aut is qui emit ultra dimidium iusti precij; videlicet, si rem valentem decem, emit pro sex, venditori supplendum esse defectũ precij, aut rescindendum esse contractum, item emptori: vnde videtur hos contra & is excedens iustum precium leges & is commune. l. si voluntate. C. de rescindenda venditione. probatos habere. Quorsum ergo est iustum inuestigandum, si inuito precio res venundatur, modo non excedat dimidium, &c. ratam habent venundationem? verbi causa, lex taxat frumenta ad certam numerum quantitatem; vt mensuram tritici, ad numum aureum: fac quod quis ven-

Notandũ dicitur.

diderit ultra numerum aureum, videlicet, ad duodecim, vel tredecim regalia, infra dimidium iusti precij, hanc venditione lex non irritat, quia non est ultra dimidium iusti precij, igitur vana est taxatio iusti precij: neque poena violanti taxationem efficit aliquid, si rata est venditio, non excedens dimidium, &c. Respondetur, quod quando lex, aut pragmatica sanctio, præscribit precia vel frumentorum, vel aliarum rerum, tunc sanè, venditio excedens taxatione, etiam si subsideat infra dimidium iusti precij, non valet venditio, neque in foro conscientiæ, neque in foro contentioso, aliàs vana esset taxatio ex lege. Ceterũ quod leges allegata statuant, est verum, quando à lege iustum non est taxatum precium. Et tunc quidem dolus in contractu à iudice non tollitur, neque competit actio decepto, nisi excedat dimidium iusti contractus: obijciens adhuc, etiam si lex non tollat dolum infra dimidium iusti precij, nihilominus utilis est lex taxans precium iustum, quia hæc taxatio obligat ciues in foro conscientiæ. Est vti que confitendũ ligare in foro conscientiæ, vt seruetur iustum precium: at verò legũ civilium scopus non est forũ conscientiæ, vel sic obligare spiritualiter, sed forũ exterius est, quod directè spectat. Vnde ait Aristot. legumlatores prius debere habere curam corporis, quam animæ, & appetitus, quam mentis: quia prius est appetitus, quam mens, & corpus, quam anima. Corporis autem cura debet esse propter animam, & appetitus propter mentem. i. Politicorum; cap. 15. Leges igitur ciuiles, quæ pertinent ad forum corporale, & visibile seu sensibile, curare debent in primis, etsi finis legum debet esse vt ciues quieta pace viuentes, incumbere in virtutẽ valeant. Quocirca lex præscribens precia frumentis, in foro exteriori habet directam efficaciam: quia directè gratia huius fori fuit stabilita, quia spiritualia curare debent ecclesiæ leges, non ciuiles: ergo lex quæ præscribit precia frumentis, in foro exteriori habet vigorem: ideo iudex per illã potest rescindere ad petitionem emptoris contractũ venditionis, non solum ultra dimidium iusti precij, sed quomodo cumq; excedat numum aureum. Quod si quis, quid ergo

ergo, si ius commune, & leges ciuiles probant contractum venditionis, modo nõ excedat dimidium iusti precij, igitur vendere iniusto precio, modo non excedat dimidium iusti precij, licetbit: non ergo querendum est iustum precium, vt venditio celebretur ex iusto precio, sed vt sciatur excessus à dimidio iusti precij, citra dimidium, igitur fas est vendere, &c. Sunt qui hoc autem iuris consulti ducti ex verbis iuris, & quibusdam precium. §. fina. ff. locati. & l. in causa. §. ff. de manori traditur dicere contrahentibus se deceptos, & circumuersione. Item ex cap. cũ dilecti de emptione; & Rursus secundo præscriptio est iuris autoritate introducta, ex qua aliquis sit dominus alienorum bonorum iure præscriptionis, ergo itidẽ autoritate iuris, is qui vendit citra dimidium iusti precij, fit dominus excessus à iusto precio. Tertio, quia officiales, qui exorbitantia lucra extorquent à litigantibus, non damna terra iure, imò potius ij, qui ea repetunt ab eis. 4. q. 5. c. nõ sanè magis iniqua reprehendimus, qui talia inusitate repetierunt, quam qui ea de more sumperunt. Accedit eodem; quia restantum valet, quantum vendi potest. ff. ad Treb. l. i. §. si hæres. & ff. ad l. falci. quærebat. & ff. de furti. quis vxori. §. vltimo. Igitur non solum valet venditio ultra dimidium iusti precij, sed etiam ultra, si tantumdem vendi potest. Præterea, quia volenti, & scienti nulla fit iniuria, at vero emens excedens iustum precium sponte emit: igitur ei nõ fit iniuria, quia supponitur, quod nõ coactus, sed eligens emia, qui hac ratione emit. Ad hæc, si quis vendiderit frumenta, corrosa, aut valde immunda; aut fortentia; ad taxationem, (quippè vt gente fame, omnia huiusmodi frumenta sunt venalia) iniusta videtur venditio, quod tanti venduntur frumenta viciosa, quam electa. At verò in dicitur, quia taxatio nõ excipit nisi si non sunt corrupta. Ergo si quis frumenta emiserit frumeta electa ultra dimidium iusti precij, iuste vendit, quippè iustis est vendere electa frumenta ultra iustum precium, quam corrupta frumeta, secundum taxationem iusti precij. At si quis autẽ argumentatione contra contractum præterea, si quis

Argumentum iuris consulti solum probatur esse venditio nem, modo non sit ultra dimidium iusti precij.

Solutio argumentationis.

absolus dices, leges nõ prebere cui quæ facultatem decipiendi, aut fallendi; aut circumueniendi alterum. Nam que circumuenire, non fit sine mendacio, mendacium autem ex iure naturali est malũ, & ideo leges, hoc non possunt præcipere. Si quidem humana lex, nõ esse lex, si iura naturali, vel diuino positio repugnet. Quo fit, vt potius dent actione emptori decepto, excessu dimidij supra iustum precium, & huiusmodi doli reuocant. Peccat autem lex humana dolum, quando non excedit dimidium iusti precij. Quippe dolum hie nõ est notabilis, & est iusta permissio, ne continuo exoriantur litæ, & iniuria ex venditionibus interueniant sanctus esse dicens, huiusmodi dolo permittit, quantum libet modis patefacere ianuam. Quod ergo iura tradunt, fas esse contrahentibus se circumuersione, non est accipiendum ad emptionem quod idra hoc moneant, sed hæc que ad monitio hæc iniusta, quippè que esset contra diuinitus: quod Paulus explicat, dicens: Ne quis in negotio circumueniat fratrem suum, sed accipendum est permissiue. Nempè quod iura dolum prædictum non dissoluunt, neque puniunt, ex causa commemorata. Capitali vero cum dilecti citatum, de emptione solũ docet, quod contractus emptionis, qui est citra dimidium iusti precij, non est ipso iure nullus, contra tamen sequitur quod sit iustus contractus in foro anime. Non ergo est ipso iure nullus, quia est in arbitrio emptoris, aut rescindendo emptione, quia sunt citra dimidium iusti precij, aut petere supplementum precij, vsq; ad complementum iusti precij. Vnde videtur ex eodem capitulo, quod sit iustus contractus, quando quidem datur actio decepto, ad rescindendum venditione, oblato precio accepto ab emptore, aut quod emptor tenetur supplere precij diminutionem à iusto. Est autem aduertendum, quod dolum est iniquitas, si est qui dicitur in contractu, vbi vendes dolo iniquus est alio emptoribus, aut emptoris ad venditionem, & hic dolum semper irritat contractum, sine sit dolum in precio, duc non de dolo, gl. in indicante. Aut si dolum sit in pretio, quæ contractus, qui vendit, vbi dicitur iusta iustitiam, & hic dolum non

videtur dicitur.

non soluitur à iudice, nisi sit ultra dimidium. Aut vt facilius rem habeas, scito in huiusmodi contractibus, aut dolus est ex industria contrahentium; puta, quia venditor induxit dolose ad emendum emptorem, aut emptor venditorē. Aut quia venditor alioqui erat venditurus, ceterū sicut deceptus, quia minoris vendit quam par fuisset vendere, aut emptor similiter fuit deceptus à venditorē, quia & emit plusquam iustum fuisse. ¶ Aut dolus potest contingere non ex industria, sed bona fide. Et hoc dupliciter, aut quia venditor credebatur se vendere. a. & vendidit b. aut quia recte sciebat, quod vendebat, & ex ignorantia vendidit plusquam iustum erat: & hæc ignorantia potuit esse inuincibilis, aut crassa, siue affectata. At sic ex ignorantia plus vendis, huiusmodi potuit se habere, aut vendendo plus ultra dimidium precium; aut non ultra, at excedas iustum precium, & hoc modo ad lucris tantam, aut notabiliter excedes,

Omnis dolus aut modice excedens iuxta has distinctiones primo dixerim, omnē doli, qui ex industria sit data opera accidit contra huiusmodi huiusmodi, ut in primo ex parte contrahentium inducit emptorem vel emptor venditorē solvendum esse à iudice, quia dolus & fraus nulli patrocinari debent. ¶ Et tunc res que sic vendita est ex dolo predicto, venditor ex iusto precio: tunc si deceptus alter contrahentium petit à iudice solutionē contractus, qui quippe qui in foro item conscientia contractus est nullus, & tenetur decipiens solvere dolum, etiam si decepto non constet dolus, sed solum decipienti. ¶ Et in foro iudiciali probandus est dolus. ¶ Item in secundo membro, idem est dicendum: nam si venditor suadens falsis, probavit emptorem rem que valebat decem, valere 12, & vendit pro 12, probato dolo solvendum est contractus à iudice, & in foro conscientia sine probatione doli, retinendus est decepto dolus, aut restituendum est decepto, quod excedebat iustum precium, videlicet duo.

¶ In tertio membro autem, si credebatur bona fide venditor se vendere, & vendidit ultra dimidium, est contractus, postquam retracta est fallacia. Siquidem om-

nis contractus est voluntarius, ubi autem est dolus vel ignorantia non est voluntarius: si verò non fuit dolus nisi in precio, si ex ignorantia inuincibili processit: & etiam si vendidisset ultra dimidium iusti precij, non peccauit, at postquam rescivit, si non soluat dolum peccat criminaliter, & similiter is qui emit citra dimidium. Nam sicut in venditione potest esse dolus vendendo ultra dimidium, itaque potest accidere in emptione, emē do citra dimidium.

¶ In primo autem casu decipitur emens à venditorē: in secundo autem, decipitur venditor ab ipso emptore: utrobique tamen tenet contractus, donec rescindatur. ¶ Porro de secundo casu extat capitulum cum dilecti, ex de emptione: docens illam emptionem consistere, quousque, vel venditor detrectet stare contractui, aut velit in supplementum precij. ¶ De primo veto in cap. cum in causa eodem titulo, & idem traditur, vel quod emptor qui est deceptus, velit sibi restitui superabundantiam, quam ipse dedit ad iustum precium, vt si rem valentem 10 ipse emit, pro 16, quod sibi restituatur. 6. aut quod rescindatur contractus: interim tamen quod hæc non sunt, contractus consistit ultra dimidium precij rei emptæ: unde capitulum cum dilecti, fauet venditori decepto; & capitulum cum in causa, fauet emptori.

Aliud est esse contractum iniustum, aliud esse nullum. Nam memorati dudum contractus sunt iniusti, at seculum in ius non sunt nulli. Et in foro conscientia ad eadem tenentur isti contractus, vel ad restituendum contractus, vel ad restituendum defectum precij iusti, vel excessum eiusdem iusti precij reddendum, & datur optio decepto, quando, scilicet, venditio excedit dimidium iusti precij, vt dictum est. ¶ Vbi emnis ex iure Canonico, iusta precia esse obseruanda. Siquidem excessus, vel defectus mandatur restitui contrahenti decepto, unde vides, vt obligantur clerici & monachi; obseruare taxationes secularium principum, quia horum est venalium taxare precia. ¶ Actus autem que committit decepto, durat vsque in quadriennium, quandiu res est superstes. Namque hoc quadriennium donat lex, rescindende vendi-

velitioni, ultra, vel emptioni citra dimidium iusti precij. Secus autē est si res nō superest, vt habetur l. 6. tit. 5. par. 5. cuius verba Latine versa sunt. Actio competit à die contractus, vsque in annos quatuor: & intelligatur venditio manente sub eo tempore, re vendita, viua & non prius habete. Quoniam si aliter se habet, non potest exigi. Idē. c. de integ. resti. l. vltima. & l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopila. & alias l. fori noui eodem num. vnde elapso quadriennio, scipitur actio ad rescindendum contractus: sed contractus consistit, quando sub quadriennio nihil exegit deceptus. ¶ Porro in foro conscientia tenebitur decipiens semper, vel supplere, quod decrat iusti precij, vel demere quod supererat, & restituere læso, iuxta arbitrium vel optionem læsi. ¶ Lex verò civilis, solum præfixit quadriennium ad rescindendos huiusmodi contractus, ne semper pateret ostium litibus tendendis ex contractibus, si tamen res non extat, quæ diuendita dānum resarciendū erit pecunia, vel æquipollenti, aut si res deterius habet, & iā nō vult eam recipere deceptus. ¶ Et istud verum, si læsus vult rem suam, re non extāte, reparanda læsio est ex pecunia, si contentus autem sit, vt sibi fiat restitutio, fat erit. ¶ Hinc collige, quod quandiu non rescinditur venditio huiusmodi emens re, est dominus rei, etsi obnoxius sit semper restitutioni, patet, quia est vera venditio, etsi iniusta: igitur transfert dominium. Obijces in præscriptione elapso decennio, inter presentes, & vicennio inter absentes, sit dominus rei præscribens, sine obligatione ad restituendum, ergo modo eodem modo elapso quadriennio, decipiens erit dominus, sine obligatione ad restituendum. ¶ Respondebis in præscriptione, vel vsucapione, contractum esse celebratum sine dolo: nam si dolus esset præscriptio, aut vsucapio non esset. Et ideò transacto tempore, nulla restat obligatio ad restituendum, secus in venditione ubi est manifestarius dolus, aut in notabili excessu precij, aut in notabili defectu: ideò lex huic dolo noluit subuenire, sed potius eum dissipandum instat. ¶ Quod si quaesieris, ecquid si bona fide se deceperunt contrahentes, ducentes iustum esse precium, quod erat, alioqui in iustum? Vtique si non ex animo se dece-

perunt inculpatus est dolus. Nihilominus, & si qui decipit, & nō ex animo nō faciat iniuriam, vnde neq; peccat. 5. Ethic. cap. 9. Ceterum dolus inculpatus, dolus est, ex quo fit, quod reiectus sit dissoluitus. ¶ Porro in præscriptione dolus non est: nam que bono titulo possidentis qui præscripsit. ¶ Si verò fuerit ex ignorantia crassa, vel affectata, decipit contrahens, peccatum est mortale ex genere suo, hæc deceptio. Quilibet enim venditor, tenetur scire precia rerum, quas ipse habet expositas venditioni: istud enim concernit officium suum, ex affectata tamen ignorantia, decipiens peccat magis. Quamuis multo grauius sit decipere ex industria, vt liquet. ¶ At multorum fert sententia, quod excedens iustum precium, modo non notabiliter, nō est iniustus: id quod verum videtur, quando non est taxatum precium. Namq; tunc non licet villo modo excedere. ¶ Tertio argumento respondetur, capitulum illud esse intelligendum à glossa, de officialibus, quibus non sunt statuta salaria. At verò ceteri officiales nequeunt etiam excedere iustum precium, at priores solum illud exigere possunt, quod sibi consuetum est porrigi pro officio, & ideò colligit nihil. ¶ Quarto dices, Syluestrum limitasse verbum illud, quod est quasi proloquium vulgatum ex tribus conditionibus, verbo emptio. §. 9.

¶ Prima est, si emptor non defraudetur. ¶ Secunda, quod emptor non cogatur. ¶ Tertia, quod non sit ignorans, tunc licet vendit rem suam quantum potest. Et verum est proverbium, tantum res valet, quantum vendi potest. ¶ At vero si hæc tria concurrunt, que Syluester exposuit, & eisdem concurrentibus, nihilominus venditor vendit rem plusquam valet, excessus iusti precij, tunc donatur ab emptore, siquidem vt supponitur, non est ignarus precij, vnde quia spontaneus emit, fas erit venditori vendere quantum potest, eritque proinde atque contractus mixtus ex venditione, & donatione. Ceterum lex nō loquitur de donatione, sed de venditione. Quandoquidem tantum ait, res tantum valet, quantum vendi potest. ¶ Alij autem exponunt legem hanc, quando non est taxatum precium: quoniam si taxatio adest, non valet res amplius, quam taxata est. ¶ Porro, neque

Excedere nō licet precium taxatum, ne que ex modo vendendo excedere. ¶ Tertio argumento respondetur, capitulum illud esse intelligendum à glossa, de officialibus, quibus non sunt statuta salaria. At verò ceteri officiales nequeunt etiam excedere iustum precium, at priores solum illud exigere possunt, quod sibi consuetum est porrigi pro officio, & ideò colligit nihil. ¶ Quarto dices, Syluestrum limitasse verbum illud, quod est quasi proloquium vulgatum ex tribus conditionibus, verbo emptio. §. 9.

Exemptio legis res tantum valet quantum vendi potest.

hic sensus est aptus textui, etsi in publica subhastatione, res tantum valet, quantum vendi potest in illo foro, omni fraude cessante. ¶ Ceterum, res quibus venalis, siue taxa ta siue non taxata habet iustum precium, ultra quod vendi nequit in foro conscientiae, quia aliter ageretur contra iustitiam commutativam, ut paulo infra clarius patebit. ¶ Ideo quod dicendum erit, quod res tantum valet, quantum vendi potest, secundum taxationem eorum, qui ex usu novierunt venalium taxare precia quod perinde est, ac si dicatur, tantum valet, quantum vendi potest intra latitudinem iusti precij: habet enim precium venalium rerum latitudinem, quia aliud est minimum, aliud medium, aliud maximum: intra hanc latitudinem res tantum valet, quantum vendi potest, ut sequenti capitulo aperius docebitur. ¶ Quinto dices, non esse spontaneum quod ignoratur: ideo, si emens novit precium iustum, & nihilominus exhibet ultra secundum quod exigit venditor, videtur donasse. ¶ Porro, quia plerumque emptores hoc ignorant, quippe venditoris est nosse precium quod debet petere, magis quam emptoris: ideo videtur, quod si ultra porrigit, quam sit iustum precium quod non donat. ¶ Imo emptores hoc desiderant emere res, quanto viliores possent, ut venditores cupiunt vendere quo carius possunt: unde nihil constat donatio excessum a iusto precio, tenetur venditor emptori excessum restituere. Maxime quando precium est taxatum a lege vel rectoribus civitatis. Verbi gratia, mensura tritici, taxata est ad numum aureum, nihil ultra recipi potest: & ita in ceteris taxatum habentibus precium. Et quamvis emens profiteatur se donare, praesumitur coactio, quando videlicet, est raritas frumentorum, vel aliarum mercium. At si emptori venditor restituit, quod amplius tulit ex mensura, verbi causa, frumenti, ut si pro numo aureo retulit. 16. regalia, atsi venditor. 5. regalia tribuit emptori, si emptor postquam ad manum habent excessum venditori donat nulla creditur coactio.

Quomodo sit habenda lex dicens, res tantum valet quantum vendi potest.

Communitio rerum profumens.

fas esse, referre aliquid amplius pro frumento, quam sit numus aureus. Si quidem taxatio est solum pro venditione: sed hoc casu non est venditio, sed sola permutatio. Igitur et si olei mensura plus valeat quam sit numus aureus, aut vini mensura, ut si valeat. 12. regalia, non erit iniusta commutatio. ¶ Adde, quia Rex taxavit frumentum, & ideo scitur precium eius, at non taxavit mensuram olei, vel vini; sed horum venditores taxant pro suo arbitrio: igitur cum taxent sua, praesumitur iniquos esse taxatores, quia omnes plures sua faciunt, quam debuissent facere, igitur non videtur iniquum, si pro cantharo olei valenti. 14. regalia, detur mensura tritici valens numum aureum: quia forte non valet amplius si a Rege taxaretur cantharus olei, si quidem taxatio facta a venditore suspecta est de iniusto precio. Quod quod frumentum meum, verbi causa, quod isli referunt permutantes pro oleo, vel vino, &c. illud abducentes, longius vendunt, pro duobus numis aureis; quid ergo non licebit mensuram tritici valentem numum aureum permutare, pro cantharo olei valente. 16. regalia, quandoquidem hic qui permutat oleum pro tritico venditurus est tritici, quod reportat ex permutatione, verbi causa, pro duobus numis aureis?

¶ Respondetur, quod huiusmodi taxatio, quae est a domino rei venditore, duplex est, alia est quae intra proprios lares, seu priuatos parietes fit: alia quae celebratur in foro. Prior est suspecta, si quidem ut ultra nec merces putent, ita exquisita merces olent. Et ut illae viliores fiunt, ita istae preciosiores ducuntur. Unde proverbio Hispano celebratur: *Vender en casa, y comprar en plaza*. At vero quando taxationem factam a venditore forum approbat, iam tum non est suspecta, sed probabilis: quia ab emptoribus sic ementibus probatur. Verum ista taxatio non est indivisibilis, sed semper habet latitudinem, maximam, & minimam & mediocrem precij, verbi causa, inter. 12. & 14. Unde accidit quod eodem die, oleum vel alia merces, quae primo vendebantur ad. 14. ad vespeream vendantur ad. 12. quia in exordio venditionis multi accerserunt emptores, ut ex mercibus supplerent suam indigentiam, at suppleta indigen-

Taxatio duplex.

Ultra nec putent, et exquisita olent.

gentia ad vespeream, non tot accedunt: ideo precium iam tunc defectum est.

Permutatio est venditio virtualis.

¶ Quocirca in permutatione haec ratio habenda, ut fiat permutatio, secundum rationem venditionis. Nam etsi permutatio vera, non sit venditio formaliter: est tamen venditio virtualiter: quia etsi frumentum oleum, vinum, non sunt formaliter pecunia; sunt tamen virtualiter pecunia, quatenus estimantur pecunia: quia mensura, exempli causa tritici valet numum aureum, vel cantharus olei, valet vel numum aureum, vel amplius, &c. Qui ergo permutat triticum pro oleo, vel quavis alia, poterit mensuram tritici permutare, cum cantharo olei, non secundum maximum precium, quo venditur in foro; sed pro minimo ut dictum est.

Soluitur quod dicitur an permutatio sit venditio.

¶ Ad primum obiectionem dices, permutationem non esse formaliter venditionem, unde sacra loca, vel vasa possunt permutari, non tamen vendi. At vero est venditio virtualis, id quod supra distinximus: & ideo taxatio regia ad permutationem etiam extendi potest.

¶ Secundum argumentum satis patet. ¶ Tertio dices, quod industria & labor, & expensae emptoris, non augent precium rei apud venditorem, nisi ex huiusmodi industria res ipsa melioraretur. Si ergo duplo, vel sesquialtero, vel quavis alia proportione carius vendiderit emptor frumenti quam emit, propter diligentiam, laborem, expensasque, quas fecit transportando panem, ubi erat magna indigentia eius, istud sibi computat emolumentum, non tamen ob id venditor poterit carius vendere, quam sit, vel taxatum precium, vel non taxatum; tamen iustum precium. Quippe labor hic, & expensae, &c. non emptor sustinet, non venditor.

¶ Sexto argumento principali respondetis taxationem pie intelligendam, de frumentis non notabiliter corruptis, id est, corosis, siue feculentibus, aut alias viciosis. Nam haec quae extra tempus raritatis, huiusmodi frumenta suis essent impartienda: nam & homines contemnerent illa, ideo non habent tantum precium sub tempore defectus annonae, ut tantum valeant quantum frumenta electa, & est contra rationem, ut tantum valeat bonum frumentum, quantum malum,

An frumenta corosa eodem modo liceat vendere, quomodo inchoata tempore famis.

fatis est quod ex raritate frumentorum frumentum, quod aliis valebat prope nihil aliquid valeat ut. 4. Regum. 6. quarta pars cibi stercoreis columbarum quinque argenteis venundabatur, ex summa fame & caput asini octoginta argenteis.

¶ Ceterum si defectus frumentorum manifestus est emptori, ita ut non ex deceptione emat, imo sic defectuosa emere cupit, quia alia electiora non extant, qui ad taxationem electorum illa vendiderit, non faceret contra iustitiam. Quippe lex taxans non expressit, solum electa frumenta esse vendenda secundum rationem taxationis; sed absolute loquitur, etsi ut videtur aequitas monet, ut taxatio electis sit constituta.


¶ Ideoque magis videtur contra charitatem proximi defectuosa valde frumenta, vendere eo precio quo integra & munda, quam contra iustitiam. Item qui absconderet id temporis frumenta electa & immunda, coriosa, & feculentia exponeret venundationi, item faceret contra charitatem: at vendens illa pro taxatione aliorum, cessante omni fraude non faceret contra iustitiam, neque teneretur restituere, quia ad taxatum precium vendit: nihil enim distinguit de frumentis, quae lex non distinguit. Sed ais, imo non facit contra charitatem, quia melius est sic vendendo pro taxatione, vitae fratris consulere, quam si nullatenus vendidisset, quippe ex frumento etiam coroso, potest vitae subvenire proximi, quando aliud non viciosum non extat, &c. Sanè hoc verum est, at vero non esse faciendum mala ut veniant bona ex Paulo docemur: vendere autem frumenta defectuosa, aequali precio, quo non defectuosa, non videtur aequabile. Et scriptura non approbat gestum quod venditur caput asini pro octoginta argenteis, sed solum illud refert, ut palam faciat, quantum tunc Samathas fames urgebat. Imo ut hoc adda, si pauperes essent emptores, & non haberent precium taxationis teneretur dominus frumenti, citra taxationem exhibere, si eos videret famelaborare; & non habere alias unde sibi possent subvenire emendo ex taxato. Imo ego si rector fuisset civitatis, urgente fame, quando frumenta etiam viciosa venundantur, cogere habentes ta

lia frumenta vt porrigerent pauperibus, minoris precio, quam pro taxatione electa venduntur. Neque dominis frumen

ti huiusmodi sit iniuria; quia bene con- sultur eis, si possint vendi: et aliquo, re- cio, id quod precium aliis non habebat.

CAPVT SECVNDVM.

¶ De iusto precio.



Vomiaro venditio- nis contractus cele- biari non potest si- ne precio, & iusta venditio, iustum desi- derat precium, ope- ra: precium est de ipso precio iusto, non nihil attingere: & questio qua agi- tari potest, ea est, si res vna immutata subsistens, possit mutare precia. Namq; istud notius est, quã quod sit in qua suo- nem vocandũ, rem mutatam, aut secun- dum substantiã, aut qualitatem, aut quã- titatem, aut secundũ tempus, aut secun- dum locum, precia mutare. Quippe iam res altera est, aut diuersificata: ideo diuer- sum amare precium consentaneum est, siue crescendo precii prius, siue minuendo. ¶ Et quod in questio- nem ducendum est, hoc aliud est, videlicet, an res vendibi- lis immutata, multa fortitur iusta pre- cia. Quoniam vulgatum est doctõibus su- risconuultis, atque Theologis, tria esse precia iusta, & minimum, & medium, & maximum, quod rigorosum vocitant. ¶ Porro obstant quedam huic dogmati. Primum est, quod precium iustum æqua- le, oportet esse valori rei, quia iustum est quod est æquale. i. magnorum moralium, cap. 34. docente Aristotele. At verò quod est æquale, est in indiuisibili æquale. Nã que siue modicum excedat, aut excedatur, iam non est æquale: igitur precium ius- tum in indiuisibili consistit, aliã non esset æquale. ¶ Secundò, quia vna res vè- dibilis si haberet multa iusta precia; ut vnum precium iustum posset habere duas res vendibiles: at verò hoc fieri non po- test: quoniam precium est correlatiuum rei vendibilis, & ideo vni precio vna res opponitur, & vni rei, vnum precium: quia vnum correlatiuum, nõ habet ali- correlatiua.

Argumenta
probatia
non esse tria
iusta precia
rei vendibili-
lis.

¶ Tertio, quia in lege Partitarum. l. 9. ti- tu. 5. partit. 7. traditur esse essentielle ven- ditionis contractui, quod sit precium cer- tum: itaque si non est certum, nulla est venditio: si autem multa sunt precia, nullum est certum. Verba sunt: *de la sub- stancia de la venta es: se requiere, que ay a precio cierto, y por esso non valdra quando se dexa- sse en la voluntad del comprador o vendedor.* ¶ Et quidem Iuriscõsultus Albornoz l. 2. de contractibus, tit. 16. *Del precio, y com- prador.* Omnino putat, errorem, (vt cetera omnia, quæ sibi non aridet) ¶ Tercerò, quod res immutata fortitur tria precia: imò credit, re immutata, vnicum esse pre- cium indiuisibile. ¶ Et innititur argu- mento secundo quod credit rem denon- strare. Est enim huic auri familiare, pu- tare sua argumenta rem totam euincere. ¶ Porro diuersum est, atque ipe putat. Imò quod omnes i. theologi, & Iurisco- sulci decantant tria esse precia iusta, si re- ctè intelligatur, est quã venisimũ. Eius- verò, est quã lex taxat, vnicum habent precium, & quia hoc taxatum est, ideo- que non habet latitudinem. Neque istas est hoc excedere, vel in modico, vel in maximo: vnde, siue notabiliter, siue non notabiliter taxatum precium ex- cedatur, non est iusta venditio. Siqui- dem lex ideo taxauit, vt ab illo non ex- cederetur. ¶ Quod autem vulgo tradi- tur excedere iustum precium; modo nõ sit notabilis excessus, non esse crimini- dandum: hoc verum est quando pre- cium non est taxatũ a lege: qualis taxatio est frumentorum, aut si quæ sunt alia. Nã qui plus vendit propter expensas, & laborem, &c. Quando de longe frumen- ta transfuehit, hic non excedit taxatum precium; quoniam, quod plus habet, nõ est precij pars, sed laboris, & expensarum est recompensatio. ¶ Sunt porro plera- que alia, quæ non habent taxatum pre- cium.

Precium esse
quod diuisibile
non habet illa
irregularitas.

Medium du-
plex, ex par-
te rei & ex
parte nostra

Quod præ-
cia habet la-
titudinem.

Virtus me-
dium nõ est
indiuisibile.

cium, sed à loco, tempore, vel foro eorũ taxatur precium; & istud est precium quod habet latitudinẽ. Siquidem ab ipsa æsti- matione hominum cum taxatur: at hæc est varia, & nulla lege determinata. Pro- posita ergo re vendibili, & non immuta- ta, quidam æstimant eam minoris, alij pluris, alij medium tenent, & hinc pro- cessit distinctio preciorum. Et si ipsos ap- preciatores vocet, rogites de precio non sibi conueniant, sed quidam æstimant pluris, alij, minoris. Et quidem iustitia commutatiua, cum sit humana virtus, non habet medium indiuisibile; vt neq; alie morales virtutes. 2. Ethic. cap. 6. sed medium virtutis habet latitudinẽ. Vnde dixit Aristotele. Studiosum sat esse si nõ collimauerit, cum ipso medio indiuisibi- liter, quod parum ab eo distet. Exempla eius est de sagitario, qui est non collimauerit cum scopo, si modicum aberrat, non ideo male iaculatur: vnde qui modi- cum discedit à medio temperantia, non est imperatus, &c. Quia ergo venalium rerum precia, non sumuntur secundum naturam earum, sed solum secundum va- lorem, quem habent secundum hominũ æstimationem. Hæc autem æstimatio de eadem re varia est; quia velle suum, vni- cuique est, neque vno viuunt vno, ideo est necessarium rem fortiri varia precia, secundum variam æstimationem. Et quã sit de re minuta varia hominum emen- tium æstimatio, ipsa publica subhastatio aperte testatur: sub qua quidam mini- mum exhibent precium alij, medio cre, alij maximum. Ideo ius ciuile inquit re- rum precia, non ex affectu, & utilita- te singulorum, sed ex communi æstima- tione petenda esse. In l. precia rerum, ad ff. de i. Com. communis autem hæc æstimatio non est certa & indiuisibilis: si quidem communis æstimatio latitudinem ere- dit esse in precio iusto. Nam quos, Ethic. c. 7. iustum aliud est secundum natu- ram, aliud secundum legem, sub qua com- prehendit, vel consuetudinem, vel æsti- mationem peritorum: hoc autem secun- dum iustum variabile est. Vnde dixit Ari- sto. 2. Ethic. c. 6. Medium esse duplex, aliud ex parte nature, aliud ex parte ciuitatis. Primum horum est in indiuisibile, & æqua- litas eius non recipit latitudinem, quod est eadem apud omnes, vt medium in li-

nea. Secundum verò est, diuisibile, & est æquale hoc, non idem apud omnes, quod circa est latitudinem habet. ¶ Non ergo precium iustum, quod est medium ad æ- quans rem emptam & venditam; est me- dium secundum naturam, quia non est indiuisibile, sed est medium ex parte no- stræ æstimationis. Nam vt diximus, va- lor rei capitur ex hominum æstimatione. & nõ ex rei natura. ¶ At hominũ etiam peritorum æstimatio nõ taxat rem in in- diuisibili, sed paulò plus, minusve valet tantum, vel quãtum. Quoniam si Deus esset taxator, vel Angelus Dei, vtique es- set taxatio secundum indiuisibile: at verò homines later ista precij punctualitas, ideo latum est precium. ¶ Fac vt rem cer- nas apertius, fabros lignarios, taxare pre- cia vnius domus, quidam eorum dicit ad minimum valere centum, alter ad minimũ, centum & decem, &c. Si ergo peritis in arte precium habet latitudinem, cur hic au- tor inficiatur nõ habere latitudinem, sed esse indiuisibile? ¶ Primo ergo argumẽ- to dices, æquale secundum naturam esse indiuisibile, vt punctum mediũ in linea: vt æquale ex parte nostra nõ esse indi- uisibile. ¶ Secundo dices, concedẽdo esse cor- relatiua precium & veditum: at verò res vendita, est vna sit, habet tamen multas relationes, ad multa precia: si enim ven- ditur pro precio minimo, est, quodã ven- ditio, & relatio ad precium illud mini- mum: si pro precio medio cre, est altera re- latio ad illud, &c. Itaque ad vnum precium tantum habet vnã relationem, sed ad multa, multas: vt pater ad vnum filium, vnã paternitatem, ad multos, multas: & virtus vna habet duas oppositiones ad duo vicia contraria. Neque valet, nõ pos- sunt dua res vèdi vno precio, ergo neq; vna multis. Nã primum est verũ, quia sunt dua res veditæ, dua sunt veditioes, vnde & duo precia. Et similiter concedant, quod vna res nõ potest habere duo pre- cia extra latitudinẽ vnus precij iusti, ve- rum intra latitudinẽ potest: hoc est, vna res nõ potest habere duo minima precia, ipsa immutata, vt semper sermo verti- tur: neque potest habere duo medio cre precia, &c. siquidẽ si vna res veditur pro minimo precio, vna est venditio, pro mi- nimo, & ideo tantum vnicum precium. At, si venditur pro medio cre, similiter, atque

Responsio ad
argumentũ.

Michael. de Palacio

44

Non potest atque pro maximo. Ceterum vna res
 res vna vendi potest, potest vendi pro quouis
 di pro multo- tunc preciorum, contentorum sub lati-
 tis precij ob- tudine vnius iusti precij.
 seruaturatio. Et itaque potest vendi pro quolibet tri-
 ne precij mi- at non vna venditione, sed pluribus. Nam
 nini, vel me- vnaqueque venditio, habet relatione ad
 diaris, vel suu precium. Tercio dices, verba legis
 maximu pre- indicat non docere, quod vnicum sit in-
 dy. diuisibile precium, siquidem hoc indiui-
 sibile precium nonnullis latet: nam si An-
 gelus essent mercatores, ipsi hoc vterentur
 indiuisibili, homines vero hoc indiuisibi-
 le ignorant, et si eo esset vendendum, cessat
 rem omnino negociationes. Veru quod
 lex docet, venditionem nullam posse dari
 inter contrahentes, nisi expressè defi-
 niatur tantum, aut tantum precium in par-
 ticulari. Vnde tradit, si relinquatur expri-
 mendum precium ab altero contrahen-
 tium, venditionem esse nullam: item si
 precium constituitur in arbitrio alterius
 tertij, quousque ille exprimat precium,
 adhuc non est venditio: & vera lex in ve-
 ditioibus, ita absolutis et conditionatis.
 Et dices nonnullam quod venditur
 est incertu, vt qui vendit partem ancille
 suae, aut fructus agrum nondum natos: igitur
 poterit esse precium incertu. Responde-
 bis, quod et si actum non sint, que vendun-
 tur hoc modo, sunt tamen in potentia
 incerta: & ideo si potentia non reducatur,
 ad actum nulla est venditio. Quippe ni-
 hil venditum est si ancilla abortit, aut ager
 perax non est. Et in istis venditionibus con-
 ditionatis, precium certu sub conditione, vel dicitur
 sub conditio- quod tunc venditur aliquid praesens, sci-
 ne tamcu- licet, ius in rem venturam, at hoc est
 quod res erit etiam incertum, si nihil est venentur ideo
 melior est prior solutio.
 Obseruanda Et forsitan sollicitat questio, quando
 questio. iura dicunt contractum posse rescindi, si
 vendatur aliquid ultra dimidium iusti
 precij, vel ematur aliquid infra dimidium,
 de quo iusto precio sanatur? Et enim si sit
 sermo de minimo, & si res que iusto pre-
 cio estimatur valeat 12. ad minimum, seu
 ad plium precium, si vendatur pro 19. ex-
 ceditur dimidium iusti precij, si obserue-
 tur minimum, si vero vendatur pro 9. & di-
 midio, exceditur dimidium iusti precij,
 quod est sex cum dimidio. Nam mini-

imum est. 12. mediocre est. 13. vt maximu
 precium vti supponimus, est. 14. Si ve-
 ro hoc obseruetur, iam dimidium iusti
 precij est septem, & qui vendit pro. 22.
 excedit dimidium iusti precij, obseruato
 maximo precio, quod si hoc maximum
 est obseruandum & solum esset subue-
 niendum ex iure decepto, in excessu a
 iusto precio secundum maximum, vt
 que iura permitterent dolum in contra-
 ctu venditionis, secundum magnum ex-
 cessum, & satis notabilem, vt videtur per
 missum. l. 5. titulo. 10. libro. 3. fori: vbi co-
 stituitur, quod dolum soluendus a lege, sit
 supra duplum, id quod est magnus ex-
 cessus. Et iuxta hanc rationem obserua-
 tur excessus, a lege hac ultra dimidium
 secundum maximum, quia hic excessus
 ferè est ad duplum. Enim vero retento ca-
 su priore, qui rem valentem ad minimum
 12. vendit, etiam si vendat, pro. 21. huic
 dolo, non subuenitur, quia non est ul-
 tra dimidium iusti maximi precij. Si qui-
 dem si iustum precium, suum, est
 14. huius dimidium. 7. sunt. & ideo qui
 vendit pro. 21. non dolum medium excedit
 iusti precij: si vero pro. 22. iam excedit, &
 fit ferè duplum. At notabilis est hic ex-
 cessus, vt quod valet ad summum iusti
 precij. 14. vendatur pro. 22. Et ideo vide-
 tur lex fore, correcta per leges supra in du-
 ctas. Quare cum iniuris institutum sit,
 subuenire deceptis, ex contractu, quau-
 do deceptio est magna: At iste excessus,
 qui est ferè in duplum, quando ultra di-
 midium maximi iusti precij est, est mar-
 gnis excessus, quia ferè est in duplo, ex
 quo emptor valde laeditur: vnde vide-
 tur, quod cum ius constituit huiusmodi
 contractum venditionis, ultra dimidium
 posse rescindi, intelligendum, de iusto
 precio, secundum minimum, & non se-
 cundum mediocre, aut maximum pre-
 cium, verbi causa, qui rem valentem 12.
 vendit pro. 19. iam hic excedit dimidia
 iusti precij, si obseruatur minimum. 12.
 quod erat vt dicebamus. 12.
 Et quod si per eundem, cum tria sint pre-
 cia iusta, cui iura potius de minimo, qua
 de medio, aut maximo sunt subue-
 nienda? Responditur, quod est de re-
 rum permutatione. et vniuersorum, aut
 non decipiendis, sed deceptis causis. sub-
 iacere ad quod iuris consulti exponunt
 quando

Lex facti cau-
 vigitur per
 alias leges.

quando est summa deceptio.
 Et At verò grandis est deceptio, quando
 excidit a iusto minimo precio, ideo
 huic subueniunt, quod si huic subueniunt,
 multo fortius ceteris, quae sunt multo ma-
 iores deceptions: siquidem sunt maio-
 res excessus, in alijs duobus precijs, veru
 prior dolum sit est.
 Quocirca si iura permitterent vendi-
 tionem fieri excedendo precium medio-
 cre, aut maximum, inique permitteretur
 dolum, modo non superaret dimidiu me-
 diocris, vel maximi precij, vtique permit-
 teretur dolum in magno excessu, & esset
 magna laesio emptorum: et si maxima
 obseruaretur ratio, quod esset ultra dimi-
 dium maximi, iam ferè in duplo esset de-
 ceptio: siquidè retento casu iam. 22. sunt
 ultra dimidium 14. & 22. parum distant
 à. 24. quod est duplum ad minimum pre-
 cium, vt diximus. Idè dicit de emptio-
 ne, quae sit citra dimidia iusti precij. Na
 ita in emptione habenda est ratio iusti
 precij secundum minimum iustum, vt in
 venditione, nã vtriusque aequa est ratio.
 Porro autem, vt res hanc patentior sit,
 scito iniustum esse precium, vel ex parte
 precij, aut ex parte soluētis precium: ex
 parte quidem precij si sit viciosum nu-
 misima, deficiens in pondere, aut in valo-
 re. Potest autem esse viciosum numisma
 ex multis causis, vel in substantia, quia
 videtur constare, ex auro, vel argento ve-
 ro, & alioqui non constat, sed ex sophisti-
 cato peralchimia. Alchimista enim qui-
 dam hoc nouerunt, sophisticare cupru
 & alia metalla, vt imponant videntibus,
 putantibus esse aurum, quod non est. Et
 experti ex ipsis tradunt, quod ex arte al-
 chimiae, potest fieri, apparentia auri du-
 rans vsque in decennium, et si item po-
 test fieri alijs vijs deceptio in substantia,
 moneta. Aut potest esse deceptio, in
 quantitate, verbi gratia, si moneta careat
 legitimo pondere, vt sunt multa regalia,
 & auri numi circuncisi, aut perforati.
 Et ut potest esse vicium in qualitate, si
 non sit regia inscriptio, & imago princi-
 pis, cuius auctoritate moneta cuditur.
 Nam in vno quoque regno est propria
 inscriptio, propriusque character mone-
 tarius: vnde transiēta moneta ex regno
 Hispaniae, verbi gratia, in Conflatio opo-
 lim, non habet tibi valorem monetæ, sed

Vicium mul-
 tplex mone-
 tarum.

solum valorem ex pondere. Quo fit, vt
 si moneta viciosa aliquid ematur, est
 iniustum precium, si vicium illud tol-
 lat ab eo suum valorem, quem exigere ha-
 bendum res, quae emitur. Quod dixe-
 rim, quia aliqua est perforatio, quae non
 detrahit valorem, sicut etiam si rubigine
 sit obductum numisma, aut musco, item
 non tollit valorem, nisi rubigo aut mus-
 cus, sua antiquitate excederet quantita-
 tem monetæ, aut ex magna absterfione
 ex aceto, vel alias minueretur pōdus mo-
 netæ. Secundo verò potest esse iniustum
 precium ex parte emētis, vt si non tan-
 tum refunderet precij, quantum res quae
 emitur poscebat refundendum.
 His praebitis, primam, si placet acci-
 pe conclusionem, nūquam fas est trans-
 gredi iustum precium, siue vendas, siue
 emas. Hec est prompta, quia tunc con-
 tractus est iustus, quando inter contrahē-
 tes seruatur aequalitas: itaque nullus eor-
 um ex contractu plus habet, sed vterque
 contrahentium habet, quod sibi est de-
 bitum. Et Ethicorum, capit. 7. verum si
 iustum esse precium, tunc vendens, non
 plus habet, neque emens minus. Tunc
 enim nihil reportat lucri vendens, quia
 solum habet quod debuit habere, &
 emens similiter vtique: quia si ille recipit
 precium, tradit aequiualems tradendo
 suam rem: & hic si dat precium, recipit
 equiualems, recipiendo rem a venditori:
 & ideo aptè diximus supra huiusmodi
 contractus esse oerosos, & non lucra-
 tivos, propter hanc quam tradebam cau-
 sam. Probatur etiam conclusio, Leuit.
 19. Nolite facere aliquid iniquum in iudi-
 cio, in regula, in pondere, in mensura:
 statera iusta, & aequa sint pondera, &c.
 Secunda conclusio: si res mutet statum,
 aut qualitatem suam, iustum precium
 eius etiam mutatur. Namque iustum pre-
 cium sequitur rem. Inmutata igitur re,
 non mutatur precium, illa verò mutata, etiā
 iustum precium transgredi non est nefas. Et
 sunt multi casus, quando variatio iusti pre-
 cij fit sine transgressione. Primum est, quan-
 do inuincibiliter ignoratur iustum precium,
 & ideo transgreditur iustum precium,
 siue a venditore vendendo, siue deficien-
 do a iusto precio, vt ab emptore emen-
 do. Namque ignorantia haec facit inuo-
 lunarium, ideoque excusat, siue vendi-
 torem,

Precium in-
 iustum alie
 modo.

rorem, siue emptorem à culpa venditionis, aut emptionis inuisita.

¶ Quibus enim sit de se peccatū, transgredi iustum precium, vel deficere ab eo quod est iustum, in hoc loco, & sub hoc tempore, &c. quia est contra iustitiam commutativam: at verò excusat hunc contractum à culpa ignorantia inuincibilis: vt excusaret quoque si esset precium viciosum, scilicet, si monetam falsam, quis offerret emendo venditori, ignorans inuincibiliter esse falsam, aut ignorans monetam non habere iustum pondus, aut legitimam imaginem, &c. Cum autem conclusio dixit aliquando esse fas transgredi iustū, vel deficere à iusto precio, ne intelligas licere propter ignorantiam inuincibilem transgredi, quia semper est peccatum ex suo genere mortale, sed solum tum non est nefas, quia excusatur contrahens. De huiusmodi autem casu, superioris sermone, capitu. 6. non nihil differimus.

¶ Est secundus casus, quando ex dubio exceditur à iusto quod putatur precium. Et est casus in capit. Nauiganti. extra de vfuris: vbi traditur, quod is qui emit decem solidis vinum, vel oleum, vel frumentum, hæc relaturus tempore quo hæc colliguntur: & si decem solidi æstimantur excedere valorem iusti precij pro tempore, sub quo dantur domino vendenti oleum, vel frumentum, &c. si tamen speratur probabiliter vinum, vel oleum, vel frumentum, quod ipse emit, tempore quo recepturus est ea, pluris fienda, quam decem solidis, qui nunc vendenti exhibentur propter dubium hoc, ex probabilitate maioris precij, potest vendens excedere iustū, quod tunc currebat precium; supposito, quod venditor, non erat illa venditurus modo, sed tunc quando erat collecturus. Itaque hoc casu exceditur iustum precium suo modo, & suo modo non exceditur. Sanè precium iustum quod currebat, quando venditor accepit decem solidos, exceditur. At verò, et si modo erat iustum precium, pro tempore, in quod venditor seruabat suas merces, dubium erat probabile si erat iustum precium, & opinio erat, tunc non fore iustū precium: Ideoque propter hanc dubitationem probabilem, licebit excedere iustum, quod tempore acceptionis pecu-

nia existimatur esse iustum precium. Quia le supponit capitulum præmemoratum esse decem solidos. Sed ait aliquis, sed quid si tempore redditionis fructuum valeat minus decem solidos, nonne fit iniuria emptori, quippe plus dedit quàm valebāt: nā valebāt nonē, verbi causa, & dedit decem? At itē obijciat, ecquid si valeant tunc plus, nonne fit iniuria veditori, qui quod valet tempore redditionis fructuum, verbi causa, vn decem solidos, ipse vendidit pro decem? Quamobrem cum sit æqualitas inter contrahentes istos ex casu dubij, quia si valebūt minus, reportat damnum emptor, qui dedit plus: si verò valebāt plus, reportat damnum venditor. Contractus hic reputatur iustus, quia iustum est vt veditor, & emptor, æquales sint quo ad iacturam, vel vtilitatem ex re empta & vendita.

¶ Obijcies forsan, imò videtur contractus iste vfurarius, siquidem si valebunt merces plus quàm modo valent, quando venditor recipit pecuniam decem solidorum, iam perinde est, atque si emptor mutuo dedisset decem solidos venditori, & dein reportasset ex mutuo vn decem, supposito quod valebunt vn decem solidos frumenta empta, aut vinū, vel oleum; & ita pro decem solidis quos dedit venditori, emptor reportat vn decem propter dilationem temporis: siquidem emptor emebat merces futuras, non præsentēs.

¶ Secundò argumētabitur aliquis, in venditione oportet esse precium certum, vt supra dicebamus, & ex definitione venditionis, patet quæ est hæc. l. i. tit. j. part. j. *Vendida es pleyto hecho entre las hombres, co consentimiento de partes, por precio cierto, en que se auienen el comprador, y el vendidor.* Id est, venditio est, pactum in tutum inter homines, ex consensu contrahentium, ex precio certo, in quo conueniunt emptor & venditor. Si ergo precium oportet esse certum, ita & rem oportet esse certam, quæ emitur, & venditur: at verò hic, qui dat decem solidos, pro frugibus venturis, nō habet rem certam, quia incertum est si erunt fruges: aliquando enim iteris annus fruges non impartit.

¶ Item si ex capitulo indicato dubium sufficit, vt contractus sit iustus hic: igitur sola dubitatio ementis, sufficit, vt deficiat à precio iusto. Namque si du-

Contrahentes æquales debent esse ex iactura & vtilitate mercium.

Precium vt sit iustum debet sequi statum mercium.

Dere vendendi.

Vendi potest quod est, & quod nō est.

De re vendenda, quid sit venditio ex l. i. part.

si dubium vendentis fat est, vt excedatur à precio iusto, item & dubium emptoris, fat erit, vt quod modo valet decem minoris emat, quia dubitatur ab emptore, an tempore redditionis mercis valebit minus, igitur poterit ob solum hanc dubitationem suam emere minoris, quam modo frumenta, vel oleum, vel alia fruges valeant. Et esset occasio, si hoc donamus, ad iniustitiam fouendam, quia facile esset vel venditori volenti excessum iusti precij, dubitare de maiori valore frugū tempore collectæ, aut emptori deficere volenti à iusto precio, itidem dubitare, quod tunc minoris valebunt: & hoc praxertu palliat exerceat vfuras. Rursus, etiā si dubium vigeat, de maiori valore frugū tempore collectæ, quam sit precium modo cur res, si veditor erat venditurus modo, non potest augere precium, sed vendere fecit dum precium quod modo currit. Siquidem precium quod modo currit verbi causa, si sit decem, currit, pro omnibus qui modo vendent suas fruges præsentium enim mercium, quæ modo, & hic sunt vendendæ, precium est non futurum, sed præsens. Nam precium consequitur valorem mercium presentium. Præter hæc ex lege. l. i. titu. j. par. j. didicimus, quod vendi potest, quod est, & quod non est. At si venditur quod non est, vt si venditur partus ancillæ, aut fructus nondum monstrati, alicuius hæreditatis. Vnde ait, in secundo casu quando veditur res quæ non est, valet contractus si emptor acceperit in suam iacturam succedentem in re empta. Verba sunt: *La vendida general puede ser, de lo que es, y de lo que no es, como si vende lo que pariere vna sierua, o el fructo por mostrar de alguna heredad vale el contrato, si el comprador toma sobre si el riesgo, mas si no lo como, y despues no tuiere fructo, la venta seria ninguna.* ¶ At verò in casu capituli Nauiganti, venditur quod nō est, & venditor non accipit iacturam in fere venditæ, vt ex capitulo constat; igitur contractus est nullus. ¶ Præterea precium oportet esse æquale valori rei quæ emitur, & venditur, vt contractus sit iustus: at verò in contractu huius capituli precium est præsens, & certum, quia sunt decem solidi, & inalteratum habet valorem, quia pecuniæ valor non variatur: at verò frumenta vel alia fruges nō sunt præsentia,

non sunt certa, possunt facile alterari. Igitur cum id quod est, nō potest esse æquale ei quod non est: nam æqualitas est relatio inter entia, & non inter ens, & non ens. Est enim æqualitas inter ea, quæ eadem obtinent quantitatem: quod autem non est, non habet vel valorem, vel quantitatem. Igitur contractus est iniustus, quia non habet æqualitatem. ¶ Rursus, quia frumenta quæ non sunt, non potest scire emptor qualia sunt, neque venditor, si bona si mala, si multa, si pauca: quomodo igitur erit contractus certus, de re incerta? ¶ Hæc sunt argumenta quæ volui proponere, ad dilucidandum capitulum Nauiganti præmemoratum. Primò tamen dices non esse contractum vfurarium, vt capitulum docet, & ex hypothesi, quod fruges valeant vn decem solidos, & reportet vnum solidum amplius emptor, qui solum dedit decem, nō reportat propter mutuum virtuale, quod argumentū præ tendit, sed reportat, propter dubium, si valebunt fruges, plus, minusve. Et sicut accidit casus, quo excederent valorem decem solidorum, poterat accidere casus, quo ab illo caderent precio. ¶ Secundò dices, quod dubium de quo capitulum facit mentionem, non est dubium priuatum, apud venditorem solum, ve emptorem, sed est dubium commune agricolis, ibi degentibus vbi fit contractus. Namque si celum est pluuium, vel impluuiū, docet anni dispositionem secundum vbertatem fructuum, aut sterilitatē. Huiusmodi igitur dubium, quando probabile est, quod carius valebūt fruges, quæ nunc valent augere potest precium, sicut dubium de vbertate debet diminuire precium si velit vendere fruges venturas. At venditor si timet vilitatem frugum venturam, non sperabit postea vendere, sed modo vendet, quando carius venditur, quia rariores sunt. At si casus esset, quod nihilominus voluisset euentum sperare futurū, & vendere precio presentium merces frugum venturas, debet minuire precium, & non augere, & emptor, tunc poterit emere minori precio, quam modo venduntur. ¶ Tertio dices, capitulum esse intelligendum, posse excedere precium vendentem, modo non sit modo venditurus, vt etiam capitulum explicat. Nam si erat modo venditurus, vendere debet,

Responsio ad gumentum.

Casus capituli Nauiganti.

secundum valorem quem modo habent fruges, & non secundum valorem, quem expectant maiorem. ¶ Quarto dices, quod est, & quod non est actus, est tamen in potentia proxima ut sit, vendi posse. Est tamen advertendum, quod cum venditur quod non est, si emitur cum periculo suo, contractus est absolutus, & emptor fit statim dominus rei, & sibi aut statim, aut cadet. At vero si emptor non suscipit in suam iacturam, rei, quæ non est, quæ emit, tunc est venditio conditionata, videlicet, si partus ancillæ extiterit, aut fructus terræ prouenerint: & hoc est, quod lex tradit Parti. Si non suscipit in se iacturam, si partus non extat, aut fructus non prouenerint, nulla est venditio. Nisi quod huic legi, est alia aduersaria, scilicet. 12. eodem titulo de re vendita, quæ tradit. Quando venditur partus equæ, vel ancillæ sterilis, vel fructus vineæ, vel arboris, non feracium, venditio est valida, at venditor tenetur exhibere emptori, quod valet partus, vel fructus quem vendidit, item iacturas, & damna quæ incurrat, non recipiens fructus. Hæc lex videtur euertere proximè citatam, quia hoc loco emptor non suscipit in se iacturam, nihilominus, tenetur ad solutionem partus, & fructuum, & interesse succedere. ¶ Porro si velis has leges ad concordiam redigere, dices hanc decernere legem poenam fraudulentæ venditionis, ut venditor ob fraudem, teneatur reddere solutionem eius quod valere poterant, partus & fructus. Ideo non distinguit si emptor suscipit in se iacturam: quippe non poterat suscipere iacturam, quæ neutiquam poterat prouenire, ex sterili equa, & ancilla, & arboribus non feracibus: ubi enim nullus potest esse prouentus, nulla potest esse iactura. At vero in lege superiori, venditio quæ exponitur non fuit fraudulenta, sed bona fide facta; ideo est alia ratio huius, atque illius legis. ¶ Porro etiamnum obijcies, ubi est fraus, consensus non est: quia nemo consentit in fraudem: quomodo igitur ista venditio tenet, quæ fuit fraudulenta. Respondebis, quod emptor ignarus re vera consentit in venditionem sibi factam, non tamen in fraudem. At lex hoc supplet consensus, quod illi deerat, ut fraudem puniat, quare censuit contractum esse validum,

Quod non est dupliciter vendi potest.

Concordantur due leges.

Lex aliquando supplet ex causa consensus in contractu fraudem.

neque censuit pecuniam acceptam ab emptore, reddendam emptori ex contractu rescisso, sed potius ex valido contractu, censuit valorem partus, & fructuum esse exhibendum emptori. ¶ Quinto dices, æqualitate esse duplicem, & actuale & potentialem. Item duplicem venditionem, & actuale quæ est citra conditionem, puram enim venditionem voco actuale, & potentialem, quæ celebratur cum conditione. Hæc voco potentialem, quia est in potentia, ut sit actualis venditio, extante conditione. Venditio igitur actualis, habet æqualitatem actuale, inter rei valorem, & ipsum precium, quia utrumque est præfens, & subsistens actus. At vero venditio potentialis, non potitur hac æqualitate actuali, quando quidem non est ipsa actualis, sed qualis ipsa est, tali æqualitate potitur, scilicet, potenti. ¶ At, ut diximus, quando venditur quod non est ad sensum dudum expositum, est venditio conditionalis, scilicet, hanc comprehendens virtualiter conditionem, si subsisterit, quod venditur & emitur: quocirca inter precium præfens, & mercem venturam est æqualitas potentialis, quippe est in potentia ad æqualitatem: quoniam tale est precium præfens, non pro valore mercis, quem modo habet, sed quem habebit tempore quo representabuntur fruges emptori, intellige semper deductis expensis, &c. Hoc argumentum torfit inique Albornozius lib. 2. de contractibus, titulo. 16. de re vendita. Quia non intellexit nostram distinctionem, unde infert, quod si Petrus vendit Martino lanas venturas detondendas ex ouibus, à recepto precio in. 3. vel. 4. verbi gratia menses, emens lanas, pro precio, quod tempore receptionis lanarum creduntur valituræ putat hunc contractum esse usurarium, & ut faciat eum esse usurarium, multa commentatur citra verum fundamentum. Et gloriatur quasi trophæa referens ex cõmento suo, quia est contra sententiam plurimorum doctorum & palmariū argumentum esse credit, quod nos latius deduximus, quam ipse, & est quod dudum soluebam. ¶ At vero hic autor quid respondebit capitulo Nauiganti, quod iunctis quodam vmbombus, dimicat contra ipsum: Si quidem si tollis vinum, & oleum, &c. quæ exponit capitulum,

Quando venditur res que non est, virtualiter est conditionata: nisi emens suscipiat in se periculum rei quæ emit.

Albornozius refellitur.

& illis subrogas lanas, est idem casus capituli quæ probat ipse textus, & casus lanarum, quæ iste iuris consultus reprobat. ¶ Et quid respondebit legibus indicatis, docentibus posse vendi, quod non est? Dices, si emptor sumit in se rei emptæ iacturam, id quod in casu lanarum, non refertur. At neque in casu frugum à textu capituli refertur. Et ut diximus ista receptio iacturæ hoc operatur, ut siue fructus colligatur, siue fructus non extant, nihilominus contractus sit firmus ceterum si non recipitur iactura ab emptore, si nihil, si partus ancillæ, vel fructus frugum non extiterint, emptor liber est à contractu emptionis, unde in casu lanarum, idè dicere oportebit, si emptor lanarum suscipit in se iacturam, siue periculum rei emptæ, quod Hispanè dicimus el riesgo, si lanæ non prouenerint iacturam sibi imputet, & non venditori, si verò non suscipit in se periculum, utiq; si non prouenerint lanæ, venditoris est iactura non emptoris & contractus est nullus, ut ex J. Par. ostendimus. Verum si emptor capit in se iacturam rei emptæ minoris pretij, alimabit lanas, quia recepit in se iacturam, si vero non recipit iacturam, tunc eadè ratio est, de hoc contractu, atque de contractu capituli sepe indicati. Si quidem poterit succedere verberas lanarum, quæ prævideri poterit ex anni quæ præfert felicitate. Namque optimus pastus opimat oues, & facit eas esse bene lanigeras: ut sterilis pastus facit esse non admodum lanigeras, ideo ob hoc venditor poterit augere pretium venturæ lanæ: et si lanæ præfentes vilius vendantur: ex dubio enim sterilitatis poterit pretium excrecere supra pretium præfentis lanæ, quia existimatur lanas detondendas esse rariores futuras & pauciores, ut poterat minui ab emptore si existimatur valde futuras lanigeras oues. ¶ Ultimo dices emptorem nescire euidenter quales erunt fruges, vel lanæ, si de lanis agatur, at poterit probabiliter ex anni dispositione, coniectare, qualia sunt hæc futura, coniectare ut quoti die coniectant agricolæ, & qui signis cæli discernendis incumbunt, & hoc fit est ad contractum, qui virtualiter est conditionatus, quia si non essent fruges, aut lanæ contractus esset nullus. Aut si non esset quantitas lanarum, aut frugum quæ emitur, esset restituetum quod superest pretij. ¶ Hinc colligitur doctrina illa cõmunis, quod ratione damni

Optimus pastus opimat oues.

emergentis potest venditor augere pretium supra præfens iustum pretium, sicut enim fas est, propter expensas laboris, ingenii quæ suum, quod impendit in colenda merce augere pretium, si alias non sit taxatum vel impostum pretium, ita & propter damnum sibi proueniens. Namque quilibet licite poterit se seruare indemnem. Quod vero de expensis, audis, intellige, de expensis, quas facit venditor gratia mercium dantaxat quod Hispanè dicitur, vender en lo que esta, de quare post hæc erit mentio. ¶ Verum non solum traditur fas esse excedere iustum pretium præfens, propter damnum, & periculum, quod suscipit venditor propter merces deferendas, aut quod poterit verisimiliter incurere sed etiã tradunt Theologi non pauci sectantes Scoti placita, quod item propter lucrum cessans excedi potest iustum pretium exponunt lucrum cessans, probabile, quod erat venditor reportaturus, verbi gratia, si fert in sitor olei, quod in vrbe Ciuitateni venditur ad nummum aureum: in sitor olei, non est venditurus in ciuitate Ciuitateni, sed est transuecturus in Salmaticam, aut in aliam ciuitatem, ubi carius venditur. Ceterum in sitor in Ciuitate solum, quod vendat oleum apud eos: si ob instantiam, si carius vendat Ciuitateni sibus, qui probabiliter existimabat, se idem carius venditurum Salmaticam (deductis tamen labore, & expensis, quas non facit, vendens in ciuitate Ciuitateni, & longius non proficiscens,) rectè facit, propter lucrum cessans, quod debuisset reportare longius transuehens merces suas. ¶ At vero, ego non hæsito, quod si lucrum cessans est idem quod damnum quod incurrit, in sitor ex eo quod hic vendit merces, venditurus alibi, quod ipse properabat, quod tunc propter lucrum cessans licebit excedere alias iustum pretium. At vero si separantur hæc duo, non video, ut liceat propter lucrum cessans excedere pretium, quod alias fuisset iustum, si ratio cessantis lucri aliud non admoneret. ¶ Bene video, quod aliquando potest esse damnum quod patitur in sitor, citra lucrum aliquod ut si forte deusta est mercium bona pars, aut ipse graue tulit ob custodiam mercis in persona nocumentum id quod est damnum præteritum. Itemque & damnum est futurum, si quia ad tuam instantiam vendo nunc merces meas, quas

Lucrum cessans an auget pretium quod alias erat iustum.

Damnum & lucrum cessans quado sunt ius augere ratione pretij.

D

disposuerit modo nō vendere, neq; hic vēdere, sed postea, scilicet ego patior detrimētū, in vēdēdo merces vili? quā esset vēditior? Tūc sane ob hoc dānū, siue quod sustinuit inilitor, aut sustētū se formidat pōt excedere iustū pretiū, q; aliās submoto damno isto, siue praxerito, siue futuro, fuisse iustū pretiū. ¶ At verò hic nō est lucrū cessās purū, sed est dānū, vel quia perdidit aliqua ob merces, aut ob eadēdam perdere formidat.

Omnis veditio lucratia & emptio lucratua est obnoxia restitutioni.

Quod verò, ppter purū lucrū cessās, liceat aliquid amplius pretij, referre, quod vulgariū est, ego nō video: imo huic dogmati planē refragor. Imò censo omnē venditionē lucrativā, esse iniustā, & obnoxia restitutioni. Itemq; omne emptioē lucrativā. ¶ Enimverò, vt dicebam? in exordio quādo de cōtractibus generatim agebatur, vēditionis cōtract? nō est lucrativus, sed one rosus. Imo omnis cōtractus qui est proprie cōtractus, voce proprie cōtractū, vt supra qui vltro, citroq; est obligatorius: Donatio aut nō est obligatoria. Nā qui recepit donū, donatarius, scilicet, nō obligatur obligatione ciuili, sed solū obligatione naturali, ad suū donantē videlicet, vt illi gratias habeat, agat, & referat, sic ergo donatio est cōtractus lucrativus, q; obligationē ciuile nō inducit vtrinq;. At verò in vēditiōne iusta, vt admonēbā loco indicato, non est lucrū, vt neq; in emptiōne iusta. Enim verò, aut qui vēdit vēdit iusto pretio, aut nō: si nō, lucrū est, totū id quod reportat vltra iustū ptiū, & quāto magis vltra reportat, tāto magis lucratur. Itē emēs, emēdo minūdo iustū pretiū. At verò huiusmodi contractus sunt iniusti: quia lucrū est excessus, aut diminutio à iusto pretio, ergo, si nō est excessus à iusto pretio, aut diminutio, nullū est lucrū, quia tūc est æqualitas, & vbi est æqualitas, neq; excessus, efficiē, neq; diminutio. Etenim si vēditōr vēdit domū suā pro iusto pretio, nihil lucri reportat, quia si cētū accipit in pretiū iustū, cētū exhibet, quātū erat pretij valor, scilicet, nā domū suā æquiualetem exhibet nihil ergo lucratur: quia æquale est, quod recipit, ei qd dat: & si refert pecuniā, priuatur domo. Vnde nō fit ditior, quā erat, vt neq; emptor pauperior exhibens pecuniā. Vnde dixit Aristoteles, γ. Ethic. cap. 7. quod is qui facit iniuriā, est qui reportat lucrū, qui vero patitur sustinet dānū, vnde quia inter facientē iniuriā, & patientē est inæqualitas, cōuenitur iudex qui est,

In veditio nis iustę cōtractu nullū potest esse lucrū, si cur neq; dānū.

cen quoddā mediū equās partes inæquales, quia recōpēfando iniuriā, tollit lucrū à lucrante, & refarcit damnū patientis. Ita pro pemodū, qui vendit vltra iustū pretiū facit iniuriā emptori & plus idēe habet, quia excedit à tramite iustitiæ, & emptor tunc festinet dānū, quippe qui minus habet, quā debuisset secundū iustū pretiū habere. Et rursus si emptor dimiuit à pretio iusto, ipse est plushabēs, quā debuisset habere, ideo quē tūc lucrū est penes ipsū, qui facit iniuriā, & dānū est penes vēditōrē. Quocirca, si vltra dimidiū, vel citra dānū hoc cōtingit vel lucrū, iudex subuenit huic iniuriæ, & rescindit cōtractū, si à recipiente iniuriā requiratur, vt supra dictum est, vel reducit ad æqualitatē, cōtractū suppledo qd deest, dāni aut tollēdo quod superest lucri. Aut si nō sit cōtractus vltra, vel dimidiū iustij pretij, cōscientiæ est opus, reducere cōtractū ad æqualitatē, restituendo lucrū, patienti damnū. Ex his ni fallor probatū euadere arbitrōr vēditiōnē nō posse esse lucrativā, neq; emptiōnē, si iustæ eę fuerint. Quomodo ergo vendētes propter lucrū cessās possunt aliquid vltra iustū pretiū referre nō video, nisi sit iniusta vēditio. Sed dere hac cū Christo duce de vfuris agetur vberis? differetur. ¶ Est tertius casus, capituli in ciuitate extra de vfuris, videlicet quod is qui erat seruatus suas fruges, in tempus, quo solent rariores esse, & idēo cariores, si exigatur vt modo vēdat modo quādo suppetunt, & viliores sunt, poterit vendere presentes fruges, precio venturo. Hic casus diuersus est à casu capituli nauigati. Namq; casus cap. Nauiganti cōtinet pretiū præsens, & mercem futurā, at hic casus, cōtra pretiū cōtinet futurū, & mercē presentē. At verò vtrobiq; eadē est ratio, videlicet excedendi à pretio iusto, non propter dilationē temporis, quia tunc esset vendere in diē, vel credita pecunia, qd Hispanē dicitur, *Vender al fiado*. Et esset cōtractus vfurarius ex cap. cōsuluit, eod. titulo. At verò in istis duobus casibus, exceditur à iusto pretio, propter dubiū, scilicet, quia venditor venditurus erat frumenta sua tempore Maij, quando solent rariora esse & precio siora, quia iam præcedentis anni frumenta fere sunt consumpta, at nihilominus sollicitatur ab emptore vt vendat mēse Ianuario, vel Decembri, &c. propter dubiū maioris valoris in mēse Maio excedere potest vēditōr iustū pretiū, ex quo

Collatio duorū capitulorū Nauigati & in ciuitate.

mense

mēse Ianuario vēdunt publico foro frumenta. ¶ At verò obijciēt quispiā pretiū oportet esse certū q; vt supra dixim? veditio est cōtract? ex certo pretio præsenti initus, at verò futurū pretiū est incertū q; dubiū est pretiū futurū. ¶ Respōdebis, q; pretiū hoc, quādo quis vendit frumentā præsentiā, p pretio vëturo sub Maio mēse est præsens, est moderatū ad rationē vëturi. Etenim paulò plus, paulò minus subducta ratione, quomodo tunc speratur valitura frumētā, pōt modo cōstitui præsens precii, vt si sperant valitura frumētā ad taxationē, taxatū ad est pretiū. Aut si paulo minus, iuxta hāc rationē pōt certū esse pretiū. Neq; tamē semper opus est vt pretiū certū cōstituitur in omni vēditiōne. Etenim, qui emit anticipato pretio frumētā vëtura, nō pōt certū constituere pretiū, sed solū cōstituire pretiū secundū rationē valoris, pro tēpore collectionis frumētōrū, vt sancitur. l. 17. tit. 1. lib. 5. Recop. in hęc fere verba. *El q; cōprare pā adelātado, no lo pueda cōprar a menos precio, q; como valiere en la cabeza del lugar dōde se cōprare, quince dias antes, o despues de nra Señora de setiembre, y en otra manera no se pueda cōprar*. Itaq; moderatū est pretiū secundū rationē futuri ptiij, in emptiōne frumētā anticipata. Quare si emptor exhibuit. 11. & tēpore collectę frumētōrū valēr. 10. vēditōr illi restituet vnū. At si valebit, 11. & emptor solū exhibuit decē, vēditōri tribuet emptor, q; deerat pretij. Quocirca nō oportet ad vēditiōnē ptiū præsens esse certa certū, q; sit fixū & immutabile, sed satis est, q; sit expressū precii, secundū rationē futuri, quādo veditio fit secundū rationē futurā, & nō præsētē. Sūt autē leges multę statuētēs, q; in omnivēditiōne oportet esse certū pretium, vnde præter assignatos, est alia lex. 1. titu. 5. par. 5. Quæ sic habet. *La incertidumbre del precio, aunq; no lo aya en la cosa vēdida, como si dixesse el cōprador q; se cōcerto por diez, y el vendidor por doze, haze q; lavēta sea en si ninguna. Mas si dixesse el vēdedor menos precio q; el cōprador vale la vēta*. ¶ Itaq; sicut incertitudo, rei, quę vendit, irritat vēditiōnē, ita & incertitudo pretij, verū lex exponit, quādo est incertū. 1. minus pretiū ex parte vēditōris, plus autē ex parte emptoris esse vēditiōnē. Quoniā si emptor ait se emisse p. 12. & vēditōr vēdidisse pro decē valet

Emptio frumentorum anticipata.

vēditio, q; in. 12. q; testatur emptor cōprehēdunt decē, quæ profitetur vēditōr nō autē in. 10. duodecim. Hęc tamē intellige si in foro cōfētū res agat, si decē, & duodecim nō excedit latitudinem iustij pretij. Quia tūc si emptor dicit se emisse p. 12. vēditōr vero pro. 10. valet veditio, si verò excederet duodecim latitudinē iustij pretij, est in foro cōtēioso est valida vēditiō, nō tamē in foro cōfētū. ¶ Leges ergo quæ statuunt certū debere esse pretiū, hoc solū volūt, quod exprimat pretiū nō tamē insufficient, q; ptiū nō possit cōstitui aliquādo secundū rationē futuri ptiij, si merces videlicet emunt futura vt prædictū est. ¶ Imovt hoc addū, neq; requirit vt veditio valet, q; in particulari exprimat quāta sit pretij quāta, videlicet. 9. vel decē, vel 12. &c. Sufficit enim q; consue signficet pretiū v traditur. l. 10. tit. 5. par. 5. in hęc fere verba. *Acordado se la vēdida, entre el vēdedor, y el cōprador, por el precio q; se hallasse en el sacro, arca, o maleta q; se veda, q; se, por poco q; se hallasse, si se halla algo seria la vēta firme. Mas si ningū di nero hallarō no valdra la vēdida, porq; no pueda auer precio cierto, dōde no ay precio. Por le mis ma razō si se cōcertassen, por lo q; costo a el vēdedor, y despues se hallasse q; auia heredado, o le auian dado aq;lla cosa q; vēdida, no valdra la vēta, porq; no ay precio*. ¶ Porro, prior pars huius legis dubiā satisaffert intelligētā. si pactū initū est intervēditōrē, & emptorē, p ptiō q; in saculo, vel in arca est, vel alibi est repositū, & emptor nouit, qd sit in sacro, & vēditōr ignorat, videt iā deceptio vēditōris. Nā fac q; Petrus vult emere à Paulo vestē oisericā carmesinā, vel aureā, & ait Petrus Paulo si tibi placet, p ptiō tuæ vestis offerā tibi, q; habeo in hac pera, vt emā tuā vestem, Petrus optimē scit, q; habet in sacro terūciū, & q; pretiū excedit à valore vestis, at Paulus ignorat egerū ex sua leuitate annuit Petro, videtur nihilominus cōtract? iniustus, q; nō vendit ex iusto pretio, imo valde infra dimidiū iustij pretij. Nā nihil fere est terūciū ad vestē oisericā, vel carmesinā, &c. At lex dicit, si aliquid reperitur in sacro valet veditio: terūciū aliquid est. Et quidē si ambos latuisset quod erat in sacro, vel pera, vel arca, vel alio quouis numario reposito, vtq; iusta esset veditio, siq; dē ambo cedebat iuri suo, & null? alterū dēcipie

Pretiū quomodo debet esse certū.

Quantitas pretij nō requiritur explicari vt sit veditio valida.

Expeditur lex partitę.

D 2 bat

bat, verū si ambos nō latet, sed alterū eo nō dant axat, videtur deceptio in veditio ne, sed re vera si sciēs quod habet in faco esse exigū, vt tricientē vel quadrantē, vel aliud exigū, vt tricesimā, & quod res quæ veditur ab altero, esse maioris pretij multo, & assute inducit emptor veditore vt credat, quod id quod habet in faco, esse pretiū magnū, & suadelis illi imponit vt emat pro eo qd est in faco, veditio nō valet, quia emptor decepti venditorē data opera. Ideoq; in hoc casu nō hac lex est audiēda. ¶ At verō si emptor verbi causa nō suatit veditore, vt venderet, sed solū dixit si vis videri mihi velle hanc tuā, pro eo quod est in hoc faco, vel illo cōditū, siue sit parū, siue multū emā, venditor si annuit videtur venditio in vtroq; foro valida quoniā nō decepti venditorē, dicens magnū esse pretium, & c. sed arbitrio venditoris reliquit, & ideo venditor suo iuri cessit, & visus est donare emptori, qd plus estimabatur veltis. ¶ Vt aut ad priora vnde discessit remeet oratio, existis satis liquet, quod certitudo pretij, quæ necessaria est in contractu veditiois, non obstat quominus merces futura vendātur iuxta pretiū futurū, quod speratur. Itemq; merces presentes, quæ in futurū afferuābatur iuxta afferuationis tēpus: vnde duo capitula cōmemorata tradiderūt, vnde colligitur quod sicut propter dilationē tēporis, nihil ultra iustū pretiū est referendū ita quoq; propter anticipatiōnē tēporis, nihil ultra iustū pretiū est referendū. ¶ At verō sicut propter dubiū poterit veditor merces venturas, carius vendere, ita quoq; propter dubiū poterit emptor vilius emere, quādo anticipat emptionē. Anticipatio igitur tēporis sola, vel tēporis dilatio si minuūt aut augēt mercium pretiū, vsurariā faciunt cōmutationē. Vt verbi causa, si veditor, solū quoniā dilatat solutionē pecuniæ emptori, illi vendēdo in diē, auget venditarū mercium pretiū, quia veditit al fiado, vt Hispanē profertur. Aut etiā si emptor, quia anticipauit pecuniā solū veditori ante tēpus recipiendē mercis, minus soluit, quā esset iustū pretiū vsuraria est cōmutatio. Nāq; perinde est acsi veditor Petrus recepisset mutuo decē verbi gratia, à Paulo, & post modū Petrus reddidisset nouē. Nāq; supponimus, quod quia in diē vendidit pro

Regressus ad priora

Propter tēporis dilatiōnem aut anticipatiōnē nihil vltra iustū pretiū est referendū.

merce quæ valebat. 9. dedit Petro Paulus. 10. Itemq; quis Paulus verbi causa anticipauit pecuniā, ideo pro merce, quæ valebat decem, dedit. 9. id quod contractus est vsurarius. Porro aut, quia iuxta iura præfata, fas est propter dubium probabile, de pluris valitura merce, quā modo estimat, amplius recipere, eū qui modo nō erat vediturus: itē fas erit, eū qui modo emit mercem, quæ creditur minus valitura, propter dubiū, nō quia anticipat emptionē, vilius eā emere, quā modo estimat. Itaq; non dilatio, solutionis in posterū, aut anticipatio sunt causa excreſcentiæ, aut de creſcentiæ in pretio, sed dubiū quod vel pluris, vel minoris estimabitur merx. ¶ At scio mihi obijcies legē paulo ante prolatam, quod in anticipata emptione frumētōriū, nō liceat minoris emere, nisi ad pretiū quod valebunt fruges ad festū natiuitatis deiparē. Quomodo ergo nos tradimus, quod licet propter dubium, de minori estimatione mercium, quā modo estimantur, minori pretio emere fruges venturas, quā modo appreciātur. Item quæ ratione dixim⁹ fas esse cari⁹ videri, propter dubiū de pluris vendendo, &c. At lex supra indicata sancit, qd nō licet in anticipata emptione minoris emere, qd profesto natalis. S. Virginis valebūt. 15. diebus ante, vel postea, sed lex hæc est in fauorē veditōriū. Etenim, proximē ante natalia virginis, aut proximē post natalia est, quādo vilius veditur frumēta, quia tēp⁹ illud est collectionis frugū. Scideo est maior abūdātia frugū, indeq; vilitas maior pretij, ideo lex statuit, in anticipata emptione, nō minoris esse emēdas fruges quā tūc videntur, quia id tēporis viliori pretio videntur. qd alijs tēporibus anni. Adde etiā cū familiare sit, anticipatib⁹ pecuniā, vel le propter anticipatiōnē, multo viliori pretio res emere. qd ipse valeat, aut valebūt, ideo lex subueniēs huic mori anticipatiū, cōstituit, ne vilis⁹ emerēt, isti anticipates pecuniā, quam sub natalibus virginis propter causam cōmemoratam. ¶ At vero his nō obstantibus, si verisimile esset, vt aliquādo cōtingit, quod etiā sub eodem tempore frumēta forent carius valitura, qd valēt, quippe nō noui quā sterilitas anni hoc efficit, si qs voluisset. tūc, propter anticipatā pecuniā vilius parare sibi, esset vsura-

vsurari⁹. Quoniā vt dixim⁹ perinde esset acsi decem mutuo dedisset venditori, & ipse tempore frugū. 1. retulisset. ¶ Porro si dubium esset minus valitura tūc qd valent, qd propter hoc dubium anticipando emptionē, minoris sibi parare voluisset frumētā veditura, qd valēt nō esset vsurarius quæ ex capitulo indicato nauigāti, propter dubiū, de pluris valēdo, fas est excedere pretiū currēs: igit, propter dubiū de minoris valēdo, fas itē erit minuere currēs pretiū. ¶ Obseruādū autē est, qd vt præmonebamus iustū pretiū habet latitudinē, inter minimū, & maximū pretiū, quo circa si quis dilatat de debitā solutionē, exigit sibi valōrē maximū, aliās si nō dilataret solutionē cōtētus fuisset vel minimo iusto pretio, hūc cōseō nō esse vsurariū, siqde, nō excedit propter dilationē, latitudinē iusti pretij. Itē si quis anticipado pecuniā, minoris emit, qd emisisset quia emit, pro minimo precio, qd si nō anticiparet emisisset pro maximo, tūdem nō est vsurarius. ¶ Etenim isti, propter dilationē, aut anticipatiōnē, nō digredunt à latitudine iusti pretij, et si qd dilatat solutionē, ob hoc quæ anticipat, frui minimo. ¶ Quod verō capitulū cōsuluit, & cetera qd dixim⁹, decernūt, propter dilationē tēporis pluris videri qd esset veditū, esse vsurariā cōmutationē, verē decernūt, quæ pluris videri, est videri extra latitudinē iusti pretij, id qd in casib⁹ præfatis nō cōtingit. Quid quæ veditō nō fit, propter dilationē tēporis, qd sine dilatiōne tēporis fieri pōt. At vero, videri merces ad maximū pretiū fas est, etiā in cōtinēti videri, igit si incōtinēti veditō pōt ad maximū pretiū, dilatio tēporis nō est causa per se qd sic vedit: sed est causa p accidēs: quæ forsan venditor si statim retulisset pecuniā venderet, pro minimo, vel mediocri, at quia nō refert videri amat, pro maximo, & vt iure suo, & hęc sunt vera, quādo à lege nō est taxatū pretiū, quæ post qd est taxatū nō habet latitudinem. ¶ Quart⁹ casus est, si quis sciēter vedit re suā citra dimidiū iusti pretij, aut sciēter emptor emit vltra dimidiū iusti pretij. Enim verō sciēs equiparat renūtiātū iuri suo præsertim quādo sciēs nō coactē, sed spontē vedit aut emit. Est textus in iure tēnili. ff. de edili. edili. loquitur. §. si. vnde vedit

Quādo licet ob dilatiōnē, vel anticipatiōnē plus pretij reportare, aut minus.

Quartus casus excedēdi, vel minuendi iustū pretiū.

dēs re suā sciēter citra dimidiū iusti pretij, sciebat enim qd res sua valebat decē, & nihilominus videri voluit, pro quatuor, quod sibi deficit ad iustū abſoluendū pretiū donare emptori cēset in foro exteriori. Itē qui emit, re valentē decē, pro .6. & hoc ipse scit qd emit, & non coactē emit, videt donare venditori, quæ exdat supra iustū pretiū. ¶ Et hoc in foro animæ: maxime verū existimādū est, si vel veditor sollicitat emptorē vt emat, alioqui renūtiēt emptionē, vel emptor venditorē, quoniā si veditor dicat, emere hæc meā, & da mihi quatuor pro ea, scio tamē alioqui valere decē, ceterū ego tibi remitto. 6. multa est veditio, citra dimidiū, quæ, illi mixtē donatio. Itē de emptore vnde in foro cōscientiæ tutus est licet emēs citra dimidiū, & veditō vltra dimidiū. At in foro exteriori iudicabit iusta veditio, si veditō nouit se videri citra dimidiū, & spontē vedit. Item de emētē, etiā si cetera quæ diximus nō exponāt. Moderant aut iuriscōsulti casum hūc, nisi veditoris simplicitas, aut rusticitas ea sit, ex qua præsumere liceat, veditisse re ex facilitate, & nō ex liberalitate. Itaq; etiā sciebat qd valebat, at verō ex facilitate animi, veditit citra dimidiū &c. vt. ff. de probal. l. cū de in debito. §. 1. At verō rusticitas, & simplicitas ignorantiā præferūt, qui ergo scit qd vedit, nō est simplex, neq; rusticus veditō, citra dimidiū, aut emēdo vltra dimidiū, quoniā potius præsumit vel prodigus, vel liberalis qd si liberaliter facit, studiose facit, si autē prodigaliter, et si peccat, at nō criminaliter neq; ob id inualida est veditio, si is qui vedit, est dñs rei quæ vedit. ¶ Quintus casus est, quādo quis spontē exponit venditioni re suā, & tradit eā, paxanetis, qui vernacula nostra lingua, Son correedores, o correedoras, vt vendant, tunc solum est iustum pretiū quod vltimo pro re reperitur sine sit vltra id quod alibi videbatur iustum pretiū, sed citra nihil ad rem, in vtroq; enim foro illud est tunc iustū pretiū, quod à proxenetis circumferentibus res venales percipiunt, vel vicū vltimo reperitur per. l. pretia rerum, ad. l. fal. & tenet Barb. inc. cū dilecti de emp. Et vend. Et ratio est præopta, quia veditō ad hoc cōmittit re suā proxenetis, & exponit eā venditioni, vt illud ferant quæ potuerint pretij, quæ si noluerint venena-

5. Casas.

dans recipere, poterit retrahere rem suā à venundatione. ¶ Itē quod fit in subhastatione vel in almoneta publica, ubi pre sumitur semper esse iustum pretiū, quod ibi tandem sub auctione, & licitatione reperiri potest, siue ultra sit siue extra, pre sumitur nihilominus iustum pretium in vtraque foro ar. l. 1. C. de reuenditioe ne nisi realiter probatur excessisse dimidiū iusti. ¶ Rursus idem est in arren dationibus, quas vocāt publicas. Nā ibi est velut quedā subhastatio seu actio pu blica, vnde quia publica est, non præsumitur dolus, vnde et si quis fuerit ibi de ceptus, non potest petere restitutionem vt in. l. si iustum. ff. de contrahē. emp. vt iurista decernunt nisi vere & realiter probetur dolus. Nam in subhastatione si probatur rescinditur venditio ex com muni sententia iuristarum. ¶ Tertia con clusio, iustum pretiū, est censendum pro ipsa hora contractus, & non antea, vel postea. Itaq; quando res venditur, pro tē pore quo fit contractus venditionis, est inspiciendum iustum pretiū. Nam si eum vēdebatur valebat decē, etiam si statim postmodum valeat. 1. aut antea valuit fet. 12. non sunt obseruanda hæc pretia, sed quod erat iustum pretiū quādo res ven debatur. Probatur conclusio ex cap. cum dilecti de emptio. & venditio. & in ca. cū caasam eodē titu. & in. l. si voluntate in fi. C. de rescindēda veditioe. Quia secūdu tempus contractus actio formatur, & cō demnatio moderatur. ff. de neg. ge. l. Pō ponius in nego. Quamobrē si continuo à veditioe mercis, facta est carior, quia rarior, nō propterea, quocirca si conti nuo à veditioe res deterius se habet ni hil potest agere emptor contra venūda torem vt neq; si melius se habeat nihil ha bet venditor contra emptorem.

¶ Quarta conclusio, nō solū in contractibus venditionis, & emptionis seruandū est iustum pretiū, sed etiam in contractibus alijs, quæ à iurisconsultis nuncupari solent cōtractus bonæ fidei est obseruā dum. Putā vt in permutationibus, loca tionibus, &c. Nā omnium cōtractuū bo næ fidei, eadem est æquitas, ergo idē ius debet esse. ff. de ed. l. di. sciendum. §. de inde. ¶ Diximus autē supra duplicē esse permutationē aliā secūdu naturā, aliā se cūndū artē: hæc est venditio, prior verō

est cōmutatio rei, pro re, vt oleū, pro vi no, aut hæc pro frumentis. At in prima permutatione cū nō sit pretiū, est diffici le videre quomodo in ea sit seruandū pre tiū iustum: quoniā in posteriori res in aper to cōsistit. ¶ Porro autē secūdu Arist. §. ethi. cap. 5. in omni cōmutatione iusta est æqualitas. Necessum est igitur, si volu mus inuenire, vt iustitiā in permutatione rei, pro re, vt in eadē æqualitate ex quiramus, & qualia aut sunt quæ eandem mensuram obtinent. Tūc ergo permuta tio secūdu naturā, erit æqualis, quādo ea dē gaudēt mensura, quæ cōmutatur. Mē sura autē duplex, aut secūdu quantitātē molis, aut secūdu valorē. Prior autē horū nō est sufficiens: quippe, eadē mēsurā me titur triticū, quā ordeū, puta eadē est mē sura Hispanē hanega, ex qua metitur tri ticū, & ex qua metitur ordeū. Itē in liquidis eadē est amphora, ex qua metitur vinū, atq; acetū. At nō esset iusta permutatio pro amphora vini, amphoram exhibere acetū, ideo obseruāda est mēsurā secūdu valorē. Hæc autē dignosci nō potest nisi ex pecunia res mēsuret, ideoq; Arist. nu mū vocat mēsurā cōmunē vnde qui per mutat vinū pro oleo, pēdit apud vtrūq; ex valore pecunię vtriusq;. Propterea q; diximus supra permutationē secūdu na turā, esse veditioe, & emptionē virtua le. Nāq; pecunia reputat, q; pecuniā va let. Quocirca quādo oleū, qd permutat pro tritico tāti æstimatur, quanti triticū, quia si illud valet numū aureū, tātidē va let & hoc, tūc est iusta permutatio. ¶ Vn de si excesserit ultra dimidiū iusti pretij, iniusta est permutatio, etiā in foro exte riori, si verō excedit sed nō ultra dimidiū iusti pretij iniusta est in foro cōsciētie, ve rū, quia frumētū taxatū habet pretiū, à le ge, & nō oleū, ideo pretiū olei, ex cōsue tudine, aut ex foro aut aliā est petēdū. Et sicut actio dat à iure cōtra decipientē in cōtractu veditiois in pretio vltra di midiū pretij ita eodē modō dabit actio cōtra decipientē in ea quātitate, in permu tationibus. In locationibus autē res est a pertior quia ibi interuenit pretiū vnde Salmaticæ locationes domorū scholasti carū taxationē fortiuntur, vt frumenta sua potiuntur taxatione.

Permuta tio est ven ditio vtriusq; & emp tio.

¶ Quinta conclusio iustum pretiū, nō so lum in foro exteriori seruandū, sed etiā in foro

in foro animæ non est violandum, & vio lator non solum irretitur crimine, sed ob noxius est restitutioni. Itaq; postquam conlitterit, esse mercū hoc vel illud ius tum pretium, siue ex pragmaticis san ctionibus regum, siue per consuetudi nem, siue ex circumstantia loci, vel tem poris publicum sit ali quod pretium in foro, vel extra forum, illud qui violat, sa luti suæ animæ non consulit.

¶ Fuerunt autē pragmaticę sanctiones in regno Castelle pretium frumentorum taxantes, variæ. Nā secundum temporū varietatem variantur etiā pragmaticæ: non solum de pretio venalium, sed etiā de rebus alijs. Sub rege igitur Ferdinādo fuit taxatū pretiū frumentorū. Putā triti ci tunc fuit constitutum vt mensura, seu Hispanē hanega tritici, nō excederet cē tū & decem terencios, seu maraue dis & ordei mensura. 60. terencios non ex ce deret; olyre verō, vel centeni, nō plus vē deretur quam pro. 70. terencijs. At ve rō sub Philippo rege creuit pretiū huius constitutionis, quippe mensura tritici, constitutum habuit pretium. 300. terū cijs ordei vero. 140. terencijs siue mara uedis, &c. olyre verō. 200. & iubetur vt hæc pretia nullatenus excedantur, fari nā verō mensura constituitur quod ex ce dat, mensuram tritici in grano triginta terencijs. Panis verō cocti habeatur ratio, quando vēditur, vt subducta ratio ne ex pēsarū molendini, salis, ignis, aquæ & operę quam impendunt in pinsendo, panificę, & panifici, deferatur modera tum lucrum, habita tamen ratione quāti constitit granum in grano, & iuxta illā rationē, adde re vel minuere pretiū panis cocti. ¶ Cauet autē pragmatica hæc vt ex ceptis panificis, quarū interest panes fa cere, vt prodeant reipublicę, nullus al ter neq; perse, neq; per interpositā perso nā, possit panē coctum vendere excedē do taxationem regiam. At verō iam mo do nonus agitur annus, taxatio fuit pro uectior, vt tritici mēsurā haberet cōstitu tū pretium numū, scilicet, aureū, & men sura ordei, dimidium aurei numi, olyræ verō quæ prius fuerat à Philippo rege constituta, scilicet. 200. dipondijs. ¶ At verō hoc anno. 1582. aucta fuit taxatio ab eodē rege, scilicet, mēsurā seu hanega tritici. 14. argēteos, olyre seu cētēniā ad 0-

Anno. 181. 182.

Anno. 1588.

sto argenteos numos ordeivero, ad. 6. ar gēteos numos. Hęc autē auctio pretij, et si innouat pretium, cetera quæ continen tur in taxatione priori frumentorum non innouantur, sed vt pragmatica hæc vltima præscribit, omnia in suo vigore remanent, & sub grauioribus penis, hæc taxatio noua, inouationē pretij, restitua tionē excessus à taxatione, iniuolabiliter iubet obseruari, vnū autē videtur latius q̄ circē quā prius erat sancitum, videlicet, q̄ non solū agasonibus, sed alijs fas sit pro delatis alio frumentis taxatum pro dela tione, referre pretium. Nos autē in seq̄ē tibus non facimus mentionē huius no uę pragmaticæ quia iam erat hæc scrip ta, quādo illa fuit euulgata, ideo dicta in ferius, mutabis pro vñdecim. 14. ita de alijs. Qui ergo huiusmodi taxationē vio lauerit, crimen incurrit & obnoxius est restitutioni: quippe postquam iam con stitutum est à rege pretiū, non est, quere re latitudinē pretij, scilicet, minimi, me dioeris, & maximij, sed constitit in diuisi biliter in maximo precio, id quod nulli licet transilire, neq; latū vnguē ab eo dif cedere. Quia et si in mensura vna tritici, trientē excedere à taxatione regia sit par uis excessus, at vero in multis esset ma gnus excessus. Ideo quilibet excessus à taxato pretio, est ex se illicitus, et si ex materię paruitate, esset veniale peccatū. ¶ Et hæc conclusio est patētissima, quia quod est inæquale pretiū facit venditio nem, & emptionem iniustam, & obno xiam restitutioni. Namq; restitutio re ducit ad æqualitatem, contractum in æqualem, at verō qui vendit vltra taxa tum pretium, in æqualem facit contra ctum, qui pluris rem vendit, quam esset vendenda: igitur crimē admittit, quia in iuriā facit proximo, & ideo hanc iniuriā tenetur refarcire, restituendo: quia tunc excessum tollit, & æqualitatem facit in contractu, vendere autem minori pre tio, quam sit taxatum, non prohibetur à taxatione, quę in fauorē emptorum in troducta est. Poterit autem esse ignoran tia inuincibilis excusans crimen, ven dēdi pluris, vt supra docuimus, ad depul sa ignorantia, restitutionis obligatio cō tinuo se prodit, quæ sub ignorantia la tuerat.

Restitutio reducit ad æqualitatem contractus in æqualem.

¶ Vnde cōsequitur, rectores ciuitatis nō posse

Permuta tio duplex & secūdu naturā, & secūdu ar tem.

¶ Conclus.

Reitorescl
uitatum ad
monentur
ne taxatio
ne violen
tiam ipsi pri
mi debent
obseruare.

posse vendere frumēta, quę afferuata ha
bēt ex regis mandato in horrea publica
excedēdo hoc iusto pretium taxationis
sanē possunt habere rationē expensarū
omnium, & sumptuum, quos in congre
gandis, & emendis frumentis & in custo
dia horreorum, & in reparatione faciūt,
aut fecerunt, verum si subducta ratione
omniū expensarum frumenti mensura
non excedit. 1. 2. argenteos ampliori pre
tio non est vendendum ciuibus. Et aliter
facientes iniuriam faciūt ciuibus, & pra
gmaticę regię sunt violatores & restitue
re tenentur. Et profitētes se velle cōsue
re publico bono, illud euerunt. Aiunt
enim se vendere multo plus, quā cōstit
uit ex taxato pretio etiam subducta om
ni ratione expensarum. Nam mensurā,
quę ad summum subducta ratione ex
pensarum, vtilitāda venit. 1. 2. argēteis,
ipsi vendūt pro. 16. aut. 17. & amplius ar
gēteis, hoc aut faciunt, vt aiūt, vt ciuitas
ex hoc lucro, reportet sibi hoc cōmodū
videlicet habendi depositā pecunię ma
gnam quātitatē, ex qua liceat emere fru
menta, nō vendendo vt solebāt, magnā
summā numerum, ad cēsus redimibiles,
vnde soluebāt reddituum, non medio
crum quantitatem. Atqui liberabuntur
ab istis soluendis redditibus, si habeant
repositam pecuniam partē ex lucro ha
bita, supra taxationē. ¶ Ego vero, cū hoc
aduertē, in hoc oppido Ciuitatēsi pro
concione, reprehendi hoc gestum asse
rens esse in fraudem taxationis regię. Et
in magnū detrimentū pauperū. Namq;
in fauorē horum excogitata est taxatio
frumentoiū, vt scilicet, nō carissimo pre
cio, quod non habent pane vescātur. At
vero si quod valet. 1. 2. ipsi vēdūt pro. 16.
imo aliquando plus, vtiq; est in detri
mentum graue pauperū. Nā quid faciēt
miseri pauperes, quibus est vxor filij &
familia quibus alendis vix sufficiūt, etiā
si panis ex taxatione estimetur, quid q;
si multo plus estimetur? Scio vt testis
oculatus vendere hos miseros, sua suppel
lectilia, vt possint vesci pane. Non enim
habent vnde tantā summā numerum re
portent, alendis filijs & vxoribus: qui
bus alēdis nō sat sunt tres, neq; quatuor
panes; hos autem, si moderato pretio ex
ponerent reitores ciuitatis venales, id
est, secūdam taxationem, subducta etiā

ratione expensarū, moderatas haberēt,
angustias, at cum duos argenteos & am
plius oporteat eos expendere pro pani
bus, vt alit se & vxores, & liberos, expo
stulant vehementer & iure optimo con
tra reitores ciuitatis & intolerabiles du
cunt angustias. Quasi vero non sit satis
eos onerare, vt si forte, frumenta ex Dei
munere, abundant, quod frumenta repo
sita in horreo publico, vendantur pro ra
tione sui pretij, quod cōciliantur ex sum
ptibus pauperum impendio. Itaq; si nō
essent horrea publica propter abundan
tiam succedentem frumentorum, paupe
res vescerentur pane viliori pretio, quā
pro taxatione, verū quia frumenta sunt
collecta sub raritate non obstante fertili
tate frumenti accidente, tamen ex maio
ri pretio pauperes ciues vescuntur, & im
pendia ipsi solunt emētes panem, pro
ratione sumptus. Cur ergo, tam male agi
tur cum pauperibus? Si raritas est frumē
torum vescuntur pane supra taxatū pre
tium, supra que factos sumptus, et si abū
dantia est vescuntur, nihilominus pro
sumptibus, & pro taxato pretio. Nonne
hoc est manifestaria iniuria? nonne aper
ta inæqualitas? Nam de malis datur ciui
bus pauperibus, quod plus est, & de bo
nis, quod minus est. ¶ Aiunt igitur reitō
res se rem gerere hoc modo vtiliter, quia
habentes pecuniā depositam, ex huius
modi lucro non vendent numos ad cen
sus redimibiles, & tunc ex proprio pœ
nuement frumēta, & habebitur ratio ta
xati pretij, & expensarū neq; illas exce
dent. Et quid nunquid sunt facienda ma
la vt veniāt bona? Nūquid pauperes qui
modo sunt, assilgendi sunt iniusto pre
tio panis, vt pauperes venturi, sine affli
ctione degant? Nūquid, vt venturis sit re
missio presentibus erit tribulatio? Num
quid rex hoc in sua taxatione aduertit,
vt liceat? Excepit à sua taxatione Galle
ciā, & Cantabriam, *Las merindades, las en
cartaciones*, portusque marinos, &c. Ceteros
verò omnes taxato pretio subiecit,
quis ergo, aut quo autore, istreitores, au
dēt taxatū regis violare pretiū frumēto
rū? Quid quod permittūt educere frumē
torum magnā copiā, id quod vocatur,
La saca del pan, vt ciuitate destituta pane
ipsi possint augere pro libito pretiū fru
mentorum quę sunt in horreis publicis.

Quasi

Quasi vero horrea ista instituta sint, vt ci
uitas habeat thesaurum ex lucro para
tum iniusto? Quasi vero instituta sint vt
laxent pauperes, cum contra sit, quod
ad eorum releuandam miseriam vtiq;
sunt instituta. Nunc vero, versa est eo
rum institutio, ad aggrauandam potius
eorum infelicitatē. Quod si sumptus es
sent ex proprijs ciuitatis soluendi, nihil
mirum fuisset, si reitores volētes ciuitate
ab istis asserere sumptibus, huius
modi lucrum excogitassēt, at vero sum
ptus frumētorum colligēdorum in hor
reum, non atribūtur proprijs ciuitatis,
sed ex ipsijs frumentis soluuntur. Quor
sū ergo isti reitores præsentes pauperes
premunt iniusto pretio supra sumptus,
& taxam cogētes emere panem, vt po
steri remissiori pretio panē sibi parēt?
Agunt vti que isti contra charitatē quia
presentiū pauperum miserias despiciūt
& item contra iustitiam pugnant, quia
frumenta vendunt iniusto pretio, vnde
& peccant criminaliter, & restituere lu
cra hęc pauperibus tenētur. Restituēt au
tem, si quod habēt collectarum pecuni
arum ex lucro hoc iniusto, in fauorē, ci
uium pauperum distribuāt. Sed quis le
get, & credet hęc? nemo hercule, nemo.
Consultus fui de re hac à cōsistorio hu
ius ciuitatis Cinitat. respondi, non esse
fas, imo nefas, quod ipsi factitabant,
illis persuasi, at modico tēpore hęc per
stitit persuasio. Et quod benē coeperūt,
meo cōsilio, pessime cōsummarunt sua de
ceptione. Si apud alios reitores hoc vlu
venit, nescio, apud reitores Ciuitatēses
huius est in viu pessimo. Dixi illis vt pe
terēt regiā super hoc facultatē, siue pro
uisionem, si volebāt habere depositam
pecuniam ex pretio iniusto ipsi nolue
rūt, quia videbāt regem non fore admif
suram lucrum hoc iniustum, & taxatio
nis periculum stabilem apertam dissipatio
nem. Nam quid prodest taxare precium
panis, ex parte vna & ex parte altera vē
dere panē sine taxatione? Itē que in ven
ditione panis cocti pragmatica sanctio,
concedit correctoribus taxationem
expensarum & laboris, quem habent
pistores, & pistrices in molendo, & subi
gendo, seu pinfendo, vt conficiāt panē,
at verò ipsi ad vtramque aurem dormi
unt. Taxant enim panem coctum nō sub

ducta ratione prædicta, sed ad fauorem
pistorum, eorum affectui condescēdē
do vt in hoc oppido Ciuitatēsi ad. 16.
& 17. imo ad. 20. dipondia taxantur vt
plurimum panis cocti libere duā. Quę si
exacte res numeratur, non excedūt, 1. 2.
dipondia seu maraucedis, aliquando vero
permittunt vt vendant pro arbitrio pis
tores, aut pistrices siue panificę & ipsę
sūt taxatrices panis cocti & vendunt vt
libet. At vero si hoc est permittendum
ociosa esset frumentorum taxatio. Nā
que frumenta eo taxantur quò panis
coctus, legitimam, iustāue quebeat taxa
tionem. frumenta enim in grano non co
meduntur, sed ex pane cocto vescimur.
¶ Quo circa panis cocti præcipue est
habenda ratio, vte apte taxetur, & taxa
tionē huiusmodi seruet. Ex huiusmodi
enim excessu taxationis iustę ciues, &
oppidani valde laxantur, ij præsertim
qui ex pane venali aluntur. Namque si
magnus est excessus à iusto, totā substā
tiā suam pauperes, in pane emēdo in su
munt & coguntur tua etiam vendere vt
panes alendis vxoribus & liberis, e
mant. ¶ Vnde fit istis magna iniuria,
quia, valde excedentes ciuitatum vel op
pidorum reitores, taxationis equalitatē
redigunt hos, ad maiorem paupertatē.
¶ Quo circa videtur huiusmodi reitō
res teneri hanc iniuriam refacire meli
ori modo quo potuerint. Ad hęc vide
licet rationem, vt si panis coctus habi
ta ratione expensarum omnium, esset
taxandus ad. 1. 2. dipondia pro duabus
panis libris, quid quid exceserunt resā
dāt in vñ eorūdem, id est prestare operā
vt ex acquisita ex hac pecunia emētes
noua frumenta, quod exceserunt prius
in taxatione panis cocti moderētur po
sterius. ¶ Etenim si propter pecuniam
repositam ex hoc excessu comparatā,
iam nō est necesse cēsus redimibiles eme
re quia iam habet ciuitas, vel oppidum
asseruatam pecuniam vnde emant. Aut
si sunt adhuc necessarij pauciores sunt
necessarij. ¶ Vnde quia iam minores sū
ptu conduntur apud illos frumenta in
horreis publicis, ideo, & panis coctus vili
us tunc est taxandus, in fauorem ciuiū.
Bene video quod si illi, qui prius fuerūt
grauati, iam non sunt, vel decesserunt ab
oppido, quod eis nō sit restitutio grana
D 5 minis,

minis, at fat est restituere meliori modo possibilibus. ¶ Quod si interim, horrea publica, egeret refectio, ex huiusmodi excessu possunt iuste refici, quia horrea, necessaria sunt, afferuandis istis frumentis. ¶ Non ergo fas erit in frumentorum venditione, excedere regiam taxationem. Sed habita ratione sumptuum, in condendis, deuehendis, afferuandisque frumentis pro bono publico pretium moderari: & tunc si, verbigratia, vendatur mensura frumenti, haneq. Hispanie, pro. 12. aut. 13. & c. regaliibus non exceditur taxatio. Quia quod exceditur, sumptus est, non pretium. ¶ Panis autem coctus, pragmatica edita anno. 1568. preceptis ciuitatis concedit taxationem. Pragmatica autem eis imponit, vt habita ratione laboris, subactiois, furni, salis, & aquae, & c. quae a panificis impenduntur conficiendis panibus, moderetur pretium, vt aliquid moderatum panificis accedat lucri. Vnde si praefecti excedunt hos limites, iniuste faciunt, & tenentur de damno ciuibus. Panifici autem, sequentes taxationem hanc, non peccant neque de damno tenebuntur, quippe quibus non incumbat, taxare coctum panem. Sunt porro panifici ab ipso oppido constituti, alia non constituta, sed quae se ingerunt, & de primis non est dubitatio, sed neque de secundis apud me nulla est dubitatio, scilicet, quod huiusmodi panifici vendentes panem, iuxta taxationem editam a praefectis, neque peccant, neque tenentur restituere. ¶ Et horum duorum secundum est omnibus in confesso. Primum vero a quibusdam in dubium vertitur, ab alijs vero inficiatur. Cum quia pragmatica prohibet, ne se ingerant in pistorii officium, sed solum eae subigant, & coquant vendendos panes, quibus conceditum est a republica istud munus. Tu quia usurpare officium alienum est peccatum. ¶ Porro pragmatica prohibet quia fundatur in presumptione hac, videlicet, quod se ingerentes quando est raritas annonae, ad conficiendos vt vendant panes, co se ingerunt vt praeterentes taxationem, dicescant, & quidem qui sic se ingerunt in confesso est peccare, & teneri ad restitutionem etiam, si ipsi non subigant panes sed alijs tradant frumenta haec, pro

Intelligētia pragmaticae de taxatione panis.

panibus. 34. vendendo singuli quorum pendunt libras duas Hispanie quartales. Nam hoc facere, est virtualiter vendere ultra taxationem. Quia bene fecit vendentes isti, quod 34. panes huiusmodi, venduntur in foro pro. 14. argenteis, aut amplius, in hoc tempore, quando est raritas frumentorum. Vnde vendere hoc pacto, est tibi mensuram tritici vel fanecam, dabis mihi. 34. panes praedictos, vt venduntur in foro, venditos, caetera tolle tibi, est vendere mensuram frumenti, pro. 14. regalibus. ¶ Porro si se ingerentes panifici vendunt suos panes in foro publico iuxta formam taxationis, vtique sine crimine sunt siquidem nulli sic vendendo faciunt iniuriam, imo re vera consulunt bono publico: quia, quo plures sunt vendentes, ex magna copia venalis panis, vilescit pretium eius vt experiuntur quotidie. Quod si dixeris sit iniuria alijs ordinarijs panificis, quia ex copia panis coguntur vilius vendere, sane haec non est iniuria, quia est in fauorem boni publici. Et item quia huiusmodi panifici non prohibentur vendere in foro publico, imò inuitantur vt veniant venditum, ab ipsis praefectis. Cur igitur peccant, nunquid inuitantur a praefectis vt peccent? Vsurpatio igitur isthaec non est culpabilis, imò est valde fauorabilis, bono publico vt visum est. ¶ Porro, dicit aliquis, & quid si agricola, colens terram non admodum feracem testatur se in qualibet mensura tritici, quam collegit insumpsisse. 14. aut. 15. aut amplius regalia, quia agricultura illi fuit multum sumptus, & ager pauci fructus, num licet huic agricolae, vendere mensuram frumenti iuxta rationem sumptuum? Nam si obseruanda esset ei taxatio, magni detrimentum pateretur, & cogere tur, agrum culturam deserere, & non haberet unde victitare. Respondetur, quod pragmatica loquitur vniuersaliter, qui mos est legum, ad ea spectare, quae frequentius accidunt. Vnde, quia videbatur taxationem hanc sufficere pro sumptibus agriculturalum, taxatum est triticum ad ducatum, pro quavis mensura, & reliqua frumenta, pro sua ratione. At si casus contingat particularis iam propositus, tunc forte dicit aliquis habere locum ipsum aequum, & bonum, quod Aristoteles

Dubitatio de agrico-
lis.

epi-

gore legis, in foro conscientiae, si ita testaretur agricola in confessione, quod non esset onerandus restitutione, etiam si vendidisset ultra taxationem modo consisteret solum in sumptibus suis, quos sine vitio suo, sed necessario fecit. Verum de re hac sub haec differetur. Secus autem in dico de arrendatarijs, qui cum iacturam patiantur, in suis quas vocant arrendationibus, ex nimia sterilitate anni non colligendo frumenta, aut, se posse vendere exigua quae collegerunt frumenta ultra taxationem. Quia vendendo pro taxatione, perdunt de suis facultatibus, non modicum. ¶ At istis respondeatur, quod eis non licet, & sufficit eis saepe multum lucrum corrasisse, ex huiusmodi contractibus, & ideo modo sustineant damnum si quod patiuntur. ¶ Forfan haesitas, & quid si praefecti, panem coctum taxant, minoris, quam deberent, & pistoris, & pistrices perdunt laboris, & expensas. Nunquid tunc licebit taxationem transire? Respondetur negatiue, quia eis non incumbit taxare pretium, sed possunt agere contra praefectos, ostendendo suum damnum esse notabile, & si ipsi noluerint reparare damnum, rectores ciuitatis reparabunt. ¶ Sed quid si praefecti, excedunt in taxatione, num panifici erunt tuti sic vendentes, aut ipse moderabuntur pretium. ¶ Respondetur a quodam, ipsas teneri moderari pretium, sed decipitur. Quia eis, non est conceditum munus hoc taxandi pretium, sed praefecti viderint: quia illis incumbit, si male ergo taxauerint, peccabunt, & tenebuntur de damno. ¶ Porro autem ex praehabitis alia res sultat dubitatio, si expensarum & laboris habenda est ratio in pane cocto venali, igitur in venalibus omnibus erit horum habenda ratio. Quod si annuis, igitur si est mihi equus in quo alio die mihi multum fuit laboris, & sumptus, in vendendo habeo rationem horum. Hoc autem falsum est, quia non possum vendere equum nisi pro suo iusto valore, quid quid sit de expensis. ¶ Similiter ad casum praetatum respondebis, quando de agricola quarebatur, qui si vendit mensuram tritici, pro ducato, perdit laboris, & expensas, ¶ Et enim, si perdit laborem, & expensas, ex anni vniuersi sterilitate, eas-

Casus accidentes ex taxatione resoluuntur.

dem resarciat, proximo venturo anno ex eius veritate, aut iam lucratus est insufficienter ex alijs veritatibus, ideo re compensabit iacturam vniuersi anni, cum lucris aliorum. Quo circa vt dudum aiebam, de arrendatarijs, non possunt vendere ultra taxationem, & si vendiderint restituere tenebuntur excessum. ¶ Porro si expense fiant ad utilitatem publicam, vel ex ciuium autoritate, tunc expensari, habetur ratio. Vnde si unquam ex horreis publicis venduntur pro ratione expensarum: vnde, si mercatores concedunt vltro Siciliam, deuecturi frumenta: Hispaniam, si forte quando ipsi appulerint Hispaniam, iam panis valor vilior est factus, non possunt vendere frumenta iuxta navigationis expensas, etiam in diem vendant, nisi iuxta valorem praesentem frumentorum qui Hispaniam currit, siquidem ipsi vltro, suis expensis, huius periculo perdendi, se subiecerunt, nullo imperante, ideo resarciendi damnum tenentur nullus, sicut enim nullus alius ab ipsis reportaret commodum si forte opportunè conuenissent frumenta, ita & damna ipsi soli sustinebunt. Est sane verum, quod si ipsi iusti fecissent vt ab Hispanensi conuentu rectorum, hoc illis praecipere tur, damna quae sustinuisent, aut expensas quas fecissent, essent ascribende Hispanensibus praecipientibus transeuntione frumentorum, ad alimoniam ciuium. At qui si ipsi vltro fecerunt, sibi imputabunt damna, vt lucra ducerent esse sua. Porro si pretium non est praescriptum mercium, tum venditori fas erit, laboris & expensarum & damni, si quod sustinuit citra suam culpam gratia tamen mercium habere rationem. Quales sunt ij, qui ex Indis ad nostros portant facarium, speciosisque aromaticas, & c. Isti enim possunt vendendo, augere mercium pretium, ex ingenti labore, atque periculo impendenti, ex tam prolixa navigatione, & ita de alijs dicitur inistoribus, quibus permittitur mercibus suis pretium statuerent. Quales quoque sunt ij, qui frumenta conuehant ad loca excepta a taxatione, vt ad Astures, Gallicos, Gaditanos, & alios maritimos, & non maritimos locos, quos late explicat ipsa regis pragmatica, etenim huiusmodi loca excepta sunt, quia sunt

Quis fructus lucris damna reportet

Non omnium est taxatio iustis pretiis sed potissimum necessaria.

sunt sterilia, & egent pane aduentitio, quo circa cum aliunde sint pronidendi, quia sibi non sufficient, nulla indicitur vectoribus taxatio, sed indulgetur vt transuectores frumētorum, ibidem vendant, vt poterint. Item excipit pragmatice frumenta, quæ per mare trāsferuntur ex alienis regnis in nostra, istis enim macinis transuectores permittitur libertas, vendendi sua frumēta, vt bene illis visum fuerit. Id quod intelligas, oportet quod cum aliunde ex regno, scilicet, alieno, frumenta ad nostra transferuntur, si nostra valent tunc ad pretium taxatum, aliena non tenentur hac taxatione. Quia possunt vendi vltra taxationem. Nam tunc potest haberi ratio expensarum, & laboris. Quorum subducta ratione, potest vltra taxatū pretiū referri ita tamē, vt expensis omnibus, scilicet, taxatione expensis laboribus ipsi stantuant consentaneum pretium, & vltra non exigant, quia aliter esset iniustum pretium, & obnoxium restitutioni. Sed quid si quādo adueniunt frumēta ex regno extraneo, iam frumenta apud nostra res, vilius venduntur, quam pro taxatione, quia forte iam cælam, abundantius rigavit arua? Est qui dicat, quod tunc huiusmodi frumenta foranea, posse vendi, plusquam pro pretio currenti: puta si pretium currit pro .6. regalibus, non solum hac ratione esse vendenda, sed pluris id quod pragmatica videtur præferre. Verba sunt. *Itemes nuestra voluntad, que la dicha tasa, no se entienda en el pan, que viniere por mar de fuera de estos reynos. Antes los que traxeren lo puedan libremente vender, como se acostumbraren, sin que sean obligados a guardar los dichos precios y tasas.* Si ergo possunt libere vendere & non tenentur ex taxationibus, videtur, quod possint istiusmodi inuitores excedere pretium currentis, vnde videtur, quod quia nullus pecunia numerata emet huiusmodi frumēta maiori pretio, quam sit currentis, quod isti inuitores poterunt solum in diem vendere, maiori pretio, quam sit currentis, sed re vera hoc nō videtur consentaneum dogma, quippe, faciamus ita esse, quod dum quidam non ex regno extraneo, sed ex proprio credens quod frumenta, verbi causa in hoc Ciuitate oppido, glinātur ad taxatum pretium,

Quando non obligat taxatio nisi pretij dictam rectū statuet iniustum pretium.

nunni argentei, venit huc venditurus frumenta sua, quæ in proprio loco, non tantum venduntur quanti Ciuitate oppido. At veniens huc reperit, pretium taxationis non extare sed viliori precio frumēta in foro prostant, nunquid hic potest frui pragmatice concessione, quod huiusmodi transuectores possunt ferre pro qualibet parafranga. 6. dipondia, si fuerit triticum quod vehunt, si vero ordeum. 5. duntaxat? Sic enim habet. *Los que truxeren a vender trigo de fuera puedan llevar mas del dicho precio seys maravedis por cada legua que lo truxeren, y en la cenada a cinco trayendo testimonio del lugar do lo comprarō.* Et est pragmatica hæc edita à Rege nostro Philippo anno. 1568. vti que non poterit vendere in diem ducēs in pretium etiā parafrangarū, valorē siquidē pragmatica sanctio, inquit, *Que puedan llevar mas del dicho precio*, id est, possint ferre, plusquam taxatum est, ergo si iam non est taxatio vigens quia, directa est taxatio, quandoquidem vt supponimus nūa oris iam æstimatur, quam pro taxatione, sequitur, quod solum isti qui de foris reportant frumenta, possunt exigere in pretium valorem parafrangarum, vel leucarum, quando taxatio viget. Quocirca hac cessante, cessabit parafrangarū exactio. Ad eūdem sanē modum in priori casu dices etenim. Quod pragmatica sancit, quod hi qui per maria ex regnis alienigenis traducunt frumenta ad nostrates, libere possunt vendere, vt conueniant cum emptoribus, est intelligendum viget taxatione, non alias, tunc enim pro beneficio, quod refert republica ex huiusmodi traductione frumētorum. Quippe cum taxatio viget, raritas est frumentorū, & beneficium se exhibet reipublicæ, qui eotraducit frumēta, ideo propter hoc beneficium rex instituit, quod tunc libere possint vendere, id est, possint excedere taxationem constitutam per pragmaticam regiam. Idēque ratiocinandum est de ijs, qui cum sint indigenæ regni, portāt in alias eiusdem regni partes frumenta, quod reportent pro qualibet parafranga stipēdium, Vti que, quando transportatio fuerit vtilis reipublicæ, vt est quando raritas premit ad non taxatio viget.

Hinc ad motum supra dubium facilis

Quando parafrangarum valor ducēdus est in pretium.

Pragmatica cadit in re.

lis est responsio, cur frumenta horreorum publicorum venduntur, habita expensarum, & interesse ratione, itemque & panis coctus venditur, at vero cætera frumenta, quæ aliunde reportantur, nō subeunt hanc rationem semper: sed solum in factis dudum relatis, vel alijs consimilibus. Enimvero hæc est causa. Quia frumenta quæ congregantur in horrea publica, quæ congregant, vt sunt Ciuitatum, aut vicorum rectores, non ad suam vtilitatem, sed ad vtilitatem ciuiū vel populariū congregant. Quocirca cū reipublica ex hac coaceruatione frumētorum, est quæ reportat commodum, ipsa quoque sustinebit damnum, seu interesse, soluet & expensarū, vt prouerbio Hispano dicitur. *Quien come las maduras, que lleue las duras.* Porro, quando inuitores transportant frumenta, siue ex regno alienigenarum, siue ex proprio Castellæ regno, reportant frumenta propter suam vtilitatem hanc enim habent maximē in scopum, nam vtilitatem reipublicæ per accidens spectat. Quamobrem, si transuectio frumētorum per ipsos facta aliquando fuerit in bonū reipublice, etiam si ab ipsis non sit per se intētum, tunc regis facultate, possunt excedere taxationem, & ducere in pretium expensas, & damna quæ sustinuerunt, at vero quando vtilis non fuerit, videlicet quando taxatio non viget expensæ, & damna illis ascribentur, non ciuibus, aut popularibus. At forsitan insultat quispiā, etiam quando rectores congregant frumenta, in horrea publica nō semper vergit in bonū, sed in damnum reipublice. Accidit enim interdum anni magna vbertas, ex qua taxatio cessat, at ipsi nihilominus frumenta vendūt inuitis ciuibus, & popularibus pro taxatione, & expensis. Respondeatur hoc esse per accidens, videlicet, quia forte successit in sperata fertilitas, & quæ per accidens sunt ab arte reijciuntur. At vero sci tot rectores huiusmodi esse sæpe culpandos, quippe cum potuissent sæpe frumēta colligere in horreum publicum. quando frumēta vilius valent, scilicet, sub collectione frugū, prestolatur tēpora cariora dū tamē tenentur prouidere reipublice, minori impēdio, quo potuissent. Ceterum inertes sunt frequenter in tanto ne-

gocio, quia non de sua re, sed de reipublice negocio agit. Et secū reputat, quod impendia maiora, ascribenda sunt ciuibus, non ipsis. At vero quando iurant se consulturos bono publico, hoc iurāt, se inuigilatos, vt bonis publicis consulant meliori modo, quo poterunt.

At quæret aliquis, nunquid si alicubi, etiam est sterilitas frumentorum, quia locus est ineptus frumentorum sationi, vt sunt montana, verbi gratia, Ciuitatis Hispanæ, *La Sierra de Ciudad Rodrigo*, Si his locis vendantur frumenta non pro taxatione, quando viget raritas, non erit peccatum vendentium, illō conuectium frumēta ex alia parte? Nanque de clementibus nō esse vertendum in dubium eos non peccare, quia sibi consulunt ne fame pereāt, non est, qui hæsitet, at detractoribus frumentorum ibi vendentibus frumēta supra taxationem, & parafrangas vertet quispiam in dubium, id quod sæpe fit apud huius diocesis in colas: serunt enim frumēta in vicū, verbi causa in vobledo, & in vicis alios montanos, & vendunt quamlibet mēsuram tritici, ad .15. vel .16. numos argenteos, & sæpe pluri. Forte dicit aliquis hoc esse culpabile gestum. Si quidem hæc opida non excipiuntur à pragmatica regia. Et rursus quia ad hæc loca potest de ferri frumentum, soluendo valorē parafrangarū: sed equidē transuectores pro valore parafrangarū illo nō trāsuectent frumēta. Et populares si hoc soluto pretio supra taxationem potuissent potiri frumēto, non soluissent quicquam supra taxationem & parafrangas, vt soluunt, at quia non possunt hac ratione potiri frumēto sufficere, ideo permittunt rectores, & populares, imo gratissimū habent, quod frumēta illō referantur vt supra taxationem, & leucarum valorem venduntur. Et istud est adeo publice gestum, adeoque frequenter geritur apud illos, vt videatur quod huius gesti notitia non lateat regem, ipso igitur dissimulate, videtur tacite consentire. Neque quia non excipiuntur hæc, & similia loca, ideo includuntur. Quia loca quæ litera includit, ratio excipit eum de similibus idem sit iudicium. Enimvero, si Galicia, & alia loca excipiuntur, quippe quæ sunt sterilia, & non fertacia

Rectores resp. consuere debent bono publico meliori modo quo possunt.

Disputatio de quibus locis quos pragmatica non excipit.

racia frumentorum, quæ eodem morbo laborant inveniuntur excepta. Non est autem facta horum vicorum mentio specialis, quia in signa uero erat, & demum si ratio legis est anima legis, ubi ratio legis non militat neque lex premere videtur. Adde quia necessitas reipublica augeat valore rerum venalium, cur non augebit frumentorum? ¶ *Ceterum*, quia in pragmatica sanctione, nonissime edita Matriti ad extensionem antiquioris pragmaticæ, constituitur, quod nulla persona, siue secularis, siue ecclesiastica, ob aliquam causam, siue necessitatis, siue defectus annonæ, siue sterilitatis, siue ob aliquem quemuis alium modum, siue directum, siue indirectum, seu ex pecunia numerata, seu credita, valeat pluris vendere frumenta quam pro taxatione nouissima, & pluris vendentes ad restitutionem obligat ex crecescētia, & post condemnationem subaudi perditione frumenti, pluris venditi, & pro qualibet mensura sic vendita prescribit penam, 500. dipondiorum, &c. Propterea non obstantibus prædictis argumentis, mihi video, nullatenus posse pluris vendi frumentum quam pro taxatione & quod nullus prætextus necessitatis, aut sterilitatis excusabit peccatum, & restitutionem. ¶ *Neque* iuuabit, quod permutatur pro oleo, vel melle, vel vino, &c. Quia quævis permutatio non sit venditio formaliter est equipollens. ¶ *Vnde* & hæc permutatio prohibetur in pragmatica Pincie edita, quam suppeditabit, sibi liber Recopil. 5. tit. 25. ad finem. Verum est tamen, quod si permutatio fiat ad æquilibrium, non esset iniusta permutatio. Vt si valet cantharus olei, duos ducatos, exhibere pro illo duas mensuras tratici, non esset iniustum. Aut si cantharus olei, ad summum valet. 25. regalia, & ad minimum. 22. pro minimo iusto pretio permutare, non esset iniustum, quod tamen, quia raro fit lex prohibet vniuersaliter. At nihil habet iniustitiæ huiusmodi permutatio. ¶ *Ad* primum argumentum dices, quod et si rectores, & iudices dissimulent, non ideo, licebit excedere taxationem. Imo rex Philippus exposulat eum rectoribus, & iudicibus quod dissimulant, & graues illis præscribit penas si deinceps dissimulent. ¶ *Ad* secundum respondetur quod non sunt si-

milia, montana Ciuitatensis, vel alia hoc genus, & Galecia aut incartationes Cantabrig, &c. de quibus pragmatica loquitur. Quia ad has regiones, deuehitur sepe per mare frumentum. Ideo excepte sunt secus in alijs. ¶ *Tertio* dices quod necessitas augeat pretia venalium, quando taxatio regia non obstitit erit. Vt modo accidit. ¶ *Porro* redeamus ad id vnde digressi sumus. Duplex genus panificiarum tradebamus esse, alias quibus incumbit ex iniuncto munere panes conficere venales, exponereque eos in publico foro, alias vero, quibus hoc munus non est iniunctum, sed ipse sponte, & vltro intendentes lucellum, se accingunt ad opus, id quod non præstant, nisi sub panis raritate, quia tunc sperant ex pistoribus eis pane reportare lucrum. Atque de istis, iam est presens dubitatio, an eis liceat istud tunc usurpare munus? Siquidem regia pragmatica prorsus videtur prohibere. Constituit quod nullus pistorum vel pistrorum usurpare officium, vel per se panes subigens, aut per alium, neque pacta ineant, cum alijs tertijs personis directe, vel indirecte, ad huiusmodi opus panificum, sed solum vigente taxatione hoc opus præstare queant, quibus incumbit ex iniuncto officio facere, quæ Hispanè dicuntur, *Panaderas coffarias*. Est autem ratio quæ exhibetur à pragmatica Matritensi hæc, quia si hoc permitteretur vt omnes tunc, quando est raritas annonæ, darent operam pinfendo pani esset damnnum reipublicæ. Si quidem quia ex pane pistoribus, plus reportatur commodi pistoribus, quam ex venditione frumenti, non superesset frumenta quæ vendantur, volentibus emere frumenta. Si quidem omnes amarent potius coctos vendere panes quam frumenta. Vnde venientes empturi frumenta non inuenirent granum quod emerent frumentorum, quoniam omnia coctioni dantur. ¶ *Vnde* quidam ita censent esse crimē, si alij, vel alia à pistoribus, vel pistricibus ordinarijs pinfendi officio incumbant, præsertim, quando est raritas annonæ. ¶ *Quod* dixerim, quia quando raritas non premit nullus est, qui pinfendi officio vacet, eorum qui huic muneri obeundo non sunt deputati. Quippe lucrari nihil tunc speratur. ¶ *Porro* autem, est

Frater Meo
cado in suo
opusculo
Hispanalia
gua edito,
de tract. &
contract.

est obiectio aduersum hos, siquidem faciamus, esse fecerimus vel viros bonæ notæ alioqui, pauperes qui vt parent sibi videtur (quia re vera peuria rei familiaris laborant) emunt frumenta ex publico foro, aut ex horreo publico sub taxatione vel pluris, vt æstimatur facta ratione laboris & sumptus, &c. Si ergo, isti, qui aliis non sunt deputati pinfendi officio panis ducti studio lucrandi aliquid modicum, pistoriam artem exercent, & coctos panes, ea ratione vendunt, quæ venduntur in publico foro. Nūquid isti peccabunt non arbitror, siquidem, nihil dāni inferunt reipublicæ, nam frumenta ipsi, vel ipse emunt. ¶ *Et* rursus, quia lucrū est exiguum, quia præter fursures, & cibarios tres vel quatuor panes hogaças Hispanè nihil aliud reportant ceterum curi sint pauperes, hoc modicum pro alendis paruulis & gallinis, & suis, maximi ducunt. ¶ *Adde*, & quid si habent frumenta ex proprio censu, modica tamen, quia pauperes sunt, & illa pinfunt & subigunt, & coquunt, vt in foro publico, pro taxatione panis cocti vendant, vt suæ vitæ, suæque inopiæ præsidia inueniant nunquid hos damnabis? Nunquid magis tenentur seruare modica frumenta extraneis, quæ suæ indigentia subuenire? Et quid tenebuntur toto anno seruare frumenta extraneis? Et quid nūquid hoc est fraus taxationis? Nulla sanè. Quid quæ pragmatica damnat solum eos, qui cum non sint deputati ad pistoriam moti ex cupiditate, propter magnum lucrum, quod sperant illam exerceant. At in prædictis casibus, necessitas mouet, non cupiditas, vnde mihi videtur hos non peccare. Si vero sint diuites peccare non tamen teneri ad restitutionem. Isti enim sunt in quos inuehitur pragmatica, quia ex cupiditate faciunt & non vt subueniant suæ inopia: vnde damnandi. ¶ *Sunt* etiam, qui hac vafricie vtuntur contra pragmaticam, exhibent enim frumenta sua mulierculis pauperibus hoc inito pacto, vt reddant illis. 34. panes, sci licet, Hispanè quartales eo pretio, quo in foro vendantur panes cocti. Et quia venduntur singulae duæ libræ panis pro 16. dipondijs, vel vltra. Mulier autem soluit pretium illud referuans solum sibi fursures, & cibarios panes, pro suo pin-

Vafricies
ad defraudandū prag
maticam de
pretio fru
mentorum.

fendi, subigendi, & coquendi labore. Et hoc manifestū est peccatum. Quia perinde est ac si venderet aperte contra taxationem. Nam huiusmodi bene norunt tunc, quod panis coctus pluris valet, quam frumentum & tenetur exhibens frumentum pretij excrecentiam, ijs quibus vendidit. Sed ais, panes cocti venduntur in foro pro taxatione, nam supponamus ad hanc rationem, scilicet, dipondiorum. 16. esse taxatos, igitur fas erit sic vendere, vtique panem coctum vendere pretio forensi non est iniquum, verum frumenta vendere ad rationem panis cocti, est defraudare taxationem, & ideo iniustum, sit tamen quotidie, & pessime his temporibus raritatis apud nostrates. Panis enim coctus vendi potest pro pane cocto, & farina pro farina, & frumentum, pro frumento, & non miscere horum pretia quæ sunt inmiscibilia. Eadem fraus fit in ordeo, datur diuersi forij curatori, siue hospiti, vt vendat pro ratione sibi prescripta, in tabella diuersi forij, & tamē, venditor hoc pacto, vendit hordeū, vt inde sibi corradat aliquid (et si iniuste) amplius, quam sit taxatio. Item eadem fraus fit in permutacione iniusta, frumentorum, vel hordei, vel frumenti, vel olyræ, siue centeni pro oleo, vino & alijs hoc genus, quam fraudem supra nos tetigimus. ¶ *At* dicit aliquis, nūquid panificæ quæ secundo modo sunt panificæ, poterunt vendere pro taxatione ex qua vendunt, alia panificæ; primo ordine recensitæ? Hæc est posterior dubitatio agitata. Namque videtur, illis, non tantum licere, quantum istis. Namque priores emunt frumenta ex horreo publico, quæ nonnunquam supra taxationem & sumptus venduntur, vt supra dictum est, posteriores vero panificæ ex proprijs frumentis, aut iuxta taxationem sibi paratis, panes conficiunt venales, ideo que videtur, cum istis non tanti costent panes, quantum prioribus; quod debent minori pretio eos venundare. In diuersum est, quia, si pretium forensis factatur non malè vendunt, id est, non est iniusta venditio. In hac tamen re opus est distinctione. Namque vel corrector, cui panis cocti taxatio concedita est, nihil distinguit in sua taxatione, panem prio-

rum

Pragmatica
an. 1573.

Responso
argumento
rū priorū.

rum panificatum, à panè posteriorum, sed omnem panem venalem eidem subdit taxationi, vel fecerit hunc ab illo, vt sepe accidit. Iubent enim, quod panis ex horreo publico, proffet pro .iij. verbi causa panis vero alias, proffet pro .iij. Et quidem si hoc acciderit dubij planà est solutio, non licere plaris quam pro taxa tione facta à correctore vendere. Sin vero primum, sunt qui dicant quod huiusmodi panificæ, id temporis non possunt suos panes vendere, nisi solum habita ratione, quanti consistit sibi frumentum, pro rationeque laboris, & sumptus, & quia frumenta minoris consisterunt, ideo vilius oportet eas panes vendere, quam priores panificæ. Istis autem ego nò suffragor siquidem taxatio pretij panis coeli, non committitur panificæ, sed correctori, si ergo corrector omnes venales panes, eidem supponit pretio, omnes panificæ, vel pistores, in forum vehentes suū panem, vendendo pro pretio forensi nò peccant. Quoniam non sua interest, hoc discutere, si taxatio est excedens, aut deficiens. Neque republica ex hoc iacturam patitur, imo emolumentum, assequitur ex abundantia venalium panum. At forte cõquerentur panificæ priores, & merito, veri correctoris interest, iustam facere taxationem, expensis libratique ad amulum omnibus, & si iuste fecerit, cessabit omnis ex postulatio. ¶ Nò melatet, aliquando, supra modum taxare cocti panis pretij correctores, id quod cam reprehendisse in hac Ciuitate Ciuitate nisi excusantur rectores, se ideo fecisse, vt non esset facultas emendi illos à circiuentibus vicis. Nā si sola haberetur ratio laboris & sumptus, & nò excessiue taxaretur panes à rusticis foraneis, coaeruatim emerentur, vt in suis vicis carius venderent. At vero vt sepe aiebam, non sunt faciēda mala, vt inde proueniāt bona. Excedere igitur à iusta taxatione iniustum est, adeo neutiquam admittendum. Rusticos hosce autē punire licebit, si spoliant panibus forum, vt suis carius vendant quod minori pretio in oppido quod est caput sibi pararūt. ¶ Forſan heſitabit alius, nunquid, in diem vendere quod Hispanè dicitur, *Alfado*, Fas erit pro taxatione? Sit casus, nunc verbi causa nò viget taxatio, sed valet minus quā

An pro taxatione liceat in diē vendere, quando taxatio nò viget.

pro taxatione frumentum, est aliquis, qui cupit emere frumenta, in diem exigit à me, verbi gratia, vt vendam fas ne erit dicere vendam, caterum quia in diem vendo solues pro taxatione. Vide tur enim fas esse, quia in diem vendere, pro iusto pretio fas est; at hic venditor in diem vendit, pro taxatione quæ est iustum pretium. ¶ Præterea, qui vendit merces suas in diem, ad maximum tamē pretium, licitè vendit, quia intra latitudinem iusti pretij, in diem vendit, igitur itidem in presentia. ¶ Respondetur non licere siquidem taxatio est iustum pretiū quādo ipsa viget, sub panis raritate, hac cessante non est iustum pretium. Solum enim fuit instituta ad refrigerandam insolentiam pretij, quæ poterat accidere, si ipsa non infringasset dominos frumentorum sub raritate annonæ. Hac igitur cessante, non est ipsa iustum pretium, sed pretium currens in foro. Ideo qui in diē vendit in casu exposito, non potest vendere pro taxatione. Nisi speraretur, valde probabiliter, quod tempore solutionis frumentorum, erant valitura pro taxatione, tunc enim ratione huius probabilitatis licebit, vt supra abundè est à me disertum. Secundo dices, ea quæ taxantur, non gaudere latitudinē pretij, ideoque alia est ratio mercium venaliū quæ non sunt taxatæ, & alia frumentorum. Sæpe sermo habetur in foro conscientia, an tamen in foro exteriori esset probandus contractus, iudicent quorum interest diiudicare.

Rursus quæret aliquis, quid decernendum, est de frumētis ex alio in nostrates traiectis, nò tamē per maria, sed per terrā traductis quale est quod ex Portugalia defertur hoc anno, in hac Ciuitate Ciuitatensem & ratio dubitādū est, quoniam, Pragmatica commemorata solum loquitur de frumētis delatis ex alijs regnis, per maria. Respondebis eandem subire rationē delata per mare, perque terris, ideo, non aliam, subit hæc quæ sio solutio nem, quam prior, de delatis per maria frumentis, quam tamen supra dilucidabimus. Sub tempore enim vigentis taxationis, possunt ducere in pretium, & expensas, & laborem, &c. Quia possunt vendere soluti ab ipsa taxatione, at vero, nò vigente taxatione, subduntur currenti pretio

Taxatio nō est iustū pretiū nisi sub frumento rari tate.

De traiectis frumētis ex alio regno per terrā so lum.

pretio, & expensæ, &c. non referent in pretiū. ¶ At occines, nemo tenet suis expensis seruire reipublice igitur isti mercatores, possunt referre expensas in pretiū. Respondebis, quādo seruiūt, ita est, tūc autē seruiūt, quādo raritas premit frumētōri, & ipsi deferūt frumēta in presidiū, at vero quādo nò adest raritas, nò seruiūt. Ex quibus omnibus tu collige re esse vendendā, non secundum quod habuit valorem, aut valebit, sed secundum quod in presentia valet. Vnde venditio solum respicit pretium presens, & si hoc presens, non nunquā taxari potest secundum rationē futuram vt superius demonstratum est. Valere autem de presentia contingit bifariam aut secundum realem, valorem rei, quem haberet si ad forum deducetur vendenda, aut secundum æstimationem, quam habet ex desiderio emptoris aut secundum indigentiam eiusdem rei, quam habet venditor. Exemplum primi, quando emptor rem multū desiderat, & cupit re habere: exemplum secundi, quādo res quæ venditur est valde utilis venditori, & detrectat eam vendere, quia ea admodum eget. Verbi causa habet seruum, qui est sibi lucratius admodum. Vt cumque modo horum res pluris æstimatur, nam in .i. exemplo, res propter desiderium emptoris, & instantiam ad emendum crescit in pretio. Nam rogata venditio, cariorē facit venditionem, vt vltro nea, viliorē. Item in .2. casu, res pluris valet. Nam dominus serui, vendens seruum, ad instantiam emptoris damnū patitur; quia priuāt lucro ex seruo sibi proprio, ideo hoc damnū potest ducere in pretiū. At si venderet in foro, nò tanti esset vendēdas seruus, quia quæ in foro venduntur vltro venduntur, & nò ex rogatu venduntur. Vnde in foro non posset ducere dānum suum in pretium dominus serui, & si perdit lucrum ex vendito seruo. Quia in foro vltro exponitur venditioni serui. ¶ Sed adhuc forſan aliquis dubitabit, si quispiam scit verbi causa taxationem præscriptam, ad numum aureū, esse submittendam à rege ad .9. regalia, & scit per vendie esse submittendam, quia iam in curia regis decretū est, & expedita est regis promissio, super ea, vt nemo deinceps vendat frumentum, nisi pretio .9. re-

Res est iustū quod valet aut valet sed le cūdi quod valet.

Rogata venditio refertur cariorē vt vltro nea viliorē.

galium. Num huic qui scit hoc perendie esse agendum, licebit ignorantibus vendere ad numū aureū? Videtur enim quod nò, quia emptores decipit in re graui. Itē quia iam reuocata est pragmatica prior, de vendēdo ad numum aureum igitur numus aureus, nò est iam iustum pretium, vendit ergo iniusto pretio. ¶ Respon. Quod si reuocata est pragmatica, & reuocatio est promulgata in capite loci, vbi venditur ad numum aureum, vt verbi causa si promulgata est reuocatio in capite diocesis, vel episcopatus tunc ex hac reuocatione promulgata, in loco vnde omnes eam facile scire possunt imo presumitur ex iure omnes diocesanos, iam non latere, reuocationem, qui vendiderit iuxta priorem pragmaticam reuocatam decipit, emptorē, si forſan nescit, & tenetur refundere, quod super est pretij iuxta nouā pragmaticam. Si vero non dum promulgata est reuocatio in capite diocesis, tūc non est deceptio, siquidem, quousque promulgetur reuocatio non habet vigorem pragmatica circa eos, quibus non innotuit. ¶ Sexta conclusio. Pragmaticæ istæ taxatæ venalibus rebus pretia obligāt in vtroque foro, & omnes personas in discriminatum, ita clericos, vt monachos, vt laicos, qui degūt in regno decernētis huiusmodi pragmaticæ. Hæc conclusio est perspicua. Siquidē cōstituere pretia venalibus rebus, quæ venduntur in regno ali quo, spectat regē illius regni. Nāq; papā hoc nò spectat, qui quāuis presit toti ecclesie, & omnibus fidelium regnis, & principibus, hæc presidētia est spiritualis, ad spirituale autē presidētiā nò spectat pretia taxare rerū venaliū, quæ istæ taxatio est tēporale quoddā, & nò spirituale. Vnde papa in terris sibi subiectis tēporaliter & nò solū spiritualiter istud quidē facere potest, nò propter spirituale sed propter potestatem tēporalē, quā exercet in eas. In ceteris autē regnis vbi nihil tēporalis potestatis habet, nò pōt idē obire m unus. ¶ Quocirca si regis istud est munus iusta p suo arbitrio cōstituere pretia venaliū, illud ab omnibus tui regni personis iudicādum est esse iustū pretiū, quādi p se cōstituit, qui solū ad hoc faciēdū potest potestare suprema. Qui ergo cōtra pragmatikā facit, vñ dēs excedēdo aut defraudādo

6. Conclus.

Cuius est cōstituere pretia venalibus reb.

E prag.

pragmaticam, delictum committit, vendendo contra iustum pretium: & tenetur, damnum ex iniusta venditione, quod intulit, rescire. Hac autem potestate usus est rex Ferdinandus taxans pretia frumentorum, & eiusdem nepotes Carolus Quintus Imperator, & Philippus rex Secundus ut ex predictis apertum est & recte: nam prius ipsum est suorum subditorum utilitati consulere. ff. de officijs prefidis. l. 1. in. §. cura carnis. ff. de officio prefidi vrbis. l. 1. est autem magna utilitas taxatio frumentorum.

¶ Itē q̄ pragmatica huiusmodi obligat clericos colligit, quia non officit libertati ecclesiasticae, neque immunitati, aut iurisdictioni ecclesiarum igitur, tenentur clerici illi parere. ¶ Adde, quia clerici etiam sunt ciues, huius vel illius Ciuitatis, igitur, ea tenentur seruare quae pertinent ad cōseruationem ciuiliū conuersationis, & cum sint membra reipublice, debent se illi temperare, in his in quibus ecclesiastico honori nihil derogatur.

¶ Porro obijciens forsitan, imo pragmaticas huiusmodi, derogare ecclesiasticae dignitati, quippe ecclesiastici census ex illis, diminuantur. Enimvero si pragmatica, non susteret pretia frumentorum, census ecclesie valde pingueferent, at vero modo stagnant, ex pragmatica. Quonia arendatarij sciunt, quod non possunt frumenta augere pretium valde, detenti ex pragmatica sanctione. ¶ Quod si dixeris serant hoc damnum clerici siquidem fert illud rex. Namque census regij, etiam nō possunt valde augeri impeditate pragmatica. At euestigio respondebit alius, si census regij frumentorum ex pragmatica sua diminuuntur, sunt multa alia ex quibus rex si volet, vt vult auget suum aerarium. Vt ex decimis, & ex alijs, quae sibi constituit pendēdis tributis. At clericorum censibus detentis ex pragmatica, impeditiq; ne augetur nō est aliunde vnde clerici suos possint augere census. ¶ Ceterum non tibi hoc imponat argumentum, vt pragmaticas hasce, credas esse iniustas, & contra bonum ecclesie. Quippe, leges non bonū huius vel illius spectant in primis, sed bonum vniuersale. Et quod hoc bonum auget & seruat, etiam si sit cum detrimento particularis boni, illud maxime spe-

Leges bonū vniuersale qd est maius vel illius spectant.

stat. Bonum enim totius preferendum est bono partis. Vnde ob hoc, vt toti homini consulatur, ne totus pereat, membrum morbidum, quod paratum est inficere totum, ne inficiat absconditur.

¶ Quamobrem cum pragmatica sanctio decernat, id quod est vtile reipublice in generali, quale est pretia frumentorū statuere, etiam si census, vel nobilitas, diuitum, vel clericorum non nihil laedere patiantur, optime statuitur. Quia melius est consulere bono totius, quam bono partis quādo vtrique subueniri non potest. Etenim si pragmatica non esset siiles pretia frumentorū, domini frumentorū ditescerēt vehementer. & ceteri ciues nō habētes frumentarios cēsus pauperiores fierēt, imo & fame perirēt. Ne igitur pauperes fame pereāt, optimū est, quod diuites ad maximas non prouehantur diuitias. Et quidē cōtra huiusmodi sanctitas pragmaticas, est locus ille vnusquisque in rebus suis est moderator, & arbiter. In remādata. C. mādati, igitur quilibet potest viderere sua pro suo arbitrio. ¶ Secūdo quia pretia rerū, ex rerū inopia mēsuratur, igitur non ex regis voluntate.

¶ Tertio quia pragmaticae estē sunt leges poenales, igitur ante condemnatio nemi non obligat ex. c. fraternitas ad mota glossa. 1. 2. q. 2. ¶ Porro hae solues, si aduertis, quod supra diximus regi hoc incumbere huiusmodi edere pragmaticas, concernentes publicū bonum, cuius ipse ex regia facultate est promotor, & propugnator. ¶ Vnde primo dices, illud esse verū, quando à rege non impeditur. ¶ Secūdo respōdebis, regē, hanc inopia expendere, quando suas instituit pragmaticas. Vnde ipse variat ob eā causam pretia frumentorum, pro temporū varietate. Vnde sub Ferdinādo rege exigua erat taxatio collata ad taxationes presentes. Deinde creuit ad. 9. regaliam, tādē ad aureū anum sub Philippo rege.

¶ Tertio dices nō esse purē legē poenale, sed esse legē constituētē iusta pretia frumentorū, ideo vendēs excedēdo iustū pretiū taxatū, vendit iniuste, & tenetur ex cessum restituere. ¶ Porro autē in huiusmodi pragmaticis sanctionib⁹ maxima est habēda ratio agricolarū: siquidē horū opera nobis fruges terrē proueniunt. Ideoq; pragmaticae ad eā rationē tēperā

Pragmaticae in foro conscientie.

Pragmaticae obligat clericos, & monachos.

Conclu. 7.

deut agricolis nō sint noxię, sed vtilē, vt ex eis, scilicet, pot⁹ emolūmētū quā nō uolunt afficiat eos. ¶ Ceterū forsā ob sisset aliquis predictis, probando, q̄ clerici, nō subdātur pragmaticis illis, siquidē violatores si sint nō possunt à iudice seculari puniri, aut multari. Respondetur quod si hoc potest laicus iudex poterit, & ecclesiasticus. ¶ Septima cōclusio eadē est ratio habēda aliarū pragmaticarū, quae p̄tia venaliū rerū taxat, quae habetur pragmatica frumentorū. Quales sūt pragmaticae taxates p̄tia librorū venaliū, & aliarū rerū. Vnde et si cōsistat, plures expēsas factas fuisse in impressione librorū quā pro taxatione, nihilomin⁹ standū erit taxationi vt etiā agricola, si in agricultura maiores expēsas fecit, quā sit taxatio, adeo, quod si taxatio fieret ad expēsas, excederet multo taxatio nō prescriptam, nihilominus, gerendus est mos taxationi lex enim nō ad rarō contingētia, sed ad ea quae in plurimū contingunt spectat. Quo circa cum leges huiusmodi constituant iustū rebus venalibus pretiū, illud transgredi esset iniustū, & ideo crimē nisi materię leuitas excusaret. ¶ Cōclusiones istę, habent suum fulcrum in vulgata Theologorum doctrina, illa videlicet, quod leges regie obligant in foro conscientie, id quod vt sit habēdum supra docuimus. ¶ Ex predictis inferitur, quod quamuis principes seculares non possint soluere crimina facta contra suas leges, possunt tamen ligare ad crimina. Si quidem ligant indirectē, & non directē. Non enim est animus principis condentis pragmaticam ligare ad crimen violatores, non enim hoc per se & primo intendit, sed constituere iustum pretium rebus venalibus. Vnde tamen sequitur, quod violator violati iustitiam, indeque cum peccatum admittit. Quia ergo principes seculares, possunt facere aliquid ex se indifferens, esse materiam iustitiae, inde possunt ligare ad crimen, non tamen soluere corā deo, quia non habent clauēs regni caelorum. Quod si querat aliquis an transferēs frumenta in regnum aliud vt ex Castella in Lusitaniam, aut contra teneatur restituere damnum quod resultat ex huiusmodi trāslatione regni vnde trāsferunt. Nam si vbi causa ex Ciuitate si oppido transferā

Vnde reges obligare possunt ad crimē sicut & iudices iudicādo in istē.

frumenta in Lusitaniam, Ciuitaten-ses, damnum patiuntur in re frumentaria siquidem, totum quod frumentaria demitur à Ciuitaten-sibus, & rariora sunt frumenta apud illos, & quō rariora, eo rariora, & huius caritatis, sunt causa trāsferētes. ¶ Item quilibet plus tenetur providere suae reipublice, cuius est membrum, quam alienae, igitur non prouidens cum possit, imo potius destitutus damnum infert, & tenetur rescire.

¶ Sunt qui opinantur, hoc ipsum, quod haec argumenta pretendunt moti istis rationibus aut alijs acquiescentibus. Porro videtur diuersum dogma esse verum, huiusmodi traiectores, crimen quidem admittere transferentes, frumenta in regnum alterum, at vero non teneri ob hoc ad restitutionem. Et primo incontrouersum est si abundantia sit verbi causa apud Ciuitaten-ses, & raritas apud Lusitanos, quod qui in Lusitaniam trāsferat sua frumenta, vt carius vendat, tum non teneatur ad restitutionem. Si quidem non infertur damnum quod argumenta pretendunt, quod ob trāslationem frumenta carius vendētur apud nostros, quia supponimus esse apud nostros abundantiam frumentorum, vt sibi & alijs extraneis sufficere possint.

¶ Erit quidem peccatum trāsferere, quia contra legē satis necessariā agit qui illā violat, at vero restitutionis nulla inde resultat obligatio. Nā qui trāsferūt si sunt domini frumentorum, sua vendunt & nō aliena, & suo periculo trāsferunt perdēdi frumenta, &c. Adde, quia pragmaticae regis Hērici. 4. & Ferdinandi, &c. nihil loquūtur de restitutione, sed grauissimas solū imponunt pēnas istis trāslatoribus. Quod si obieceris, imō nullū videt crimē, sed opus charitatis subministrare frumenta indigentibus, vtiq; si gratis facerēt illi traiectores, charitatis esset excimie, at nō ex charitate faciūt, sed ex avaritia, vt numtiores euadant. At dicit alius, nonne lex iniusta est id temporis, quando permittit raritas annonae regnum vnum, quod non possit subueniri ex alio? Respondetur, quod lex fertur vniuersaliter, neque potest spectare particulares omnes casus, qui tamen relinquuntur

An trāsferentes frumenta sine regis autoritate in alterū regnū teneantur restituere.

Frumento-rū in aliud regnū propria auctoritate est crimen trāslationis.

Qui prohibetur recu- dere.

Commentū sophillicum mercatorū.

prohibet reuenditionem frumento- rum omnibus, exceptis traiectori- bus, qui traiciunt, frumenta vltro, ci- troque quos Hispani vocant tragine- ros. Verum emere cetera alia, ad re- uendendum, vt oleum, vinum, fructus alios terræ, fericum, pannos, &c. non prohibetur. Quia in reuenditione ho- rum, non imminet reipublice tanta no- xa, quanta ex renenditione frumento- rum propter causam expositam.

¶ Verum vt ad priora regrediamur, de transferentibus frumenta in reg- num alterum, hoc anno quidam ex nostratibus Ciuitatensibus excogita- uerunt commentum quoddam lucrati- uum, quod ego nunc exponam. Apud Lusitanos hoc anno est vbertas fru- mentorum & apud nostros raritas, ob- serua igitur quid excogitarunt, qui- dam ex Ciuitatensibus habentes fru- menta, quæ quia apud suos ea ven- dentes non possunt excedere taxatio- nem, illa transferunt in Lusitanos, ex- que Lusitania terum eadem traducunt eadem ad nostros vt iam tanquam trā- slata ex regno altero, carius illa ven- dant, vt vendunt. Nam frumenta ex Lusitania venduntur supra taxationem apud nostros, propter raritatem no- stris hoc anno contingentem. Consul- tus fui de huiusmodi commento quod re vera est sophillicum commentum, & larnatum inuentum ad accumulan- das pecunias iniuste. Siquidem re ve- ra frumenta quæ ex Lusitania isti trans- ferunt, non sunt alterius regni, non sunt Lusitanæ, sed Castellæ frumenta. Quæ enim nata sunt Castellæ, non sunt Lusitana frumenta, vnde decreui istos non posse vendere hæc frumenta tan- quam frumenta Lusitana, quia si fue- runt translata in Lusitaniam, non prop- ter translationem parant sibi naturam Lusitanorum frumentorū, & ideo quod amplius pretij retulerunt, supra taxatio- nem, restituere tenentur, neque expen- sas translationis possunt ducere in pre- tium, sed illas sibi ipsis imputent excog- itantibus sophillica commenta, ad de- cipiendum emptores. ¶ At vero dicit ali- quis, sicut venditor transferens frumen- ta in Lusitaniam est noxi⁹ nostratibus, ita & emptor emēs est noxius. At vero nul-

lus est qui dicat emptorem teneri ad re- stitutionem quia frumēta emit in suam locum translata. Quod vero emptor in- ferat damnum idem patet, quia venditio referatur ad emptionem, vt emptio ad vē- ditionem: & si nullus emeret venderet nullus cur ergo potius diximus sub cir- cūstantijs memoratis, teneri vendito- rem de damno illato ex translatione fru- mentorum, & non emptorem? ¶ Respō. quod qui emit in Lusitania frumentum illō translacum vel alibi, vbi libet trans- feratur sub raritate annonæ accidentis apud nostros non peccat emendo. Siqui- dem emptor, solum curare debet sibi pa- rare alimenta necessaria de damno autē quod alijs cōtingit ipse nō tenetur, quia ipse non est autor damni, non enim em- ptor est agens, sed patiens. Oblata igitur frumenta, vt sibi cōuenientia emit, si ve- ro hæc emptio est alijs noxia nō est eius considerare ideo ipse non tenetur huic nocumēto subuenire siquidem nō est ex nostratibus sed ex alienjs ideo sibi so- lum & suis consulere debet, non nostrati- bus. At vero qui ex nostratibus illis de- fert frumenta est cui imputandum est damnum. Verum sanē est quod nō esset damnum si nullus emeret, & ad nostra- tes rursus reducerentur translata fru- menta. At quantum erat ex animo ven- ditoris ex trāllatione iam damnum erat paratum, nihilominus, si non vendidit non est illatum damnum, neque ad re- stitutionē tenebitur. ¶ At obijcies, quid ergo si donauit, & non vendidit, sed in eleemosynam Lusitanis erogauit, quia forte ibi habebat consanguineos, & amicos pauperes, & ipse transferens erat diues, & voluit illo transferre, non vt ditesceret, sed vt opem indigentibus ministraret? Num hic tenebitur de damno illato, quia tametsi in eleemosynam eroget, quod extraneis erogatur, nostratibus detrahatur?

¶ Respondetur, quod id quod in eleemo- synam erogaretur ex casu, non tantum esset, quantum sufficeret, ad valde nocendum nostratibus, & sup-posito quod esset magna quantitas, arbitror non esse obnoxium huius- modi restitutioni, quippe nihil lucrari inde corrasit: vnde ergo restituet, quia nihil sibi retinuit? Sed quid si non

Vēditio po- test esse cul- pabilis & emptio in- culpata.

Qui trāsferre frumēta in regnum alie- rum eleemo- synæ gra- tia restitue- re non tene- tur si quod damnum ex- mererit.

in

in regnum alterum, sed in aliam regio- nem eiusdē regni, vel in oppida eiusdē diocesis, verbi gratia, quia in montanis Ciuitatensibus pluris fit mensura frumē- ti, si Ciuitatensibus quispian illō detulit sua frumenta venditurus ploris. Vnde refultat damnum Ciuitatensibus, quia quod alijs inferunt, illis auferunt. Re- spondetur simillimodo vt ad priora re- sponsum est excepto quod translatio ad illos non est lege prohibita, vt ad reg- num alterum.

CAP. TERTIVM.

De qualitate vendentium & emen- tium.



Ixi mus hactenus, quid nam sit iustum pretium, & iniustū, & cuius erat pretia vena- lium rerum taxare. Et quod omnis contractus excedens iustum pre- tium est iniustus in foro conscientie, at in foro exteriori, is est iniustus, quem iudicis autoritas rescindere potest, vt est is qui excedit dimidium iusti pretij vel deficit à dimidio iusti pretij. Nunc vero de qualitate vendentium, & emen- tium, oportet differere. Quales inquam debent esse, vt venditionis contractus rat⁹ sit. Et quidē oportere eos esse distin- ctos, notius est quam quod sit differen- dum. Non enim quispiam à se ipso po- test emere, aut sibi vendere quicquam. Imo in omni contractu exigitur con- trahentes esse realiter diuersos. Vt ha- betur. l. 18. titul. 5. Partit. 5. de rebus venditis. Nam que cum venditio sit con- tractus inter homines ex consensu ipso- rum, ex certo pretio in quo conueni- ent emptor, & venditor necesse est, alium esse emptorem, à venditore. Vnde contractus iste, non potest celebra- ri inter eos quos iura reputant esse per- sonam vnā vt inter patrē & filium nō potest celebrari hic contractus vendi- tionis. Nam que vt supra dicebamus re- putantur persona vnā. Ideo dicebat Aristotel. in 5. Ethic. capit. 6. iustum pa- ternum, non esse iustum simpliciter, sed secundū quid. Quia inter patrē & fi- lium propter vnitatem, non potest esse

Vēditio- nis contractus non potest celebrari in- ter patrē & filium nisi inter vnā personam & xō vē inter do- minū & ser- uum.

proprie iustitia, quæ est equalitas quæ- dam, at omnis equalitas est diuersiorū, Vnde. l. 2. vbi supra illi, possunt emere, & vendere, qui possunt inuicem obliga- ri. Vnde non potest esse contractus hu- iusmodi inter patrē, & filium familiās, quia inuicem nō possunt obligari: quia reputantur vna persona. Nisi esset de bonis castrensibus, aut quasi castrensi- bus hæc ibi. Itaque dum filius est sub pa- tris potestate, quādiu, scilicet, non est emancipatus, non potest cum patre ce- lebrare contractum venditionis, nisi de bonis castrensibus. &c. quæ bona sunt, quæ habentur ex regis dono, aut ex of- ficio regis, vel quæ literarum facultate sunt conquisita vt quæ cathedralij ex cathedralium administratione sibi pa- rant, aut quæ ex laboribus bellicis sibi filij conquisierunt. l. 5. titul. 9. lib. 5. Re- copil. Idem sequitur dicendum, inter virum, & vxorem, & inter dominum & seruum huiusmodi contractum non posse celebrari, quia iste personæ, repu- tatur in iure vna. At emptorem & ven- ditorem non vnā esse sed plures oportet esse personas. Si vero coniuges non ex matrimonio sed alias habent sibi pro- pria bona ex gratia regis vel viro vel vxori concessa, ex quo ad hæc reputan- tur plures personæ. Ideo de istis inter eos potest venditio celebrari. Rursus, quia seruus nō habet bona sibi propria, quia omnia sunt domini sui, ideo non potest venditio celebrari inter dominum, & seruum. Vnde si seruus ex propria pecu- nia se fecerit emi nescitē hero venditio est nulla quia propria vēditōis pecunia soluta non præstat emptori liberationē. l. si seruus. C. de act. emptio. & venditio. etenim sicut seruus est heri, ita & pecu- nia serui est domini. l. 1. tit. 10. lib. 3. for. De las vēditas y cōpras. ¶ Itē vēdētes, & emē- tes oportet esse sui iuris. Vnde filius fami- lias, vxor serui? monach⁹, qā nō sunt sui iuris, sed alteri⁹ iuris nā filius familiās est sub patria potestate, vt vxor sub viri po- testate vt serui, sub heri dominio, & mo- nachus sub sui superioris obedientia, ideo isti in habiles sunt ad cōtrahendū, ex pro- pria autoritate, nisi interueniat superiorū autoritas. ¶ Præter hæc qui nō sūt doli ca- paces, vt sunt pueri, & qui mēte capti sūt, isti enim nō sunt liberi arbitrij cōpotes

priores, quia nondam tempus maturum accessit, posteriores quia ex casu vltim liberi amiserunt, ex morbo, scilicet, aut ex natiuitate: illi enim non possunt esse vendentes aut ementes, quia non sunt spontanei. Siquidem vbi est ignorantia, non est voluntarium: quippe ignorantia facit inuoluntarium. Huiusmodi autem omnes reputantur ignorantes, vel quia si habent rationem, habent eam imperfectam, vt pueri, vel ea orbantur omnino vt sunt amentes. Qui vero ex morbo lapsi sunt in amentiam, si cessante morbo, sunt sui compotes habiles sunt ad contrahendum. ¶ Preterea quando decipiuntur contrahentes, ipsa deceptio quassat contractum. Est autem deceptio multiplex, quedam, quæ est causa contractus præcisa, alia quæ est causa contractus, nõ præcisa ex toto, sed ex parte alia, quæ nullatenus est causa contractus, sed nihilominus efficit contractum. Est prior, vt si quis fallacibus verbis, alium inducit vt vendat domum, vel equum. Quem tamen non erat dominus illorum venditurus, ceterum deceptus ab emptore, vel ab aliqua tertia persona, quam vocant iura aduersarium vendit. Est posterior deceptio, quando erat dominus equi venditurus alioqui, at vero non erat venditurus, vili pretio, vt vendit deceptas fallacibus suadelis ab emptore, qui forte ait, se emisse similem equum vili pretio, & mentitur, aut iurando mendose illud affirmat. Vnde venditor ex fallacia verborum emptoris persuasus minoris vendit, quam esset venditurus. Postrema denique deceptio afficit contractum siquidem, solum est deceptio, non ex suadelis fallacibus, sed solum ex pretio quia, scilicet, venditor vltra dimidium iusti pretij, aut emitur citra dimidium. Itaque aut venditor decipit emptorem, vt emat, quod non erat empturus, aut minoris emat, quæ esset empturus. Aut contra emptor decipit venditorem, vt vendat quod non erat venditurus, aut minoris vendat, quam esset venditurus. Aut neque hic illum, neque ille hunc decipit: sed solum est deceptio in pretio. ¶ Si ergo vel venditor emptorem, vel emptor venditorem deceptit contrahentiũ deceptio

In contractu deceptio multiplex accidere potest.

dirimit contractum in vtroque foro. Si quidem quando est deceptio, non est voluntarium. Qui enim ex deceptio agit nihil agit, nisi dissoluta deceptio ratum habeat nõ deceptus, quod deceptus egerat. Contractus igitur omnis procedens ex huiusmodi deceptio contractuentium ex qua alter alterum decipitur: quia ex deceptio originem dedit. Et dolus & fraus nulli patrocinari debent, decipientibus enim iura non subueniunt de rerum per mutatione. ea cum vniuersorum. Quod autem sit nullus huiusmodi contractus traditur. Magister in principio. ff. de dolo. Et si iurisperiti dicant, huiusmodi contractum valere, quia habet omnia sibi essentialia: neque extrinsecam causam deceptio, scilicet, ipsum annullare posse. Et ad l. indicatam, respondent, quod est nullus ipso iure, quia ad petitionem decepti, a iudice venit quassandus. ¶ At vero glossa. ca. cum dilecti extra, de emptio ne, & l. indicata diuersam preferunt. Alias quod discrimen esset inter dolum præstantem causam contractus, & inter dolum non præstantem causam contractus. Si isti contractus omnes tenent. Et l. 4. tit. 1. o. lib. 3. fori. De las vendidas y compras. Expresse traditur, quod huiusmodi venditio, vel emptio procedens vel quia deceptit venditor emptorem vel emptor venditorẽ, sit nulla, Vnde ait, *Quien quiere que alguna cosa comprare, si el vendedor non fuere raygado, resciba buen fiador: e si v. la lavendida. suera si fuere fecha por engaño, que haga el comprador, porque haga vender la cosa que no quiere vender su dueño &c.* Quale quale hoc fuerit iurisperiti discrat: quia quod medicorum est promittunt medici, tractet fabrilia fabri. In foro autem conscientia venditio, huiusmodi, vel emptio, est nulla siquidem contractum omnem oportet esse voluntarium, siquidem ex eo appellatur contractus quia partes conueniunt in idem sponte: si vero ex deceptio conueniunt, re vera non conueniunt. Siquidem conuenire ex deceptio nõ est conuenire, & præterea contractus proprius loquedo de contractu, est obligatio vltro, citroq; at qui ex deceptio obligat, vere nõ obligat. Nam deceptio tollit obligationem voluntariã, vt patet vnde esse voluntariũ contractũ est de

Contractus ex dolo factus an valet.

Quid sit dolo. ff. de dolo. l. 1.

In contractu bonus si det dolus reddit peccatum rem conditionem de genti.

essentia eius, & nõ extrinsecum. Porro sunt contractus, qui ex dolo procedentes, firmos esse tradunt iura, quando scilicet, deceptio vertitur in bonum decepti, vt si quis deceptioibus tuaserit alium vt profiteatur monasticam vitam, ex professione verbi causa spondens professio episcopatum, aut aliud huiusmodi etiam si spondens fallat, professio tenet. vt etiam si quis mulieri sponderit, si nuptias celebraverit cum Petro verbi causa, centum aureos, sponsionem si fefellerit, & nihil exhibuerit, nihilominus rata sunt nuptie, etiam si ex dolo originem habuerint. Quia supponimus neque monachatum primũ suscepturum, neque nuptias feminã in iuram, nisi ex causa falsa fuissent impulsũ. In spiritualibus enim contractibus dolus aduersarij, nõ viciat contractum, in cap. Ex parte tua. de conuersione coniugatorum. Et glossa ad cap. Dudum eodẽ tit. exquirat huius rei causam, & exponit, quia talis dolus, bonus dolus est, & bonus dolus non prohibetur. ff. de dolo. l. 1. Dolus enim est calliditas ad decipiendũ: at per talẽ dolum nõ mo decipitur, quia neque ad malum inducitur, qui testatur alioqui se esse deceptum, imò conditionem suam facit meliorem. Porro modo loquimur non in contractibus hoc genus, sed in contractibus bonæ fidei in quibus dolus non facit meliorem conditionem decepti: sed quia vnus habet ex dolo, prior em dolus reddit illius conditionem, ideo huiusmodi dolus viciat contractum si det causam vel ex toto, vel ex parte contractus, vt supra admoneram. ¶ Porro autem est alius dolus postremo recensitus, qui est solum dolus in pretio, & nullatenus est causa contractus. Et hic est duplex, alter, qui excedit adeo iustũ pretium, vt sit vltra dimidium iusti pretij, aut deficit multum a iusto, quia est citra dimidium iusti pretij. Alter vero est, in excessu, vel defectu a iusto pretio, nõ tamen vltra, vel citra. ¶ Et in foro quidem conscientia, vterque dolus viciat, quia peccat excedens, vel deficiens a iusto pretio vt cap. 6. exposuimus tunc esse peccatum quando exceditur a tota latitudine iusti pretij, quæ versatur inter minimum, & medium & maximum. Et hanc latitudinem tradeba

mus habere precia, quando non sunt taxata: nam si taxata latitudinem non habent. ¶ Quod si dixeris, imò habent, quia venditor poterit minoris vendere, est sane verum, nam taxatio, est in fauorem emptorum, ne plures emant, quam pro iusto pretio. At eatenus taxata diximus obari latitudine, quia non habent, illam amplitudinem trium pretiorum, sed vltra taxatum transilire nequeunt. Porro dolus huiusmodi quando non excedit dimidium iusti pretij, a iure non rescinditur ad partis decepte conquestum vt cap. 6. disertam est.

Præter has vendentium, & ementium imò generaliter contrahentium necessarias qualitates restant alia, videlicet, quod vendentes, & ementes non sint coacti vel ex violentia ipsis illata, aut ex metu rationabili correpti, ad vendendũ vel ad emendum, huiusmodi enim violentia, vel metus, contractum vitiat in vtroque foro. Si quidem coactus ad vendendum, sponte non vendit, ideo censetur non vendere. Itemque coacte emens. Non enim est rata venditio per metum facta, quippe quæ non est voluntaria vt in l. 1. C. de rescin. vendi. Et l. interpositas. C. de transacti. vnde l. 3. tit. 10. lib. 3. fori. De las vendidas y compras, sic habetur, *yo esto si la vendida non fuere hecha por miedo. o por fuerza, non deua valer, ni vala.* Vnde colligit glossator, quod huiusmodi venditio, ex metu facta, non est irrita ipso iure, sed irritanda. ff. de dolo. l. eleganter. Et de in inte. resti. l. nemo, verum ut aiebã, quando ex dolo fit, quia est causa contractus, & ex dolo in pretio, quia est vltra dimidium contractus isti differunt, non ob aliud, nisi quia prior est irritus ex se, posterior vero irritandus. Accedit eodem, quia quando dolus est causa contractus, tum contrahentes inuicem se decipiunt ideo est inuoluntarius contractus: igitur irritus. At vero quando est violentia, vel metus, item est inuoluntarius contractus, vnde videtur quod sit irritus, & non solum irritandus. Vnde l. 3. & s. 6. tit. 5. part. 5. ita habetur, *la vendida hecha por fuerza o por premia no vale: a si que sea por estria, porque nadie puede ser compelido a comprar lo que no quiere, o vender lo que tiene.* Excipit autem dicens, *Sino es el seruo coman quando vno de los señores le quie-*

De las vendidas y compras.

re liberat, p[otes]t compeller a los de mas, que en el r[ec]ta parte que la vendan por su iusto valor. Et idem. C. de communi seruo manu. in fine traditur. O quando el señor maltrata al seruo la p[otes]t el juez compeller que lo venda a otro. §. fin. insti. de his, qui sunt sui.

¶ Ex qua lege habetur quod venditio coacta non valet exceptis casibus quos lex & iura expriment. ¶ Est autem obferuandum, coactionem duplicem esse, aliam iustam, aliam iniustam: iusta est, quae procedit ex iusta causa: iniusta vero, quae ex iniusta, vt iusta causa est, liber tatis fauor, ideo ait lex quod qui habet seruum communem cum alijs, potest cōpellere alios dominos, vt vendant seruum ex iusto pretio. Et sunt aliae causae vt post hanc dicemus: quae igitur non habet causam iustam, iniusta coactio est. ¶ Hoc autem potest accidere in venditionibus, & emptionibus de quibus loquimur multatariam. Aut quia quis cogitur vt vendat quae habet iniuste tamen pretio, vel cogitur vt vendat minoris, quam sit iustum pretium. Et hanc iniustior est coactio quam prior. Idem de emptione dicere poteris.

¶ Præter hanc coactionem huiusmodi, quaedam est formalis, & expressa vt si precipitur alicui sub poena mortis vt vendat domum vel agrum, aut sub alijs poenis vt. 3. Regum. 21. Legimus Iezabelem fecisse ad parandam sibi vineam Nabothicam, quam Naboth renuerat vendere Achab regi Isracl, vel precipitur sub excommunicationis poena, vt quis vendat quae habet, aut emat, quae non habet.

¶ Alia vero est coactio virtualis, vt quando mercator aliquis, emit omnes merces Indicas, puta omnem facarum quod ex insulis Fortunatis huc ad nostrates deportatur, aut omnes species aromaticas, quae ex India Orientali ad nostros deferuntur, vt sunt piper, gariophylum, zinziber, cardamomi, cinamomum, &c. Aut emit solus quae apud nostros sunt, vt fecit Tales ille Milesius, qui ex astronomica discens scientia futurum annum orbandum, emit à Milesijs, omnem fructum oliuarum, & ipse solus confecit oleum, & ipse solus vendidit. Et quia solus erat, vendebat pro arbitrio: vnde locupletatus est. Ita etiam apud nostros, quidam emunt omnes merces lintheorum,

Coactio iusta & iniusta vt casualis & formalis.

Philosophus locupletatus ex oleo.

alij sericorum, alij vina omnia, alij frumēta, vt soli habentes pro placito vendant. Et nonnunquam quidam sibi conueniunt, qui habentes apud se merces soli, paciscuntur de vendendo pro tali pretio, & non minori pretio. Et huiusmodi est coactio virtualis, quia etsi nihil poenae inferant, huiusmodi venditores emptoribus ceterum emptores, quibus necesse est emere merces, & quia eas vnus solus habet, coguntur ab illo emere, pro pretio venditori placito. Aut si sunt plures ex pacto vendentes apud quos solos sunt merces, idem accidit, vnde fit iniuria emptoribus, quia velint nolint carius quam debuissent emunt.

¶ Est huiusmodi pacta, mercatorum Hispana voce appellatur estanco, & recte, vt enim aquam stagnare dicimus, quando cursum suum sinit. Ita quia ex pacto illorum, aut quia solus vnus apud se merces habet, negotiatio illarum non currit, id quod debet esse familiare negotiationibus cursum habere ex vno, in alterum: ideo recte stagnant tunc mercetia, & mercaturae, quia solum resident apud vnum, vt aqua quae in suo stagno, sola quiescit. Idem quoque fit in emptoribus, apud quos aliquando conuentum est, vt merces aduenientes nullus emat, nisi minoris, quam valent, vt si inferuntur in urbem pisces, cum vident aduectores, quod nullus mercatorum quos Hispanae appellamus merchanes, porrigit illis iustum pretium, sed ex cōdicto, minus quam sit iustum pretium, coguntur aduectores vendere, pro minori pretio, quia eas recludere esset multi impendij vnde fit eis iniuria. Item huiusmodi conuentiones Hispana lingua, appellantur *Atravesar la mercaderia*. Hoc est impedire cursum eius. Est autem annotandum, quod huiusmodi mercium apud vnum solum residentia, & inuentio nonnunquam fit ex publica autoritate, sunt enim in vrbibus, & oppidis alijs, quidam qui appellatur Hispano sermone, *Obligados de la carne, o del pescado, o del vino, o velas, &c.* qui soli debent vendere vel carnes, vel pisces, vel vinum, vel candelas, &c. Vt cum ne isti insolecerent in pretijs rerum quarum venditio penes ipsos solos residet, taxatum est illis pretium, siue carnum, siue piscium, &c. Sicut etiam, concedun

Estanco;

Atravesar la mercaderia.

tur

tur priuilegia de venditione librorum, vt si solus qui composuit, vel alter ex autoris facultate à rege concessa ex priuilegio, vendat tales, vel tales libros, taxato tamen pretio, propter eandem causam.

¶ Et huiusmodi soli vendentes non cogunt emptores, si quidem taxatum habent iam pretium, & non possunt facere iniuriam plaris vendendo, quam sit iustum pretium. Neque huiusmodi pertinent ad monopolium, quia etsi soli vendunt, non tamen propria, sed publica autoritate: monopolium autē est, quando quidam sibi solis ipsi tribuunt, venditionem mercium, ementes merces, vt soli inueniantur apud eos, studentes ob eam causam vendere eas, pro suo beneplacito.

Qui regis autoritate vendunt soli merces vel alias publica autoritate non committunt crimen monopolij de soli vendendo.

¶ Item ex publica autoritate, contingunt, & aliae coactiones ad venditionem, vt si quando stricta sunt plateae, ex domibus ciuium occupatae regis autoritate prouidetur, vt domini illarum domorum illas vendant ciuitati, dissipandas, vt plateae sint ampliores, & spaciose magis. Itaque gratia boni publici coactio haec videtur iusta.

¶ At dices si coactio est, contractus non est voluntarius, & si non est voluntarius, non est contractus.

¶ Respondet, quod si quando boni publici exigit autoritas, dominus rei vendendae, si renuit, vendere irrationabiliter est inuitus, cum deberet esse spontaneus. Quando quidem boni publici incrementum, praferendum est priuato bono. Neque iniustum est, quod priuatum bonum cedat bono publico.

Boni publici magnae autoritas absorbens bonum priuatum.

¶ Ex qua autoritate processit etiam, vt praereminantiae domorum, quas Hispana vox appellat valcones dissipati sunt, vt calles essent clariore. Item ex eadem processit, vt omnis qui de nouo aedificat, teneatur retrahere se ad maiores angustias domus, quam erant priores, siquidem institutum est vt retrahat se interius ad vnum pedem, quando domus sunt constitutae in callibus principalibus, angustis tamen vt ex hac retractione calles sint latiores, & amplius iter praebent ambulantiibus per eas.

Ex eadem quoque radice procedit, quod pro aedificandis ecclesijs Cathedralibus, & non cathedralibus, pro aedi-

candis pretorij, & collegijs, & scholis literarijs, iuste rex praebet facultatem, vt cogantur vicini habentes domos in locis vbi talibus publicis locis construendis videtur aptus situs vendere domos suas. Haec sanē coactio est ex iusta causa originem ducens, vtiq; si essent alij loci aptiores pro aedificandis locis publicis, sed ad odium quorundam ciuium, ibidem commorantium fieret coactio, haec iniusta esset coactio. Porro si pro commoditate locorum publicorum, non alia positio aptior extat tunc nulla fit iniuria si priuata loca cedant publicis. Et commorantes si sunt inuiti citra rationem sunt inuiti cum deberent esse spontanei.

Ad vendendum domus priuatas fas est cogere gratia boni publici.

¶ At dicit aliquis, si ita res se habet, cur Achab volens vineam Naboth emere ad decorandam domum suam, ex illa faciens hortum virentium oleum, non coegit Naboth, vt sibi venderet vineam, si quidem, erat ad bonum regis? Imo rex precibus voluit obtinere, vt venderet, aut permutaret pro meliori. Et rursum cur Dauid oblatam aream Aueunae Iebusei, noluit oblatam, sed pretio emit. 2. Regum. 24. Et rursum iniustum videtur, quod monasteria ampliantur saepe plus quam oportet, & vicinis fiat grauamen dimittendi coactē domospatrias, id quod dicebat Naboth, se nolle vendere vineam suorum maiorum memoriam.

¶ Accedit eodem quia cum possent monachi apta sibi habere loca, extra viciniam, vbi possent se pro libito dilatari, nemine expostulante cum ipsis vicinorum, nihilominus vicinijs se inferunt, & vicinorum domos adepta regis prouisione, etiam inuitorum sibi usurpant.

¶ Et quidem sunt quibus ob has, & alias causas hoc non sit gratum, & reputetur esse iniustum. Mihi tamen rationi consentaneum videtur, vt monachi iuxta dispositionem concilij Tridentini, non sibi comparent locum in vicinia vel extra, citra episcopi dioecesanum copiam. Nam huius est expendere vicinorum si quae impendunt grauamina, & si honestus est pro fratribus commorandi locus. At episcopo decernente nullum esse commodiorem, vel pro ecclesia, vel pro monasterio, vel pro hospitali fabricandum locum, id temporis cedere oportet vicinis, & regis mandato de vendendis domibus parere

parere sponte. Nam si pro platea amplianda, ubi forensia tractantur, & commercia aguntur fas est, multo fortius, ad ampliacione diuini cultus, idem fas erit. Et quid si necesse fuerit, se ipsos tradere ciues pro bono publico seruando, perdendos, morti se exponendo tenentur, & non tenentur domorum suarum si necesse fuerit, aut valde expediens, eas diuendere pro bono publico, consentire?

¶ Accedit eodem, quod hac lege privati ciues edificant domos, non vt ledant bonum publicum, aut sint illi impedimento sed potius, vt quando opus fuerit seruiat bono publico est ergo iusta huiusmodi coactio, & qui iniuriam sunt, temere sunt iniuriam.

Respondetur ad argumenta.

¶ Ad argumentum verò ex sacra historia desumptum. Respondetis, Naboth, inurbane se gessisse cum Achab rege suo præsertim cum iustum offerbat ei pretium pro vinea sua, aut vineam longe meliorem. Neq; memoriale esse maiorum vineam illam, erat iusta causa, vt excusaret se à regis placito absoluendo. Quippe memoriale huiusmodi, non sunt tam sancta apud posteros, quod casu non vendantur, & in alios non transferantur.

¶ Et quod Naboth non faceret, proles eius forte ex indigentia faceret, ideoque melius fecisset, si regi annuisset. At Achab, noluit eum cogere, cum potuisset, & optime quidem se Achab gesserat cum Naboth, nolens eum cogere, quia pietate maiorum motus detrectabat venditionem, nisi impia Iezabel noxia innoxio cruore gratis vineam emisset.

Iezabel innoxio noxia cruore emit vineam Naboth.

¶ Argumentum secundum, nullius est parentie. Nam rex David, si nolisset Arcum possit cogere eundem, vt venderet arcum suam in locum Deo dicandū, at verò quia sponte offerbat arcum suū etiam gratis, nihil opus factū, vt cogeret ipsum ad venditionem.

¶ Quod vero traditur in l. sicut. C. de actio. contractus in principio esse voluntatis, & ex post facto necessitatis & in l. in commod. in. s. sicut. ff. de commod. Et rursus contractus non redduntur in iurium in l. nec emere. C. de iure deli. in l. iniuriam. C. de cotrah. empti. ex quibus videtur, & ementem non debere esse iniuriam, vel coactos, oportet intelligere, de coactione iniusta, & quod non debent

esse iniuriam ex causa rationabili, si autem ex libidine sua sunt iniuriam, non propterea contractus erit nullus.

¶ Et diximus supra cum de contrahentibus generaliter ageretur, esse casus speciales, quibus coacta venditio valet videlicet in odium dominorum, seu ientium in suos seruos vt ius commune. Par. l. priorem docuit: vnde ait si intolerabilis videatur scilicet dominorum cogantur seruos suos bonis conditionibus vendere, & in fauore libertatis ex eadem lege, & in fauore ultimæ voluntatis. Et ex causa religionis, vt quis cogitur vendere viam ad sepulchrum. ff. de religi. & sumptibus funerum. In quam rationem reducitur quod diximus de cogendis ciuibus ad vendendas domos ad ecclesias, & monasteria edificanda. Item ex causa boni publici vt dictum est. Ex quo patet posse præfectos vrbs cogere habentes collecta frumenta plura quam pro sua indigentia cogere vt vendant iusto pretio tempore carentia. l. i. s. cura carnis. ff. de officio præfecti vrbs. Et istud est ex publica utilitate. Item potest cogere plus emat, quam que sunt sibi necessaria frumenta ob eandem causam, & ita conseruerunt facere iudices Hispani. Quod si obieceris contra hæc ex l. cum precario. ff. de precario. vbi traditur. Factum contra naturam, vel substantiam contractus, non valet. At verò, hæc coactio est contra naturam, vel substantiam contractus, quippe omnis contractus, debet esse spontaneus.

¶ Respondetur, quod in huiusmodi contractibus, contrahentes debent præstare consensum, vt prædiximus, quod si repugnauerint, lex supplet eorum consensum, quem debuissent contrahentes præstare si recte egissent.

¶ Nam verò, de alia quam exposuimus coactione sermonem prosequamur. Et quidem, coactio illa est iniusta coactio, quod vnus, vel plures propria autoritate, merces omnes huius vel illius speciei emant, vt illas soli ipsi vendere possint. Et ideo tenentur restituere quod excedit à iusto pretio & peccat mortaliter. Quoniam faciunt contra commutatum iustitiam. Etenim ex eo soli student vendere, vt vendant merces, quotocūq; liberit pretio, hoc est vt vendant iniusto pretio: &

Casus quibus contractus valet. §. fin. Insti. de his qui sunt sub C. de coactio. seruo. ma. nummittendo in fine.

Lex aliquando supplet consensum in contractu.

rei, & istud manifeste est cōtra cōmutatam iustitiam, quæ equalitatem in rebus vendendis, & emendis præcipit.

¶ At verò si forte aliquis non hoc animo istud fecerit, vt vendat iniusto pretio, sed potius vt hac letetur præeminetia, quod solus habet, has vel illas merces, & nihilo minus iusto pretio vendiderit, non est arguendus de vicio monopolij, vt neque is, qui eas habet solus ex publica autoritate, vt prædicebam: verum hoc rarum est, mercatores enim si monopolia diligunt, eoque diligunt, vt suæ avaritiæ studeant vendendo plura quam iustum fuisset vendere.

¶ Est autem aduertendum, mercium quædam esse necessaria, victui, & conuictui humano, vt merces ex vino, oleo, frumēto, ex panis, & lintheis & hoc genus alij. Alij vero sunt, quæ non necessaria sunt sed solum sunt excogitate ad voluptatem hominum allicendam, vt est merces ex chartis lusorijs, quas vulgatus Hispanorum sermo, Nappes, appellat: & hoc genus sunt merces multe.

Mercium variorum genera.

Mercado recte dicitur.

¶ Est ergo placitum Magistri Mercado in lib. i. suo Hispana voce conscripto, de ratos y contratos, cap. 19. mercatores dicuntur primi generis mercium, si soli usurpant merces, crimen admittere, non tamen secundi generis. Si quidem non sunt merces necessariae, sed solum voluptuificæ. Egovero huic placito refragor. Siquidem, tam in mercibus vendendis necessarijs quam non necessarijs, seruanda est iustitia commutativa. Namq; nihil refert, esse necessariae, vel non necessariae, modo vendantur, & emantur. Namque omnis venditio, est celebranda iusto pretio. Et ideo si excedit iustum pretium, iniusta est, & est actio doli in mercibus omnibus siue necessarijs, siue non necessarijs contravendente ultra dimidium iusti pretij.

Emptores quoq; sub hoc vicio monopolij comprehenduntur qui sibi conueniunt, non empturos nisi minori quam res valet coguntq; venditores, tanti vendere, quanti ipsi volunt. Et tenentur restituere, quidquid propter monopolium pretium decreuit à iusto. Item & hoc idem accidit in subhastationibus publicisve auctionibus vbi sepe emptores qui assent conueniunt, non promouere pretium

rei, quæ in auctione venditur, Hispanè dicitur de no pujar. Et isti item tenentur restituere, quod minus valuit res, propter eorum iniustum pactum. Nam auctionis forum est, iam promoueri, iam deijci pretium, & sicut contingit deijci, quando pauci sunt emptores, ita contingit promoueri, si multi sint, qui promoueant. Præsumitur autem iustum esse pretium quod in subhastatione datur vt supra diximus, at istud est verum cessante fraude.

¶ In iure abominabile est hoc vicium. C. de monopolijs. l. vnica. Et tit. 7. De mercaderes part. 5. itidem damnatur in hæc verba. Cotos, y posturas ponen los mercaderes entre si haziendo juras, y costadrias que se ayuden unos a otros poniendo precio entre si por quanto vendan la vara. Por quanto de otro si el peso, y medida de las otras cosas. Otro si los menestrales ponen coto entre si por quanto precio den cada vna de las cosas que hazen de su menester. Otro si hazen posturas que ninguno labore de sus menesteres, sino aquellos que viuen en sus compañías, &c. Et subdit. y porque se siguen algunos males donde defendemos, que tales costadrias, posturas, y cotos, como estos ni otros semejantes a ellos no sean pnestos, &c.

Pretium quod in subhastatione pro re datur presumitur iustum l. i. C. de preiudicijs decurio nā hoc verum est cessante omni fraude.

¶ Similiter etiam accidit quod si volo edificare ecclesiam, verbi gratia, & accerso fabros lignarios, & latomos vt conueniam cum illis de pretio adificij, sepe ipsi inter se paciscunt, pretium statuunt excessiuum, & quod nullus eorum demet de huiusmodi pretio, id quod cogit me verbi causa, vt pactum de pretio illo, etiam iniuriam recusare non queam.

¶ Quia omnes illi conueniunt aduersum dominum operis & tenentur restituere excessum quæ dominus operis cogitur soluere pretij. Et iste contractus vocatur estanco, vt in mercimonijs & coto antiqua Hispana lingua, est iam coto; non vocetur, nisi quod autoritate publica prohibetur ab alijs usurpari. Et huiusmodi omnes contractus reducuntur ad monopolium. Est autem monopolium Græca vox, à *μονοπωλιον*. id est solum vendere. Et qui hoc habent à rege dicuntur habere ius monopolij, verum trahitur etiam ad alios similes contractus, vt qui soli emere contendant, vel ad relatos ex lege partit. modo relata. At dicit quispiam, nūquid si venditores sibi conueniunt de ven-

vendēdo suat merces ex solo tali pretio, emptores erunt in culpa si iniuicem conueniant, de non emendo nisi ex tali pretio? Dixerim nō esse in culpa, quia se opponunt, & seasserere volunt ab iniuria venditorum. Et venditores qui primi ceperunt, sunt in culpa, quia ex suo monopolio, iniuriam inferbant emptoribus, emptores autem se defendentes in vicio nō sunt. Et idem esset, si emptores primi cōpissent. Porro si rogitas, quid faciendū foret in hoc casu? Vtq; dimittendi essent, donec iniuicem conuenirent de pretio, quia iustum esset quod ex cōcordia venditorum, & emptorū esset stabilitū.

CAP. QVARTVM.

De ipsa re quæ venditur, quam qualemque eā esse si oporteat retigere.

EXpressimus hactenus, quod sit iustum pretiū, qualiterq; se debent iniuicem gerere, vendētes, & ementes, nunciam dere ipsa quæ venit in contractū venditionis opportunus erit tractatus, oportet autē, quod non lateat emptorem, qualis sit ea res quæ ab eo emenda est. Nam si lateat eum rei viciū, emptio item viciosa erit. Enumeratur autem vulgo à doctoribus plura rerum venalium vicia, alia scilicet, esse secundum substantiam rei, quando vnum pro altero venditur, vt acetum pro vino, aut aurum, pro aurichalco, aut aurum alchemicū, pro vero metallari auro etc. Coradus quæst. 74. de contractibus huic exēplo postremo, calculum suum non admouet credit enim aurum alchemicū, & aurū metallare sola qualitate, nō substantia differre. Quippe aurū metallicū habet efficaciam maiore, ad laticandū cor quam aurum alchemicum, alioqui idem sunt specie, vt serpentes, quos diuina effecit operatio per Mosis ministerium, & quos diabolica per suos magos effinxit aēs. Porro diuersum arbitror esse censendum, vt aurumq; aurum substantia differre. Aurumq; alchemicum, esse apparatus aurum, non tamen esse verum aurum. Enim verò si serpentes solum ex semine prodierat, vtq; serpentes illi magici non fuissent veri serpentes. Quoniā

per generationem naturalem, quā sub iustrat coitus masculi & femine, nō prodierunt. At verò, quia etiam serpentes ex putri procreantur materia, diabolica, operatione potuit fieri, applicando actiua passiuus, vt illi prodierunt veri serpentes. Aurum porro habet decretam generationem in visceribus terræ, ex terra succo ars vero alchimica, hūc succum præstare nequit, quando ex succis herbarum, metalla fucat, & ideo succus est auri veri, non aurum verum. Sūt alchimici qui doceant, hunc succum, perseverare posse vsq; ad annos decem, & non amplius. Est itē aliud viciū in qualitate, vt qui medicinas antiquas vendit pro nouis. Nam herbar medicinales vsq; in annum porrigunt suam efficaciam, & ideo euoluto anno sunt inefficaces, est viciū alterum in quantitate, vt qui pro amphora exhibet semiamphoram vini, & qui pro libra olei semilibrā. Hæc igitur sunt vicia generatim de vicijis loquendo. Sed præter hæc est alia diuisio, quod viciorum quibus afficiuntur venalia, alia sunt noxia emptoribus, vt quando venditur domus propediem ruitura, vel quia male est fundata, aut viciose fabricata. Nam hoc viciū est noxium emptori, valde, aut si venditur equus pro domito, cum sit indomitus, & præceps. Alia sunt vicia, quæ nō sunt noxia emptoribus, at verò sunt inutilia, vt quando ad medicamentum parandum venduntur herbar veteres, quæ sunt inefficaces concinnadis antidotis, aut si quis præterdit emere equū agilem ad cursum, & pro agili venditur ei iners, & torpens. Est autem obseruandū. 3. quod huiusmodi vicia suæ quā vendit rei venditor, bifariā abscondere poterit, aut trifariam primo quidē ex data opera, sciens enim suæ rei vicia, illa tacet, ne vilis vendat, quā pro suo voto. Secūdo modo occultare illa pot, ex arte fraudulēta, verbi causa pro mēs equi, quē verbi causa vendit, ea, quæ nō habet vicia, dicēs, scilicet, equū suū esse cecum, mancum, inertem, & simul exponit verum viciū videlicet, esse inertē. Exponit tamen verū viciū cum falsis vicijis callida vtēs arte, vt enumeratū verū cum falsis ab emptore, credatur item falsum viciū. Tertio modo ex ignorantia celat. Et hac sanè ratione trifariā, aut ex ignorantia

vicia noxia emptori, & inutilia.

z. Conclus.

ignorantia inculpata, quia bona fide putat seruū quem vendit non esse latronem, cum alioqui sit latro, aut ex ignorantia affectata, aut ex crassa. Sit ergo prima indubitata conclusio, celans vita rei quam vendit quia illa inculpate nescit, non peccat vendendo, & decipiendo emptorem: at verò, si post rescuerit viciū, si non patefecerit emptori, vt si velit rescindat contractum, redhibendo rem quam emit, & recipiendo pretium quod ipse porrexit, peccat mortaliter, & obnoxius est restitutioni. Prior pars est promptissima, quia ignorantia inculpata excusat prorsus à culpa, secūda patet. l. i. per totum. ff. de ædificio edito text. in l. sciendum. §. tempus eodem titu. vnde habetur, quod si quispiam vendiderit seruū viciosum, aut animal morbosum, emptore ignaro defectus, emptor postquam rescruerit viciū rei emptæ, poterit rescindere contractum, & rem emptam redhibere, actione prætoria, quæ vocatur actio redhibitoria. Aut si maualt stare contractui & agere ad diminutionem pretij propter viciū rei emptæ ab ipso ignoratum, poterit hoc agere actione propria, quæ vocatur quanto minoris. Idem raditur. l. 67. tit. 5. par. 5. in hæc verba si latinitate sermonis donentur. Qui vendiderit, quod uis iumentum, cum vicio, vel morbo, si gnarus eorum, nō patefecerit, emptor in tra spaciū sex mensium, possit, reddere illud venditori quod emerat: & ipse venditor tenetur reddere pretium, etiā si inuitus reddat. Verum transacto semestri spatio, venditio rata manet. Etiam in annuo spacio, poterit emptor exigere, quod minus valebat, ex vicio, vel morbo. Item. l. 64. titu. 5. par. 5. de venditione seruorum agens, idem ferè constituit. Qui vendit ait seruū fugitiuum, vel habentem viciū vel morbum, quæ nota sunt venditori, debet ea patefacere emptori. Quod si obtexerit, venditio est nulla. Et debet venditor restituere pretium & damna, si quæ secuta sunt refarcire. Cæterum si venditorem latebat quod seruus erat fugitiuus, aut ebriosus, aut fur, aut morbosus, & id genus alia: venditio firma est: at venditor restituere de

Actio prætoriana & actio redhibitoria actio propria.

bet emptori, quod minus valebat, ob defectus præmemoratos. Porro autem lex hæc videtur iniusta, quod quispiam cogatur emptioni stare rei sibi noxiæ, aut inutilis, id quod ex hac lege consequitur. Namq; si emptor emit domum, aliqui sibi noxiam, quia ex parte aliqua ruinam minatur, id quod etiam latebat venditorem, aut latebat venditorem, agrum quem vendit malis esse refertum herbis, vnde gregi emptoris mors imminet, aut morbus, aut si emit, id quod sibi inutile est iniustum videt ob hoc locum, quod ignoranter fuit venditum, quod valeat venditio. Iam enim tunc cogitur emptor ad ferendum inuitus mala, quæ diximus, etiam citra culpam suam. Et reuera noxia, & inutilia, nullo pretio sunt comparanda, vnde videbatur hoc relinquendum arbitrio emptoris, postquam rescruerit vicia, vel defectus rei emptæ, si gratam haberet emptionem dimiuto habere pretio. Propterea videtur dicendum, quod quādo ex indultia tacet venditor pretium, iustas esse commemoratas leges, & consonas iuri communi ex quo uem spaciū semestre conceditur emptori, vt sub eo tempore, dijudicet, defectū rei emptæ, vt sit locus redhibitioni. Porro quando venditor est ignarus, aliter videtur dicendum, videlicet, quod lex hæc non est habenda, quādo venditor nesciebat rem esse noxiā, vel inutilem, quam vendit, sed quādo venditor putabat nō esse noxiam emptori, vel inutilem, at ex vicio ignoto, non erat talis, qualis putabatur. Etenim lex supponit, quod nocuum notabile aut inutilitas, non possunt latere venditorem, & ita loquitur de feruis. Clarius loquitur lex. 1. 2. li. 3. fo. ri. tit. 10. De las vendidas y compras. dicens, si forte seruus venditus, fecerat damnū aliquod, vel iniquū qui emit ignarus, red dat illum heri suo, & recipiat suum pretium, vnde venditio non valet, quia emit quod nesciebat, si ergo ignorantia emptoris soluit emptionem, cur ignorantia venditoris vendentis rem noxiam, non erit sufficiens ad rescindendam venditionem? Verum est, quod si ipse inculpate nesciebat, noxam venturam emptori, ex re quam vendit, quæ tunc quādo vendebatur

Discutitur lex parti.

Lex fori.

Imperium

Tria in genere venalium vicia rerum.

Conradus non probat.

Aurum alchemicū nō est verū aurum.

debatat noxam suam, occultabat, non tenebitur venditor noxæ, vt post hæc patebit, & idem si ex vicio reddebatur omnino inutilis emptori non manifestando vicium, quia latebat vendentem venditio rescindenda venit.

2. Concluf. ¶ Secunda conclusio, qui ex ignorantia crassa, vel affectata occultat vicia, rei quam vendit, peccat vendendo, & restituere tenetur patefaciendo emptori vicium, & tunc erit in optione emptoris vel rescindere contractum, per actionem redhibitionis, vel agere de imminutione pretij. Primum patet, quia ignorantia prædicta non excusant. Secundum item patet, ex prædictis.

3. Concluf. ¶ Tertia conclusio, vicia omnia venalium rerum, quæ si resecta redderent rem non vendibilem, sunt necessario retegenda nisi ipsa sint conspicua, & resectione non indigeant. In cuius gratiam scito, quod vicia quæ sunt noxia vel emptori, vel suis rebus, illa reddunt rem inuendibilem si quidem noxia, vtroq; modo non sunt vendibilia. Nemo enim emit sui, vel suorum nocumenta. Quamobrem, qui celat huiusmodi nocumenta, valde decipit proximum suum, & illi irrogat iniuriam, & ideo venditio est nulla. Et obnoxia est restitutioni vt prædiximus. Dixi nisi vicia conspicua sint, quia tunc non est opus quod retegantur, siquidem ipsa sunt resecta vt habet. l. 1. §. si intelligatur. ff. de ædiliti. edict. ait enim si intelligatur vicium, morbus ve mancipij, vt

Vicia habet signa manifestata non est necesse ea verbo propalare.

ri solent vicia, potest dici edictum cessare, hoc enim intuentum est ne emptor decipiatur. At verò, cum signa sunt morbi vel vicij, emptor ex illis poterit coniectare morbum, vel vicium, ideo si emerit credi potest, quod non fallitur ab venditore, sed à se ipso fallitur, si fallacia est, qui non aduertit quod facile potuisset aduertere, vt si cæcus homo veniebat aut cicatricem euidentem habebat aut equus claudicans. Demum ad paria iudicantur vel quod vicium emptori manifestetur à venditore verbo, aut quod ex signis patentibus possit tale vicium intelligi, vt habetur. l. 1. v. r. ff. de ædiliti. edict. vnde ait. Aiunt ediles, qui mancipia vendunt, certiores faciunt emptores, quid morbi, vicij ve cuij; sit. Cum ex

go occultum est vicium verbo est detegendum à venditore nisi probabiliter venditor credat, emptorem non latere, vt quia vendit, textor ferici, alteri textori Hispanè tertio pelero vendit fericum viciosum, poterit venditor credere illum non latere.

4. Concluf. ¶ Quarta conclusio, qui vendit vel iumentum, vel mancipium, &c. exponens sine dolo vicia rei quam vendit & dicens se vendere illud cum omnibus, si forte postea aliqua vicia patuerint emptori, quæ sub venditionis contractu latebant nihilominus venditio est iusta, & venditor non tenebitur redhibere rem quam vendit, neq; pretium acceptum restituere. Hæc est patens, siquidem, qui manifestat sine fraude vicia rei quæ vendit, & pro occultis, si forte quæ sunt quæ lateant venditorem, dicit, se vendere cum omnibus vicijs, sibi notis hic iustam facit venditionem, si alias pro pretio iusto vendat. Si quidem ad aliud non tenetur, nisi ad sinceram manifestationem vicij occulti, vel viciorum rei, quam exponit ad vendendum. Vnde. l. 6. tit. 5. part. 5. sic habetur, *Quando el vendedor expressemente dice al comprador la tacha o enfermedad que tiene el seruo, o bestia que vende, o le vende con todas las tachas que tuuiere, no ay recurso contra el: aunque despues se le descubran algunas. Mas si dice que viene tachas y cuenta las verdaderas con otras, sin expresas las que tiene (de manera que el comprador no se puede apercebir) en tal caso la vendida no vale.*

¶ Est autem non clarus sensus huius legis, quæ videtur inuoluta. Nam si venditor expresit vera vicia, quomodo ait, si ne expresse viciorum quæ habebat. Nā si vera vicia expresit, igitur expresit quæ habebat, cæterum sensus est, expresit vera vicia, cum multis mendacibus vicijs, quæ venditor confinxit, vt vera vicia falsa putarentur, vnde expresit vera vicia, & non expresit, quia dolose expresit, cum falsis vera inuolens vt omnia falsa putaretur esse ab emptore.

¶ Quod si quæsieris num sit est, si proponat generaliter vt Hispanè dicitur, *Vendo la con sus tachas buenas y malas?* Et enim lex indicata inquit, quod si venditor dixerit vendendo tibi iumentum, vel seruum cum omnibus vicijs suis, validam esse venditionem, etsi post celebratam venditionem,

4. Concluf.

Exponitur lex. ff.

nem, vicia quædã se prodant quæ prius latuerant. ¶ At verò qui generaliter loquitur, nihil specialiter exprimit, & ad hoc post generale sermone vicia manent occulta quia cõfusa motitia, adhuc est occulta, quia non manifestat in specie quæ sunt vicia. Et quidem quod Hispanè dicit cõsuevit, nihil iustificat venditionem. Si quidem nihil est dicta, *Con sus tachas buenas y malas*, cum sit repugnantia, quod sit vicium, & sit bonum, ideo si vicium, vel tacha est, bona non est. Et est idem ac cū vero vicio miscere vicia mēdacia, vt verū vitium esse fallum crederetur vnde in l. ea quæ cõmendandi. vers. fina. ff. de cõtrah. emptiois, ad propositum satis apte traditur in hæc verba. Dolū maius à se abesse præstare venditor debet qui non tantū in eo est, qui fallendi causa obscure loquitur, sed etiā in eo qui infidiose obscure dissimulat tex. in. l. 1. §. si venditor vers. sed & si proponas. ff. de act. empti. ¶ Qui ergo generaliter tantū dicit vendendo cum omnibus vicijs suis hic obscure loquitur, volens fallere emptorem qui verò exprimit falsa, cum veris, vt vniuersa credantur falsa, hic infidiose secundum legem indicatam dissimulat vicia rei quam vendit. Quo circa, si quis vendit domū tributariam, & solum dicit vendendo tibi domū cum suis omnibus vicijs, non fat erit vt venditio valeat in vitroq; foro, nisi expreserit, quale est hoc tributum, qualisve sit quæcus domus illius seruitus. Ita disponitur. l. 63. tit. 5. par. 5. *El vendedor, ait, de casa torre, o de qualquiera otra heredad, q̄ este atributada, o deua ser uida bre a otro, esta obligado a le auisar de llo al comprador, y si no lo haze la vendida es nimguna, y si vende campo, que tenga yerua, o passo a añojo, y sabiendolo no lo auisa esta obligado a bolner el precio, y los daños. Mas si no lo sabe es obligado al precio solo.* ¶ Ex quibus verbis liquidum est, venditorem teneri, ad retegenda vicia rei quæ vendit, quæ ipse nouit, non solum genericè, sed etiā specificè, siue speciatim ea exprimere. Et quod si nesciens defectum noxiū, intellige inculpabiliter, vendit rem noxiam venditio est nulla, etsi sine culpa fecit contractum. At verò si sciens vicium esse noxiū emptori vel substantiæ eius, nihilominus celato vicio vendidit peccat vendens criminaliter, & venditio est nulla. Et omne

noxam quam subiuit emptor, ex re vendita, venditor tenetur resarcire verba autē legis. 66. paulo antè indicata quod sufficit, dicere venditori, vendito tibi hoc iumentum, vel seruum cū omnibus vicijs suis, vnde videtur, generalem sufficere expressiōnem viciōrū, oportet intelligere, quod sufficit dicere vendito tibi hoc, vel illud cū omnibus vicijs suis, experimento illa speciatim vt ex lege. 63. in propositulo est: & ex ipso iure communi deducimus. Et ratio idem exigit. Quippe manifestatio viciōrum est, ne fallatur emptor, cuius quod nescit, & porrigens pretium, quod non debuisset, porrigere venditori. Tunc enim venditio est iniusta, quia est inæquale pretium valori rei: igitur vt sit æqualitas necesse est manifesta re, qualitatem rei venalis. At verò, si solū generatim manifestarentur vicia, adhuc patet via ad deceptionem, & siquidem res quæ venditur est particulatis, & precium particulare, quia ex generali pretio, non fit venditio, nisi dicatur, hoc, vel illo pretio, ideo etiam necesse est, vt vicia manifestentur in particulari, vnde tollitur omnis occasio fallentia in emptore.

¶ Quinta conclusio in duobus casibus, non tenetur venditor manifestare viciū eius rei, quam vendit, aut quando ipsa sunt manifesta, aut facile est emptori, illa intelligere, aut, quando si vicijs rei non competit venditori, potest tamen competere alijs, & propter huiusmodi viciū detrahit de pretio, quantum oportet tunc non tenetur ad manifestandum viciū rei. Quia forte propter huiusmodi viciū emptor velle plus sibi subtrahi de pretio, quam esset subtrahendum in de potest venditor indemnitati suæ licitè consulere, viciū rei subtrahendo. Hæc conclusio est S. Thom. 2. 2. quæst. 77. Differentur sententia Thomæ & Geronis.

Lexpar. 66 ex lege. 63 capi. inella sentiam.

5. Concluf.

F quæ

que venditur, quādo pretiū diminuit, scēdū dū viciū exigentiā. Et enim tunc videtur quod venditio sit iusta, quia equale est pretiū rei quæ venditur cum suo vicio. ¶ At qui si hoc placitum verum est, consequens est nunquā necesse esse retēgere vicia rerum quæ venduntur, si pretiū minuat. Et enim vel ipsa facila possunt intelligi ab emptore, & hæc nō est opus propalare, aut sunt occulta verū diminuitur de pretio, proportione habita ad viciū, & neq; hæc oportet manifestare, sed solum erit necesse retēgere vicia quādo pretiū nō diminuitur, scilicet ad viciū rei quæ venditur. Vnde sequitur etiā, qd si quis vendit domū, tributariā, vel hæreditatē habentē aliquā servitutē secundū casum legis, 63. dudū commemorata, si venditor subicietur, tributum, vel servitutē huius rei quā vendit, & diminuit de pretio proportione habita, ad valorē rei subditæ tributo, quod nihilominus venditio valebit, id quod lex omnino reprobat. ¶ At dices lex nō loquitur, quādo res venditur in diminuto pretio, veri est, qd istud non explicat, qd vniuersaliter loquitur & ideo vniuersaliter est intelligēda, venditiōne esse nullā, si non patefecit venditor viciū domus suæ, &c. Quid enim si emptor ex nullo pretio emerit domū subiectā servituti alterius, aut tributo, vt sunt multi, qui omnino detrectāt huiusmodi emptiones. ¶ Accedit eodē qd contractus huiusmodi est inuoluntarius, quādo emptor emit quod nescit, & nō emisit si viciū rei tale primo didicisset, igit venditio huiusmodi est illicita, & obnoxia restitutioni dū nō cōsentit emptor. ¶ Præterea omnia iura quæ nos indicauimus in. 1. conclusionē, omnino tradunt, quādo vicia nō possunt facile ab emptore intelligi esse manifestanda. Et loquuntur generaliter, & causam assignant, ne detur occasio venditori fallendi emptorē. At verō si emptor putat bona fide, se emere res sine vicio, & nihilominus viciosa est, & celatur viciū a venditore, venditor decipit emptorē, at Apostolus. 1. ad Thess. 3. iubet ne quis in negocijs circumueniat seu decipiat fratrem suū, hic aut decipit. Quod si dixeris ius esse intelligendū, esse propalanda vicia occulta, quādo ex occultatione eorū sequetur emptori dānum vel periculū, vt supra exposui exē-

pla de domo, quā venditor scit, esse falso innixā fundamento, & de agro, quē venditor scit, noxias regi procreare herbas: cæterum, si nullū resultat dānum emptori, ex occultatione vicij, neq; periculū, tunc sciens venditor sibi esse dānosum, viciū retēgere, quia retēgens, nō asequitur iustum pretium quod ipse exiget, habita ratione vicij, sed multo minus videtur quod licite vendit, vt sibi cōsulat, & se in dēmnē seruet, vt Tho. opinatur. ¶ At vero hoc verum esset, si venditor putaret probabiliter emptorē velle rem illā habere, etiā eam, vicio, verū quia multo minori pretio, quā digna est res quæ vendatur etiā cum suo vicio, ideo fas esset celare, verbi gratia, est Petro mula, quæ furens est timida, & se erigens supra suos pedes, & hoc latet Ioan. rem emptorē, at nihilominus, si nō lateret, vicia putat Petrus Ioan. nem empturam mulā, at multo minori pretio, quā ipsa valeat, quia furit, timet, & calestrat, & se erigit in altum supra suos pedes. Hoc sanē casu verum est, venditori fas esse, occultare viciū vt se seruet indemnem, si quidem nō decipit emptorem, si quidem etiam cum vicio retēto, nouit Petrus, Ioannem empturam mulam. ¶ Item & alio casu, puta si venditor putat, emptorem non latere viciū rei, quā ipse vendit. Namq; non est necesse emptori viciū manifestare, quod creditur probabiliter ipsum scire emptorem. ¶ At verō Thom. non videtur intellexisse suum placitum ad has rationes. Namq; nihil exprimit, quod & cognito vicio erat emptor nihilominus empturus, sed multo viliori. Sed omnino absolutē loquitur iustitiam venditionis huiusmodi, quādo occultatur viciū, non statuens in eo, quod emptor putatur empturus, etsi retēctum fuisset ei viciū, sed in alio fulero fundans iustum esse contractum, quia res venditur pro aequali sibi pretio. Nam ratione vicij, pretio detrahitur & quia nisi sic faceret venditor, dānum non vendendi rem suam subiret, quod euitare poterit, emptori non faciendo iniuriam vt modo non facit. ¶ Sequitur placitum hoc Syluester in verbo, emptio, quæst. 20. docens, quādo dānum solum sequitur, nō esse propalandum viciū sed satis est, diminuerē

Vicia rei vnde de propalanda, quādo ex occultatione periculū vel noxia emptori vel rebus emptoris retuliat.

Casus duo quibus licet celare rei vendendæ viciū.

Tho. exp. dicitur.

pretium

pretiū, vt qui emit pannū, putās esse sine vicio, & est qui viciū habens, damnicatur in panno, at recedonatur in pretio, si verō sequatur periculum emptoris ex vicio occulto, vt quia venditor equus furiosus, pro mansuetio, vnde potest periclitari emptor, vt si emit equum furiosum, pro mansuetio tunc propalanda sunt si verō vicia sint quæ nullā noxam possunt afferre emptori, tunc si publica sint nō est necesse illa manifestare, sed fat est diminuere de pretio, itē si occulta sint, non est necesse patefacere, fat est detrahēre pretiū. ¶ At verō Ioānes Maior. in 4. dist. 1. q. 40. probabilis loquitur videlicet, si venditor scit emptorē non fore empturum mulā verbi causa, vel equū si nouisset viciū, tunc tenetur venditor palā facere vicia, vel viciū rei quā vendit, & nō sufficit subtrahere pretiū. Si quidē decipit frater occultando viciū, quod si emptor intellegeret, p nullo pretio emerit, & hoc verū est, vt patefecit exēplo, pposito de domo tributaria. Itē quia hoc casu, quādo emptor non esset empturus si viciū opinaret, videtur quod dolus det causam contractui, ideo contractus est nullus in foro cōscientiæ, imo exteriori. ¶ Accedit eodē, quia si emptor nesciēs viciū, emit ex minori pretio, putabile rē vilius emisit, quā par fuisset, & reuēdens illam, reuēdet maiori pretio, & dabitur occasio decipie di alterū. Neq; absolutū qd Caietanus cōmentatur, in hoc casu tenetur venditorē aduertere emptorē, de vicio quod illi dū venderet occultauit. Et enim vnde emptor habebit ad manum Theologū, qui hoc venditorē doceat esse faciendū? Ad hæc emptor vnde tenetur cōtinuo assentire venditori propalanti viciū occultum, quod emptor non intuetur? Imo dicit, venditorē, illud cōtingere ex suo cerebro ad inuidiā, ne emptor lucratur in pretio, quod ipse nesciuit lucrari. ¶ Poterit emptor erat empturus rem cum suo vicio, etsi minoris quā valeat, & hoc nō latet venditorē; poterit tunc occultare viciū, & seruare se indemnem. Nāq; hoc casu nō decipit alterum, quem putat empturam rem etiā viciōsam, at quia nouit, quod propalato vicio, nō emerit nisi vilius quā pro merito, ideo cōsulens suæ indemnitati subtrahere potest viciū.

¶ Verum quātum ex litera cōiijci cōceditur S. Tho. neq; in hoc casu, neq; in prius à me relato, verba fecit, sed absolute loquitur, etiā si emptor non fuisset empturus, si viciū manifestaretur vt ex dictis patet ¶ Conradus item lib. de contractibus. q. 7. tract. 3. refragatur Thom. & si alia via incedit, quā nos. ¶ At hec sitabit aliquis, ecquid si venditor, putat emptorem nō latere viciū rei quā rem vendit, & nihilominus vult illā vendere, pro pretio, quo digna fuisset si viciosa nō esset? num teneretur tunc viciū manifestare quia non diminuit pretium, propter viciū? Respō. quod si viciū creditur patere emptori, & quod nihilominus pro pretio maiori quā digna est propter viciū, si vult parare licebit nō retēgere, quia sic faciens quod excedit pretium iustum donare videtur emptor. ¶ Hæc sitabit aliquis forsā, quid vocant doctores, si vicia fuerint manifesta, quale est hoc manifestum? Nunquid quod ad oculū patet, qualis est cæcitas oculorū, aut claudicatio pedū an nō solum hoc sed etiā id quod facile intelligi possit, etsi oculis nō pateat, vt heclica, seu tertiana, siue quartana febris, ex macie faciei, vultusq; pallore. Quod si hoc sufficit vt dicatur manifestum, poterit fieri emptorem hæc non aduertere & esse sibi ignota vicia huiusmodi. Quid ergo tunc ne tenebitur venditor hæc retēgere, quæ emptori alioqui sunt ignota? Et rursus, quid si venditor putat emptorem non aduertere vicia, quæ sunt manifesta, altero duorum modorum, num tum tenebitur, illa manifestare? ¶ Conradus itemq; Ioānes Maior, locis indicatis, confessum habent; quod si emptor non aduertit ad vicia quālibet sibi manifesta, perinde esse ac si sibi essent occulta: & id tēpōris tēpōris venditor existimat, emptorem, ea non obseruare. Itaque nō fat est iuxta hōrum sententiam vicia esse manifesta de se, & apta quæ videantur ab emptore, sed etiam est necesse sciriū, quod si venditor putat, emptorem illa non obseruare, quod eadem retēgat. ¶ Dicescūm placitum sestantur iuriscōsulti, vt supra expressim? indicātes iura itemq; S. Tho. & vulgib; theologis itaq; si alte-

Corol. 1. ad 2. Conclus.

si alterutro modo relatorum sint manifesta sufficiat, vt venditor non patefaciēs non sit de dolo culpandus. Et recte tradunt, si quidem, quando vicia sunt illis modis, aut alijs manifesta de se si emptor non obseruauerit, sibi imputet. Neq; sibi competit actio redhibitoria, aut quanto minoris, stultus enim est huiusmodi emptor, qui vadens emptum, non obseruat, quæ facie poterat obseruare, & debuisset obseruare, ne emendo se deciperet. Venditor enim tunc non decipit, qui re vendendam proposuit in propatulo sine furo aliquo, & sine mendacio. Paratus patefacere si quæ vicia esse at occultata, sed quia erant manifesta subicit. Quidquod pretium quod exigit vt supponimus est, habita ratione vitiōrum manifestorum. Nam si non haberet rationem vitiōrum, tunc deciperet in pretio, & erat actio contra venditorem, de quanto minoris. Porro ius subuenit, deceptis, non stultis. ff. de iuris, & fact. ignorantia. l. vlti. §. si quis ius. Huiusmodi autem emptor, qui negligens est obseruare, quæ ad se spectant obseruanda stultus est, ideo ius illi non subuenit, quod alioqui deceptis suppetias fert de rerum permutatione, ea cum vniuersorum, & extra de donationibus cap. inter dilectos. Sunt porro vicia, vt morbi, quæ egent multa in degine, vt dignoscantur quippe quæ non facile se produnt, & huiusmodi si venditori consent tenetur ea manifestare. si verò illi non constât, nō tenetur, quia sibi occulta sunt. Quod si quesieris, quid ergo si seruum quæ vediti habebat huiusmodi morbum occultum; & emptoris sub manu constitutus, perit ferè continuo ab ipsa veditioe, vt verbi gratia si habebat morbum caducum mancipium, aut epilepticum, quem ignorabat herus, at tertio die ab emptione, moritur ex illo morbo mancipium. Nunquid venditor tenebitur restituere mancipij quod accepit pretium? Non videtur sanè, quia morbus latebat eum vt supponimus. Et etiā emptorem, vtique si venditor induxit emptorē ad emendum mancipium illud, quod alias emptor nō fuisset empturus, venditio est nulla etiā si venditor crederet se sanū vendere seruū. Verum fuit causa quod emptor emerit, aliās nō empturus, ideo venditor tenebitur pretiū re-

stituere, at verò si emptor non inductus, sed vltro emit, venditor nō tenetur restituere pretiū, sed emptor suo ascribat infortunio huiusmodi emptionē, idēq; dicere poteris si emptor induxit (nesciens morbum mancipij) venditorem vt venderet. Porro aut ad maiorem claritatē prædictorū obiter exponamus. l. 57. tit. 5. par. 5. vbi sic traditur vltualiter. *Quando el venditor no sabe lo q̄ vende, porq̄ no lo ha visto, y no q̄ riendo veder el comprador q̄ lo sabe, le persuade a q̄ venda, aunq̄ no ay a engañar lo vendida es ninguna. Mas si tenia gana de veder, aunq̄ no supiese lo q̄ era, y el comprador lo supiese, aunq̄ le enuñbiessse algunas cosas dello vale venderlo, mas esta obligado el comprador a emendar el engañar q̄ hizo.* Quomodo hæc erit intelligēda lex nō ab re queritabit aliquis. Nā si in primo casu nulla erat deceptio, cur cōtractus est nullus, etsi in secūdo casu legis huius est deceptio, cur cōtractus venditionis probat à lege? Porro vt legē hanc promptius habeamus fac Petro habere ancillā in patria sua & ipsum latet, qualis sit hæc ancilla, quia abest à natalibus suis, tamē Ioānes nouit ancillā & eius qualitātē, ideo exigit à Petro, vt vedat ancillā suā, & inducit ad ancillæ veditioem. Lex hæc disponere videtur, nullā esse venditionem etsi nulla fuerit deceptio? Sed quid dicet si emptor auxit pretiū propter bonā conditionē quā occultauit venditori, nūquid nō valebit venditio? Iusta enim videtur tunc venditio. Respondebis, quod huiusmodi lex, ipsa se explicat dicens, quod quando emptor suadelis falsis induxit venditorem, vt venderet, quod venditor nesciebat, neq; viderat tunc etsi nō sit deceptio in pretio, sed iustū sit, nō valet venditio, quippe dolus dedit. causam cōtractui, ideo ipso iure est nullus. At verò in secūdo casu venditor ancillā, quam nō viderat, quia forte erat ancilla patris sui, & hoc defuncto filius qui erat extranatalia, voluit vendere. quā nō viderat ancillā, at emptor qui illā viderat, decipit venditorē. Verbi causa dices, illā esse infirmā, aut senem cū alioqui esset iuuenis sana, & prægnans, censuit lex hæc hæc venditionē valere, etsi emptor occultauit ancillæ cōditiones bonas vt diminueret de pretio iusto, ceterū quia venditor voluit vendere veditio est firma, nisi quod emptor tenetur refundere, quod defuit à iu-

sto

sto pretio id quod pendisset, si auctori conditionē verè narrasset. At verò et si lex hæc videtur cōsona iuri, Iulianus. §. si venditor. Et. §. idē Iulianus. ff. de act. emp. nisi Iominus videtur etiā nō cōsona. Si quidē hæc lex, ad hanc rationē decreuit, de casu præfato, & alijs similibus, quia emptor in hoc casu. 2. non dedit ex dolo suam causam cōtractui, sed solū fuit dolus in pretio rei empta. At tunc exquirā, nunquid hoc pretiū fuit citra dimidiū iusti pretij, an non citra dimidiū? Si primū, igitur erit optio decepti venditoris, scilicet, vt rescindere cōtractū vel pretij incrementū eligere, si autē fuit iniustū pretiū, ceterū non citra dimidiū, quomodo lex inter resstitutionē quādoquidē ius non subuenit nisi deceptis vel citra, vel ultra dimidiū? Nisi dicat, quod lex hæc subuenit decepto, etiā si deceptio nō fuerit citra dimidiū, in penā emptoris decipientis falsis suasionibus venditorē, quæ viderat spontaneū ad vendendū, itidē queret aliquis, quid si emptor induxit venditorē vt venderet, etsi falsā narrauit de ancilla, vel occultauit conditionē, quæ debuisset augere pretiū, at nihilominus tanto pretio emit, quanto emenda erat, nunquid hæc emptio erit iniusta? Nam videtur esse iusta, nā si secundum Theologorum quorundā placitū, fas est occultare vicia venditori, modo diminuat pretiū quātū oportet, cur emptori nefas erit occultare meliorē conditionē rei emendæ modo augeat pretiū? Respondeo. quātūlibet augeat pretiū, cōtractus est inanis, si quidē dolus dedit originē cōtractui ideo recte dixit lex commemorata, cōtractū esse hūc nullū, siue ex iusto, siue ex iniusto celebrēt pretio, vnde etiā si vera esset sententia S. Thome esse venditori, occultare vicium rei quā vedit quādo diminuit pretiū habita ratione ad viciū, oportet tamē intel ligere, modo venditor nō induxit falsis suasionibus emptorē ad emendū. Namq; tunc dubio procul neque in foro exteriori, neq; interiori veditio est iusta, quippe dolus dedit causam cōtractui. Quinimo vt diximus huiusmodi veditio nō valet in foro cōscientiæ etiā si dolus nō pro bauerit causam cōtractui vt pridē dicebamus. Sed quid si emptor cognito valore rei, quæ ignorat venditor, augeat pretiū rei quā emit, occultando valorē, vt si veditore

videtur ad amantem, pro crystallo, & emptor sciens esse adamantem, augeat pretiū equale valori adamantis, occultat tamen esse adamantem? Vtiq; vulgata est rescriptio esse iustā veditioe. At verò si emptor in iuxta venditorē, vt venderet, quod alias ipse vendere nōlebat, sed suasus per suasionibus fallacibus vedit, equidē cōtractus est nullus, quia dolus dedit causam cōtractui, & nihil ad rē quod iustū exhibuerit pretiū, vt sæpè diximus. Ceterū, quando nō induxit venditorē, sed ipse venditor sponte voluit vendere recte traditur esse iustam veditioe. Forlan dubitabis, ecquid si emptor nouit fundū quem venditor vult vendere, habere venas auri, vel argenti, & hoc latet venditorē, & emit nō pro valore occultarū venarū, sed pro valore fundi, nunquid iustus erit cōtractus? Sane iustus est, quia valde ille est valde casualis, & accidentarius fundo, quem habet ex venis occultis auriferis. Et sufficit soluere iustū pretiū secūdū cōmūne quā habet fundus estimationē. At quod auriferis venis ornatur, quæ est occulta fundi nobilitas, nō pertinet ad eū cōmūne estimationē, vt si quis nouit ouē pemit, duobus vitellis cōstare siue duo habeat elutea & venditor nescit si offerat pro ouo, quod cōmunitur pro ouo si offeratur recte emit, nā habere duos vitellos, rarū est in ouis, ideo non facit ad eius estimationē, valor igitur rei estimationis secūdū vsualē cōditionē rei, at vero pro rarum est, nō est in vsu, & ideo quod nouit illud poterit sine peccato celare, secus de valore vsuali vt diximus, de adamante, putato à venditore esse crystallo. Nā adamas insignē habet valorē, quia omnes sciūt esse gemā multi pretij, quippe maximi fit ab hominibus. Sexta cōclusio, nō licet mēdaci sermone, aut fallaci opere occultare vicia rei quæ vedit, aut valorē rei, quæ emitur. Hæc patet, quia mētiri, est semper peccatū, obseruabis porro, quod occultare siue viciū siue valorē rei venalis, bifariā cōtingit, aut mētiedo verbo, vel opere, vt si venditor dicat mercē esse optimā, mancipiū quod venūdat, esse sanū, si dele, nō vinolētū, cū tamē mētiedo. Aut opere, si ex arte, viciū rei venalis abscondit, vt faciūt reuelarij, scalpētes vestes, vt ex rasis, videant pilos. Rictus emptor, mēdaci ter si occultat valorē seu virtutē rei quā emit, quā ipse nouit,

Expenditur Lex var.

An emptor augeo pretium potest occultare bonas conditiones rei quam emit.

Si dolus daps origine cōtractui, siue sit iustū siue iniustū pretiū cōtractus est nullus, quia alter cōtractū est deceptus.

6. Conclus.

Duplex occultatio vicij vel vitiæ rei venalis.

novit, & venditori est incognita item peccat ob eandem causam. At est alius modus occultandi vel vicium vel virtutem rei venalis, tacendo, & non exponendo veritatem, & hoc genus occultationis, non est semper in vicio, quia nonnūquam licet sic occultare vt ex quinta conclusionē perspicuum est.

7. Concluf. ¶ Septima conclusio, occultare viciū rei venalis, etiā nō licet in subhastationibus publicis. Itaq; si quis licetur rē viciosam tādē illam sibi comparat ex auctione publica, Hispanē remate, venditio est nulla; neq; proderit allegare, eam ex auctione publica esse venditam. Nam que subhastatio non præbet autoritatem tantam rebus sub ea venditis, vt fas sit in ea vicia celare rerum ex ea venditarum.

De subhastationibus & fraudibus in ea cōtinuentibus.

¶ Et hoc verum est in foro conscientie quippe, occultatio vitij, est deceptio emētis, quem nunquam licet fallere. Nisi probabile esset, quod emens scit viciū illud, vt dictum est in quinta conclusione.

¶ Est autem obseruandum quod non satis est vt homo absoluat conscientiam suam, dicere se emiserē ex auctione publica. Namq; in auctionibus istis, contingunt non minimæ fraudes.

¶ Accidit enim, quod si licentur ibi rem venalem, ex conditō conueniant, non tanti licere, quanti res estimanda venit. Aut etiam ex industria aliquis licitorum subornatur, vt promoueat pretiū plus iusto, vt & alij ex hoc prouocati, ad huc excedant amplius iustum pretium.

¶ Itidē nonnūquam eo tempore fit subhastatio data opera, quo tempore, pauci accedunt licitatores, vnde res subhastata, a suo valore cadit. In quibus omnibus casibus, qui rem emit etiam si emat ex auctione, si est multo minus, quam sit iustum pretium, quia decepti emptorem pretium tenetur rescire; aut venditor si ob fraudes plus vendidit multo quam esset iustum pretium tenetur restituere, male receptum pretij excessum.

¶ Rursus in foro exteriori, deceptus vltra, vel citra dimidium pretij habet remedium ex iurē communi subuenienti huiusmodi deceptis etiam si sit ex auctione publica vt supra diximus, & lex

2. titul. 11. lib. 2. Recopil. ad hanc rationem constituit. Postquam enim sancit rat venditionem vltra iustum, vel citra dimidium esse rescindendam, aut suppleendam, subdit. *Lo qual aya lugar en los contratos de arrendamiento, y tranco, y en todos los contratos semejantes aunque se haga en almoneda publica.* Vnde colligere licet, si secundum leges civiles, subuenitur de lo facto in auctione publica quando sit vltra, vel citra dimidium iusti pretij, iuxta legem diuinam abolendus etiam est dolus factus in plus quam sit iustum pretium, quippe iustiores sunt leges diuinæ, quam humanæ, Deus namque inuenitur cor, homines vero solum ea quæ foris patent.

¶ At dicit aliquis, ad quam regulam est temperandum igitur iustum pretium in subhastatione, siue mobilium bonorum, siue immobilium? Et quid si autoritate iudicis fiat subhastatio, nonne quodlibet erit tunc iustum pretium. ¶ Et rursus vulgatum est apud homines, non angij ex scrupulis iniusti pretij, eorum, quæ ex auctionibus retulerunt. Nam ibi videtur verum esse, quod ius proclamat, res tantum valet quam tum vendi.

¶ Et non desunt, qui hoc autument, at vero lex indicata modo, & ius supra indicatum reclamant, & si apud leges humanas pretium etiam in subhastatione habet terminum secundum legem euangelicam, quæ incomparabiliter est iustior, itē oportet dicere, quod habet terminum.

¶ Quamobrem sciendum est, quod in subhastationibus, non est taxatio pretij, & hæc est conditio subhastationis, quod non habent taxationem quæ in ibi sunt vendenda, ideo pretium gaudet sua latitudine, minimi, mediocris, & maximi. Quocirca quando pretium vel non excefferit hanc latitudinem, vel ab ea non defecerit, est iustum pretium.

¶ Præterea scito quod hæc latitudo pretij, quando habet forum subhastationis diuersum ab alijs foris, est amplior latitudo, quam si non esset illius fori.

¶ Itaque si extra subhastationem, erat tota latitudo, inter decem, & duo.

Dolus in pretio, etiam factus in subhastatione obnoxio est restitutioni.

L. si quos. C. de rescin. v. dicitur glossa ordinata.

Pretia in subhastatione habet maiorem latitudinem quam extra.

duodecim, erit in subhastatione, inter 9. & 13. At verò quantitate horum discernere, & decernere prætorij, nō incumbebit Theologo, sed illis rebus quælibet est, qui pro more allat istis subhastationibus, & ex longa consuetudine exercitatos habent seculi, vt iudicent, quibus mercibus, qualia congrunt pretia, ex quibus habeto quod si extra subhastationem, res aliqua ad summū valet decem, & excedere ab hoc summo esset iniustum pretium, & obnoxio restitutioni, in subhastatione, illud nō erit summū, sed habebit ibi pretium, vt dicebā, maiorem amplitudinem ideo referre. 1. non esset iniustum pretium, neq; esset obnoxio restitutioni. Et item si extra subhastationē minimū pretium esset octo, deficere ab hoc pretio in subhastatione, non esset iniustum pretium, vt qui offerret septem. Et ratio est, quia pretia sequuntur ferri, quando non sunt taxata, & forum hoc subhastationis, habet suam propriā latitudinē, quia est ab alijs diuersum, vnde qui res suas subhastationi exponunt, nouerunt optime, quod nonnūquam reportabunt maius pretium, quam res valeret si nō fuisset subhastata & aliquando, minus quam ipsa valet, si venderetur sine subhastatione vnde minus quod referunt, rependitur cum maiore, quod aliquando reportant etiā si hoc rarius accidat, quam illud. At gumēto primo dices, quod sententia iudicis, si euidenter est contra ius est nulla, ideo si iudex tulerit sententiā, quod res vendita vltra dimidiū, vel citra dimidiū empta in subhastatione, sit recte venūdāta, sententia est nulla, neq; ob hoc, libere rat hominē a restitutione. Imo si ea causa aduocatur ad iudicē superiorē, eam reuocabit, vt sepe fit, quando de huiusmodi dolo deceptus prouocat ad iudicē superiorē. ¶ Secundo dices, quod si non agitur huiusmodi scrupulis venditores, vel emptores, vtq; carere huiusmodi anxietate, non demōstrat contractum esse bonum, sed non esse intellectam eius malitiā, quam postquam assequuti fuerint anxiantur fortassis, quifuerint timorati. ¶ Tertio dices, quod ius illud dicens, tantū res valet, quantum vendi potest, intelligitur quādo citra dolum venditio celebratur, vnde Ambrosius. li. de officijs, in cōtractibus ait, vicia eorū quæ veniunt prodi-

Dolus in subhastatione etiam a iudice permittitur a iudice superiore reuocari potest.

iubentur. At nisi intinuerit venditor, quanuis in ius, et oportet transire doli actione enascatur. ¶ Vnde iniustum de prompte sententiā Diogenes ille Babyloicus, quē in dicit Cicerō lib. 3. Officio rū dices, quid stultius, quod videretur eius rei, quā videretur vicia nareet? Quis aut tam absurdum, quā si dominus esse, ita proco prædicet, domum pestilentem vendendo. ¶ Imo equidē nihil. Stultius hæc stultissima sententiā, cuius nature doceat, ipod tibi non vis, alterne fecerit. At vero si Diogenes illi quicquam venderetur, vtq; nplet, vt vicia non retergerentur, sed dolo occultarentur; cur ergo vocat stultum, quod ipse sibi fieri desideraret? Quā obrem, vicia sunt retergenda ne sit dolus in contractu, vt supra edoctum est. Non me latet esse vicia, quædam mercibus natia, quæ et si retergantur non detrahunt pretiū, neq; si occultentur augent pretium; & hæc non est opus factio pro deere, vt verbis causa Athiopis, qui venūdantur, omnes fetores spirant, quos Hispana lingua vocat sobachina. Huiusmodi viciū, est natiuū huic meri, vt quod per dices forteant nonnihil, si hesterna sunt à multis amantur, neq; ob hoc detrahunt pretium apud amatores; quare neque istis detegere est necesse.

Diogenes Babyloicus postre plit lo sophiarat de venditioe ne.

Quædam vicia amata ab emptoribus quibusdam.

Quædam vicia amata ab emptoribus quibusdam.

¶ Octaua conclusio vicia cōtracta post venditionē, non sunt de obligatione venditoris, neq; tum emptor potest agere, vel actione redhibitoria, vel actione, quāto minoris. Hæc patet, quia postquam transiit res in dominium emptoris, vt emolumentū eius est emptoris, ita viciū in nocumentum est eiusdem. Ideo tunc ad nihil obligatur venditor, neq; in foro conscientie, neq; exteriori vt patet in. l. 1. §. si quid autem. ff. de adiliti. edict. In gratiam istius conclusionis, sibiuit inferere ad verbum verba legis. 17. titul. 10. lib. 3. fori. vbi ait, *Si algun home vendiere casa o cavallo, o otra cosa qualquier. & si despues que la vendida fuere cumplida, la casa ardere, o el cavallo se muriere, o otro daño qualquier le vinere, antes que lo aya rescibido el comprador, el daño sea de aquel que la compra, y el pro. Otro si si en alguna cosa mejorare la cosa vendida. ¶ Y esto sea si el vendedor non alongo de dar la cosa vendida, o si no se perdiso por su culpa. o sino si. o pleyo, si se perdisse, o si sed añosse, qd el daño fue de suyo, y no del comprador. ca estas tres cosas*

toris presentia testium requirit oportet emptorem, ut veniat gustatum mensuratum, vel pensum quod si non fecerit, intra cōdictum tempus, pericula mercium sibi annumeret, & non venditori.

¶ Quo circa si emptor neglexerit detrimenta mercium sibi computabit, hæc habeto ex ceptis casibus supra dictis. Nō ergo veniente emptore ad gustandum, mensurandum, pendendum ve mercies ad eōdictum diē, venditor poterit vendere alteri merces, supra dictas, & si quæ interim detrimenta merces ex dilatione emptoris fuerunt subsecuta, vēditor exiget ab emptore, & emptor in vtroque foro tenetur restituere. Quippe qui causam dāminat, damnum dedisse videtur, hic autem emptor fuit in mora in eruptione, ideo si propter eius moram, merces dispendium tulerunt, dispendij tenetur emptor, & venditor poterit alteri vendere.

¶ Vnde inferitur, quod si venditor stante casu priore, qd emptor est in mora, eguisset vasis suis quibus contentæ erāt merces prahabitæ, siue ad locandū alijs vasa, vel ad implendum ea ex nouis fructibus, vel ad alium quempiam usum, poterit effundere vel vina, vel acetum, &c. in viam publicam vt vasis suis pro sua indigentia vtatur, coram testibus tantum effundens, quantum vendiderat. Hæc conclusio patet. l. si vina. ff. de pericu. & comm. rei vend. & l. 1. & 2. ff. vbi dudū & l. 24. Part. 5. titol. 5. vbi ad litteram sermone Hispano traditur. Et ratio legis est, quia contractus vt sit iustus, alienus debet esse ab omni deceptione. Vnde qui vendit balsamum adulteratum pro vero, aut storax liquidum pro balsamo vero, aut qui vendit vinum vt duraturū quod sit mox viciandum, &c. ex deceptione irritat suam venditionem. vtrum hoc genus mercium, quod diximus ex colore, vel odore, facile decipere potest emptorem. Sunt enim vina recte olētia, & pulchri coloris, nihilominus gustata se produunt, & nisi gustatētur deciperēt emptorem. Vt item species aromaticæ ex colore facile imponerent, at degustata docent qualia sunt. Vt si degustas canelam, si pungit gustum, illam probas itemque & piper, & gariophilum. Quocirca vt venditio huiusmodi mer-

cium omnino sit expers fallaciæ sanctum est, vt nihil reputetur contractus, donec delibentur siue gustetur & mensurentur. Iusta quoque est lex docens vēditorem (si emptor sit in mora) vt suæ iudemnitati consulat si habet aliās mullum vel vinum, &c. infundendum in vasis, que occupant merces alienæ, posse illa coram testibus effundere in callem. Non enim iniurius erit emptori hoc factitans, siquidem conuentum fuit in die venturum esse emptorem, vt suas degustaret merces aut si non fuit conuentū requisitus tamen est coram testibus vt veniret merces gustatum: si vero nō, emptor est in mora, sed venditor, detrimenta mercium sua esse ducat oportet, quia ipse fuit in mora. Et si quod damnum acciderit emptori, quia suas tempore statō non accepit merces, venditor refarciet, & restituere tenebitur.

¶ Si vero vterque fuit in mora is, qui posterior fuit in mora, sustinebit mercedam dāna, si quæ acciderint posteriori enī ascribuntur. l. illud de peri. & comm. rei venditæ. nisi tamen posterior fuerit in causa, quod prior fuerit in mora. Nam id temporis, posteriori non nocet in l. si perempto. ff. de empti. & vendit. iuncta glossa.

¶ Quod si rogitas cuius erūt fructus rei venditæ, respondebis quandiu venditio non est perfecta, semper sunt venditoris, at quando venditio est perfecta, sunt emptoris. Namque tantisper dum venditio non est perfecta, nondum transfertur rei venditæ dominium in emptorē: quo circa nō dum facit fructus suos. Vēditione autē consummata, est dominus rei, ideoque fructuum quoque rei sicut & damna tunc, & emolumēta emptoris incipiunt esse vt visum est in octaua cōclusionione.

Decima conclusio, sunt merces, quæ non exigunt gustum, sed mensuram, aut librationem, & huiusmodi, donec mensurentur nō cōsummant sui venditionē. Hæc conclusio est lex Partit. quæ supra fuit exposita. Sunt autem vt eam expla nemus quædam merces, quæ non egent degustatione, vt priores, sed earum venditio consistit in mensuratione, vel ponderatione. Nam primum genus mercium consistebat in vtroque, & ideo vtrumq; exige-

10. Conclu.

Fructus rei venditæ cōsummata venditione sunt emptoris.

10. Conclu.

exigebat, & mensurationem, & degustationem, hoc autē mensura, & pōdere est contentū. Et sicut primum non consummabat venditionem, nisi vtrumque cōplecteretur, & interim damna erant venditoris vt. 9. patefecit cōclusio, ita & hoc quandiu non mensuratur, seu ponderatur damna si que tulerit, venditor patietur, & non emptor. Sunt autem huiusmodi merces frumenta, & metalla. Hæc enim in mensuratione, & ponderatione, consummatam habent suam venditionem. Quocirca si quis mihi emit centum coros triticum, & pretium anticipat, dum triticum est mihi in horreo meo, & non mensuratur emptori, si viciatur interim, aut si furto rapitur vēditoris erit iactura non emptoris. Cæterum si mihi emptor soluit pro singulo coro. 9. regalia, & soluto pretio deicitur pretium hoc damnum erit emptoris, vt emolumentum sibi computabit. Vt si forte ipromouetur pretium in numum aureum, vel amplius non tenebitur amplius soluere, quam fuerit in principio solutum vel præstita fides soluendi.

¶ Itaque quædam, vel emolumenta in pretio emptor sustinet, aut fruetur, at damna rei venditor patietur, & si que acciderint emolumēta vēditoris interim erūt. Et causa est quia venditor apud se habet tunc rem, at emptor iam contulit pretiū. Itaque emptor fecit totum quod suū erat offerendi pretium, & quantum ex hac parte est venditio perfecta est, ideo, siue carius, siue vilius postmodum vendatur factam venditionem non auget neque minuet.

¶ Ex his colliges etsi trifariā dixim⁹ dici posse venditionē, perfectā at præcipuus modus est vltimus. Videlicet, quando res, quæ venditur tradita est in potestatem emptoris. Tunc nanque siue damna siue emolumenta emptor sua esse computabit. At vero etsi pretiū sit solutum, aut fides præstita de soluendo, etsi quo ad pretium sit iam perfecta venditio, cæterū non quo ad omnia est consummata si quidem damna, adhuc sunt venditoris, sicut & emolumenta, quandiu res nō est tradita emptori. Enimvero, vt liquet ex. 8. 9. & 10. conclusionibus, etiā si pretium sit solutum pro mercibus gustandis primum & mensurandis, siue mē-

Præcipuus modus perfectæ venditionis est quando res tradit emptori.

surandis, quousque vel gustentur & mēsurentur, vel mensurentur vt frumenta, vel ponderentur, vt aurum, argentum ferri, &c. consummata nō est venditio. Qui ergo pretium soluit fabro argentario pro decem libris auri, vel argenti, &c. si interim antequam ponderentur furto sublata sunt, iacturam forti faber argentarius vendens sustinebit, & non emptor.

¶ Vndecima cōclusio, si venditor est in mora tradendi rem venditam emptori, damna quæ acciderint erunt venditoris omnisque rei venditæ iacturam sibi ascribet. Verum si postmodum venditor rem, antequam lædatur, aut iacturā sustineat illam offert emptori, & emptor est in mora non recipiendo eam cuius moræ non est causa venditor, sed solus emptor emptoris erunt iactura, & periculū rei illius, & non venditoris. Hanc conclusionē proposui, vt palam facerem, quod in. 9. conclusionē tradidi si venditor, & emptor ambo fuerint in mora, posteriori qui fuit in mora ascribētur periculum & damnum rei venditæ. Nam ex hac cōclusionione perspicua euadit. Et hanc conclusionē eferre ad litteram firmat lex. 27. Partit. 5. titu. 5.

¶ Duodecima conclusio, si venditor conuenit cum emptore, quod ipse vult sustinere rei quam vendit periculum, & damnum donec emptor rē venditam in suā receperit, etsi perfecta sit venditio, venditor nihilominus ex pacto, damna sustinebit quandiu emptor nō acceperit rē venditam sibi. Item si venditor vendidisset vinum dicens, quod illud vendebat tanquam vinum, quod diu durare potest, & emptor hoc vinum emebat, vt diu mansurum, si interim viciaretur, vicium esset in damnum venditoris, non emptoris. Nam decipiebat emptorem, & ideo venditio erat vitiosa. Hæc item cōclusio patet. l. 35. eodem titu. Part. 5. & ratio est, quia etsi venditione perfecta, vicia rei venditæ annumerat emptori, & non venditori, vt supradictum est, cæterū, hoc eatenus verum est, quatenus pactum non interueniat aliud suadens vt modo accidit, quia ex conuentione, quamuis venditio sit perfecta, cēsentur damna venditoris.

¶ Decimatertia conclusio, Si venditio sub

11. Conclu.

Vēditor in mora simul & emptor in mora.

12. Conclu.

Pactum aliter quando mutatur natura contractus.

Merces que nisi gustatur decipere possunt emptorē.

torin presentia testium requir. oportet emptorem, vt veniat gustatum mensuratum, vel pensum quod si non fecerit, intra cōdictum tempus, pericula mercū sibi annumeret, & non venditori.

¶ Quo circa si emptor neglexerit detrimenta mercium sibi computabit, hæc habeto exceptis casibus supra dictis. Nō ergo veniente emptore ad gustandum, mensurandum, pendendum ve merces ad eōdictum diē, venditor poterit vendere alteri merces, supra dictas, & si quæ interim detrimenta merces ex dilatione emptoris fuerunt subsecuta, vēditor exiget ab emptore, & emptor in vtroque foro tenetur restituere. Quippe qui causam dampni dat, dampnū dedisse videtur, hic autem emptor fuit in mora in emptione, ideo si propter eius moram, merces dispendium tulerunt, dispendij tenetur emptor, & venditor poterit alteri vendere.

¶ Vnde inferitur, quod si venditor stante casu priore, qd emptor est in mora, eguisset vasis suis quibus contentæ erāt merces præhabite, siue ad locandū alijs vasa, vel ad implendum ea ex nouis fructibus, vel ad alium quempiam vsum, poterit effundere vel vna, vel acetum, &c. in viam publicam vt vasis suis pro sua indigentia vtatur, coram testibus tantum effundens, quantum vendiderat. Hæc conclusio patet. l. si vina. ff. de pericu. & comm. rei vend. & l. 1. & 2. ff. vbi dudū & l. 24. Part. 5. titu. 5. vbi ad litteram sermone Hispano traditur. Et ratio legis est, quia contractus vt sit iustus, alienus debet esse ab omni deceptione. Vnde qui vendit balsamum adulteratum pro vero, aut storax liquidum pro balsamo vero, aut qui vendit vinum vt duraturū quod scit mox viciandum, &c. ex deceptione irritat suam venditionem. verum hoc genus mercium, quod diximus ex colore, vel odore, facile decipere potest emptorem. Sunt enim vina recte olētia, & pulchri coloris, nihilominus gustata se produnt, & nisi gustarēt deciperēt emptorem. Vt item species aromaticæ ex colore facile imponerent, at degustata docent qualia sunt. Vt si degustas canelam, si pungit gustum, illam probas itemque & piper, & gariphilum. Quocirca vt venditio huiusmodi mer-

Merces que nisi gustentur decipere possunt emptorē.

cium omnino sit. expers fallaciæ sanctum est, vt nihil reputetur contractus, donec delibentur siue gustentur & mensurentur. Iusta quoque est lex docens vēditorem (si emptor sit in mora) vt suæ indemnitati consulat si habet aliās mullum vel vinum, &c. infundendum in vasis, que occupant merces alienas: posse illa coram testibus effundere in callem. Non enim iniurius erit emptori hoc factitan, siquidem conuentum fuit in diē venturum esse emptorem, vt suas degustaret merces aut si non fuit conuentū requisitus tamen est coram testibus vt veniret merces gustatum: si vero nō emptor est in mora, sed venditor, detrimenta merces sua esse ducat oportet, quia ipse fuit in mora. Et si quod dampnum acciderit emptori, quia suas tempore flatu non accepit merces, venditor restituet, & restituet tenebitur.

¶ Si vero vterque fuit in mora is, qui posteriorius fuit in mora, sustinebit mercedam dāna, si quæ acciderint posteriori enim ascribuntur. Illud de peri. & comm. rei venditæ. nisi tamen posterior fuerit in causa, quod prior fuerit in mora. Nam id temporis, posteriori non nocebit in l. si percempto. ff. de empti. & vendi. iuncta glossa.

¶ Quod si rogitas cuius erūt fructus rei venditæ, respondebis quandiu venditio non est perfecta, temper sunt venditoris, at quando venditio est perfecta, sunt emptoris. Nam que tantisper dum venditio non est perfecta, nondum transferretur rei venditæ dominium in emptorē: quo circa nō dum facit fructus suos. Vēditio autē consummata, est dominus rei, ideoque fructuum quoque rei sicut & damna tunc, & emolumenta emptoris incipiunt esse vt visum est in octaua cōclusionione.

Decima conclusio, sunt merces, que non exigunt gustum, sed mensuram, aut librationem, & huiusmodi, donec mensurentur nō cōsummant sui venditionē. Hæc conclusio est lex Partit. quæ supra fuit exposita. Sunt autem vt eam explenemus quædam merces, quæ non egent degustatione, vt priores, sed earum venditio consistit in mensuratione, vel ponderatione. Nam primum genus mercium consistebat in vtroque, & ideo vtrumque exige-

Fructus rei venditæ cōsumma venditione sunt emptoris.

10. Conclu;

exigebat, & mensurationem, & degustationem, hoc autē mensura, & pōdere est contentū. Et sicut primum non consummabat venditionem, nisi vtrumque cōplecteretur, & interim damna erant venditoris vt. 9. patefecit cōclusio, ita & hoc quando non mensuratur, seu ponderatur damna si que tulerit, venditor patietur, & non emptor. Sunt autem huiusmodi merces frumenta, & metalla. Hæc enim in mensuratione, & ponderatione, consummatam habent suam venditionem. Quocirca si quis mihi emit centum coros tritici, & pretium anticipat, dum triticum est mihi in horreo meo, & non mensuratur emptori, si viciatur interim, aut si furto rapitur vēditoris erit iactura non emptoris. Cæterum si mihi emptor soluit pro singulo coro. 9. regalia, & soluto pretio deiecit pretium hoc dampnum erit emptoris, vt emolumentum sibi computabit. Vt si forte ipromouetur pretium in numum aureum, vel amplius non tenebitur amplius soluere, quam fuerit in principio solutum vel præstita fides soluendi.

¶ Itaque damna, vel emolumenta in pretio emptor sustinet, aut fruetur, at damna rei, venditor patietur, & si que acciderint emolumenta vēditoris interim erūt. Et causa est quia venditor apud se habet tunc rem, at emptor iam contulit pretiū. Itaque emptor fecit totum quod suū erat offerendi pretium, & quantum ex hac parte est venditio perfecta est, ideo, siue carius, siue vilius postmodum vendatur factam venditionem non auget neque minuet.

¶ Ex his colliges etsi trifariā dixim⁹ dici posse venditionē, perfectā at præcipuus modus est vltimus. Videlicet, quando res, quæ venditur tradita est in potestatem emptoris. Tunc namque siue damna siue emolumenta emptor sua esse computabit. At vero etsi pretiū sit solutum, aut fides præstita de soluendo, etsi quo ad pretium sit iam perfecta venditio, cæterū non quo ad omnia est consummata si quidem damna, adhuc sunt venditoris, sicut & emolumenta, quandiu res nō est tradita emptori. Enimvero, vt liquet ex. 8. 9. & 10. conclusionibus, etiā si pretium sit solutum pro mercibus gustandis primum & mensurandis, siue mē-

Præcipuus modus perfectæ venditionis est quādo res tradit emptori.

surandis, quousque vel gustentur & mēsurentur, vel mensurentur vt frumenta, vel ponderentur, vt aurum, argentum ferrū, &c. consummata nō est venditio. Qui ergo pretium soluit fabro argentario pro decem libris auri, vel argenti, &c. si interim antequam ponderentur furto sublata sunt, iacturam furti faber argentarius vendens sustinebit, & non emptor.

¶ Vndecima cōclusio, si venditor est in mora tradendi rem venditam emptori, damna quæ acciderint erunt venditoris omnisque rei venditæ iacturam sibi ascribet. Verum si postmodum venditor rem, antequam lædatur, aut iacturā sustineat illam offeret emptori, & emptor est in mora non recipiendo eam cuius moræ non est causa venditor, sed solus emptor, emptoris erunt iactura, & pericula rei illius, & non venditoris. Hanc conclusionē proposui, vt palam facerem, quod in. 9. conclusionē tradidi si venditor, & emptor ambo fuerint in mora, posteriori qui fuit in mora ascribētur periculum & dampnum rei venditæ. Nam ex hac cōclusionione perspicua euadit. Et hanc conclusionē eēre ad litteram firmat lex. 27. Partit. 5. titu. 5.

¶ Duodecima conclusio, si venditor conuenit cum emptore, quod ipse vult sustinere rei quam vendit periculum, & dampnum donec emptor rē venditam in suā receperit, etsi perfecta sit venditio, venditor nihilominus ex pacto, damna sustinebit quandiu emptor nō acceperit rē venditam sibi. Item si venditor vendidisset vinum dicens, quod illud vendebat tanquam vinum, quod diu durare potest, & emptor hoc vinum emebat, vt diu mansurum, si interim viciaretur, viciū esset in dampnum venditoris, non emptoris. Nam decipiebat emptorem, & ideo venditio erat vitiosa. Hæc item cōclusio patet. l. 35. eodem titu. Part. 5. & ratio est, quia etsi venditione perfecta, vicia rei venditæ annumerantur emptori, & non venditori, vt supradictum est, cæterū, hoc eatenus verum est, quatenus pactum non interueniat aliud suadens vt modo accidit, quia ex conuentione, quamuis venditio sit perfecta, cēsentur damna venditoris.

¶ Decimatertia conclusio, Si venditio sub

11. Concl. venditor in mora simul & emptor in mora.

12. Conclu.

Pactum aliter quādo mutatur naturā contractus.

sub conditione celebretur, quousque cōditio sit impleta, & cōtractus purus euadat, damna & periculum rei venditæ, sunt venditori computanda, ceterum absoluta cōditione, iactura erit penes emptorem, verum si ante abolitionem cōditionis, res perderetur, venditor sibi iacturam imputabit, item hæc est aperta conclusio, quia venditio sub conditione non est perfecta, sed expectat cōplementum conditionis, si autem venditio est imperfecta, adhuc residet res vedita sub dominio veditoris ideo siue cōmoda, siue incommoda eiusdem rei sibi imputabit. Et est conclusio excepta ex lege. 26. Part. 5. titulu. 5.

CAP. QVINTVM.

De qualitate rerum venalium.



QUALITAS rei, vt venalis sit multiplex est: enim uero, necessaria est qualitas hæc, scilicet, quod sit propria vendentis, aliena enim vendere nemo potest, itē quod sit priuata res, quippe publica non sunt venalia. Item quod sint profana, quia sacra non sunt venalia rursus, quod sint corporalia, quia spiritalia non possunt uenundari, rursus quod sint alieni iuris quia sunt sui iuris vt homo liber uenundari nequit vel alias lege prohibita.

¶ Quæ omnia vt prosequamur, quia hæc differere spectant ad obiectum venditionis, ideo scire oportet, quod sit venditio nis subiectum, seu materia circa quā ueri fieri potest venditio. ¶ Et primum uideamus, de primo an res aliena uendi possit, etsi de facto quis uēdat rem alienam, an contractus teneat. Et quidem leges regni, de hac re uidentur discrepantes. Etenim. l. 6. titulu. 1. o. lib. 3. fori expresse traditur, contractum esse nullū. Vnde ait, in sententia, *El vendedor que uendio cosa agena, al comprador que no sabe, que lo es, el vendedor le torne el precio que por ella rescibio, y pague la pena que en el contrato pusieron, lo que en ella ouiere mejorado, y le sanee todo el daño que le uiniere por sacarcela, y al señor de la cosa, se le restituya con otro tanto de lo suyo. Mas si el comprador, a la cosa agena lo supo, sea obligado, a*

restituyrle al señor enya es cō otro tanto lo suyo. ¶ Et in l. 9. uide in idem traditur expresse. ¶ Itus, uide l. 2. c. in quibuslibet uendita muelle ni rayz, si uelint ad del señor de ello, y si lo biuere non ual: la uenditū, y el vendedor y el comprador que lo comprare a sabienda, caxā en la pena de la ley, y si fuere seruo el uendido: se ñor le aya con todo lo que gano, despues que probare, que es suyo y si en este medio tuuiere hijos, sea del señor. Todo lo qual se entiende, quando no se

prouare al señor de la cosa, que la mando uender. Ex quibus legibus uidetur apertum esse, quod venditio rei alienæ, non ualet & qui scienter uendit uenditor tenetur pretium quod acceperat ab emptore restituere, & meliorationem, & item damna restituet quod si venditio ualeat, utiq; melioratio, & deterioratio erūt emptoris, non uenditoris vt lex hæc cōstituit. Item expresse ait, in l. 9. contractum nō ualere, siue sit de mobilibus, siue de immobilibus. Et hic procedimus in hac disputatione, exceptis casibus excipiendis. Quando uel ratione pacti uel officij, uel administrationis quis potest

*uendere aliena, quia tunc tenet contractus ut si creditor uendit pignus quod habet debitoris ex pacto, quod si statim die non soluisse, quod illud uenundaret pro debito. Item tutor, qui uendit quando expedit suo pupillo, uel domū, uel agrum pupilli aut capitulū quod uendit bona ecclesiæ, quæ administrat. &c. con sulc. Azo. in summa. C. de re. aliena nō aliena. circa princ. Vnde index potest etiā ex officio iudiciario uendere aliena, ad absolucndam suam sententiam, vt facto res, quos uocant regis, ad recuperandam census regio idem præstare possunt unde in senten. sic habet lex regni. *El juez para cumplir su sentencia, d el cogedor de rentas reales para la cobrança puede uender a su officio la cosa agena, y pague el señor de ella al comprador. Mas tal uenta ha de hazerse en publica almoneda, &c.* ¶ Et huiusmodi ueditio uocatur iuriscōsultis ueditio iudicialis. Vbi uides quomodo ratione officij fas est uendere aliena, uel propter iudicis sententiā, dam nātem bona alicui? in uēditione, aut propter regis recolligēdos cēsus. Itidē & rex potest uendere aliena, ex regio officio quomodo autem hoc fiat lex regni docet. Porro autem de huiusmodi uenditionibus, quæ fiunt autoritate publica,*

L. post perfectam, & l. fructus & l. pen. C. de act. emp. & uendi.

Pactum ad ministratio officium.

Allent uenditio ualida est si fiat ex autoritate publica pro restituere bona alicuius.

Veditio ex autoritate publica alia ex autoritate priuata.

nō est sermo modo, sed solum de ijs, quæ fiunt priuata autoritate, quæ fiunt diuerse admodū, à prioribus. Nam quæ fiunt autoritate publica, non sunt in bonum uenditoris, sed in bonum alterius. Vt quæ uendit tutor istud est ob indigentiam maximam pupilli. Vt traditur. l. 4. titu. 5. Par. 5. Quod qui sunt tutores pupillorum, qui nondum peruenerunt ad 14. annum, non ualeant uendere res pupillorum, nisi ex magna compellēte necessitate, & cum facultate iudiciaria, quæ uendit iudex autoritate iudiciaria, est in bonum publicum, uel in bonum creditoris, cui debitor non est soluendo, iudex præcipit uendi debitoris bona, uti soluat.

¶ De his igitur uēditionibus, nō est differendū modo, quia certa est responsio, quod hæc obseruata ratione possunt uēdi aliena bona.

¶ De uenditione igitur priuata autoritate celebrata, differat duntaxat. At uero legibus ex fori libro de præptis, ut dicere caperem obuiat lex. 19. Part. 5. tit. 5. diuicium enim uidetur constituere, à cōstitutionibus prioribus, ex illis enim uenditionem rei alienæ esse nullam, fati promptum est. At uero. l. 19. sic habet in sententia. *La uendida de cosa agena uale, y si el comprador sabia no ser del vendedor, aunque despues se la suquen, no esta obligado el vendedor boluella el precio, que por ella rescibio si expressemente non se obligo a ella. Mas si el comprador no lo supo esta obligado a boluella. con todos los daños, y menoscabos, q se le ouieren seguido.* Hic clare uides, legem hanc. docentem uenditionem alieni, esse ualidam, siue emptor sciat esse alienam, siue ignoret. Nisi quod cum emptor sciebat esse alienam, perdit pretium quod exhibuit pro ea, nisi aliter conuenitum fuerit inter contrahentes. Vnde non solum inter leges has discordia uidetur, sed etiā inter Theologos non est conuenitum de re hæc.

¶ Indicant enim Conradus libro. suo de contractu. q. 70. Hericum de Oicha, opusculo de contractibus asserentem, uenditionem huiusmodi, non esse rectam, sed uiciosam, & ipso iure nullā. ¶ Primo quia uendere rem alienam, uidetur esse furtū, ut Insi. de uisucapion. traditur. Qui sciens uendit rem alienam, furtum committit.

Argumenta fauentia.

¶ Secundo, Nam qui rem uēdit alienam, uel hoc scilicet facit, aut uere facit intendēdo uendere. Si primum mentitur saltem opere quia mendose & simulatorie uendit, & hoc non licet si uere intendit uendere, ergo intendit tradere rem alienam nō suo sed alieno domino, hæc autem in tentio praua est, quia est intendere iniuriam facere domino rei. ¶ Tertio, Qui scit uiciosam esse rem quam uendit, & uicium celat peccat, ergo qui scit rem esse alienam, rem quam uendit, & celat, itē peccat. Probo consequentiam, quia maior defectus est esse alienum quam uicio sum aliis. ¶ Quarto, Qui decipit contra hentem, peccat, & facit ex sua deceptio ne contractum esse nullum. Quia dolus & fraus nulli patrocinantur. ¶ Quinto, Omnis uenditio transfert dominium rei uenditæ in emptorem, at qui uendit alienum non potest transferre dominium, quia nemo dat, quod non habet. ¶ Sexto, Si fuisset uera uenditio, damna & pericula quæ rem uenditam sequerentur, essent emptoris id quod fit per omnem uēditionem perfectam, at uero emptor, qui emit rem alienam, ignoranter, non tenetur de damnis sequentibus rem uēditam, sed sunt in foro utroque uenditoris. ¶ Septimo, Donatio & uenditio hoc solo discrepant nomine, quod illa gratis dat sine interuentu pretij, hæc uero dat ex pretio, qui autem non est dominus rei, aut de eius consensu, non potest donare rem, sine pretio, ergo neque dare propter pretium, quia qui nō est dominus nullo modo potest dare, igitur neque dare sine pretio, aut cum pretio. Si quidem nemo dat quod non est suum. ¶ Octauo, Contractus est obligatio quædam. utro. citroque inita ex contrahentium consensu in. l. Labeo. §. contract. ff. de uerb. significa. At uero in hoc contractu, emptor quia ignarus emit, obligatur ad soluendum pretium, at uero uēditor, non potest se obligare ad tradendam emptori rem, si quidem traderem alienam in potestatem alterius, qui non est dominus rei, ipso domino repugnante, est peccatum, at nemo se potest obligare ad peccandum. ¶ Nono, Fac rem huiusmodi perire apud emptorem, utique quod pereat. nō erit malo emptoris, sed uenditoris postquam constitit ignoranter

Collisio legum.

ranter emisse emptorem rem alienā igitur nulla fuit venditio. Quoniam si vera fuisse, perire rem esset emptoris malonon venditoris. ¶ Decimo, Quia ex huiusmodi venditionibus excitat sapelites, & iurgia. Namq; cū patuerit emptorirē esse alienā, & domino vero rem suā venditam fuisse citra eius iussum litigabit cum venditore, & emptor cum eodē. ¶ Coradus vero ab hoc placito abhorret, diuersim autumans. Verā esse venditionem, & licitam, si venditor vendat secundum quod de iure potest, id est, sub conditione vera vel præsumpta quod rei dominus gratam habeat venditionem, aut si non habuerit gratā venditionem, quod ipse satisfaciat, & tenebitur de euictione. ¶ Supponit autem quēdā pro suo placito exponendo. Primum quod vendere, non est dare, aut tradere rem, aut transferre rei dominium, sed solum se obligare ad tradendum. Secundū quod vendere nō est actus exterior, & vt neq; emere, sed sunt actus interiores: quib⁹ venditor obligat ad tradendū rē alteri siue simpliciter siue ex cōditione, & emere est velle alteri tradere pretiū ex re emptā, id qd est se obligare. Inde concludit, quod aliquis potest viderē rē alienam. Verbi causa, qui habet apud se rem alienam, in pignus, aut in depositum, si vendat pignus, credens quod dominus pignoris aut depositi, gratū habeat qd ipse facit. Aut si nō habuerit ratū, sed qd petet sibi restitui suum pignus, vel depositum, obligans se satisfacere emptori, de damno illato, si quod acciderit ipsi. ¶ Probat ex al. rem alienā. ff. de cōtrahen. emptio. & venditio. Quæ ait rem alienā distrahere, nulla dubitatio est, nam emptio est, & venditio. vbi glossa exposuit, contractum huiusmodi tenere in præiudicium vendentis. ¶ Secunda J. si quis. ff. de actio. emptio. & vendi. quæ ait, si quis rem alienam vendiderit, & medio tempore hæres fuerit domino rei, cogatur vendens, implere venditionem; & glossa implere, id est, tradere rē, & ea facere, quæ venditoris sunt facere. Non enim tradiderat, sed excusabat rē esse alienā. ¶ Tertiū. I. si emptio. ff. de contrahen. emptio. & venditio. Item si emptor. Vbi habetur, item si emptor, & venditor scit, fortium esse quod venit, à neutra parte obli-

gatio contrahitur si emptor solus scit, nō obligabitur venditor, neque tamen ex vendito, quicquā consequatur, nisi vltra quam conueniret præstetur. Quod si emptor nescit, & venditor scit, vtriq; obligatio contrahitur. Si igitur fortiorum venditionem ius docet esse venditionem, ignorante emptore, multo fortius de alijs rebus, non furtim sublati, vt sunt pignora, deposita, commodata, &c. Quod vero non semper venditio transferat dominium, videtur collectum iri ex. l. si ita. ff. de contrahen. emptio. & vendi. vbi dicitur. Qui vendit, necesse non habet fundum emptoris facere, vt cogitur qui fundū stipulanti spopōdit. Itaq; iuxta hoc placitum, quādo venditor est dominus rei, tunc venditio transfert dominium, secus autem si non sit dominus rei. Suffragatur Ioannes à Medina Codice de restitutio. q. 37. Et quamuis ipse se arbitrum cōstituit inter Henricum, & Conradum veruntamen, arbitrium quæstionis, quod sibi tribuit, est Conradi & nihil ex suo deprompsit. ¶ Porro autem si meam desideras de re hac sententiam, primum dixerim falsum esse quod Conradus contendit vendere, & emere esse actus animi interiores. Nā que vendere, & emere vt supra aiebam, quando de contractibus generatim sermonem texerem sunt correlatiua. Verū actus iste interior volo me obligare ad tradendum hanc rem alteri ex pretio, non necesse est quod habeat actum aliū correspondentem in mente alterius. Nā actus interior me⁹, nihil operatur in mentem alterius. Nisi velit aliquis desipere, ex delirio quod tribuitur Auicennæ, quod per meā imaginationē possum immutare corpus alterius. Quo circa vendere, est actus exterior pēdens ab interiori consensu, quo quis vult se obligare actui ad tradendum rem ex pretio. Vt emere est itē actus exterior ex quo quispiam se obligat, ad soluendū pretium ex re emptā. Vnde venditio est contractus exterior non interior vt supra discretum est. Et ex finitione iuris liquet est obligatio vltro citroq; &c. Vt eudum referebam. ¶ Præterea non subscribo Conrado dicenti, non esse necesse venditionem trāsferre dominium rei venditæ, siquidem hoc ipse dixit vt suo dogmati consule-

Coradus nō probatur.

Vendere, & emere sunt actus exteriores.

ret

ret quod venditio rei alienæ valida est. At vero venditio rei alienæ vt ipse etiā fatetur, est conditionalis sub disiunctio- ne, si domino grata fuerit, igitur sicut hæc exigit conditionem, ita sub conditione transfert dominium. Quippe si dominus ratum habuerit suæ rei venditionem, tunc transfertur dominium, quādo ratam eam habuerit, & tunc demum erit purus contractus venditionis, quādo trāsferetur dominium, & non prius. Nam quod venditor se obligat ad faciēdum iatis emptori, si dominus ratum nō habuerit, istud est cautio venditionis, & ad sanitatem venditoris tuendam Hispanæ, *Para sanear la venta*. Non tamen est cōtractus venditionis, obligatur enim venditor ad euictionem vt disponunt leges ciuiles. Vnde in l. 32. tit. 5. Part. 5. decernitur qd venditor teneat sanā facere venditio- nem ipsi emptori, modo emptor mota lite super re emptā, notā faciat litē motā, emptori super re quā emit. Quod si notā nō fecerit litē motā, venditor nō tenetur de euictione, hoc est non tenetur reddere pretium quod accepit, etiam si succumbat in lite, verum si notificauit licitem tenetur venditor de euictione, si succumbit in lite, & res vendita auferatur ab emptore per iudicis sententiā, vade tunc reddet pretium venditor, idem traditur. l. 7. tit. 12. lib. 3. fori idem ex iure communi. C. de euict. & l. si in venditi. ff. eod. tit. et si mota lite non statim agitur per emptorem de pretio, sed ad defendendam rem venditam. ff. de euictio. l. si plus. §. mota quæst. ¶ Porro euictio non est contractus venāditionis, sed est ad defensionē cōtractus vt patet. ¶ Accedit eodem, quia emptor vel habet ius dominij in rem emptam, vel non, si non, quod ergo ius habet, quia aliud non extat, si non habet ius dominij, nihil emit, si dixeris quod habet ius dominij, igitur per venditionē in ipsum translatus est hoc ius, simpliciter quidem si à domino vendatur, at sub conditione, si ab alieno. ¶ Et præterea quod ait, quod vendere, non est dare, vel tradere rem, sed se obligare ad traditionem rei est sanē verum, quod poterit esse venditio sine traditione rei, & sine datione. Cæterum tradere contingit bifariam, aut mittēdo, in pos-

Venditor tenetur ad euictionem, si in lite dēre vendit vincitur.

Tradere rē venditā bifariam accipi potest.

sessionem, aut conferendo ius dominij. Vtique in venditione non est necessaria traditio rei quippe etiam non tradita re, venditio potest esse perfecta. Namque si emptor habet dominium in rem venditam, etiam si non sibi tradatur, sed sit apud venditorem, venditio est perfecta. Vt si emi centum coros tristici, & sunt iam mensurati in domo venditoris, et si illos nō conluxi in domum meā, sed, adhuc sunt mensurati apud venditorem, venditio est perfecta siquidē periculū, & damnum eorum non imputatur iam venditori, sed emptori. Itaque si tradere rem significat, transferre ius dominij in rem, hoc est necessarium in venditione si autē tradere est introducere in possessionem rei, sed tenetur nō impedire, at hoc non est de essentia venditionis. Non enim venditor ad hoc tenetur, sed emptoris est accipere possessionem rei emptæ & hac ratione est intelligendum ius quod dudum referebam non est necesse, venditorem fundum emptoris facere, non enim loquitur de dominio, vel iure dominij, sed de traditione possessionis: ius autem dominij, est necessarium transferre in emptorem. Vnde Bald. l. doli. C. de peri. & com. rei vendi. inquit, quod emptor ex contractu principaliter habet actionem, vt à venditore habeat rei traditionem, vt non patiatur de ceptionem, vt habeat dominium rei, vel vlticipiendi conditionem. Et quod res vendita vicio careat. Et quod propter euictionem emptor damnum non sustineat. ¶ Habet igitur emptor actionem contra venditorem, de re et a rem tradere em venditam. Sed vt hæc omnia plenius habeas obseruato in re quæ venditur tria posse considerari, & proprietates eius, & facultas vtēdi illa, & vsus actualis eius. Per venditionem igitur transfertur necessario rei proprietates in emptorem, & facultas vtēdi illa. Vsus autē eius actualis id est, actualē habere vsus rei non necessario consequitur venditionem aut emptio-nem. Quoniam emptor postquam ex emptione habet iam rei proprietatem, & vtēdi facultatem, pro suo libito, poterit adhuc non ea vtī, sed dimittere, eā apud emptorē, videlicet, vel non habitare emptam domum neque concedere alteri in habitationem, vel si emit alias merces,

Translatio domini est necessaria in venditione

In re quæ vendit tria considerantur proprietates facultas vtēdi eam & vsus eius.

20

Argumen. Conradi.

merces, dimittere eas interim apud venditorem. Neque istud ad venditorē spectat necessario quod emptor utatur actū sua, sed hoc iacet in arbitrio emptoris. Ceterum emptor statō tempore, si non sustulerit rē suā, iam est in mora, & dāna rei erunt ascribenda emptori, ut supra à me est explanatum. ¶ Hoc igitur est quod dicebatur dudum, quod venditioni est necessario transferre ius domini in emptorem, id est, proprietatem, & facultatem utendi rei venditæ, non tamen esse necessarium venditioni, quod emptor actu utatur, siue possideat rem quam emit. Quippe potest esse perfectè emptā, & nondum possessa. Quod ergo diximus supra traditio nem facere perfectam venditionem, & modo dicebat Baldus emptorem habere actionem ut à venditore habeat traditionem, non significat sermo hic, quod usus rei venditæ, sit necessarius ad venditionem perfectam. Vnde si venditor hanc facultatē venditi impediatur, habet emptor actionem contra ipsum.

¶ Quod si obiceris in venditione cū pacto de retro vendendo nō transfertur dominium, retro vendebis, huiusmodi venditione esse licitam iuxta Innocen. Ioan. Andræ, Hostiensem Panormitanum esse tamen conditionalem, sed quod facultas ea libere utendi sit necessaria ad venditionem perfectam. Vnde si venditor hanc facultatē venditi impediatur, habet emptor actionem contra ipsum.

¶ Quod si obiceris in venditione cū pacto de retro vendendo nō transfertur dominium, retro vendebis, huiusmodi venditione esse licitam iuxta Innocen. Ioan. Andræ, Hostiensem Panormitanum esse tamen conditionalem, sed quod facultas ea libere utendi sit necessaria ad venditionem perfectam. Vnde si venditor hanc facultatē venditi impediatur, habet emptor actionem contra ipsum.

habere, si signet cuius sit hæreditas, ut si quisquam heres venturus dicat alteri, vèdo tibi agrum, quæ hæreditate sum habiturus à patre meo. Item hæc venditio est nulla, & lege prohibetur. l. 17. ibidē. Si quidem hæc venditio erat incertū optandi mortem eius vnde speratur hæreditas vendita. ¶ Preter hæc, eandē subeunt conditionem vniuersa, quæ vel per testatorem vel per donatorem, siue etiā pacto contrahentium prohibita sunt alienari, hæc nō possunt alienari, & si de facto alienentur venditio est ipso iure nulla ut sunt primogenituræ & aliæ hęc genūs, quoniam in istis, neque transferuntur dominium neque potestas vñ capiendi, si alienentur. Vt l. Sancimus. C. de rebus alic. non alienant. Et l. 2. ff. de vñcipione pro empto. & l. ea lege. C. de condi. ob causam. de istis ergo alienis certā primam accipe conclusionem. Hęc aliena non sunt alienabilia nisi per actiōes, nam loca publica, quando venditur a rege vel domino oppidum simul venduntur quæ sunt in oppido ut iurisconsulti tradunt de qua re nihil ad presens.

¶ Sūt autē alia aliena, quæ habent dominium particularem, vt quæ sunt furtim sublata, aut in pignus, vel depositum, vel commodatum data, de istis est quæstio in primis quæ vertitur. ¶ Et sit secunda conclusio, si venditor, & emptor sciunt esse aliena, venditio est nulla. Tertia conclusio, si venditor nesciat, & emptor sciat item nulla est venditio. ¶ Quarta, si emptor nesciat, ignorātia crassa, vel affectata, venditio est nulla. ¶ Quinta, si ignoret emptor ignorantia inuincibili, tenet contractus. Etenim habet emptor tunc actionē contra venditorem si ignorāter soluit pretium pro re aliena, vt sibi rē concedat Hispani, *Te entregue lo que le vendio*, has conclusio. succinxit, quia ex prioribus satis liquent.

¶ Sexta, Si emptor interim nouerit esse alienum, quod emit, & petit à venditore, quod restituat pretium acceptum & soluat contractum, venditor restituere tenetur pretium, si credit probabiliter, quod dominus rei non habebit ratum venditionis contractum. Nam tunc venditor tenetur concedere emptori quod exigit. Hęc patet, quia si nouit venditor dominum rei, non habiturum

1. Conclusio

2. Conclusio

3. Conclusio

4. Conclusio

5. Conclusio

6. Conclusio

ratum,

ratum, quod ipse facit tunc ipse si contrariū fecerit, nō potest alienare rē alienā quippe inuito domino res aliena, alienari nequit. Secus si probabile erat dominum rei ratam habiturum venditionem factam per alium, etsi non fiat nomine domini. Quod si forsitan te angit dubitatio, nunquid huiusmodi venditor teneatur, palā facere emptori, rē quā vedit nō esse suam. Videtur enim, quod si tenetur palā facere vicia rei vendendæ, quod multo fortius, tenebitur prodere rē esse alienā.

¶ Sūt qui opinentur, non teneri, & discrimen inter proposita constituunt, dicentes, vitia esse propalanda, quia hæc propalata, faciunt rem non esse venalem, aut vilis venalem, at vero esse alienum, pretium non minuit.

¶ At istis obstat, quia etsi non diminuat pretium, tollit alioqui vendendi autoritatem, vnde vendi non potest, citra domini arbitrium, ideo plus officit venditioni quam viciū occultare. Etsi aliquibus placet, non esse necessarium viciū manifestare, quando venditor, illud occultans, pretium minuit, secundum quod viciū poscit, esse minuendum, vt supra est commemoratum.

¶ Dixim autem, quod si venditor qui alienum vendit, nō habita facultate à domino, probabiliter credit dominum rei probatam habiturum venditionem, id temporis non esse necesse, manifestare, venditum esse alienum. ¶ Si vero diuersum putat venditor, tenetur patefacere, rē alienā se veditisse, vt emptor re aliena restituta, exhibiti pretij sit cōpositus.

¶ Sed quid si furto subripuit, nunquid tenebitur se prodere? Non sanè, sed tenebitur rem furtiuam, domino restituere, quia semper presumitur dominum rei, nō esse probaturum, quod fur, furto sublata vendat, quod si diuēdita est, admonere emptorē, illud esse alienum, & pretium exhibere acceptū, etsi non tenebitur dicere esse furto sublatum nesci prodat. Secus esset si res esset data in pignus vel in depositū. Quāquā si emptor ignorat esse rem furto subreptam, habebit actionem contra venditorem, ceterum venditor nihilominus, non tenebitur rem tradere, quam vendidit, quam ex furto subripuit, & hoc in foro conscientie. At in foro exteriori iudex

Plus officit venditioni occultatio alienam quam vicij.

venditorem obligabit, vt tradat. quod vedit, quod nō diu esse alienum, non contulerit ei. ¶ Quod si res huiusmodi, nō extat, quia consumpta est, ad æquales tenebitur. ¶ Imo Chrylost. homilia. 2. in Mattheum cōsuet. rapta, esse restituenda, ad decuplum, & furto sublata ad quadruplum. Quia Lucæ. 19. Zachæus ait, si quem defraudauit, quadruplum restituo, & Exodi. 22. Quem furto tollens, ad quadruplum obligatur restituere.

¶ Ceterum hoc verum est si ex rapina, vel furto, damna magna subsecuta sunt, tunc nō est satis simpliciter restituere, sed omne damnū subsecutū resarcire. ¶ Zachæus autem non tenebatur ex lege ad quadruplum, quia huiusmodi restitutio solum obligabat fures ouium, ipse autem cum esset diues valde, nō erat fur ouium vnde fecit opus supererogationis. ¶ Sed quid si ab emptore, dominus rei exigit eam, quam apud emptorem reperit, esse possessam? De re hac l. 3. Part. 5. tit. 5. disponit: quod dominus rei alienæ, quam alter vendidit, ipso nesciente, poterit exigere ab emptore, & possessore rē ipsam, quā possidet. Quod si possessor petit à venditore, quod rem quam vendidit certam faciat, at venditor profitetur se velle contendere iudicio, cum domino rei, & pariturū se iudici, super re illa, tunc dominus rei, non potest petere, illā, à possessore, tantū perdū nō relouitur ex iudicio, si iuste rē sibi vendicauit, vel si erat aliena, aut non aliena. Ceterū si venditor detrectat litem, & non vult facere rem certā, quam vedit, tunc dominus rei poterit ab eo exigere, vt à possessore, possessori vero restat actio contra venditorē, vt sibi faciat rem certam, quā vendidit, aut pretiū restituat. ¶ Imo etiā si quæ dāna ex emptiōe subsecuta sūt venditor tenetur emptori resarcire, quando emptor inculpate putās inuincibili ignorātia esse quod emebat vendentis. Tūc enim emptor est possessor bonæ fidei.

¶ In foro autem conscientie, tunc venditio valet isthęc, quando venditori probabile est, dominum rei, ratam eam habiturum. ¶ Porro si credebatur esse dominum inuitum, venditio cassa est quia nō transfertur ius domini inuito domino. Et tenetur sic credens vendendo rē alienam, patefacere esse alienam, & tunc

Rapta ex Chrylostomocicad decuplum restituenda est, intelligendum.

Zachæus restitucendo quadruplum confitij.

G emptor,

emptor, non erit ignarus quod si non patefecerit, non vendere. Vnde contractus erit cassus & cuiusio non est hic ¶ Nam quod teneatur ad cuiusionem emptori venditor, tunc est, quando, contractus videbatur, propter ignorantiam inuincibilem emptoris. Dominio igitur inuito, non tras fertur dominium, neque simpliciter, neque sub tacita conditione si dominus voluerit vt praediximus. Porro autem. l. 54. titul. 5. Partit. 5. disponit, quod qui vendit rem alienam, nomine alterius, vt verbi causa dispensator, nomine domini sui, inficio tamen domino, & nulla facta ab eo copia vendendi. Si tamen dominus, probatam illam habuerit postea, validam esse. ¶ Ceterum si emptor est male fidei, quia sciebat rem esse alienam, non valet venditio. ¶ Et quamuis res emptor sit consumpta, poterit nihilominus verus dominus rei, ratam habere emptorem, & pretium rei sibi vendicare. ¶ Haec autem ratificatio introducitur a lege solum in fauorem domini rei, non vt contractus, qui erat nullus conualescat. ¶ Quod si ais, ecquid, si emptor est ignorans inuincibiliter, non consentit, igitur contractus est nullus. ¶ Respondebis iura illi suffragari, suppleto assensum, quia fuit emptor bonae fidei. ¶ Idem cetero, si venditor est bonae fidei, atqui tunc venditor, non tenebitur de cuiusione, si rem quam vendidit bona fide credebatur esse suam. ¶ Sed quid si venditor putabat dominum rei ratam habiturum venditionem, & postea diuersum contingit? ¶ Respondetur tunc venditor tenetur de cuiusione quod Hispanie dicitur, *Sacar de la compra a paz, y a saluo.* ¶ Haec ita forte, ecquid, si venditor rei alienae, sit vel ex hereditate, vel ex donatione, aut aliis, dominus eiusdem rei, & obtinens priorem venditionem esse nullam quia erat rei alienae, iterum vendit eandem rem? Loco citato lex disponit, priorem venditionem esse ratam. At hoc verum est si illa fuit valida venditio, nempe, si emptor erat bonae fidei, nam si male erat fidei, secunda rata est, vt ex dictis patet. ¶ At forsitan quispiam adhuc, vt rem capiat vberius, perget subdubitare ecquid si pretium accepit ab ambobus venditor temporibus tamen distinctis, secundo:

Iura suffragantur suppleto consensu in fauorem bonae fidei.

tamen concessit rei possessionem postquam ipse factus est dominus rei? Namque videtur postremus preferendus, quippe qui habet possessionem, & primus non habuit, sed solum contulit primo pretium. Et quidem si consulis. l. 7. Part. 7. tit. 7. Videtur primus preferendus. Si quidem sic habet fere, & referam ea suo idiomate, quippe quae breuis est. *El que vende a sabiendo a una cosa dos veces, haze falsedad, tomando precio de entrambos. Ha de bolner al segundo comprador el precio que del rescibio, y la cosa vendida se ha de entregar, al primer comprador.* ¶ At vero haec lex loquitur de venditore, qui ex industria vendit duobus, at in casu nostro, non vendit duobus venditor, data opera, sed quia putat, se prius non potuisse vendere rem, quia aliena erat, modo vero quia factus, est dominus, vendit alteri, quia iam dominus est. Rursus. in. l. 50. titu. 5. Partit. 5. sic habetur. ¶ *Quando uno vende una misma cosa, que es propia suya, a dos compradores diferentes, y en tiempos departidos, el que dellos paga primero, y toma la renuncia de la cosa es preferido al otro, y el vendedor es obligado a este que queda sin la cosa vendida, uelle el precio que del ouiere rescibido, y las costas, y menoscabos, que por esta razon le vinieron. Mas si la cosa vendida era agena el que tiene la posesion de ella, es preferido aunque no aya pagado el precio, y al verdadero señor de ella le queda su derecho a saluo contra el.* ¶ Haec lex videtur decidere casum propositum. Nam habet, quod qui emit rem alienam, si habet rei possessionem, etiam non soluto precio preferendus est illi qui non accepta possessione soluit pretium. ¶ Sed re vera non decidit, quia in casu, iam facta est res venditoris ex hereditate, vel donatione, vel ex alia causa, quocirca lex haec non decidit casum propositum. ¶ Et rursus, aduersatur huic legi, quia vt aiebam, possessio non est tam necessaria venditionis contractui, quam proprietatis de re & facultas libera vtendi rei venditae. Haec autem transferuntur in emptorem ex pretio soluto, vel fide prestita de soluendo: igitur, qui pretium soluit, preferendus erit ei, qui nudam habet possessionem. Ad haec, nulla est venditio sine interuentu pretij, siue pro-

Intelligentia legis.

proprium vendas, siue alienam, ergo ex sola possessione nullus est dicendus emptor. Quocirca ego verba huius legis intellexi volo, eum qui habet possessionem rei alienae venditae preferendum esse non habenti, etiam si soluerit pretium, & possessor non soluerit (subaudi) modo praestiterit fidem de soluendo. Quando quidem sine pretio soluto, aut fide praestita de soluendo, nulla est venditio. Et videtur apta haec nostra legis intelligentia, quia lex non loquitur de fide praestita soluendi pretij, sed solum de non soluto pretio actu. Ait enim. *Aun que no aya pagado el precio.*

Casus decifio.

¶ Porro autem, aliunde petendam esse casum propositum solutionem existimo. Dixerim enim, vel in casu proposito, is qui primo soluit pretium, & non habet possessionem fuit in mora, ne acciperet possessionem, & id temporis preferendus est posteriori, siquidem si primus emptor fuit in mora sibi imputabit quod non praefertur, hoc enim ex sua culpa sibi tribuat: verum si non fuit in mora emptor primus, sed venditor, tunc primus est preferendus, etiam si secundus sit possessor. Siquidem primus emptor, qui soluit primo pretium, si non habuit possessionem, non stetit per ipsum, sed per venditor, ideo que non est orbatus possessione, sed potius auferenda res est ab ultimo possessore, & data primo, qui primo sibi praeruerat ius de acquirenda possessione, & nihil commisit vnde illa orbaretur. Et in hoc casu videtur lex commemorata. l. 51. titul. 5. Partit. habenda. Aut in casu, quo is qui vendebat rem alienam, antequam esset dominus eius, tradidisset emptori primo rem, at non soluto pretio accepit sponsonem de soluendo pretio, secundus vero emptor, soluit pretium solum tunc is, qui iam gaudet possessione, etsi non soluit pretium, habet dignius ius, quia sit illi quod fidem praestiterit de soluendo, vt praediximus.

¶ Quod si etiam num hestitas, & quid si dicens, si est apud Petrum res aliena vel in pignus, vel in depositum, &c. & vendit eam, & postmodum dominus rei illam alteri vendit, cui venditioni harum standum est. Enimvero leges sibi videntur

aduersae, ideo videtur difficilis solutio. Namque lex. l. 1. tit. 5. Part. 5. expresse decidit casum, stabiliens preferendam esse domini proprii venditionem. At vero l. 50. Part. 5. titu. 5. stabilit diuersum, quod is, qui emit rem alienam, si habet possessionem, etiam non soluto pretio, preferendus sit ei, qui soluit pretium vt praedictum est: fac ergo, quod is qui rem vendidit quam habebat in pignus, tradiderit eam emptori, etiam non soluto pretio, ex lege habetur, quod huiusmodi venditio valet, & praefertur alijs etiam soluto pretio, ergo tunc si dominus rei vendiderit, nihil valebit venditio, id quod videtur absurdum, meliorem, scilicet, esse conditionem alieni in vendendo, quam proprii domini. ¶ Verum tamen, quia si praedifferebamus, quando venditur res aliena, semper subintelligitur conditio, si dominus rei rata eam habuerit, & manifestum est vendente domino rem propriam, aliam eiusdem rei venditionem factam a non domino, neque domini procuratore, ratam non habere, ideo in casu proposito, venditio domini praefertur alterius venditioni, vt lex praefata recte stabilit. lex vero. 50. indicata intelligenda est, quando dominus eandem rem non vendiderit post modum, nam hoc casu venditio rei alienae prior locum non habet.

l. Collisio soluitur.

Hinc solues etiam dissonantiam. l. 1. quas retuli, in exordio disputationis. Siquidem lex fori, nullam constituens esse venditionem rei alienae, intelligit, quando probabile est dominum rei non probaturum venditionem suam rei, quae erat apud alium. I. autem. Par. constituens validam eam esse, intelligenda est sui ex sensu contratio, scilicet, quando probabiliter creditur a venditore dominum rei probaturum venditionem, vt abunde nisi fallor, praefata te docebunt.

Concordantia l.

¶ Alius autem conciliat has leges aliter dicens legem fori subaudiendam respectu domini, at legem Part. respectu contrahentium: cui ego non assipulor. Si quidem si dominus probatam habet venditionem venditio est valida, ergo respectu domini, non semper venditio rei alienae est inualida. Et item si contrahentes sunt male fidei, non valet venditio, vt abunde disertum est, igitur respectu contrahentium non semper est venditio valida.

Albor. l. 22 contract. ed. cul. 8.

Ex. l. 14. tit. 5. Partit. 5.

¶ Ex istis exploratum satis relinquatur, qua nam ratione valeat venditio rei alienæ. At vero venditio rei propriæ nonnunquam etiam est inualida: hoc autem per accidens contingit. Vt si venditor vendit agrum, vel hortum credendo, quod arbores eius, vel eiusdem fructu omnia, &c. stant, ut stabant, at vero non stant ita, sed collapsa sunt. Quia vel arbores sunt euulsæ, aut domus quam vendit est combusta, & ita de reliquis venditio non valet, siquidem nihil tum venditur, & tenetur precium acceptum venditor restituere emptori. Verum, si minor pars rei venditæ perijt, maxima vero pars, vel domus, vel arborum, &c. stat tunc venditio valida est, ceterum taxanda est rei aestimatio venditæ, detrahendo ex pretio dato id, quod minus valet, ex defectu partis illius minoris. ¶ At vero si venditor sciebat domum quam vendebat ex parte esse combustam, & oliueta esse euulsam aut deuulsam ex parte etiam minori, & vendidit eam integram domum, aut vt penitus sanam oliuetaum venditio ita est nulla. Et si quædam damna acciderunt emptori ex emptione venditor tenetur rescire. Nam venditor tunc scellit emptorē vendens pro integro & sano quod sciebat, esse mutilum, ideo inualida venditio modo desit maior pars, nam si minor desit, vt in proximo casu venditio valet. Nisi quod in priori casu emptorem venditor non fallebat, quippe credebatur esse integrum quod vendebat, ideo in. 1. casu venditor non peccauit, in. 2. autem peccauit fallendo emptorem quippe qui vendidit pro integro, quod defectuosum erat, & ideo et si in utroque casu venditio valet, & teneatur vendens demere de pretio, quod exigit rei defectus, ceterum quia scellit in. 2. casu venditor emptorem, ideo tenetur etiā ad rescarciendam damna, si quæ acciderint emptori, ex huiusmodi defectu in re quæ emit. Et hac ratione recte habebis. l. 14. tit. 5. Part. 5. hæc quæ diximus constituentem.

¶ Porro insultabit forsitan aliquis, qui vendit rem viciolam, tenetur prode re vicia, & si non prodiderit venditio infirmatur. Ergo hic quis sciebat defectum vel oliuetum, vel domus suæ quam vendebat, si non prodidit defectum, nulla erit venditio.

¶ Respondebis quod in foro conscientie, ita est quod si non proditur venditio est iniusta quia deceptio est in contrahendo, ut supra dicebam. Ideoque lex hæc est intelligenda, quando venditor huiusmodi credebatur probabiliter emptorem alioqui empturum etiam eum defectum. Et quando propter defectum detrahit quod oportet de pretio, vt verbi causa vendit oliuetum, tanquam centum centum oliuis, & bene scit venditor, quod non constat nisi ex. 90. oliuis, si detrahit de pretio, quod exigit defectus. 10. oliuarum in foro conscientie nihil restituere tenetur, neque peccatum tunc admittet criminale. Porro in foro exteriori, si ipse precium non dimittit ob defectum, iudicis sententia compellitur diminuere. At vero vt hæc plenius assequaris distinguas oportet, vel hic venditor sciens defectum huiusmodi, induxit emptorem, vt emerret eum decipiens verbis suis fallacibus, alias non empturum, & tunc etiam in foro exteriori non valet contractus vt supra tradebat lex. 57. Partit. 5. tit. 5. quando agebatur de viciorum rei venditæ manifestatione. Namque lex illa disponit, quod si venditor nesciebat quod vendebat & emptor fallaciter eum induxit vt venderet rem dicēs esse defectuosam, vel alias, quod tunc venditio non valet. Sed æqua ratio est de venditore, atque emptore. Ergo si venditor sciens defectum rei, quam vendit quem emptor nescit, at fallaciter eum inducit vt emat, referens nihil habere defectus, vel viciam, vel quod vendit oliuetum, vel quoduis aliud: vtique venditio erit nulla in foro exteriori, nedum in foro conscientie, lex autem quam verisimilius modo non disponit quicquam in hoc casu, sed quando venditor pro integro vendit, quod aliis scit esse defectuosum emptore ignorante. Tunc que statuit, si defectus sit ex parte minori, venditio tenet, at restituendum, quod plus accepit de pretio venditor.

¶ Porro quæret aliquis, an non hic venditor fallit emptorem, cur ergo venditio valet? Namque lex prænotata, 57. ideo stabilit, nullum esse contractum, quæ prædiximus, quia scellit emptor

Legum collectio.

Resoluto casum quod rursus in venditione contingenti.

ven-

venditorem, at vero etiam nunc venditor fallit emptorē, vendēs pro integro quod non est integrum. ¶ Respondebis quod in hoc casu venditor fallacibus verbis non induxit emptorem vt emerret, alias non empturum, nam si induxisset, non esset valida venditio. At vero solum scellit dicens se vendere pro integro, quod alioqui non erat. Quare lex constituit vt rem faciat integram, quam vendebat pro integra aut dimidiua pretiū. ¶ Accedit eodem, quia si scellit, fuit in minori parte, quasi esset in maxima parte, contractus esset nullus. Et præterea quia si scellit etiā in modica parte fundi, vel domus, &c. tenetur rescire damna ex illius modici defectu prouenientia emptori: & detrahere pretio, quod res vendita minus habet. ¶ Adhuc hæsitabis fortassis, ius commune, & illi cuius, non dāt actionem, nisi contra dolum ultra dimidiū iusti pretij, id quod vendidit quomodo igitur præstat ex hac. l. actio emptori? Vtique præstat actio, non propter dolum ex pretio, sed propter dolum de vendendo pro integro, quod aliis erat defectuosum.

¶ Sed quid si emptor sciens oliuetum verbi causa habere mille oliuas, & hoc venditorē latebat, quia nesciebat, & nihilominus emptor emit pro iusto pretio, num valet venditio hæc? Respon. si emptor fallaci sermone induxit ad vendendum, id quod venditor volebat vendere, tunc sanè etiam si non sit dolus in pretio, at vero quia dolus præstitit causam contractui, ideo contractus hic nullus est. Porro si dolus non præstitit causam contractui, & venditor alioqui vendere volebat, si emptor iustum pretium exhibuit ad nihil tenebitur. Si vero non soluit pretium pro mille oliuis sed, pro 900. centum residuas soluere tenebitur. Et si soluens pro toto oliueto non substitit infra dimidiū iusti pretij, venditio valet, in foro iudiciali, et si in foro conscientie iustum pretium tenetur restituere, si autem totum pretium est citra dimidiū iusti pretij, iam dolus erit in optione vendentis, vel quod sibi rescariatur, aut, quod contractus solvatur. Eadem igitur ratio est vtriusque casus,

aut si venditor suæ rei defectum non manifestat, aut quod emptor valiose maiore rei, quæ emit sileat, si sibi nota est, & venditori occulta. Restat adhuc & alia dubitatio, quid si vendere pro integro, quod lex commemorata tradit, *Vender pro integro*? Respondebis bifariam verbi causa quis potest vendere oliuetum suum: altero modo, si dixeris entibi vendo hoc oliuetum constum ex mille arboribus oliuarum, dabis mihi mille vel bis mille argenteos pro singula oliua argenteū vnu vel duos. Aut en tibi vèdo fundum hunc habentem centum iugera, pro singulo iugerum, dabis mihi quinque aureos numos. Itaque pretium determinatur, iuxta quantitatem vel oliuarum, vel iugerum. Alio modo vendo tibi oliuetum meum habens mille oliuas, dabis tantum pretium. Et quidem si venditio primo modo fiat tunc venditor pro integro, quia integritas oliueti, aut fundi explicatur & pretiū præscribitur, iuxta quantitatem, vel oliuarum, vel iugerum. Et iuxta hanc distinctionem sunt duæ propositiones iurconsultorum.

¶ Prima est si secundo modo fiat venditio, simpliciter vendo tibi oliuetum habens mille oliuas, si pauciores inuentæ fuerint oliuæ, non tenetur venditor vel conuentum detrahere pretium, vel quod minus oliuetum oliuarum habet supplere. Siquidem venditio non fuit relata ad integrum numerum oliuarum aut ad numerum iugerum, sed ad ipsam oliuetum vel ad ipsum fundum, & super corporibus istis fuit conuenta venditio, & conuentum pretium. Ideo si paucioribus constet, non spectat ad venditorem vel supplere, quod deest rei, vel minuire quod superest precij propter defectum argument. text. in. l. æde sacra. versic. 1. ff. de contrahen. emptione. Secundo, quia quamuis venditor dicat, seu demonstrat oliuetum dicens habere mille oliuas, aut fundum habere centum iugera, talis assertio, vel demonstratio falsa, non censetur finalis inter contrahentes, vt viciet contractum. Argument. text. cum materia in. l. demonstratio falsa de conditio. & demonstratio.

Quid sit venditio pro integro.

¶ Secūda, Propositio, in primo vero casu, quādo res vēditur pro integro quāre fertur tunc venditio, ad integritatē fundi, &c. Tunc si inuentus sit fundus non tot iugeris constare, vel oliuetum non tot oliuis esse constitum, venditor teneatur vel detrāhere pretium, vel supplere defectum. Quia intentio partium est tūc se referre p̄ncipaliter, ad ipsam mensuram vel numerum, & non ad ipsum corpus vel speciem. Per spicue autem iuriscōsulti subaudiūt, quod nos ipsum suppositum, & ideo secundum numerum debet fieri solutio pretij. At assignatio rei, neque auget, neque minuit, dispositionem contractus. Argu. text. in l. quidam testam. ff. de legatis. 1. & in l. si fundum sub conditione. §. si libertus eodem. tit. & expresse propositio hæc probatur in l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contrah. emptione.

Itē autem duę propositiones procedūt, quādo vēditur ad oculū demonstrat emptori fundū quē vēdit, aut oliuetum, &c. At vero. l. 14. Par. 5. tit. 5. iā indicata, loquitur, quādo fit venditio fundi, vel domus, &c. nō demonstrando ad oculū sed quæ non videtur. Nā ait, vt Hispanē ferē ad verbum illā referamus. *La vendida de la casa que el vendedor cree que esta en pie, y ha perecido la mayor parte della, como casa si se quemio, o arbolada cuyos arboles, se han arrancado, aunque el no lo sepala vendida es ninguna. Mas si la menor parte se perdio vale la vendida, y han de tassar lo que menos vale la falta, y sacar lo del precio. Pero si vendio por entero lo que sabia estar quemado d'arrancado, si falta la mayor parte, la vendida es ninguna, y esta obligado a los daños, si falta la menor parte vale la vendida, y es obligado al comprador a los daños. Mas si el comprador lo sabia, y no el vendedor o si la vendio tal qual estuniese vale la vendida, y el comprador esta obligado a pagar la por entero.*

¶ Vbi cernis, aliter vsurpari in. l. hac vendere pro integro, quam in propositionibus prædictis siquidem in. l. hac qui vendit pro integro quod est defectuosum, si maior pars subfistit valet venditio, etiamsi non vendatur secundum numerum, aut mensuram, Et teneatur nihilominus ad venditionem pro integro, vel supplendo defectum, vel

detrāhendo pretium. Quādo quidem ius loquitur, in alio casu, videlicet quādo venditio fit fundi ad oculum, at. l. præfata, quādo venditor non videt, quod vendit, & putat esse integrum, &c. quod non est integrum.

¶ Porro quantum ad propositiones cōmemoratas dixerim, quidquid in foro iudiciali in foro tamen conscientia, si is qui ait demonstrando fundum, en tibi vendo fundum hunc habentem centum iugera vel. 10. &c. Si vendit iusto pretio, quod est vsuale pretium similis fundi ad nihil amplius teneri, sin vero, non est iustum pretium, siquidem si fundus habet tantum. 90. iugera, & ipse accipit pretium pro fundo habente centum, vtique est iniustum pretium, & restituere tenebitur quod plus accepit. Nisi venditor dixerit vendendo tibi fundum centum habentem iugera modico, plus vel modico minus, non asserendo de quantitate discreta iugerum. Neque videtur sufficere quod iuriscōsulti dicunt tunc partes contrahentes, scilicet, non se referre ad mensuram, vel numerum, sed solum ad ipsum corpus fundi, etenim et si formaliter non se referant, at virtualis est relatio si venditor ait, vendo tibi hunc fundum habentem centum iugera, & emptor talem emit, vel emere se putat. Quidquod poterit fieri, quod venditor credens fundum suum, non tot iugera habere, mentiatur dicens habere totidem & decipit emptorem an non in foro conscientia tenebitur de huiusmodi deceptione? vtique tenebitur. Dices, sibi imputet, quod postquam illi ostenditur fundus, non dat operam vt sciat si verum est, quod venditor ait. Bene, sed quid si venditor creditur fide dignus, & nihilominus decipit? Dixerim porro fundum, bifariam vendi posse, aut ad seminandum, vel ad census annuos frumentarios, aut ad ædificandum in eo ecclesiam, vel monasterium, vel ad aliud huiusmodi opus si prioribus modis, manifestum est quod emptor emit habita ratione iugerum. Et si nonnunquam exprimitur, quod Hispanē dicitur, *Vendo te cada hanegada de sembradura desta heredad por tanto.* Tunc enim relatio fit ad numc-

numerum de las hanegadas, & ad mensuram agri continentis totidem. Et tunc apertum est præcisam esse venditionem. At vero, et si non exprimitur, videtur in foro conscientia, dicere emptori, vendo tibi agrum meum habentem tot iugera, etenim emptor intendit emere agrum ad seminacionem, & ideo ratio habetur quantitatibus & mensuræ. Etiam si non dicatur, *Cada hanegada por tanto*

Annexū affixū accessoriū rei quę venditur.

Porro si non venditur ad culturam agri, sed ad alia, vt diximus tunc videtur quod nulla erat apud emptorem, & venditorem numeri vel mensuræ, sed solum terræ quæ vendebatur ad alia. Quocirca id temporis, si iugera pauciora extiterint quam dixerat venditor, videtur locum habere, quod in præfata propositione tradebatur.

Porro placet adhuc in hac materia de re propria quæ venditur figere paulisper flydum, quærendo, an qui vendit re aliquam, vendat ne etiam quidquid illi est affixum, vel annexum item num qui vendit ancillam, vendit pullum eius, num qui vendit aſinam, vendit pullum eius, num qui vendit demum qui ouē vendit, agnū filium eius, &c. in l. 28. tit. 5. Part. 5. distinguitur inter annexum rei, & illi affixum. Annexum enim vocat, quod nō potest auelli à re, sine detrimento rei, vt est puteus, domus, canales, aquæ ductus, lapides, qui fuerant domus, & ligna contiguationis, si extant ex aliqua ruina eius quæ venditur domus. Affixa vero sunt, vt sunt porta ostiorum & fenestrarum sere earandem, locus vasorum Hispanē *Vasar, o balazenas.* Accessorium vero est, quod cum sit in re quæ venditur, nō est annexum, neque illi affixum, sed ab eo separatum, vt sunt lapides & ligna, quæ in domo aliqua quę venditur sunt congeſta, quæ nunquam seruiuerunt illi domui. Sūntque domus, tapetes & vestigia alia hoc genus quæ à domo sunt distincta. ¶ At vero hydrix si quæ sunt in cella vinaria reponendo vino, vel oleo, parietibus infixæ, aut in pauimento infixæ, illæ sunt affixæ etiam domui.

¶ Primam igitur accipe conclusionem, quādo res vēditur simul, videntur vendi omnia illi annexa, & affixa. ¶ Secūda

conclusio, quādo res venditur, non cēsentur vendica quæ illi sunt accessoria. Primā probat. l. 28. supra indicata. Etenim annexa, & affixa iudicātur esse vñ cum domo seu partes integrātes domū. Vnde ob eandē rationē, qui vendit ancillā vendit, quoque infantem lactantē in vtero eius si pregnas est, & non solū latratem sed etiam lactentem, & rurſus, qui vendit aſinam vendere videtur pullum eius, vel in vtero conditum, vel lactentē itidem dices de oue, capra, agno hędo, &c. Enimvero infans dum est in vtero, est velut pars matris, & alitur ex eodē alimento, vnde mater. Item quādo lactat eum mater sua, adhuc est veluti quid connexum matri, & ab ea pēdens dum vita pueri, à matris vita pendet. Proles est tanquā pars matris dū est in vtero aut dum ab vtero pēdet.

¶ Itidem, qui vendit arborem, videtur vendere fructum quem actū habet, quia vita fructus est ab arbore, dum ab eo pēdet. At vero postquā excussus fuerit ab arbore, iā non est arbori connexus, ideo habet distinctam venditionem. Neque tunc qui vendit arborem, ideo videtur fructum separatum, qui est in pauimento sub arbore vendere. Item qui vendit vineam, vendit vites, & si habent fructum pendentem à suis palmitibus videtur simul vendere cum vitibus palmītes, & fructus. At si iam fructus & palmītes sunt abscissi à vitibus, quāuis sint in vinea, non videntur ideo cum vitibus vendi. Quia iam non sunt partes vineæ, sed sunt separata à vinea.

¶ Sed dices, sicut ligna, & lapides qui fuerunt domus quæ venditur si extant in domo, vendi videntur cum domo, quia fuerunt partes eius, ergo itidem, & fructus et si sint separati quia fuerunt partes vel arboris, vel vitium, videntur simul vendi cum illis. Respondeo tigna, & lapides sunt necessaria ad restorationem collapsi cubiculi, vel ruinæ domus, at fructus non sunt necessarij ad restaurandā arborem, vel ad restaurandā vineā palmītes, at veronō est sic infans, pars matris, vt partes dom? nō enim infans exigit ad matris subsistētiā, ideo, et si dū erat in vtero aut lactabat cēsebat pars nō tamen vere est pars matris eo modo, quo ligna vel lapides domus, Item septa, torcular vineæ, sunt connexa vineæ, itemque fons si quæ habet vinea, torcular

autem est connexum vineæ, si tamen in eo conduntur vineæ fructus, aut vineæ seruit. ¶ At quæret aliquis, quid si ancilla non nutrit suum infantem. Sed dedit nutriti alendum? Et quid si habet alterum lactentem, & alterum in utero? Et quid si puer, & lactatur à matre, & item cibatur solido cibo. Respondetur, quod si à nutrice alitur iudicandum est separatus à matre, quippe qui iam ab ea non pendet: si vero habet lactentem alterum, alterum in utero, idem iudicandum est, atque si vnum siquidem omnes illi à matre sunt pendentes, & reputantur partes eius etiam si sint plures, vt cum sus est, quæ venditur à domino quæ habet plures nescendiculos, si venditur sus omnes nescendiculi videntur vendi.

¶ Quod si puer iam cibatur solido cibo etiam si lactetur interim à matre, iam iudicatur separatus, & ideo sub venditione ancillæ, huiusmodi puer non cõprehenditur. Sicut enim huiusmodi pueri, qui et si possint vti cibo solido, interim tamè lactantur à matribus. ¶ Huiusmodi autem conclusio, colligitur ex iure in l. sed ad est. §. si quis mulierem. ff. locati. Vbi dicitur textus. Quod si quis mulierem conduxit vehendam, non debet habere pretium vel pensionem, pro infante existente in utero, neque iam nato, quia vectura eius censetur modica. Item quia quouisque lactatur puer, censetur vnum corpus cum matre, & nondum exisse, de utero, cum eodem liquore alimentetur, quo inclusus viuēbat, item in. l. in rem actio. §. item quæcunque. ff. de rei vendi. Vbi traditur quod quando aliqua res alicui accedit, & coheret, iudicatur vna, & eadem res, & non debet ab ea separari in. l. Plerumque. ff. de edili. edicto. & in. l. si vt certo. §. Vsq̄ adeo. ff. commod. vbi commodata equa videtur commodatus eius pulus editus. Et qui commodato accepit tenetur in vitroque custodiam prestare. Vnde si per contractum precarij conceditur alicui ancilla, conceditur partus eius in. l. cum aurum. ff. de auro & argento lega. ¶ At vero in. l. 28. Part. 7. tit. 5. habetur, Ad rem venditam sequitur, quidquid est illi connexum, vel affixum. Quod debet intelligi, quod non potest auelli sine detrimento rei. Annexum ve-

ro est, putei, canales, aquæ ductus domus castellum, &c. & omnia materialia, quæ seruiunt illis, etiam si amota sint. Et in. l. 29. Affixum ait, domus est, vt horreum frumentarium, hydræ infixæ siue in terram, siue affixæ parietibus. Cæterum quidquid aliud quod potest auelli, sine lesione domus, est mobile, & est venditoris, & non emptoris. Vnde. l. 30. ibidem sic habetur pisces, qui extiterint in fonte, vel stagno rei quæ venditur, sunt distincti ab hereditate sicut gallinæ, & aues, quæ sunt in auario, vel in stabulo, & omnia hæc sunt venditoris, & non consequuntur rem venditam. ¶ Hæc igitur. 11. putant esse accessoria ad rem venditam, quæ non reputantur vnum cum illa: qualia sunt quæ vel sunt affixæ, vel infixæ, vel connexa cum re vendita. Namque sicut tradit Aristoteli. lib. de gene. & corr. partes non generantur, sed totum, partes vero dicuntur congenerari. Non enim nascitur caput vel manus, vel pes, sed nascitur homo, vel animal. Quibus natis, cætera conascuntur: Si quidem partes consequuntur totum ad eundem modum totum est quod venditur, siue domus, siue ager, &c. Partes vero non venduntur, sed vt ita dixerim conuenduntur. ¶ Quocirca etiam si vacca foeta pluris estimetur, quam non foeta, & ancilla prægnans, vel habens lactentem filium, pluris vendatur; cæterum, quod venditur est principale quod se habet vt totum, cætera conuenduntur et si connexa atqueant pretium principalis.

¶ Ex his habeto, quod qui vendit mulam, vel equum, aut iumentum, non ideo vendit præparamenta eorum, scilicet, vel sellam, vel frenum, vel epiphila alia. Si quidem hæc non sunt connexa vel affixæ iumentis, sed ab eis separata vt vides. Similiter qui vendit seruum, non ideo vendit vestes eius. Nisi præsentis sit venditio, tunc enim si venditur equus epiphila habens, videntur cum equo epiphila vendi, id est, equi ornamenta quæ tunc equus habet, & qui vendit seruum præsentem, vendere videtur, & vestes omnes quas tunc habet. Nam tunc contrahentes se referunt ad rem venditam cum omnibus, quæ tunc eorum habet. Habes textum in. l. ediles

Partes, id est, annexæ, & affixæ rei venditæ conuenduntur, sed conuenduntur cum eo cui necesse est aut iunguntur.

les la. 2. verfi. 1. ff. de edili. edicto, vbi habetur vtique si optimè ornata vendendi causa fuerint, ita emptoribus tradantur. Nisi fuerint aliud fuerit de consuetudine loci. Porro de accessorio ad rem venditam extat. l. 3. tit. 5. par. 5. tradens, accessorium non consequi rem venditam: nisi exprimat, in contractu venditionis. *Asi como si se vende campo, o heredada, en que aya lagar zahariz. o molino de azeyte estas cosas son distintas sino fuesse para coger, y alianar el fructo y por esto no entran en la compra general, que de la cosa se haze. Asi mismo si tiene palos para vdriganar las vides, si nunca han seruido son distintos de la heredada, &c.* Itaque, si quis vendit agrum, qui est aptus rationi frumentorum, quia huic agro est imperitens torcular, aut olei molendinum, &c. Ideo vendens agrum si ibi habet forte torcular, aut olei molendinum non ideo videtur illa vendidisse. At vero si ager non solum seruit rationi frumentorum, sed etiam in eo est vinea, aut oliuetum, id quod sepe accidit, quia vinea est connexum torcular exprimens, & condendis uuis, & oliueto, est connexum molendinum olei, si illud habet, ideo tunc qui vendit agrum, illa censetur vendidisse.

¶ Iam verò quæret aliquis postquam venditor rectè vendidit rem suam, quid futurum est in eo obligationis? Et quidem tenetur ad euictionem; id quod Hispanè dicitur. *Esta obligado al saneamiento de la cosa vendida.* Vt. l. 7. lib. 3. tit. 10. fori traditur & l. 3. 2. tit. 5. par. 5. Et non solum in contractu venditionis, sed in omnibus contractibus onerosis debetur euictio vt in. l. libera. C. de senten. & interlo. omni. iur. In contractu autem empt. & venditio. debetur euictio si res sit euicta ab emptore, est textus in. l. 1. & quasi per totum. ff. de euictio. Et in. l. emptor. fundi. C. eodem tit. & huiusmodi venditor re euicta, tenetur ad pretium, & ad interesse, & non solum quando emitur res in particulari, sed si emptio sit vniuersitatis rerum, vt si quis erit multa simul venditor tenetur ad euictionem de singulis vt. l. 3. tit. 5. par. 5. tradit dicens. *Quando se vende casa, o vna de ganados, con todo lo que a ella perteneciere, qualquier cosa que desto le saque el comprador es obligado el vendedor, a hazele la sana la tal cosa, como si le vendiesse sobredito*

Quid euictio & quâdo obliget.

do lo que se haze la vendida. Nos de hac re supra non nihil tetigimus.

Sunt autem multi casus, in quibus non habet locum euictio, è quorum numero tres referuntur ext. de emptione & vend. cap. 5. venditori, quorum primus si post motam litem contra emptorem, emptor non denuntiauerit venditori, vt venditam rem defendat. vt. C. de euicti. emptor fundi. 2. vel contumaciter abfuit tempore sententiæ promulgatæ, est autem contumax, si citatus non venit ad sententiæ, & ideo sibi imputet si lata fuerit contra ipsum. ff. de euicti. si ideo. tertius casus si per iniuriam sententiæ lata fuit. C. de euictio. emptor fundi. iniuria enim emptori facta, non contingit venditorem. Porro præter hos casus enarrantur & alij l. 3. 6. tit. 5. par. 5. videlicet si lis fuit ad arbitrium compromissa ab ipsis contrahentibus, & fuit lata sententiæ contra emptorem. Item si emptor amisit possessionem rei venditæ ex culpa sua contra ipsam. Si ipse deseruit re, & perdidit eam: Si erat ancilla vendita, & prostituit eam: Si potens se defendere propter prescriptionem non allegauit. Si non appellauit à sententiæ, sed illam reliquit tanquam desertam ex sua culpa. Si rem perdidit ex ludo aliarum vel taxillarum, vel rem vendidit in ludo. Si emptor consensit partem rei vendicari, in domum sacram, vel religiosam. Item si ex licentia regis quis vendit oppidum, & postmodum rex oppidum venditum sibi capit, vel iubet vt alteri vendatur non tenetur emptor de euictio. l. 37. ibidem. De quibus omnibus non est à me producendus sermo amplior, quia quod medicorum est promittunt medici tractent fabrilia fabri, ideo hos casus, & plures alios, quod iuriconsulti differunt, si iuuat scire, iuris consultos volue, ipsi enim assatim suppeditant, ius autem canonicum tres exprefse vt paulo ante dicebam, quia illi tres forsan sunt magis ordinarij.

Hæcitas forte equid, si quispiam ex pecunia aliena emit aliquid facit ne sibi illud quod emit proprium, an erit potius illius cuius est pecunia? De dubio hoc exigua texenda est disputatio, quoniam. l. regni sancita est eius responsio iure que communi. Namque si nomen proprio quis emit, & non alteri sed sibi, et si

Casus in quibus non obli gat euictio.

ff. de euicti. l. si vitium. §. si es promissero. l. si vitium. §. sicut potest si dictum si cum posset. ff. de euicti. c. i.

ext. de emptione & vend. cap. 5. venditori.

§. 9. §. Part.

aliena emat, pecunia facit quod emit sibi proprium. Vnde sic habet lex, qui emit proprio nomine, aliquam rem ex pecunia aliena facit illam rem suam. Exceptis casibus istis, si pecunia est equitis qui in curia regis residet, vel est pecunia pupilli, quam tutor pupilli habet in tutela, vel est ecclesie, & emit illius prelati, vel est dotalis pecunia & maritus emit assensu uxoris. Quibus casibus datur optio predictorum cui libet, vel rem emptam ab alio, sibi vendicare, vel pecuniam suam accipere. Exceptis igitur istis, quos lex recipit casibus, emptor ex pecunia aliena facit rem quam emit suam, at tenetur restituere pecuniam, ut tenebatur restituere, etsi non emisset. modo emat sibi, & non alteri ut patet. Et iure communi, idem est constitutum pro. 2. enim casu est. l. si ex ea. C. de rei vendi. Et l. 2. ff. Quoniam ex facto tutoris. Et pro. 1. casu. C. de rei vendi. l. si ut proponis. Et pro. 3. casu extra de peculio cleri. cap. in uestigandum, & in ca. Presbyter. ubi dicitur, quod si clericus emerit pradium, qui nihil alias habebat patrimonii, quod pradium est ecclesie. Et glossa exponit, quia tunc presumitur, quod emit de bonis ecclesie, at contra hanc presumptionem admittitur probatio. Idem traditur. 12. quest. 3. cap. 1. & 2. & 12. q. 5. cap. si xum. quia omnia si ad presentiam moderetur sunt intelligenda quando ex pecunia ecclesie emisset, si erat prelati ecclesie, ut lex commemorata docet. Nam si presbyter hoc tempore emisset ex pecunia ecclesie, non nomine ecclesie, sed nomine suo pradium est presbyteri, & non ecclesie. Et si aliud unquam fuit receptum ut esset tale pradium ecclesie, quod presbyter nomine vel suo ecclesie emerit, iam non est in consuetudine, quid quid fuerit olim ex iure Et capitulum in uestigandum & cap. Presbyter, & c. solum loquuntur de presbytero, non habente patrimonium quando promotus est ad ecclesiasticum ordinem, at vero etiam sunt alij non presbyteri, qui ex beneficiis ecclesie aluntur ut sunt canonici diaconi, & subdiaconi, & portionarii, & alij qui preteritia habent, qui omnes vel pradia emunt, vel faciunt ex proventibus ecclesie, & hanc non sunt ecclesie, qui administrant, quippe quae relin-

Quod emit clericus ex pecunia ecclesie at nomine suo, suum est.

quunt, suis heredibus consanguineis, aut pauperibus, aut alijs pro suo arbitrio quos sibi volunt esse heredes ex testamento.

¶ At si Sylvester verbo, emptio. §. 22. propter capitula commemorata, dixerunt asserit, quae tamen intelligenda putato, olim habuisse vigorem, aut si nunc vigent, erit quando ex pecunia ecclesie, nomine ecclesie, ab ipsis pradium emittur.

¶ Verum haec questio ut exactius loquar ex alia solutione suam petit, an videlicet clerici possint cedere testamenta, & disponere de bonis ratione ecclesie coque sitis pro sua voluntate. ¶ Et questio non est de bonis patrimonialibus, vel de illis quae non ex officio, & ministerio ecclesiastico quod gesserunt, sed aliunde sibi parauerunt. Nam de istis nulla est dubitatio, horum esse dominos clericos, ut laicos suorum, ut traditur. 12. q. 1. ca. episcopi. Et huiusmodi si male profuderint restituere non tenentur, etsi prodigalitate vitio profundendo fuerint. ¶ At vero de illis solum vertit questio bonis quae appellantur ecclesiastica bona: quae sunt ecclesiastico titulo & ministerio sibi parauerunt.

¶ Enimvero. 12. quest. 1. cap. res ecclesie, & cap. Episcopi ibidem & cap. expedit. ca. scimus, & 12. quest. 2. cap. Qui Christi, & in multis alijs capitalis traditur clericos esse usufructuarios suorum bonorum, quo ad vixerint, & procuratores bonorum ecclesiasticorum, unde sit eos non esse proprietarios, neque posse de huiusmodi bonis testamentis cedere, unde si emerunt vineas, vel domos, &c. ex huiusmodi bonis, horum non esse dominos, ut possint de huiusmodi testari, ex cap. Ad haec, & c. cum in officijs, de testament. & in c. relatum. 2. de testam. Et hoc credit Nauarrus in suo manuali esse ius commune. cap. 25. num. 129. addit. iuxta Panorm. tamen ex consuetudine posse testari clericos de bonis mobilibus modici valoris ad legata pia, & ad remunerationem seruitiorum. Caterum ait consuetudo, ex qua clerici testantur de bonis ecclesiasticis perinde atque de bonis patrimonialibus, nullum habere vigorem, & non excusat a crimine sic testantes clericos saltem in foro conscientiae. Glossa autem ad cap.

An clericus possint de bonis ecclesie testari.

Presenti

Presenti de officio ordinarij in sexto libro, distinguit clericos quosdam esse simpliciter & personaliter beneficiatos, alios vero esse habentes administrationem & hoc secundi generis, ait solum esse usufructuarios suorum bonorum quos ex ecclesie vel beneficii titulo, & ministerio conquisierunt, ideoque hos non posse testamentum condere, priores vero esse dominos & ecclesiasticorum horum bonorum testari posse. Glossa vero ad cap. 1. de praebendis in distincte credit bona habita intuitu ecclesie & non personae neque ex testamento neque ab intestato, transire posse ad consanguineos clericorum sed esse ecclesie clericis defunctis. At Sylvester verbo clericus. 4. §. 1. & 2. 3. & 4. rem hanc deserit, & indicat Innocent. in c. cum in officijs de testamentis. & in cap. Ad haec & in cap. relatum el. 2. in eandem sententiam. Et si alicubi consuetudinem esse clericos de istis bonis ecclesiasticis testari, si mobilia sunt, & consuetudinem non esse improbandam docet iuxta Panorm. limitationem, si non sit in multa quantitate. At de distributionibus quotidianis conquisita esse testabilia a clericis, fateatur, quia quo secundum haec sunt simpliciter, & personaliter beneficiati, quia datur eis in personale stipendium. Et similiter quae recipiunt clerici qui Hispanie dicuntur. Cleros de los cabildos de la villa. Testabilia sunt, quia illa sunt personalia stipendia, quae singulis eorum tribuuntur pro missis quas celebrant iuxta dotationem defunctorum, idem docet de capellanijs. At vero S. Thom. 2. 2. q. 125. art. 7. episcopi inquit si distinctam habent sibi debitam portionem, illam non possunt de bonis proprijs, quod si illam prodigerent nulli essent restitutioni obnoxij, quia bona propria reputantur portio bonorum ecclesiasticorum sibi ad suam alimoniam propter ministerium deputata, sin vero portiones alias, quae fabricae, & clericis ministrantibus, & pauperibus deputantur, aliquid usurpauerit quod esset notabilis quantitatis, esset dispensator malefidei, & restituere tenebitur, quia aliena inuadit.

¶ In gratiam cuius tu scito. 12. q. 2. cap. quatuor ex Gelasio, & ex cap. de redditibus ex Simplicio Papa, olim ex oblationibus & redditibus ecclesiarum qua-

tuor solitas fuisse diduci portiones. Erat, prima quam sibi vendicabat episcopus, altera vero clerici ministrantes, altera autem ecclesie dabatur fabrica ad ornamenta, lucernas, & edificia, alia vero pauperibus dispensabatur alendis, & hospitalibus donabatur.

¶ Iam vero, ista diductio portionum ab olita est. Et videmus episcopos sua habere mensam episcopalem distinctam, a vestigalibus fabricarum, & item clericos, siue canonicos, siue parochiales clericos habere propria vestigalia propriosque census, vnde aluntur, itemque hospitalia. Pauperibus autem alendis nihil deputatum modo videtur.

¶ Sunt qui censent, portionem pauperum confusam fuisse cum portione episcoporum. Et forte in aliquibus verum hoc est, at vero reges dotauerunt episcopos quosdam, maxime in Hispania, ut Granatensem Archiepiscopatum reges Catholici dotauerunt, & modicis, ut fertur redditibus, item & canonicos, at fabrica illius ecclesie, est dives ex redditibus qui olim dabantur Musibetae Saracenorum vocati Arabice habizes.

¶ Et quamquam modica fuerunt haec in principio, at vero paulatim temporum successu creuerunt, non ex confusione portionis deputatae pauperibus, quia nulla legitur deputata tunc illis, sed temporum lapsu, ut quaedam minuuntur, alia valde succrescunt. ¶ Vnde quod censet Caietanus, si census episcopales sint admodum pingues teneri episcopos duas quartas suorum bonorum ad alimoniam pauperum, distribuere & reparandae fabricae, quia non potest in animum sapientis cadere, quod tam pingues census instituti sunt ad alendum episcopum ego non probo. ¶ Vtique tam pingues non sunt instituti, at vero temporum, decursu vestigalia episcopalia, & fabricarum, & cathedralium, & collegatarum ecclesiarum, ut & laicorum redditus sunt aucta, ut iam exposuimus: redditus enim omnes, iam augentur, iam ex temporum lapsu minuuntur: ideo argumentum Caie. non conuincit. Archiepiscopus sane Toletanus, quondam non erat opulentus ut modo est, & item & alij pontificatus. De episcopatu Cauriensi memorie proditum est, olim non excessisse ad trigintamilia

Disiunctio portionum quadrata ab olita est.

ta millia dipondiorum, & nunc excedit 24. millia ducatorū, vnde videtur quod huiusmodi pontificatus, census quos habent esse propria portio ipsorum, & de illis Theologizandum est, vt Thomas docebat paulo ante, etenim si census quibus fruuntur sunt portio illis debita pro episcopali functione censenda est, perinde atq; si esset proprium bonum ipsorū, & peccabunt quidem male vtentes, non tenebuntur tamen ad restitutionem. Et idem videtur dicendum de ceteris clericis, etenim canonicis item signata est portio, nam quilibet eorum sua prebenda fruitur & beneficiati etiam parochiales, & alij simplices beneficiati.

¶ Quondam autem canonici ex communi viuebant, indeq; traxerunt nomē canonicorum, id est regularium, tuncq; solam habebant administrationem bonorum ecclesiasticorum, & vsu fructū quia non habebant signatas sibi portiones, quippe quo ad hoc erant vt monachi, & non erant beneficiati personaliter vt loquitur glossa. c. presenti supra commemorata, quia non erat diuisa portiones personatim vt ita dixerim ecclesiasticorum bonorum.

¶ Nam vero, ista communitas vitæ abolita est, & habent prebendarij sibi diuisas portiones, & signatas, vt & ceteri beneficiati: quo circa videtur eos esse proprietarios, & vere dominos horum bonorum, & non solum administratores bonorum ecclesiasticorum ad se pertinentium. ¶ Etsi capitula ecclesiarum Cathedralium, simul cum episcopis, solam habent administrationem bonorum ecclesiasticorum, quæ sunt signata, & decreta ecclesijs ornandis, & reparandis, & ad diuinum cultum obeundum. Quorū bonorū clerici non possunt testari, quia horum solum habent administrationē, vt prædictum est.

Clerici testari possunt de bonis ecclesiasticis.

¶ Porro de ceteris sibi pertinentibus testari possunt. Et quidem primo istud probatur, quia clerici portiones sibi decretae sunt vere domini, vt dudum colligebam ex S. Thom. at verò hæc bona, sunt eorum portio, vt ex prædictis perspicuum est, igitur, &c.

¶ Secundo, quia non posse testari, est cōditio feruilis, at vero clericos non decet hæc feruilis conditio. Enimvero, si mona-

chi hac conditione sunt affecti sane non est indecorum eis, sed valde honorificū, quia sponte se subdiderunt huic seruituti vouēdo paupertatem ob Christi amorem, & seruire Deo regnare est, at clericis non nuncupauerunt Deo votum paupertatis, igitur hac seruitute non sunt premendi.

¶ Tertio, ex concilio Trident. sessio. 21. tertia pars fructuum & prouētuum, est distribuenda in quotidianas distributiones, igitur iuxta Syluestrum, & alios canonistas distributionum clericis sunt veri domini, saltem igitur de istis possunt testari. Imo quia præbendæ omnes iam sunt annexæ seruitibus personaliter, & in multis ecclesijs omnes prouentus & fructus diducuntur in quotidianas distributiones igitur de huiusmodi item integrè possunt canonici, & alij prebendarij testari.

¶ Quarto, si sunt bona pauperum bona ecclesiastica, & ideo intestabilia, iniuste summi pontifices regibus Hispaniæ conserunt in subsidium quartam partem bonorum ecclesiasticorū, vel alias: etenim si sunt bona pauperum, sunt aliena bona, & ideo qui ea donat alijs male facit, & item qui ea sibi petit male sibi petit. At verò quis audebit dicere, vel quod summi pontifices male illa concedunt regibus Hispaniæ, aut quod reges Hispaniæ male & iniuste petunt bona pauperum, quia si sunt pauperum, vsurpantur bona ipsorum.

¶ Imo vt dicit glossa, ad cap. expedit. 12. q. 1. bona clericorum eatenus dicuntur bona pauperum, quatenus ex illis aluntur pauperes. Et equidem, si rectè ratio subducitur clericis impensius prouident pauperibus, quam laici & eos magis decet elemosynarum elargitio, quam laicos, etsi omnes premat obligatio eos alendi. Non ergo sunt bona pauperum ecclesiastica bona, quia pauperes sunt horum bonorum domini, nam equa ratione dicerem esse dominos bonorum pertinentium ad fabricas ecclesiæ, quia etiā sunt bona ecclesiastica. Porro horum non sunt domini, quia sunt debita fabricis ecclesiarum pro Dei cultu, &c. ita neq; aliorum, quia debita sunt clericis pro ministerio personali. Imo magis debita sunt clericis, ministrantibus Deo, quia fabri-

Cap. 3.

Cur dicantur bona clericorū bona pauperū

canon ministrat. ¶ Quinto, si milites terreni stipendia suæ militiæ faciunt sua, & sunt suorum stipendiorum veri domini, cur milites caelestes, qui à iure nuncupantur clerici, (quippe qui sunt de sorte domini) stipendia sui ministerij, non faciēt sua & erunt proprietarij horum? Præbendæ autem fructus omnes, & prouentus sunt stipendia sui ministerij?

Clerici de bonis aequi sitis ratione ecclesie testari possunt vt de patrimonialib.

¶ Sexto operarij, vt cerdones, cémentarij, calcearij & id genus mercedem sualaboris faciunt suam, & sunt domini eius, cur igitur clerici qui sunt operarij diuini, erunt prioris conditionis, cum Euangelium nos doceat dignum esse operarium mercede sua?

L. 13. tit. 8. lib. 5. reco.

¶ Septimo, quia quidquid sit de alijs nationibus Hispania, saltem hæc est antiquissima, & probatissima consuetudo, quod clerici de bonis ecclesie ratione habitit testantur perinde atq; de patrimonialibus, & ipsis intestatis succedunt consanguinei, & hanc consuetudinem Carol. V. Imperator, & filius eius rex Philippus, pro sua regia magnificentia probauerunt lege sanata, vt illa seruetur vt est videre in lib. reco. pila.

¶ Quid quod si habent spurios filios ex lege regni Castellæ, quinta pars bonorū parentis illis tribuitur, si aliunde non habent vnde alantur, quæ quinta pars item in fauorem animarum distribui potest.

L. 15. tit. 8. lib. reco. 5. & l. 7. tit. 8. lib. 5. recop. & l. 8. ibi.

¶ Quamobrem, ego non video, cur Doctor Nauarro, sequens alios, dixerit in cōscientiæ foro peccare testantes clericos, si quidem ipse nouit consuetudinem in iure humano summum habere momentum, ideo iura si quæ sunt, illa abolita sunt ex antiquissima Hispaniæ consuetudine, quam Carolus V. Imperator & rex Philippus probandā duxerunt. Et quod ipse ait esse ex iure diuino, nunquam probauit, neq; probabit, ecquid si de iure diuino est, igitur lex regni, contra ius diuinum est: quod ipse inficiabitur. Quid quod, iura ista & sancti loquentes de re hac referendi sunt ad tempora prima, quando clerici ex communi viuebant, vt prædictum est. Non me latet quosdā etiā canonistas, idem sapere, quod ego quorum codices ego hæcenus non vidi, sed mihi relatum est ab oculatis testibus, verum de istis hæcenus, sat sit dixisse ex iure naturæ, atq; diuino quemlibet

esse dominum suæ iustæ mercedis, nam si est dominus donati sibi, cur non erit dominus sibi ob laborem soluti? Iam vero de ministris venditionis operæ pretij est non nihil disserere: vocantur autem ministri isti præcones, aut proxenetæ quos Hispana lingua corredores vernaculo sermone nuncupat. Præcones porro vociferando pro foro res venales exponunt venundationi, vt quotidie fieri videmus in auctionibus forensibus. Proxenetæ autem, etiam citra clamores procedentes per publicos calles priuatasq; domos, vendunt sibi commissa venalia.

De ministris contractus emptionis & venditionis.

¶ Quidam autem horum vernaculus noster sermo appellat, corredores de cambios. De quibus in præsentia nihil agemus, quousq; opitulante Christo, de contractu mutui opportuna sese ingerat disputatio. ¶ Iam igitur se pandit dubitatio, num si proxenetæ isti vendunt res sibi ad vendendum concreditas, plusquā eisdem vendendas iniungitur à domino talium rerum, an quod amplius venundat, sibi referuare sine lesione conscientiæ poterit? Verbi causa si dominus res, ait proxenetæ, vendes hanc vestem pro decem regalibus, at vero proxenetæ, pro sua industria vendit pro. 12. an hic excessus sit proxenetæ, aut præconis, an potius domino sit exhibendus?

¶ Et quidem etsi dere hac varia sint quæ referre piget placita dixerim sub breuiloquio, aut hic proxenetæ, seu præcones excedit ex sua industria in vendendo latitudinem iusti pretij, & tunc ex mala industria mercedem non potest referre bonæ: peccat etenim iniuste vendendo: & tenebitur, quod male retulit, bene refundere restituendo, non domino, sed emptori quod iniuste ab illo abstulit. Aut non est supergressus latitudinem iusti pretij sed intra illam se se cohibuit vendendo. Verbi causa, vendens pro maximo pretio cui alioqui iniunctum fuerat vt venderet pro mediocri. Pata si vestis valebat ad maximum. 12. at dominus vestis proxenetæ aut præconi dicit vendes pro decem: at proxenetæ ex sua industria, parauit amplius, videlicet duos, promittit se iam dubium, num hæc duo poterit proxenetæ sibi referuare: & arrisit quibusdā affirmatiua pars, etenim istud est præmium suæ industriae. ¶ Iam

¶ Jam verò de ministris venditionis, nō nihil differamus, vocatur autem ministrus istiusmodi p̄conet, aut proxenetus, quos Hispanè corredores appellamus. P̄cones autem vociferando publicè res venales exponunt venundationi, vt quotidie fit in auctionibus publicis. Proxenetæ verò, etiam sine clamoribus discurrunt per publicas calles priuatasq; domos, vendunt venalia sibi commissa vt veniant. Quidam porrò horum dicuntur corredores de cambios, de quibus in p̄sencia nihil agemus, quousq; opitulante Christo, de contractu mutui, opportuna sese ingerat disputatio.

¶ Jam igitur vertitur in dubium, num si isti proxenetæ, vendunt res sibi ad vendendum concreditas, plusquam illis iungitur vendendas, verbi gratia si dominus rei, inquit vendes hanc vestem, pro decem regalibus, at verò proxenetæ ex sua industria vendidit pro. 12. an hic excessus sit vel p̄conis, vel proxenetæ, an potius domini. Et quidem, & si varia sint placita, quæ referre piget, dixerim sub breuiloquio, aut hic proxenetæ excedit pro sua industria vendendo latitudinem iusti pretij, & tunc ex mala industria, mercedem bonam non potest referre, quia peccat iniuste vendendo, & tenetur quod malè reportauit, bene refundere restituendo emptori quod amplius retulit. Aut non excessit latitudinem iusti pretij, sed intra illam se cohibuit. Putauit dens pro maximo, cui tamen commissum est vt venderet pro mediocri, vt si valebat vestis. 12. ad maximum, & dominus dixit vendes pro. 10. & ipse proxenetæ ex sua industria parauit duo, amplius num hæc duo poterit proxenetæ sibi referuare? Et placuit quibusdam pars affirmatiua, si quidem hoc est p̄mium suæ industriae. Et supponitur in quaestione hac quod dominus rei non est deceptus in pretio rei, quia bene scit duodecim esse maximum pretium, etiam si esset decem credens esse maximum nihil dubij, duo ei esse restituenda.

¶ At reuera, qui habet laboris sui condignam, non est cur noua exoptet mercedem, vtq; si proxenetæ non haberet conuentam mercedem, quod illam ex pretio detraheret rei venditæ per ipsum, si aliàs illam sibi parare non posset, iniustum nō

esset, at verò, si constitutam mercedem reportat, aliam si pareat ex industria iniustum esse puto. Nam que tibi dominus reidicat vende pro. 10. intelligit, si plurius non poteris. Nam nullus est, qui non cupit ex re qua venum exponit, reportare maximum quo res digna est pretium. At verò, quia cum vltro merces offeruntur deprimuntur earum valor atque pretium, id quod fit quando per hos proxenetæ traditur vendenda, ideo dominus rei mediocri, vel minimo pretio contentus est, quando aliud non datur.

¶ Porrò si proxenetæ maximam adhibuit diligentiam, vt pro maximo venderetur, vtique habenda est ei gratia à venditore, verum totum pretium non est alterius quam domini.

¶ Dices fortassis proxenetæ non tenebatur maximam adhibere diligentiam, igitur p̄mium sibi potest reportare ex illa. Respondebis verum esse non teneri nisi ad sufficientem, quam alij proxenetæ præstant, cæterum si ipse voluit illam exhibere, quod ex illa amplius retulit domini est, non suum. Si quidem ex valore rei illud accepit, quæ domini est. Vt si ego conduco fossorem ad defendendam vineam meam, ad certam quantitatem, at fossor vltra illam exhibuit vltro, verbi causa decem pedes, ego non teneor illi ob hanc superabundantiam, quicquam ex iustitia exhibere, nisi velim donationem aliquam remuneratoriæ illi præstare, verum est tamen quod si proxenetæ ex sua industria rem meliorem fecit, ob hanc meliorationem, poterit non nihil, quod melioratio exigebat sibi accipere. Apud Deum sane quid quid supererogatur, habet condignam retributionem Luca. 10. Quodcunq; supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi, apud homines non item: quia ex supererogatione non exoritur ciuilibis obligatio, si ergo dominus rei, ob maiorem industriam proxenetæ, ad nihil tenetur, qua ratione proxenetæ propter illam poterit quicquam referre?

CAP.

CAP. SEXTVM.

Prosequitur idè quod. s. de his quæ vendi non possunt.



Ap. 5. multa denarrauimus quæ venalia non sunt videlicet publica, sacra, spiritalia, & quæcunq; alia ex lege prohibita habent venditionem, sub publicis autem intelliguntur bona reipublicæ, siue ædes publicæ vt prætorij, siue plateæ & calles, siue macellum, siue fontes & aqueductus seruientes reipublicæ, & hoc genus alia, quæ quia seruunt reipublicæ, non possunt alienari, quia esset magna lesio reipublicæ, si alienarentur: publica autem bona, quia huiusmodi bona, sunt præferenda omnibus priuatis bonis, vnde in. l. 1. §. ti. 5. par. 5. habetur. *Cosa sagrada, publica ni religiosa no se pue da vender, vt supra indicabam.* At verò dicet aliquis, cur ergo officia publica, quod tidie à rege venduntur? vt sunt officia regiminis, quæ Hispanè dicuntur, *regimienros, o veyniquarros.* Item & officia tabellionum Hispanè scriuanias, quotidie itidè à rege venduntur, & officia procuratorum & c. si enim publicæ domus, aut fontes, aut loca queuis alia publica non sunt venalia, quia venalitas horum esset læsua reipublicæ, similiter est admodum læsua reipublicæ venditio horum publicorum officiorum.

An licent vendere officia publica distantur.

¶ Enimvero pro officio vno regiminis, quod habet exiguos proventus, datur magna pecunia in precium, vnde emptor vt pecuniam suam redimat, bona publica vsurpat, quantum ex sua fraude potest, & putat se iustum exhibere opus, vt pecuniam datam paulatim ex bonis publicis corradat: & si quidem proventus regiminis sunt exigui repetendam putat suam pecuniam, ex publicis bonis, quæ sunt amplissima. Idem operatur scriba fraudibus extorquere & violentijs, à pauperibus, pecuniam quam ipse regi pro officio obtulit: & ita de alijs.

¶ Et quantum illis sunt prescripti proventus, Hispanè, *Sus derechos estan tassados.* Verum quid illis cum hac taxatione, si semel eam seruant, & publicè illam profitentur, et ancilum, quado sine arbitris id

ferri conceditur, centies illam violant. Neq; fat est, quod censor à rege destinetur, vt has exorbitantias puniat, siquidè si punit decem, decem millia superant impunitæ, vel quia testes desiderantur, vel quia iudex subornatur, Hispanè, *El psequidor.* ¶ Rursus hæc officia regiminis sunt officia multi honoris, & honores publici, non pro pecunijs sunt distribuendi sed pro meritis. Nā non nummati sunt eligendi, sed virtutis studiosiores. Est enim istud iustitiæ distributiue opus. §. Ethic. officia publica secundum proportionem meritorum distribuere, seruata proportionem geometrica, at verò si pro numis venduntur, vbi est iustitia hæc distributiua vtique, nulla, sed versa est in commutauam. Siquidem officia publica redacta sunt in commercia, & mercationes. Et quod debuisset esse p̄mium virtutis factum est p̄mium numerorum. Hæc & alia sunt argumenta, si nihil aliud obstarret, vtique egregia erant, quæ regibus persuaderent, ne functiones publicas, verteret in mercimonia. At verò vetus est hæc querela. Reges autem excusant suas grauissimas indigentias, ideo dicunt se coactos vendere publica regiminis officia, vt muneri regio, cui incumbit moderata sufficiant. Neq; solum instituta vendere, in prædictæ necessitates præfidiū, sed cogi noua etiam creare.

¶ Hanc autem excusationem, si eam nō fingit auri execrata fames, sed sola regia indigentia, eam inducit, ego facile probauerim, si verò, ex sola auaritia procedit, ipsi viderint, qui suprema moderamina regnorum tenent: nam reddidit sunt regum regi, & domino dominorum, rationem strictissimam de malo regimine, regni. ¶ Et quidem, vt bonum publicum sancte, & sine auaritia administrare, est optimi meriti coram Deo, quippe bonum publicum est diuinum bonum, vnde, qui bonum publicum iuste administrat in fauorem eiusdem, & non in proprium bonum, diuinum bonum, vt par est, administrat, diuinis, ideoq; vt ita dixerim fulget meritis, ita quoq; contra, qui hoc bonum pessumdat tyrannicè illud administrans, pessimè meretur, & summum admittit peccatum, quia bonum diuinum lædit. ¶ Ferunt historiographi, Romanorum Imperatorum, primum Helio gabalum,

Regia indigentia causa potest esse vendendi publica officia

lum, hanc induxisse officiorum publicorum venalitate. Ante quæ probro dabantur, non leui, vel illa emere, vel vendere. Sed qui illa appetebant, candidis vestibus, obiectis capitibus, prætendebant, pfitentes ex facto huiusmodi functiones publicas, non numis esse de optimis meritis debitas. ¶ Porro autē, istud esse sanctissimum, solidus est, qui insciatur. Nā que si ita res modo ageretur, officialium horum, auaritia, non in tantam, se auget et si amam, vt videmus augeri.

Mos antiquus cæditarum, qui publica appetebat minima.

¶ Enimvero, si quidem emunt officia, iustum sibi ducunt esse, precia ex officijs, per fas, vel nefas extorquere. Et hæc extorsio pecuniarum ex officio, non habet occasionem, si gratis officia publica, benè meritis, concederentur. ¶ Nunc autem, soluentibus precium dantur, & ex qua habetur ratio, qualis sit persona promouenda, vnde iuuenibus cōceduntur, qui nihil nouerunt regiminis: qui se ipsos regere cum nesciant, alios quomodo regent? Quanto sanctius fuisset senes, timoratos, & prudentes gratis promouere, qui non studerent quomodo redimerent suas pecunias, quas pro administratione dederunt, sed solum in cumberent in bonum publicum seruandum, & promouendum. ¶ At ementes sanctum esse putant, sibi potius consulere, & suas vnde emerunt redimere pecunias. Et datur occasio violatæ iuramenti, ex quo se astrinxerunt, sanctè se rekturos rempublicam.

2. Mach. 1.

¶ Porro da deo sanxit, auri cupiditas, vt etiā ante Heliogabalū. 2. Mach. 4. legamus Iasonē Iudæū emisse sacerdotium ab Antiocho rege. Et aduertit Augusti. ignem qui diu perseuerauerat ardens sub captiuitate Babylonica, id tēporis fuisse extinctū, propter simoniā. Et redacta republica Iudæorū in Romanā potestatem, hoc idem viciū irrepfit. Siquidē sub Domini aduentu, pōtificatus Iudæorū, itemq; seculares principatus venales erant, Romanis principibus eos vendentibus. ¶ Porro si regū ea est indigentia, quæ hoc faciendū admoeat, curandum esset probatorū hominū, & qui apti essent regimini obēdo, rationē habere, & istis officia vèdere, & nō adolecētulis, aut vanis hominibus, quod si secus factū fuerit, male agetur cū republica, seuisimè quoq; si animaduertendū foret, in male admini-

strātes officia sibi cōcedita, antidotū esse, vt cūq; venalitate, idē sapit. S. Tho. in opusculo ad Ducissam Brauatiā, & Palud. in. 4. d. 2. q. 4. Quod si Ducissa Brauantiæ secundu Thoma poterat vèdere officia sui Ducatus, quid quod rex poterit. Et qui hanc Ducissā, diceret vices habuisse regis, non temere diceret siquidē soli regi, hoc est permissū vèdere officia publica, cui inclinatur totum regnū regendū & administrandū: nō tamen Ducibus, aut Marchionibus, aut Comitibus, nisi ex regio obtineant priuilegio.

¶ Est quidā iuriscōsultus, qui in consulto iure, xē hanc tractans, dixit B. Petri potuisse eligere Mathiā, vel aliū Apostolū, sed noluisse, sed nominandū reliquit suis co apostolis, & eligendū ab Spiritu sancto, vt planè insinuaret quāti referat, populorū rectores, officialesq; creare publicos. Et addit idē, qd si episcopi vendat tabellionatus officiu vt sic dixerim, esse simoniacos. Quia etsi officiu sit seculare, at ius eligendi tabellionē est spirituale in episcopo: quippe est ius episcopale.

¶ At verò in vtroq; hic autor valde hallucinatur. In primo sanè, quia Petrus, neq; vsus est, neq; habuit potestatem creandi apostolum aliqū, sed solū Christus hoc potuit vnde ait, nōne duodecim vos ego elegi? Apostoli enim omnes erant pares Petro, in officio Apostolat? siquidē omnibus ait, eūtes in vniuersum mundū p̄dicare euangelii, &c. Erat autē discrimin, quia Petri potestas, nō fuit extincta cū Petro, quia data est sibi, & successoribus suis, ideo illi singulariter dicitur pascite oues meas, &c. at verò aliorum Apostolorum apostolica potestas, nō erat ordinaria vt Petri, sed veluti delegata, ideoq; extincto Ioāne Ephesino episcopo, successor, nō erat apostolus vel apostolicū functionē habens in toto orbe sed solū Ephesus erat episcopus. Poterat sanè Petrus creare episcopos, vt Paulus creauit, & ceteri apostoli, at nō apostolum alium, etsi successorē in sede nominauerit, sed hoc nō est creare apostolū. ¶ Secūdū quoq; falsum est, simoniacos esse episcopos vèdentes scribarū suorū officiu, vetusenina fuit consuetudo vendēdi hæc officia. At in synodo Cōpostellana, cui ego interfui decretum est ne deinceps venderentur. Nō propter simoniā, sed ne scribepiscoporum,

porū, exactioibus incūberēt, vt suas redimerent pecunias. Et quidē ius creandi hos scribas, nō vèditur, vt iste putat, sed officiu vt quādo locat fructus sui episcopus patet ex iure percipiendi locat, nō ideo ius locat. Et alia ratio est de iure patronatus, quod est ius præsentandi ad beneficia. Hæc autē præsentatio est spiritualis, ideo vèdi nequit sine simonia. Quid qd ius patronatus cū alijs vèdi potest, ideo friuolū est argumētū, ex iure patronatus, quod ex iure habetur, quod non potest vendi extra de iure patronatus cap. Quia clerici, nisi cū vniuersitate aliarū rerū, quia tunc vendi potestati. eodē cap. ex litteris, ad officiu tabellionum episcopi.

Vendibile per se & nō vendibile per accidēs.

¶ Deniq; vt semel dicamus, huiusmodi officia quæ diximus, quia profana sunt vendibilia per se sunt, id est, ex sua natura venalitate admittunt, ceterū per accidens, non debent vendi, propter incommoda, quæ ex venalitate eorū accidunt reipublicæ. Vnde dixit apostolus multa scribicare, quæ aliā facere nō expediebat. 1. Cor. 6. verum quæ varia est rerum humanarum conditio, casus accidere potest, vel quod expediat vèdere publica, siue officia, siue alia quæuis prædia publica. ¶ Autor vero supra indicatus etiā opinatur regē non posse facultatem cōcedere dominis particularibus, quos Hispana vox appellat, señores de salua, vt in suis oppidis vèdant officia regiminis. Et quidem siculneo ductus argumēto, quia scilicet, si illud faceret, esset illis concedere potestatem regiā. Ego tamen scio quod cū illis concessit dominationem, nō nihil regiē dignitatis etiā concessit, videlicet, quod scilicet, sint iudices suorū inferiorū & eos exceperit a sua regia iustitia; nisi per prouocationē, quia hoc nullis potest concedere, quod si grauentur vassalli, si dominis suis, non liceat eis, prouocare ad regē, similiter igitur ex potestate præbere facultatē, vt ipsi vendere possint huiusmodi regimina, & facere eos participetia in hoc non nihil regiē dignitatis, neq; tamē ideo facit eos esse reges, aliud enim est participare aliqua ratione regiā dignitatē, aliud esse simpliciter regē, vtrū est tamē, regem non debere huiusmodi priuilegia cōcedere, istis dominis temporaliibus. Est enim pessundare regimē dominationū, & iusticiā peruertere

& auaritiā dominorum augere, illiq; subministrare fomenta vnde admodum cresceret, sed de istis hætenus.

C A P. S E P T I M V M,

De eodem, de his quæ vendi non possunt.



Proximo cap. de publicis bonis (quæ Hispanè vocantur, Los propios de la ciudad, o bienes cōcogiles) Egimus, nunc verò de reliquis quæ vendi nequeunt, vt sunt sacra, & spiritualia prosequamur.

¶ Sunt autem spiritualia, multiformia, quæ dā intrinsece spiritualia, alia vero extrinsece. Et adhuc primo modo bifariam, spiritualia sunt enim quædam substantiæ, vt Deus, angeli, anima rationalis, hæc enim ab intrinseco sunt spiritualia, quippe quæ sunt substantiæ incorporeæ, alia verò sunt accidentia spiritualia, & hæc dupliciter considerantur. Aut enim sunt accidentia spiritualia naturaliter, vt sunt virtutes intellectuales, & morales, quas quilibet proprio sibi parare potest mente. Aut sunt supernaturalia, vt fides infusa, charitas, spes, & donā alia supernaturalia, virtutes autem morales infusæ, etiam si ex modo sint supernaturales, quia cœlitus comparantur, at vero specie non differunt ab alijs moralibus. Nam iustitia infusa specie non differt, à iustitia non infusa, sed humanis viribus conquisita, & ita de reliquis. Extrinsece autem spiritualia, sunt multifariam, aut quia sunt causa spiritualium, vt septem sacramenta, quia omnia septem sacramenta, sunt efficacia gratiæ, nisi obex obliterit, aut quia sunt effecta gratiæ, vt merita omnia sunt hæc ratione spiritualia, quia à Dei charitate procedunt. Aut demum ratione finis, quia ordinantur ad Dei verum cultum, quia cum Deus sit, supremus spiritus, Ioann. 4. quæ ad verum cultum eius ordinantur, hæc ratione sunt spiritualia, vt templum Dei, quod est domus orationis, & altare Dei, vbi sacrosanctum offertur Deo sacrificium, & orna-

Spiritualia sunt multifariam.

Extrinsece spiritualia sunt multifariam.

ornamenta, quibus hæc celebratur hac ratione sunt spiritalia. Itemque beneficia siue simplicia, siue curata, hæc namque ordinantur ad partum animarum, ad celebrandum pro viuis, & defunctis, ad orandum pro eisdem, & ad hæc vltima beneficia ordinantur simplicia, quippe quibus non incubitur partum animarum, quia horum non est vel administrare sacramenta, vel pascere verbo fideles. Itæ præsimonia, sunt spiritalia si non ob eandem rationem certè, quia ordinantur ad pios vsus. Itæ quia præsimonia decreta sunt à beneficijs curatis & quædam eorundem, annexa sunt beneficijs, simplicibus, vt canonicatibus, alia verò annexa non sunt ad pios tamè vsus exercendos donant præsimoniarijs. Quos quidam ob hanc causam obligat ad preces canonicas, Deo fundèdas de qua re nos in. 4. Sen. ab eodè differuimus. Sicut etiã & pèssiones beneficiorundem ab ipsis beneficijs extrahunt, istæ autè sunt redimibiles. Si quidè pèssio est obligatio quædam à papa imposita pèssionario, ad soluendã certam partè fructuù beneficij quo frui vnde nihil habet spiritualitatis, ideoque redimi potest, est naq; obligatio pure ciuilibus vt liquet.

1. Concluf. Primã igitur accipe cõclusionè, vende re spiritalia, naturalia si vendi possent nõ esset simoniacũ, vt vedere sciẽtiã, aut arte, si essent vendibilia, nõ esset simoniacũ.

2. Concluf. Secũda cõclusio vèdere spiritalia, quæ sunt ab extrinseco spiritalia, & per accidẽs solũ, qualia sunt tẽpla, arq; vasa sacra, vestes sacræ, & id genus alia, quæ solum sunt spiritalia, quia ab ecclesia dedican tur sacris vsibus, & abstrahuntur à profanis vsibus vedere huiusmodi pluris, propter benedictionè, aut cõsecrationè, est simoniacũ. Probatur, quia vedit spiritalia, quod alioqui est inuendibile. Oportet aut priuquam progrediamur vltèri⁹ exponere, quid sit simonia. Et est vulgata finitio, est studiosa voluntas, emendi, aut vendendi spiritalia, vel istis annexum temporale. Maior verò in. 4. d. 15. q. 1. aliter finit, dicens, est volitio vel formaliter, vel virtualiter vendendi vel emendi spiritalia, vel spiritalia annexum, vocat volitionem virtualem, vt si dixerò nolo dare spiritalia, nisi pro pretio, si quidem istud nolle, est vel virtualiter. Neutra autem finitio probata videtur, etsi prima à

Finitur si-
monia.

canonistis commendetur. Ratio autem cur prior nõ probetur est, quia simonia, non est ipsa voluntas, quæ est potentia animæ, hæc enim non est vicium, & illa est vicium. Præterea ipsa venditio spiritalis, non est actus voluntatis villo modo quia actus voluntatis est animæ intima operatio, venditio vero est operatio exterior.

Præter hæc simonia est contractus vendendi vel emendi spiritalia, at voluntas aut actus voluntatis, non est contractus.

Accedit eodem, quia simonia, non solum admittitur in venditione, sed etiã in permutatione spiritalis, pro temporali, vt si quis permutaret beneficiũ, pro domo, vel fundo, etiã nulla interueniente pecunia, esset simonia, at verò id temporis non esset venditio, aut emptio, quandoquidem hæc sine pecunia, non fiunt, nisi dixeris, permutationem esse re ducibilem ad venditionè. At planius finit es si dixeris simoniam esse commutationem spiritalis, pro temporali: cõmutatio enim est gen⁹ ad venditionè, & permutationè & fit sine pecunia, & ex pecunia. Voluntas igitur vendendi spiritalia pro temporalibus, aut commutandi, non est simonia, sed est voluntas simoniaca. Naq; solum contractus vendendi, aut cõmutandi spiritalia, pro temporali, est simonia, vt contractus venditionis, non est voluntas vendendi, vt supra diximus. Ceterũ vt voluntas fornicandi, non est fornicatio, sed est voluntas fornicaria, ita in proposito, voluntas commutandi spiritalia, pro aliquo temporali, nõ est simonia, sed solum ex suo obiecto, appellatur: voluntas simoniaca, vnde voluntas si sola sit, commutandi spiritalia pro temporali, non subditur censuris ecclesiæ. Non enim episcopus qui in votis haberet, vendere ordines, tamen actu nõ exequetur, excommunicationis subijctur censuram, vt colligitur extra de simonia: cap. vltimo. & est textus Grego. Non enim voluntas cũ sit occulta & Deo soli patens, iudicio ecclesiæ quod est humanum subditur et si culpata sit sicut neq; hæresis mentalis. Vnde non omnino exacte traditur, quod voluntas huiusmodi sit simonia mentalis, cum vt diximus voluntatis actus non est simonia, sed est simoniacus actus, si exactè

Non diffinitio simoniae exponitur.

Voluntas sola simoniaca censuris non est subiecta.

si exacte, & ad perpendiculari, sit exigendus sermo, vt philosophos decet. Neque adieci spiritalia annexũ, siquidè in spiritalia, subaudiuntur sibi annexa. Na quãuis tẽpla Deo, & diuis dicata, & vasa sacra, & ornamenta, non sunt spiritalia in trinsece, at extrinsece, ex sua declinatione, vel cõseruatione hauriunt spiritualitatem. Ideoque cũ spiritalia in diffinitione præhabita cõprehendat spiritalia, siue extrinsece, siue intrinsece, ideo quid oportet addere vel spiritalia annexũ. Cũ oportet diffinitiones magistrales esse quo ad licuerit, quã breuissimas. Secundo obseruandum est spiritalia omnia, quatenus talia, esse inuendibilia. Etenim venditio, & emptio, vt iustæ sunt necesse est vt sit æquale pretium valori rei, quæ vedit. Namque si valor, quam pro pretio est maior, aut pretiũ maius quã pro valore rei iniusta est venditio, idè de permutatione, si in rebus permutatis, non seruetur æqualitas. Quocirca, cum spiritalia longe lateque excedant omnia corporalia, sintque multo nobilioris generis, nihil corporale potest equari spiritalibus rebus, ideo non possunt esse venalia, vnde dixit sapiens de sapientia, omne aurum in æreparatione sapientiæ esse tanquã arenam exiguã, significare volens esse inuendibile. Quia omnia corporalia nõ possunt sapientiæ æquari, vnde pervenditionè transfertur res vendita in dominũ emptoris eademque res numero, & nõ solũ specie, vt qui vendit equum eudem numero dat quæ habet. Verũ nullus potest transferre suam scientiã, numero eadem, vel virtutem in alium, ideo vedit nequit. Nam tametsi per doctrinã, vt cõg; transferatur, non tamen eadem scientia est numero magistri, quæ discipuli. Et discipulus soluens stipendiũ magistro vt magister cõducit vt ea quæ ipse scit in stillet in mentem discipuli vocaliter, vel scriptis docendo, & si posset vendi diuites emerent scientiam, vt sine labore essent sapientes. Quod si spiritalia, quæ sunt naturalia non possunt esse venalia, imò illis repugnat venalitas, quid quod spiritalia supernaturalia? Quæ sanè, & ratione generali quæ communis est omnibus spiritalibus, vt cum illis repugnet venalitas, & item ratione particulari vè-

Sap. 7.

Spiritalia omnia à toto genere non sunt venalia.

di nequeunt. Enimverò cum sint super naturalia, & istis omnia naturalia aqua bilia non possunt esse, ideo neutiquam vendi possunt. Vnde dixit Petrus Simonio Mago, qui huic vicio simonij nomen dedit, vt vicio sodomia, Sodomia, Pecunia tua tecũ sit in perditione, quia existimasti, donũ Dei pecunia possidere Act. 8. Quasi dixisset grãde scelus admisisti, dona Dei supernaturalia, rebus naturalibus, quæ sunt valde vilia eorum collatione, cor quans. Nam qui dona Dei pretijs æquat mundanis vilia ea esse facit, id quod est immane scelus pretiosa Dei celestia dona, quæ superant omnem naturæ facultatem, vilia esse ducere, & deducibilia in cõmercia, vt mundana sunt merces. Ex istis liquet. 1. conclusio, itemque secunda. Nam tẽpla, sacra vasa, ornamenta sacra & hoc genus alia Deo dicata iuxta suam naturam per se vendibilia sunt, quia corporalia sunt. Quare sacra vasa vendi possunt alijs ecclesijs, si necessitas exegerit, & item laicis vendi possunt sed contracta sunt vendenda. 2. q. 2. ca. apostolicos, vbi pro redemptione captiuorum ea venundare licitum esse traditur si contracta venundentur idem habetur. 1. o. q. 2. c. Hoc ius, & l. sanctimus la. 1. c. de sacrosanctis ecclesijs, & de consec. dist. 1. ligna. Et idem esset dicendum de vestibus sacris, vt de vasis sacris, quæ contracta vediti possunt laicis, ita & sacræ vestes distat vendibiles sunt laicis, inter græ verò alijs ecclesijs, vt gente necessitate. Idem patronus qui edificauit ecclesiam, & dotauit, si volet poterit vendere ecclesiam, quam ipse suis expensis fabricari iussit, & simul tunc venditur ius patronatus. Modo non referat plus propter hoc ius patronatus. Et hoc quod supra ex. ca. ex literis dicebamus, ius patronatus posse vendi, non per se, sed eũ alijs. Est enim magis spiritalia ius patronatus quam ipsum corpus ecclesiæ, siquidem est ius ad præsentandum, clericos ad beneficium illius ecclesiæ obtinenda. Itaque non omnia hæc spiritalia eundè obtinent gradũ spiritualitatis, hæc inquam quæ extrinsece sunt spiritalia, imò quæ intrinsece sunt spiritalia, non ex quo sunt spiritalia. Namque substantiæ spiritalia, maiorem gradum obtinent spiritualitatis, quam accidentia spiritalia: quia

Vasa sacra & vestes & tẽplade sunt vendibilia non tamen quatenus Deo dicata.

Non omnia spiritalia habent eundem gradũ spiritualitatis.

quia horum esse est inefficax, Ius igitur patronatus spiritualis est, quam ipsum tēplū & vasa sacra, &c. ideoq; non potest perse vendi, sed per accidens, cū alijs venditis. Neq; alia propter ipsum sunt plurs vendenda, quia est spirituale, & ideo esset eius venditio simonia. ¶ Similiter qui vendit seruum, vendit animam eius rationalem, quæ alioqui inuēdibilis est, & si seruus est artifex, aut sapiens, vendit artem, & sapientiā eius. Imō si est sacerdos seruus qui venditur, vt infideles sepe vendunt, & emūt sacerdotēs fideles, tūc veditur sacerdotium, seu character sacer, hæc autem omnia venduntur per accidens, ad veditiōem totius, in quo sunt. Quæ alioqui per se sunt inuēdibilia, vt supra aiebā. Addeas tamen, qd etsi essent vendibilia, illa vendere non esset simonia cum, id quod vt presius intelligas, scito controuerfiam esse inter auctores, an aduocatus, pro patrocinio clientuli, & consiliarius pro consilio, & docens pro doctrina, & artifex, pro artificio docendo, possint numos accipere, & illa vendere. Etenim Altifio, 3. par. q. penul. de simonia, tradit esse simoniacum, pro doctrina, vel consilio. & c. quicquā pretij capere, bene aut pro labore docendi, vel patrocinandi in aduocatis, & ita de reliquis. ¶ Et probat profertens Exodi locum, 31. Et impleuit Beſeleel, spiritu Dei, sapientia, & sciētia in omni opere ad excoꝑitādum quid quid fabrefieri poterit. ¶ Secundo, ex. de Magistris cap. 1. & 2. vbi prohibetur, ne quis exigat pro licentia docendi pretiū, at acceptum restituat: quia gratis accepta, gratis sunt donanda. Respondebis vti que verū esse sciētiā, & artes, & hoc genus spiritualia de se esse non venalia. Et enim vt diximus pridē, quod venditur est numero vnū, & non specie vt qui vedit equum hunc equū vendit, & hunc equum tradit emptori. At verō scientia vna numero non potest transferri à vendente, in euentem, neq; ars vna numero & c. ideo hæc abhorrent ab omni contractu emptionis, & per mutationis. Cæterum si donemus scientiam vnam transferti posse numero eandem, vtiq; huiusmodi vendi possent. Namq; quamuis à toto genere spiritualibus non possunt comparari corporalia, cæterum aliquid potest esse spirituale, cui comparari po-

Venduntur
spiritualia
per accidēs

test aliquid corporale vt etsi viuētia à toto genere excedant non viuētia, cæterum fieri potest, vt aliquid non viuens excedat ipsum viuens, non simpliciter, sed secundum hominum æstimationem vt vnicui regale, pluri fit, quam vires quam musca, & quam formica. Etenim humana æstimatio pendit res, non secundum earum naturam, sed secundū, quod sibi magis, aut minus conducunt. ¶ Quo circa si esset transferibilis vel scientia, vel ars, vtiq; pauper philosophus aut Theologus, pro pecunijs transfertēt: quia pauperi melius est ditari, quam philosophari, & faber, qui iam senex esset, & laboris impatiens, item videret pro pecunia suā artem ex hypothesi iam habita, & iuuenis emeret, vt sine labore sciret fabre facere. Nunc autem quia hoc impossibile est, ideo non sunt huiusmodi vendibilia. ¶ Cæterum, quia magister conducitur ad docendum, & faber ad operandū & aduocatus adferendum patrocinium & c. in omnibus enim istis est quasi contractus locationis, vel conductionis, ideo ob hanc obligationem, quæ est in cōducto, ex conductione accipiunt pretium vnde non est ibi venditio, vel emptio vt isti male censent, sed est quasi contractus locationis. ¶ Itemq; in sacerdote, celebrante, pro stipendio, item in capellanis quibus incumbit facere sacra ex capellania item in obligatis ad annuēlaria pro defunctis quotānis faciēda. Qui omnes non vendunt sacra, neq; instituentes emunt sacra sed instituentes conducunt huiusmodi sacerdotes ad sacra pro illis absoluenda ex certa pecunia illis ob conductionem persoluenta. Et ipsi sacerdotes quia sunt conductionis, ideoq; obligati ad illa celebranda, ideo iuste sine venditione percipiunt census, aut pecunias illis decretas, vnde falsum est, quod quidā autumant sacerdotem propter laborem recipere stipendium. Quoniam si hæc esset causa præcisā, cum quidam celebrādo, alijs minus laborent vt iuuenes senibus, & sani infirmis minus esset stipendium exhibendum minus laborantibus cum tamē idem sit stipēdiū, & est sermo de labore, nō qui est extra missam, vt qui facit iter in oppidū vt ibi celebret, nā hic labor p̄tio est emibilis: sed labor ex missa est sacer labor, ideo pro hoc labore

Allquod tē
porale est
cōparabile
spirituali.

Quasi con-
tractus inter
aduocatos
artifices sa-
cerdotes &
eos cōducē-
tes.

Magister non
probat.

qui intēdit aliquid pretij reportare vtiq; pro ipsa missa reportat: id quod simonia cū est, vnde nō ab re Durād. & Palud. in ficiati sunt labore missæ esse cōmutabile. Et si Maior loco indicato diuersū astruat, cū Bonauē. indicans illud. Num. 18. filijs Leui dedi omnes decimas Israelis in possessione p̄ ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo federis: quod videt pretiū fuisse pro ministerio, quo seruiunt in tabernaculo federis. ¶ At verō illa ministeria nō habebāt aliquid spirituale, vt neq; sacrificia illa, quippe quæ erāt pure corporalia, & gratiam nō causabāt, neq; ad illa ex opere operato disponebant. ¶ At missæ sacrificiū, est itē sacramētū causans gratiā. Et ministeriū missæ, est ipsa missa, ideoq; lata inter hæc est differentia. Quid quod illas decimas Leuitæ suscipiebāt ex Dei autoritate, & legis diuine sanctione, ideo nihil poterat esse in carū receptiōne simoniæ. ¶ Indicat etiā glossam in ca. significatū, de preb. dicētē, quod licet sacerdoti lo care operas ad certum tempus & recipere mercedem pro suo labore, si aliās ratione beneficij ad hoc non teneatur. ¶ Et ego itē fateor, quod fas est sacerdotibus se obligare ad ministrandas, vel exercendas capellanas, vel ad annuēlaria celebranda, vel in quolibet die, aut quibusdam diebus statis, aut quotannis, & pro obligatione, ad hunc ferendum laborem, referre suum stipendium, vt etiā Leuitæ obligati erant ad sacrificiorum ritum absoluendum, & pro hac obligatione ad hæc ministeria absoluenda, erant quasi conductioni à populo Deo iubente pro stipendio decimarum. Porro quod nos dicimus est, quod non est causa hæc præcisā, quod sacerdos refert pecuniā, scilicet, propter laborem, quippe dicere, p̄pter laborem est dicere, propter sacrum quod celebrat vt dicebam. ¶ Sicut neq; sustentatio est causa præcisā, cur celebrans referat pecuniā ex celebratione. Enimvero, si esset hæc causa, diues clericus, qui non eget sustentari à iubente illi celebrare missam, non posset referre pecuniā ex celebratione, id quod falsū est. Siquidem pecunia illius stipēdiū est quasi conductionis, dico quasi conductionis, quia hæc cōductio nō est ad seruilia opera, si ergo diues conducitur, & obligatur ad celebrandū, illi debetur cōductionis

stipendū, id qd non est elemosyna, sed obligationis cōductiue stipēdiū, cui per accidēs est, quod sit diues qui cōducitur, aut pauper, & in cap. Apostolicā de simonia, tradit, quod laici possunt cogi ab episcopo, vt stipendia hæc soluant. Qui conducitur, in quā vel quasi cōducitur, vt dudū adnotabā. Quia vulgo solū reputat cōductio ad seruilia opera. Et si Deu. 23. etiā conducere vsurpatur ad nō seruilia opera. Cōduxerūt inquit aduersus te Balaā, vt scilicet, malediceret, quæ maledictio apud Moabitas erat propheticā. Quocirca licet pauperi sacerdoti iuxta & diuiti, pacifci de huiusmodi stipendio, siquidē, qui se obligat ad laborem, pactum inire potest de præmio sui laboris. Nam Luc. 10. dignus est operari? mercede sua & c. 1. Cor. 9. nemo militat stipendijs proprijs. Itēq; prædicator se obligat prædicare in ecclesia statis diebus, ob eādē causam referre potest stipendū sine labe simoniæ. ¶ Et quidē quādo precia, siue stipēdia harū obligationū sunt taxata, vel ab episcopo, vel ex cōsuetudine, vel à capitulis Cathedraliū ecclesiarū nulla est suspicio illa exigere & referre simoniæ. Quoniā ministri ecclesiæ referūt stipēdiū qd illis vel episcopis, vel dotator capellanis, aut annuēlarijs, vel cōsuetudo præscripsit reportādū. Quod si illis denegat possunt cōuenire iudicē ecclesiasticū, vt illis cōcedatur, vt suū est ex ca. Ad apostolicā ex. de simonia. Quoniam vt dicebā stipēdiū, hoc est obligationis, nō elemosyna miserationis. ¶ Verū si sacerdos aliquis habēs iā taxatū ab episcopo stipēdiū suæ obligationis ad celebrandū missā vnā. sargēt: cū numū vnum, ipse ultra exegisset, se simoniaca labe esse infectū demonstrabat. Excepto, si iter illi esset faciēdū, aut expectāda hora onerosavidelicet qd esset celebraturus iā ppe duodecimā, & adhæc horā obligaret se qd missam institūēs sibi celebrari ex illa hora amabat vel ppter alias cōsimiles causas, quæ essent sufficētes, vt supra taxatū stipēdiū nō nihil celebratur? sacerdos reportaret. Quippe tunc nō erat sola celebrationis missæ obligatio, sed & alia addebantur. ¶ Fortē obijciēt mihi quispiā spiritualia nō sunt taxabilia, quippe qd nō habēt precitū, igit et si aliarū rerum præfectus ciuitatis, vel rex potest taxare pretia, vt supra

Sacerdos taxatū sibi stipēdiū pro diuitis celebrandis petere potest corā iudice

Nauarrus in 1202. h. l. c. 27. l. 1. ad nu. 109.

demōstratum est, at spiritualium nemo potest taxare pretiū. c. Qui studet. 1. q. 1. qui studet ait donum Dei pretio mercari, in sacro ordine nulla ratione poterit de cetero permanere. Et l. inter stipulantē. §. sacra. ff. de verb. obliga. Vnde dicunt iuriscōsulti, quod non entis non sunt qualitates. l. si seruū. §. 1. ff. de actio. emp. vnde quidā ait, quod episcopus non potest nec alius quouis taxare precia celebrantiū, aut si taxare potest nō e ratione, quod obliget sacerdotes vt nihil minus recipiant, quam pro taxatione, sed solum quod nihil amplius, verbi gratia, q̄ non excedant, regale vnum verū non poterit compellere vt si velint minus recipere, quod nō recipiant. Namq; sat est taxare, instar aliorum taxantium, qui taxant ne crescat pretiū, non tamen quod nō minuat si veditor vult. Et multi doctores cōsēnsū habent, ob allegata, quod datur pro missæ celebratione non est stipendium, sed donatio pro sustentatione. Et in eā sententia citatur Nauarro, vbi dudum, & Soto de Iust. & iure lib. 9. q. 6. ar. 1. & Anto. Cordub. in horum it sententiā, et si dicat doctores alios credere stipēdium esse. q. 27. sui libell. ¶ At eundem vt saepe est dictum, non taxatur missa que intaxabilis est, at obligatio huiusmodi cū sit instar ciuilibus obligationis, qua si clericus se abstinxerit, ex ea compelli potest à iudice suo, vt illam impleat, aut vt beneficium, seu capellaniā reponat, ideo huiusmodi obligationis à prelato taxari debet stipendium, vt & aliarum ciuilibus obligationum, à proprijs iudicibus, taxari solent, si in controuersiam taxatio venerit. Qua propter. c. studuit, & cetera præindicata, nihil conducunt stabilendę huic opinioni. Quoniā illa loquuntur, de diuinis donis, que nos fatemur esse intaxabilia. ¶ At quod iuriscōsulti tradunt, nō entis, non esse qualitates, nihil ad rem istā prodest, si quidē spiritualia, quāuis inuisibilia, nihilo minus entia sunt imō maxime entia, & ideo non habent pretiū, neq; taxationē. Nō quia sunt non entia, vt ipsi putāt, sed quia sunt maximē entia. Nō tamen diffiteor episcopum inconsulte acturū si obligaret suos sacerdotes, vt nihil minus reciperent, quā pro taxatione. Siquidē obligare sacerdotes, vel alios ecclesię ministros, ne gratis si volent sacra

Spiritualia quia sūt dignissima ideo abhorret à pretio. lege 3. cōclusio. infra.

administrent iniustū videt. Quod si gratis possunt si volunt, sacra administrare, cur nō minoris, quam sit taxatū pretiū? vt si missa habet taxatū argētēū numū, pro suo ministerio peragendo, qui vult pro dimidio sacri celebrare, non iniuste ageret. Et nulli facit iniuriā, aliorū sacerdotū, cedens iuri suo, vt nō faceret si gratis celebraret omnino. ¶ Porro episcopo incūbit pro varietate tēporū, taxationē variare, vt nostro hoc quo actū cernim⁹. Nāq; olim sacrifici, p̄ semiregali cōducebant ad sacra celebranda priuata, iā vero, duplicata est taxatio. ¶ At tamē, in huiusmodi taxatione, ea ratio est habēda, que nec auertat sacerdotes à sacrificiō, q̄ vtilē & utile est taxationē, neq; magnitudine laicos deterreat pauperes, ne iubeāt plures pro seipsis, aut pro defunctis missas celebrare, q̄ excessiua est taxatio. Quippe huiusmodi excessus auerteret nō solum pauperes, imo & diuites à pretendis Missæ sacrificijs, et sacerdotibus esset occasio, si infima esset taxatio, dicēdi missam vnā pro pluribus stipendijs, quia prætexerent, se nō habere, ex infima taxatione vnde victarent. ¶ Capitula autē ecclesiā Cathedraliū, aut collegiatarū, annuaria, à se dicenda, pro laicis, vel sacerdotibus, ab ipsis taxant, vt etiā funeraliū p̄pā pro tumulandis laicis ex veteri cōsuetudine, taxare penes ipsa capitula est, saltē apud nostros Ciuitates. Nō tamē me latet Caieta. 2. 2. q. 100. ar. 3. dicti tasse sacerdotē, cui p̄ sufficiētī victu nō sufficit stipēdiū vnus missę sas esse cape re duo, vel tot quot sibi & suis consanguineis si quos pauperes habet, & famulis sat sit. Quippe nō debet medicato viuere sacerdos. ¶ Cui tamē placito ego refragor. Etenim missa nō est instituta à Christo, in alimoniā sacerdotū pauperū, neq; Apostoli ex celebratione missæ victabant, sed potius ex euangelio testante Paulo. 1. Cor. 9. Dominus ordinauit his qui annuntiant euangelium, de euangelio viuere. Et Luc. 10. hęc victitandi ex euangelio potestas apostolis traditur & latē Paulus commemorato loco, illam differit. ¶ Sed potius missa instituta est vt esset sacramentum in præsidium viuorum, & sacrificium in expiationem viuorum, & mortuorum, qui in fide & charitate Christi, diē clausurunt extremum.

Episcopus incūbit taxationē pro sacris faciendis.

Soto de Iust. & iur. lib. 9. q. 3. ar. 1. Caietanus refert litur.

Cur apostoli legantur solū ex euangelio victitasse non ex celebratione missæ.

Non

Non tamen inde hereticus collectum iri putet, non licere victitare ex celebrationibus Missarū, vt Waldenses obgāniūt, dicentes sacerdotes pauperesse debere sola contentos elemosyna. Et Wiclephistæ cōcinant tradētes, Omnes esse simoniacos qui se obligant, orare pro alijs eis in tēporalibus subuenientibus. Et est articulus expressus Wiclephi in concilio Cōstantiensi relatus, id quod sancta ecclesia Dei reprobatur vt hereticum, et si Luther⁹ dira Wiclephi propago, maluit subscribere p̄ximo Anglico heretico, quā ecclesię sanctę Dei. Apostolis autē nihilominus licitum erat, itē victitare ex sacris officijs, que peragebāt at vero nulli se obligabant ad celebrandum pro eis, vt pro obligatione quicquā pretij referrent, sed gratis celebrabāt pro viuis & defunctis. Quippe si deles abudē suppeditabant, illis victui necessaria propter euāgelicā prædicationem. Et fideles adhuc plurimi tunc erant imbecilles in fide, & subtracta fuit eis occasio credēdi apostolos celebrare sacra propter pretiū, quā illis fuisset offendiculo, ad sinceritatē proficiendā fidei. ¶ At verò hoc ipsum alij probant ex alio capite, videlicet, q̄ missa nō fuerit instituta ad sustentādū clericos, si quidē ecclesia instituit nō ordinādos ex pertes patrimonij, ex ca. licet, & ca. episcopus, & ca. tuis & cū secundū de præbendis, igit si oportet eos esse patrimonio p̄ditos, nō est missa instituta ad alēdos eos & clarius in cōci. Tri. sec. 2. 1. c. 2. ¶ At hęc ratio facile infringeret ab aliquo dicēte, q̄ sacerdotes nō semp̄ habet paratā missā vnde viuat, & hoc aduertens ecclesia prouidit eis, vt ex suo patrimonio viuere, quale quale hoc fuerit, missa dubio procul nō est instituta ad alēdos sacerdotes corporaliter, et si dignitati missæ hoc nihil detrahit, si ex illa alatur. ¶ Obseruandū igitur est quod stipendiū missæ, siue ex taxatione, siue ex cōsuetudine præscriptum, spectat valorē obligationis ex qua se obligat sacerdos ad laborem celebrandi & nō spectat ad alimētum cōsanguineorum, parentum. s. vel cōsobrinorū, aut patrueliū vt putat Caieta⁹. Nāq; per accidēs hęc se habēt ad stipēdiū. Sed per se respicit valorē obligationis, valor aut istius obligationis nō est pēdendus ex labore sustinetur à celebrante missā vnā

Nāq; hic labor aut cōsiderat, vt est humanus labor, at hac cōsideratione cū sit exiguus labor exigui tēdē valoris esset obligatio huiusmodi. Aut ratione alia cōsiderat, quatenus. s. est sacer labor. At qui si sic pēdit nullā habet recōpensationē, quo circa aliud erit cōsiderādū, quādo taxanda venit hęc obligatio. Nepe, q̄ taxatio pretij, nō sit admodū tenuis. Nāq; sacerdotēs, tenuitatē illā cōtēnentes, vacat à celebrādis missis in fauorē laicorū id quod esset admodū noxiū laicis & sacerdotibus nō fuisset vtile. Torperēt nāq; otiosi sacerdotes simplices, nāq; pauci sunt eorū qui ex sola deuotionē a crorū celebrēt nisi ex stipēdio instigent ad celebrādū. Et mallent suā ferre paupertatē, qui pauperes sunt ex eis, quā pro minimo vel tenuissimo stipēdio celebrare. Quinimo nisi stipēdiū taxet medio cre, alij queq; sacerdotes nō mercenarij nō adeo frequētaret sacra si quidē nō semper asstringunt ad sacra faciēda, aliquot em̄ dieb⁹ beneficiarij, etiā parocci vacant ab hac obligatione. At qui cū vacāt allecti ex mediocri stipēdio celebrāt p̄ defunctis, aut viuis, p̄ quibus alioq; nō tenerent. Quāobrem, si taxatio stipēdiij ad superiorē rationē fuerit librata, poterit accedere, eā sufficere vti celebrātis aut nō sufficere, vt reuera si per victū subaudiamus, omnia que Caieta⁹ voluit intelligēda, nō sufficit apud nostros Hispanos modo. Siquidē regale vnū nō est sufficiens hoc quo celebrāt, & suę familię putat parētib⁹ & cognatis, si hos habuerit. Imo vix sibi soli, & famulę alēde sufficere, quādo quidē, alimēta iā magno pretio prostant. Vnde vt sibi sufficiat; aliunde parāt illi mercenarij exartificio, vel ex obsequio, quia seruiunt alijs pinguioribus: & ideo euadunt mendicitatē, quod si quidā mendicato viuunt, ideo est, quia placet illis erroneis esse per orbem, vt plerumq; accidit Gallis sacerdotibus, qui ad nostra cōcedunt. Quod si obieceris, qui altari seruit de altari viuere debet. 1. Corin. 9. Respond. verbum esse verum, quia iuxta qualitatē seruitij altaris, item debet esse qualitas victus seruiētis exhibendi. Iustum namq; est, vt is qui multum seruit altari, multum item habeat vnde viuat, & qui minus seruit minus habeat, vt iuxta qualitatem seruitij victus sit quōq; moderatio

sec. cap. 13.

vnde iustum est beneficiarios se obligantes perpetuo adseruendū ecclesie quod habeant sufficientem victum quo ad vixerint. Et quod necessaria omnia suā dū cōde vitę independent, ideo conc. Trid. sess. 24. c. 1. 3. introduxit vñones beneficiorū tenuium, vt vnita sufficiant ad vitę necessaria, quę soluta non sufficiebant. At vero quod sacerdoti, qui solum se addixit vni celebrandę missę, propter hoc solū, quia vno die sacrum fecit, ideo sit illi omnino prouidendum ad rationē eorū quę sibi sunt necessaria illo die nulla fert ratio. Siquidem siue celebret sacrum eo die voce submissa, siue alta voce cantando adhuc multum superest diei vt sibi pareat alia quę sibi deficient subsidia vitę. Et hos horarios sacrificos pares facere ijs qui se ministerijs ecclesiarum perpetuo addixerunt, vt, scilicet, tantum referant victus, pro sua ratione, quantum isti, videtur iniustum. Quapropter huiusmodi stipendiarij sacerdotes solū possunt ferre taxatum stipendium diurnū siue prorsus sufficiat, siue non sufficiat necessarijs vitę parandis, siue illud taxatū fuerit ab episcopo loci, seu à cōsuetudine vel alijs. Siquidem sacrificans, non debet taxare stipendium sibi debitum aut si taxauerit ex casu, oportebit iustam facere taxationem, vt accidit ijs, qui sacra facturi sunt extra oppidum vbi cōmorantur. Nam tunc ex labore accedente itineris, quod crescat stipendium non est iniustum. Et quando sacerdotes se addicunt alicui ecclesie, vt ibi triginta dies clausi maneant, pro celebrandō tricenario Missarū, quod Hispani vocāt treyntanario, id quod cōsuetum erat apud quosdam item ad celebrandas missas cōsolationis, quas vocāt & reuelationis, pro clausura illa si amplius retulissent iniquum non erat. Quamquā nescio si istę missę sunt illę quas conc. Trid. sessio. 22. c. de celebratione missarum vocat missas nouas, & videtur excogitata ad fomentū auaritię quorundam sacerdotum, et si vt audio abolitę, iam sunt missę istę, verum de istis alibi. Neq; interim te turbet quod vocauimus esse stipendii, quod datur promissis celebrandis. Nā quibusdā donatio sustentationis est, nō stipendii. At vero si dominus Apostolis ait dignos esse mercede, quia operarij sunt cum sacerdotis sacrificii

cantis nō erit merces pecunia quę illi datur. Ex istis habeto canonicos & alios ecclesiarū beneficiarios citra labem simoniacę intendere distributiones habere quotidianas. Dignus est enim operarius mercede sua. Et qui altario seruit de altari viuere debet & nemo militat stipendijs proprijs. Et qui pascat gregē lacie illius fruitur. Et si spiritualia seminant, corporalia metere oportet, vnde victitent, vnde si intenderent nō se conferre in ecclesiam ad huiusmodi ecclesiastica celebranda sub motis distributionibus, fructibus & prouentibus prebendarū nō peccarent. Enim vero inter ecclesiam & ministros est quidā quasi contractus, videlicet quod ecclesia eis alet ex fructibus & prouentibus, & quod ipsi istis tēporalibus presidijs muniti ministrant ecclesie vnusquisq; in suo ordine, igitur si non aliter cessat obligatio seruicij. Secundo inferatur, quod stipendiū huiusmodi potest deduci in pactum, priusquam ministeriū exhibeatur. Et si quibusdā hoc non arridet creditibus, q̄ prius gratis est exhibedū ecclesiasticū ministeriū, deia exigedū stipendiū cōsuetū, id quod Tho. videt arriuisse, 2. 2. q. 100. ar. 3. in corpore, id quod verū est, quando non sunt taxata stipendia. Quando autem sunt taxata, videtur licere ante ministerij exhibitionē, pacifici de stipendio taxato soluendo, & volēti soluere nō impendere. Imo non solū hoc verū est, sed etiā qui se obligat, ad ali quod spirituale exhibendū, poterit deducere in pactū suā obligationē. Nā ipsa obligatio est quasi cōtractus quidam, omnis nāq; cōtractus onerosus est quodā pacto mutua, vnde obligatio mutua ex oritur. Hęc autem obligatio sacerdotū est etiā onerosa, quia suscipiunt onus vel celebrandi, vel administrandi sacra. Quod aut. S. Tho. dixit est verū si subaudiamus quę nescias est pacifici pretiū sacrorū quippe quę sunt gratis exhibēda, quāuis, cōsuetā, quę exhibita sunt stipēdia, possunt exigi. At Ioā. Maio. in. 4. d. 25. q. 4. credit nefas esse pacifici de pretio venturo, antequā celebrent diuina officia, verū post quā sunt iā celebrata fas esse cōsuetā exigere stipēdia. Porro aut, si simoniacū nō est, cōsuetā stipēdia exigere, & cū cōsuetudo honesta, est ius non scriptū, igitur sacerdotes ex iure habent hęc stipēdia, & ha-

& habent ius in illis, igitur cōpellere possunt laicos episcopi opera vt cōsuetā exhibeat si forte ea exhibere laici subterfugiant vt liquet ex. c. ad Apostolicā, ext. de simonia.

¶ Quapropter, si etiā antequā celebrent diuina pacificentur de pretio venturo sibi cōsuetō exhiberi, non videtur propterea eos de simonia notandos. Quando petunt, vel pacificentur, de re in qua habent vel ex cōsuetudine, vel ex taxatione episcopi, vel alijs, ius habent. Aut oportet dicere, eos nihil iuris habere in istis, qđ est falsū. ¶ Quid quod etiā nō pacificantur expresse, de cōsuetis habēdis stipendijs, semper tamē est tacita pactio, & quasi quidā contractus. Vnde nō videtur hoc simoniā sapere, nisi auaritia sacerdotum ea sit, vt intendant pacifici, pretium habere sacrorū, aut venalia, ea credere. Verum hoc per accidens est ad contractum commemoratum.

¶ Quo fit vt diuersa sint hęc duo aut pacifici de pretio referēdo ex spiritualibus, aut pacifici de obseruanda cōsuetudine, aut iure super oblationum stipendijs. Primum namque est simoniacum. Secundum vero, caret labe simonię. Est honestius effect, ab huiusmodi contractu cauere, quia speciem habet non bonam, & ex Pauli consilio docemur. Ab omni specie mala esse cauendum. 1. Thes. 5.

¶ Tertiū ex prædictis liquet quid uocent canonistę simoniam realem, & cōventionalem. Namque mentalis, quę solo animo cōcipitur, quę est tertium membrū, facile habet à cōmemoratis distinctionem quia cōventionalis, & realis sunt in actu exteriori, illa vero solum in interiori. Cōventionalis igitur quę solum sistit in cōuentione de vendendo spirituali, vel annexo ei etiam si actus vditionis non subsequatur. Realis autem est quando effectus adest venditionis, aut permutationis, &c. Esti re vera istę ambę legitima ratione appellitari possunt reales vt discernuntur à mentali quę tamen omnes sunt crimē. Acto. 8. Pecunia sit tibi in perditionem, quia existimasti donū dei pecunia possidere. Et si simonia illa Simonis fuit mentalis, sub hac ratione, quia nulla fuit cōuentio, aut effectus est habuit actum exteriorem, si

monia autem Giezi fuit realis, & Ieptra fuit punita. 4. Reg. 5. & c. Qui studet. 1. q. 1. damnatio huius criminis docetur, & ratio probat quia vendere alienum est crimen, at spiritualia sunt Dei, & non nostra, & 1. q. 1. simoniacos detestabiliores esse traditur, quam hæretici Macedoniani. Quippe isti docebāt Spiritū sanctum esse seruum patris, & filij, at simoniaci Spiritum sanctum videntur quasi esset seruus eorum. Ideo. 1. q. 1. c. Quicumque, & c. Cum liqueat, simonia vocatur hæresis. Esti, re vera non est hæresis. Namque hæresis est error in fide, at error est in intellectu, non autem in voluntate, vbi tamē est simonię vitium qđ sanē potest accidere, citra errorē in fide. Liqueat igitur simoniam esse crimē contra ius nature, & ius diuinū positiuū. Nam Matth. 10. Gratis inquit Dominus accepistis gratis date, & est sermo de gratia miraculorum.

¶ Obiter quæret forte aliquis cur hoc simonię vitium plusquam alia appelletur hæresis à iure? Respondetur causam esse non quod sit necesse simoniacū esse hæreticū, quippe fieri potest, quod non sit hæreticus. Quippe est vendat, vel emat spiritualia, nihilominus iudicat, non esse vendenda, & se nefas admittere. Verum quia Simō ille magus, qui nomen dedit huic vicio fuit hæreticus, quia ille iudicauit donum Dei pecunia possidere, vt Petrus ait, & hoc iudicium erat hæreticum, ideo qui illum imitantur ex facto est non imitentur in prauo intellectu hæretici appellantur in iure, qui alioqui non sunt hæretici quia simoniaci.

¶ Tertia conclusio, admissio quod vendantur spiritualia, naturalia, qui venderet illa non esset simoniacus. Hęc conclusio est pro declaratione primę conclusionis supra indicatę & est cōtra Alezio. præcitatam. Et probatur irrefragabili argumento. Si quis vendit seruum sapientem in arte aliqua, vel artificem, pluris vendit propter artem, quam si arte esset orbatū, & hæc venditio iusta est, & vacat ab omni reprehensione. Si autem spiritualia naturalia essent prorsus inuendibilia, vtique ars spirititalis cum sit, non faceret seruum pluris vendibilem vt neque calix, vel ara consecratā, ex cō-

Cur simonia appelletur hæresis.

3. Conclusio.

vt oleum, & panem, vt panem. Alio modo considerando aquam secundum quod benedictio mystica facitur in baptisterio ad baptismum, & oleum vt factum ab episcopo, ad confirmationem, ordinem presbyterij, & episcopatus, & panem secundum quod consecratur à sacerdote ad corpus Christi ex illo considerandum.

¶ Tertio modo, secundum quod aqua assumitur actu ad baptismum, & actu fit eius materia. Namque etsi sit benedicta, si nemo baptizatur ex ea non est actu materia baptismi, donec baptizetur ex ea aliquis. Item oleum consecratum in chrismo, non actu est materia confirmationis, donec aliquis inungatur ex illo. Namque illa unctio frontis facta ab episcopo, est confirmatio, non tamen oleum ipsum est factum existat, sed tunc est materia actualis sacramenti, quæ prius quando consecratur, siue erat consecrata erat materia solum in potentia. Secus autem est in sacramento Eucharistico. Quippe hoc sacramentum non consistit in actione, vt alia sacramenta, quæ sunt actiones quædam transeunt, quia solum habent esse in fieri, Eucharistia vero in facto esse. Quippe Eucharistia seruata in pyxide verum est sacramentum, quia est sacramentum habens esse permanentes ideo simulatque consecratur materia, est actu materia sacramenti continens verum Christi corpus, verumque eius sanguinem, & rident Lutheranos dicentes communionem esse sacramentum & cessante communionem iam non esse Eucharistiam vt in 4. sent. differimus. Est ergo certum, quod qui materias sacramentorum vendit prima consideratione, memoratarum, vt qui vendit aquam ad baptismum, oleum ad confirmationem, panem ad Eucharistiam celebrandam, nihil simoniacè labis, ex hac diuisione sibi conciliat, magis quam, is, qui vendit cereos, benedicendos in diem purificationis B. Mariæ aut is, qui vendit ramos in Dominicam benedicendos Palmarum.

Namque huiusmodi materiae primo modo, nihil habent, quod earum venalitate excludat. Neque enim sunt benedictæ, aut consecratæ quandoquid præter id quod eis est natium, aliud non habent, hoc autem esse venale, dubitat nemo.

¶ Secundum autem aliam considerationem, ex qua consideratur verbi causa aqua benedicta non est pars sacramenti actu, qualiter est, quando quispiam ex ea actu baptizatur, sed solum vt est in baptisterio, si dixerimus esse venalem, modo non accrescat pretium propter benedictionem fortassis, non ineptiemus. Sicut etiam calix sacratum, aut ara sacra sub limitatione predicta venalia sunt.

¶ Vnde si clericus opus haberet aqua ad baptismum, & nulla adesset nisi benedicta, & clericus illam habens in suo baptisterio, renueret eam concedere alteri, nisi vendendo eam, habita estimatione elementi, & non benedictionis, qui emeret inculpatus esset, quia hac ratione infanti subueniebat, aut baptizando alicui alteri. Idemque esset si laicus illa egeret, sed de hoc casu paulo infra. ¶ Idem censo de oleo sacro quod poterit alteri ecclesie vendi si illo eguisset, confirmationi administrandæ, aut extremæ unctio, dum tale oleum est in pyxide, & non est actu pars sacramenti, nulla tamen habita ratione consecrationis, vt propter eam plura fiat.

¶ Vendere autem hæc, etsi tunc culpabile esset, quando scandalosum esset, at vicium simoniæ non video, si vendatur iuxta retentionem præhabitam. Siquidem non videtur vendi spirituale sed solum corporale, vt de calice sacro, & vestibus sacris dictum est. Quod si obieceris aqua benedicta, est materia baptismi, & oleum sacrum est materia confirmationis, &c. igitur non sunt vendibilia. ¶ Respondetur, aquam etiam non benedictam, esse materiam baptismi, quamuis ex institutione ecclesie est benedicenda, oleum autem, nisi sit sacrum non est materia sacramenti: quocirca de oleo alia ratio est, quam de aqua, oleum vero, vt est actu pars sacramenti est non venale, verum vt est in pyxide est venale secundum se, etsi non est venale propter consecrationem vt sepe dictum est, idem de aqua benedicta dicitur.

¶ Secundo respondebis, illam connexionem esse accidentariam, & ideo separabilem, quare si non plura sunt, ob benedictionem, seu consecrationem, non videtur simoniacum, si talia vendantur. Quamquam huiusmodi vel emere, vel vè-

Materia sacramentorum consideratur dupliciter aut vt est actu materia aut vt est in potentia materia.

dere, innoxium non est, nisi necessitas admoneret. ¶ Vnde si editus, vel sacrista, esset adeo auarus, quod cernens, nullam aliam esse aquam, vnde sitibundus aliquis, leuaret sicum suam, nisi ex aqua benedicta, quam ille habet, ideoque sitibundus non nollet aquam porrigere benedictam nisi oblato pretio, non tamen benedictionis habita ratione non esset simoniacus, etsi alioqui culpandus, quippe ex auaritia, modicam aquam nolebat porrigere sine pretio. Qui autem emeret, innoxius esset, quippe alius, non poterat sua siti subuenire. Vt etiam excusandus esset, qui non habens aliunde quomodo baptizaret suum paruulum: nisi emendo baptismum ab iniquo sacerdote emit. Etsi adultus, eo casu quo non posset baptizari, nisi emendo baptismum, esset culpandus, siquidem hic potest sibi subuenire ex baptismo flaminis: nam tunc perinde esset, ac si non esset copia baptismi.

¶ Tunc autem adulto, sufficit sibi baptismi desiderium efficax, cum contritione suorum peccatorum, vt salutem assequatur, si tunc moreretur, quia lex Dei nemine ad impossibilia obligat, & blasphemus seu anathema esset, qui affirmaret Euangelium ad impossibile obligare vt blasphemauit Machometus dicens, Euangelium esse sanctum, at impossibile factum. ¶ De infantibus vero sunt qui putent, quod si quispiam aliter non posset subuenire suo paruulo iam iam morituro, nisi emendo baptismum, si emeret ille, non intendendo emere, sed paruuli redimere vexationem, non poterit aliter saluari emptio nem hanc affirmant, non esse simoniacam, etsi venditio simoniaca: verum de venditione nulla profus est dubitatio. Quod vero emptio id temporis, non sit simoniaca videtur, quia temporalia sponte oblata, pro spiritualibus, sine labe simoniæ offeruntur. Igitur non sponte, sed coactè oblata itidem censentur. Antecedens patet ex c. Tua nos. ex. de simonia, & consequentia probatur, quia contrariorum eadem est disciplina. Huius placiti est glossa. 1. q. 1. c. Baptizandis, contra eos, qui dicunt tunc paruulum esse dimittendum morti sine baptismo, si nulla patet via, ad baptismum, nisi hunc emendo. Quibus videtur suffragari Paulus dicens non esse faciendam mala, vt veniant

bona, at simonia huiusmodi est intrinsecè mala, igitur nullo modo potest benedici fieri. Nisi dicatur, quod tunc non est emptio quia offerens pretium, non intendit emere, sed solum redimere paruuli vexationem, & cum asserere ab iniuria nolentis eum baptizare, nisi ex pretio.

Ad eandem item rationem Theologi excusant Iacob patriarcham, qui emit primogenituram à fratre suo Esau. Genes. 25. ¶ In gratiam cuius tu aduerte sub lege naturæ primogenitos hac prerogatiua fulsisse, scilicet, quod ipsi erant sacerdotes, eratque primogenitura tunc sacerdotium annexum, sacerdotium autem illud spirituale reputabatur. Et si non erat spirituale vt modo. Quippe, non ad ministrabat Dei sacramenta conferentia gratiam, ceterum reputabatur sacrum, ideoque Paulus ad Hebræos. 12. vocat Esau profanum quia vendidit primogenitura propter vniam escam. Tale erat sacerdotium Melchisedech, qui fuit sub lege naturæ, vt Isaac, Iacob, Esau, &c. Vnde videtur, quod Iacob, emens primogenituram, emebat sacerdotium, & quod fuerit simoniacus.

¶ At excusatur, quia ipse non intendebat emere sacerdotium, sed reuendicare sibi, quod suum erat. Namque ex Dei dispositione, Iacob gaudebat primogenitura. Mala. 1. Iacob, dilexi, Esau autem odio habui, & ad Roman. 9. Prius quam nascerentur, ait, dictum esse, maior seruiet minori. Quocirca Iacob facta occasione ex fame Esau, edulio rubro reuendicauit sibi primogenita sua. Nam sibi debebantur ex Dei dispositione, quam Rebecca mater nouerat. Quod si dixeris excusari, quia modicum erat preicium, & reputatur pro nihilo, vtique, modicum erat: at Esau multifecit illud. Etsi Iacob intendisset emere, etiã ex modico edulio committeret simoniam: verum non intendebat, sed potius redimere suam vexationem. Vnde in ca. dilectus, ex t. de simonia, ab hoc excusatur quidam, qui archiepiscopo Eborac. multam pecuniam dedit redimendæ vexationis gratia.

¶ Porro etsi glossa commemorata, sic attumatur, quod si non est, qui velit baptizari infantem, nisi pro pecunia: am qui vult, non potest, ex impedimento, ceteri autem, qui possunt nolunt, tunc aut,

Genes. 25.

Genes. 14.
Ad Heb. 7.

Eucharistia
non est cum
mupio.

Ego.

Ego potius portigerem pecuniam, & nō
 finerem mori infantem sine baptismo.
 ¶ Porro solum est. verbo simonia. §. 3. &
 ante eum Palu. in. 4. distinct. 5. quæst. 3.
 Pluresque alij diuersum sapiunt, simonia
 cam, esse hanc emptionem siquidem redemptio
 vexationis, locum solum habet, quando quis repellitur de iusta pos
 sessione id quod hic casus desiderat, istis
 tamen probatur, aquam in baptisterio
 benedictam emere, si alias non potest via
 ad baptismum infantis imo etiam pluris
 emere, aquam propter benedictionem,
 si aliter infantem baptizare non conce
 ditur. Porro subit miratio ex Palu. placi
 to, asserit enim sacerdotem nolente, mori
 turo porrige Eucharistiam, nisi ven
 dendo, fas esse morituro emere, non
 intendendo emere, cur ergo idem de ba
 ptismo asserere detrectat? Quapropter
 priorem sententiam puto veriozem, sed
 quid si casus esset, quod baptizaturus, di
 ceret gerulo infantis, nisi intenderis eme
 re, ego non baptizabo. Tunc enim vel
 exprimit verè, se intendere, aut falsè si
 primum malefacit, & si secundum, icidè,
 quia mentitur. Tunc igitur, licebit infan
 tem iam prolutum relinquere. Neque ar
 gumentum Siluestri, est validum siquid
 em, verū est nō esse faciēda mala, vt ven
 niant bona, at baptizare infantem, vt
 prior sententia autumat, quando aliter
 non datur non est malum siquidem nō
 intenditur emere baptismum, sed solum au
 ferre salutis impedimentum infanti ex
 prauitate baptizantis obiectum. Et quā
 uis non sit propriè redimere vexatio
 nem, est tamen suo modo redemptio ve
 xationis. Maior quoque ita in hanc sen
 tentiam in. 4. di. 44. q. v. nica.
 ¶ Quod si obieceris cōtra prædicta pro
 phetas ob actum propheticum suscepisse
 munera, nam Samuēli detulit Saul sta
 teris. 4. partem. Et Eliseo rex Syria cōsul
 taturus eum super suo morbo, retulit
 munera per legatum suum. 4. Reg. 8. &
 cap. 5. Naaman multa obtulit Eliseo, ce
 terum respon. quod prophetam Samue
 lem suscepisse hæc munera scriptura nō
 docet, & Eliseum reiecisse docet. Quod
 si vnquam suscepit, non sanè in pre
 tium prophetie, sed vt dona. Neque te
 moueat, quod Abrahā emit sepulchrū,
 quod est sacer locus apud gentes. Si qui

dem re vera nō erat sacer sepulchrum
 gentium, sed profanus, & hoc rectè pa
 ter fidei Abraham callebat. Vt etiā Ba
 lac Num. 22. fuit simoniacus ex opinio
 ne sua putās maledictionē Balaā esse pro
 pheticam etsi reuera nulla erat simo
 niacua Balaam erat pseudo propheta.
 ¶ Turgētius vrget, quia à catholicis mul
 to pretio emuntur sepulchra, quæ vocā
 tur dotata, quæ emuntur pro tota pro
 genie sepelienda item non dotata quæ
 sunt communia pretio comparantur, si
 cut & funeralia pretio constant. Et capi
 tula cathedralium ecclesiarum, non deducunt
 funus, nisi magno conducti pretio.
 Mitto cymbalistas, qui non pulsant
 campanas, nisi ex pretio, quia horū offi
 cium est mere corporale. Nam vocare
 fideles ad ecclesiam, item prægo si face
 ret voce vitæ pretio faciens, nō est simo
 niac. Vnde à merè laicis isthæc possūt mu
 nera obiri vt etiam officium cantorum
 factistarum, & organistarum, & tibici
 num, & qui sunt à secretis capituli, aut
 villici ecclesie ex pretio si faciēt
 ducto pacto, non sunt simoniaci. Ni
 si quando præbēda sunt assignatæ
 huiusmodi officijs obediūdis vt in quibusdā
 ecclesijs est consuetum cantoribus, &
 organistis portiones, aut canonicibus af
 signare, tunc enim annexa hæc sunt
 spiritualibus & sacrificia etiam nonnun
 quam assignatur, vel annectitur benefi
 cijs simplicibus, & tunc ex connexionē,
 sit spirituale officium, quod aliās esset
 merè temporale. Quoniam officium sa
 crificæ, est ad corporalia, scilicet, obeun
 da vt custodiat videlicet, sacrificiā & alta
 ria, ornet, atq; ecclesiam mundaet, & lumi
 naria accēdat vt patet ex. de offi. sacriffi.
 Porro de sepulturis est maior diffi
 cultas, propter consuetudinem approba
 tam in ecclesijs, quam supra retulimus:
 est autem aduertendum in hac de sepul
 turis disputatione, vt clarius innotescat.
 5. esse consideranda. Primo locus sepul
 turæ. 2. benedictio loci. 3. determinatio si
 ue electio loci. 4. officii sepulture, scilicet,
 defunctorū officii. 5. loci proprietatis
 & quidem locus ipse sepulture, cum ter
 ra sit nihil habet spiritualitatis, vnde nō
 sit commutabilis, vt & cætera corpora
 lia, quæ nihil affecta sūt ex spirituali. ¶ Si
 vero consideretur, vt est benedictus lo
 cus

5. Sunt cō
 siderāda in
 sepulturis
 fidelium.

cus, qualis est ecclesie locus, seu cœmere
 rium, quod vocant: iam tunc eandem ra
 tionem subit quæi vasa sacra, siquidem
 plures habet corporeitatis quam spiritua
 litatis, ideoque vt calix facer vendi po
 test, vt calix est, non vt consecratus, ne
 que habita ratione consecrationis, ita &
 terræ benedictæ non repugnat vendi
 tio nulla habita ratione benedictionis,
 neque si sic vendatur esset simoniacum,
 si absolute sit sermo. Vnde si exigeret
 necessitas vendendi ecclesiam, alteri ec
 clesie, tunc etiam venduntur loca se
 pulchrorum vt patet.
 ¶ Si vero quartum obseruetur, vtique, qui
 tenentur ad huiusmodi officia funeralia,
 vt parochi suis subditis nihil possunt exi
 gere, sed solum oblata sponte, vt sunt pa
 nis, vinum, & cerei, & alia quæ consue
 uerunt offerri in die depositionis defun
 cti, aut in anniuersaria memoria defun
 cti. ¶ Si autem quartum consideretur, est
 profundior inquisitio, quam vt expedi
 di, scito, ius esse naturale, viuos sepelire
 debere mortuos. Namque ex iure natura
 li debetur sepultura mortuis. Quocirca
 pauperes, quibus non est pretium quod
 exhibeant vt parent sibi sepulchrum,
 non solum iure canonico, debetur gra
 tis sepulchrum concedi, quin etiam iure
 naturali. Hoc enim natura docet cada
 uera humana, sepulchris mandare, quia
 immane est illa insepulta relinquere, vt
 relinquuntur cadauera brutorum. Vnde
 si clerici nollent huiusmodi corpora
 defunctorum sepulchro committere quia
 nō soluitur illis defunctorum officium,
 essent re vera simoniaci. Quia tenentur,
 huiusmodi pauperibus gratis sepulture
 officium impendere. Vnde ob hanc cau
 sam sunt pauperibus deputata in eccle
 sijs cœmeteria, quibus sepeliatur. Et olim
 hæc etiam erat consuetudo vt pro pe
 regrinis pauperibus esset locus quidam
 communis, quo sine impendio sepelire
 tur. Vnde ex pretio illo quo dominus
 fuit traditus Iudæis, emptus est ager
 quidam, dictus acheldemach, id est, ager
 sanguinis, in sepulturam peregrinorum
 Matth. 27. Qui ritus, atque obseruatio,
 etiam apud gentes omnes obseruatur.
 Quia barbarissime sunt gentes, apud
 quas non sit sepulture ritus, quales sunt
 remotissimi Indi, qui cadauera non hu

Ex iure na
 turali ca
 dauera sūt
 humanda.

Ex iure na
 turali debe
 tur gratis se
 pulchra pau
 peribus.

Apud ali
 quas na
 tiones non
 est vltus se
 pulchrorū.

mant, sed quidam eorum, ex eis vescū
 tur asis, alij vero igni tradunt, alij enclit
 tris quibusdam ea inuoluebāt, alij extra
 ribus excicata cadauera suspendunt, vn
 de istis nō est necessaria sepultura. ¶ Por
 ro apud omnes alias nationes ritus est se
 pultura: vnde dominus: sine mortuos,
 ait, vt sepeliant mortuos suos. Matth. 8.
 & apud has est locus communis pauper
 ribus humanis.
 ¶ Porro si tertium membrum considera
 mus, vtique clerici, vel monachi non te
 nentur determinata loca vt capellas, seu
 sacella gratis concedere alicui in sepul
 chrum proprium. Enimvero etiam si ad
 sepeliendum mortuos teneatur gratis,
 quando sunt pauperes, & pretio destitu
 ti vnde sibi parēt sepulchrum at vero ele
 cta, & determinata loca ecclesie trans
 ferre in ius defuncti, gratis non tenētur.
 Vnde consuetum est vendere huiusmo
 di capellas, & emere, & hoc abhorret fat
 is à vicio simoniæ: quia, etsi habeat spiri
 tuale, non venditur pluris, propter spiri
 tuale. Sed quia multi constitit fabrica ca
 pellarum istarum monasterium à se
 illam abdicans, & item ecclesia quæ is
 pretium accipit in recompensationem
 pretij & sumptus. Denique si, 5. cōside
 ras, idem dicere oportebit, vnde sepul
 ras has dotatas, cum vendit ecclesia ab
 dicat à se harum sepulchrorū proprietatem,
 & transfert totū quod habet sepul
 turæ illius ius in euentū pro se & pro suc
 cessoribus suis, & prohibis omnibus, quo
 volet in suum sepulchrum admittere.
 ¶ At huiusmodi translationē iuris, & ab
 dicationem proprietatis, non tenetur
 vel ecclesia, vel monasterium gratis im
 pendere. Vt neque capitula cathedralia,
 vel collegiata tenentur funebrem exhibere
 pompam laicis, ideoque si propter
 hoc si exigit pretium, non agunt simo
 niacè. Item si pro responis defunctorū
 quæ in sua ecclesia sepeliuntur capi
 tulares, aliquid referunt pretij, non est si
 moniacum, quia ad hoc nō tenetur, quā
 do quidem non sunt beneficiati curam
 gerētes animarum. ¶ Hinc satis arbitror
 intellectum in textum illum ext. de se
 pulchris, cap. Abolendæ & cap. suam vbi
 interdicitur clericis, ne pretia exigāt pro
 sepulturis aut pro officio defunctorum,
 vel exequijs ipsorum, vel benedictionibus

Ecclesia &
 monasteria
 sine vicio si
 moniæ ven
 dūt loca de
 terminata
 in sepulch
 ram.

Ecclesie vel
 monasteria
 nō tenētur
 gratis à se
 abdicare se
 pulchre ius
 & proprie
 tatem.

bus nubentium. ¶ Adhuc iastabit aliquis, dicens in concilio Triden. sess. 24. capit. 18. decerni, examinatores beneficiorum nihil occasione examinis esse recepturos ne incurrant simoniam, & in sess. 24. cap. 13. eodem concilio. & extra de simo. cap. Iacobus recipiendos in canonicos, nihil pro receptione collatos sanctur. Et in cap. Quoniam ext. de simonia, traditur pro receptione in monasterium, nihil recipiendum, quia simoniacum esset. At vero contraria est horum omnium consuetudo, siquidem examinatores, quia accedunt examinandi candidatos ad beneficia emolumentum pecunie ex examine reportant. Eis enim suum, solum stipendium & canonicum cum recipiunt aliquem in canonicum, pro receptione pecuniam accipiunt. Neque solum canonicis, sed etiam alij clericis, qui dicuntur vernaculo Hispano sermone, *Cabildo de la villa, o la clerezia de la villa*, si quem admittunt in suam societatem, pro admissione, pecuniam, vel æquivalens recipiunt & sanctimoniales, item si quam sceminam in monacham recipiunt, non recipiunt sine dote competentem, & non contentæ dote, de entradas vt Hispanæ traditur soluunt cereos quosdam & prandium, quæ vnuerfa nihil abhorreere à vicio simoniæ videntur. Porro, quantum ad primū spectat, examinatores, referentes pretia pro examine, non sunt simoniaci. Namque aliud est examen aliud electio ad beneficium, sape enim examinatur is, qui repudiatur pro electione: igitur, quicquam accipere pretij, siue numerati, siue non numerati simonia est, vt cap. Non satis, & sequen. ext. de simonia est constitutum. Nam per electionem peruenitur ad collationem beneficij. Et ideo quisquis pro electione quicquā capit, simoniacus est. Vt etiā si quis vt eligeretur à rege in episcopum, munera offerret regi vel regis amicis, esset simoniacus, etiam si nihil pape conferret pro consecratione, quia electio est, per quam peruenitur ad consecrationem, & ideo etsi electio in episcopum fiat ab homine laico, videlicet, à rege, nihilominus est spiritualis, quia est ad consecrationem, vt etiam presentatio ad ecclesiam beneficium, quæ fit ab habente ius patronatus, est spiritualis ob

candem causam. Nam ius regis Hispaniarum eligendi episcopatus, non est aliud quam ius patronatus ex quo presentat pape quem vult ad episcopatum. Porro vt aiebam examen non est electio, aut presentatio, imo sepe est repudium: quocirca propter laborem examinis, non nihil reportare mercedis simoniacum non est. Neque concilium ait, accipere aliquid propter examen esse simoniacum, sed occasione examinis, nisi prætextu examinis: Si enim examinatur accipit propter electionem, & ait, se illud accepisse propter examen, hoc est occasione examinis, aliquid accipere propter electionem.

¶ At vero ad id, quod. 2. loco obijcitur dicendum, quod dubioproculsi quid exhiberetur canonicis antequam recipere tur aliquis in canonicum, esset simoniacum. Nisi esset secundum casum capit. Tua nos, extra de simonia. Vbi traditur, quod si ante receptionem fuit pactio de exhibendo aliquo, simoniaca esset receptio, secus quando gratis offertur. Quæuis huiusmodi casus erat de eo, qui gratis offerebat bona sua ecclesie, vt recipere tur in numero canonicorum modo retineret sibi sua in præbendam ex licentia capituli, id quod modo, apud nostras non accidit. Quippe præbendæ sunt bona ecclesie, & non canonicis. Quocirca quidquid daretur canonicis pro receptione, esset simoniacum, quia erat commutatio spiritualis, pro temporali & colligitur ex capit. Nemo. extra de simonia. Porro istud non est consuetum capitulis canonicorum, sed post receptionem, ab eo qui iam receptus est, & habet beneficij collationem exigitur non nihil pecunie distribuendæ, inter canonicos. De primo igitur liquet esse simoniaci opus ext. de simonia cap. Veniens, & quod pecunia huiusmodi sit restituenda, & est argu. ex. c. Nemo, vbi xeniū recipere ad celandum peccatum episcopo iudicatur esse simoniacum, ergo multo vehementius propter beneficium. At in. 2. casu, non videtur esse simoniacum, siquidem tunc id quod datur non datur pro receptione, quippe is qui dat, iā est receptus in canonicum. Et est fere casus hic expressus in cap. Iacobus eodem titulo

Rex Hispanie habet ius patronatus in episcopatus Hispanie.

Canonici nefas est recipere aliquid propter receptionem.

Trium beneficij distinguenda electio collatio possessio.

Consuetudo spargendi pecunias in choro in possessionis hora canonicatus vel episcopatus.

vbidicitur, quod quidam Iacobus canonicus Esculanus, post quā institutus fuerat in canonicum, ei negabatur certa pars fructuum, sui canonicatus, à ceteris canonicis asserentibus sibi fuisse consuetum, portionem præbendæ sibi retinere noui canonicis, vt ex illa portione sibi parerit prandium. Papa vero Grego. Nonus. respondet, quod tali consuetudine non obstante, portio quæ Iacobum continebat, integre eidem tribuatur.

¶ Papa vero non dixit talem consuetudinem esse simoniacam, sed quod illa consuetudo prandij non obligabat nouum canonicum ad prandium illud exhibendum. At vero glossa huius capit. hæc credit consuetudinē esse simoniacā, ego vero non video vnde sit simoniaca. Siquidem non datur pro receptione sunt enim tria distinguenda in beneficij, vel præbendæ huiusmodi. Electio, scilicet, ad beneficium, collatio beneficij, & possessio in beneficio. Qui ergo vel pro electione, vel collatione, vel possessione temporali tribuit simoniacus est.

¶ At vero in casu presente receptus in canonicum, vel in beneficiarium, iam est electus iam collationem, & possessionem habet beneficij, vt supponimus, igitur si quid tribuit non pro spirituali tribuit, vt is qui pro aliquo trium prædictorum quicquam contribuit, quippe iudicatur spiritualia hæc quæ retulimus siquidem qui ad eam rationem recipitur, ad sacra peragenda recipitur, in ecclesia vbi recipitur. At qui iam canonicus institutus, prandium dat, aut pecuniam distribuendam in alios canonicos nihil dat pro spirituali, vt patet. Sed dat vt obseruet consuetudinem ad promerendam beneuolentiam, aliorum canonicorum. Namque item consuetum est canonicis in die possessionis, multam in choro distribuere pecuniam colligendam ab assistantibus, item que prælatis neque quis dixerit esse simoniacum.

¶ Dixerim igitur distinguendum esse inter turpem quæstum, & simoniam. Nāque etsi omnis simonia est turpis quæstus, noui tamen contra. Vnde inter hæc distinguit duo Concilium Triden. sessio. 22. agens de celeb. Missarum, dicens que pro nouis Missis dantur à simoniaca la-

be, vel certe à turpi quæstu non longè absunt. Quamobrem huiusmodi prandia, vel pecunie, quæ post institutionem canonicū, vel beneficiarium exhibentur, non sunt simoniæ peccatum, verum sunt turpis quæstus, siquidem ex auaritia sacerdotum, hæc introducta est consuetudo. Adde, quod etsi non sint simoniaca, tamen referunt similitudinem simoniæ. Et quidem non video cur huiusmodi sint restituenda, nam tametsi turpis sit quæstus, non omnis tamen turpis quæstus obnoxius est restitutioni, vt de meretricio quæstu promptum est: quidquod papa casum quem decidit, est quod canonicis illi retinebant partem præbendæ ad prandium, & iubet vt non retineant, sed libere dimittant nouum canonicum frui sua præbenda. Et hoc non est, quod restituant ablata, sed quod male retenta non retineant canonicis præmemoratis.

¶ Quare si sine retentione præbendæ, Iacobus iste per soluisset consuetum prandium, alius casus esset, quem papa modo decidit. Vnde videtur, quod etsi pecuniam exhibere distribuendam in alios canonicos in die possessionis noui canonicatus, sapiat turpem quæstum vt prædicabam; at prandij exhibere moderatum, non video culpabile esse si consuetum est, vt est consuetum apud clericos, quos appellant, *De la clerezia*, vt dudum memorabar, & apud sanctimoniales, in die professionis noue monachæ, vt *Salmaniticæ* nouus scholasticus socijs prandium cōcedit quod vocatur. *Hispan. la patente*. Hoc enim fit ad conciliandam gratiam nouorum fratrum, vel sororum in Christo.

¶ Cæterum obiter non subicebo, ex hoc quem indicavi textu non esse rationabilem consuetudinem: quarundam ecclesiarum, canonicorum nouo; non exhibere integros fructus præbendæ, sed antiquos canonicos eis frui, quos vocant grossa præbendæ, *Hispanæ La gruesa de la prebenda*. Nonis sanè canonicis an no primo: solum manualia conceduntur. Et quidem Gregor. modo mandat vt nouo canonicis præbenda integre provideatur & est consentaneū rationi non defraudare huiusmodi suo iure anno primo. Habet tamē ius cōtinuo ab institutione in omnes fructus præbendæ. Siquidem canonicis huiusmodi iure hoc sunt æquales: cōtra

Expeditur textus Gregorij.

Canonici noue receptis debentur ex integro & gratia prebenda & quotidiane distributiones si cur & antiquis.

Ius igitur sit defraudando eos suo iure integre percipiendi suam prebendam, quandoquidem ex integro seruiunt, vt antiquiores. Et quidem hec constitutio est Ciuitatis nostrae ecclesiae, quae mihi nunquam grata fuit. Respondent tamen canonici quod si anno primo sui canonica tus noui canonici orbantur grossa, post mortem eorum illis conceditur si resederint in sua ecclesia in die S. Michaelis. Sed quid si non resederint, & moriantur sine illius diei residetia, vt saepe accidit? quid si canonicus Ciuitate. promouetur ad aliam, maiorem dignitatem, an non orbatur suo iure, & in morte & in vita? Quid quod non sunt facienda mala, vt veniant bona, ideo non est orbandus hic canonicus suo iure in vita, vt eo fruatur in morte, quia continget, neque eo frui in morte vt neque in vita. Et si in re alia benefaciant Ciuitatem. canonici quia pecuniam quam recipiunt ex nouo canonico in die possessionis, conuertunt in pios vsus, quia cedit in bonum ecclesiae suae fabricae. Et hunc morem probat Concilium Tridentense. 24. capit. 13. Approbat enim huiusmodi pecuniam conuertendam in pios vsus. Qua propter pecuniam huiusmodi largitio, in receptionibus istis ecclesiasticis, non est simoniaca, quando quidem si esset simoniaca, non posset conuerti in pios vsus, sed esset restituenda largienti vt capitulum extra de simonia. veniens. docet. Sanctimoniales vero, non recipiunt dotem nouae monachae, propter receptionem in monasterium, sed dos illa est ad alimoniam sanctimonialium, & ad expensas alias monasterij, videlicet, pro fabrica, sacris vestibus, & vasis, & dos illa cedit in bonum totius conuentus, & non est proprium alicuius sanctimonialis bonum. Quod vero constituit capitulum. Quoniam, extra de simonia, quod sanctimoniales, quae alias recipiunt in sorores ex pretio praetextentes paupertatem, sint expellendae a monasterio vere statuitur, si pretium capiunt propter receptionem, quae spiritualis indicatur, quia est ad obseruantiam trium votorum regularem, secundum papae approbationem. At vero si non propter receptionem, sed

ad supplementum suae indigentiae, & ad reparandum ruinas monasterij, si que sunt aut fuerint, & ad alia vtilia ad diuinum cultum, vtique ista longe absint a simoniaca prauitate. Quippe monachae professae iam, nouam noue venientem non tenentur alere gratis, ideoque non est iniustus, vt noua deuehat secum vnde alatur. Vt mulier affert do tem se cum ad sustentanda matrimonij onera. Monachi etiam paciscuntur sepe cum parentibus monachandi super hereditatis legitima parte ei obuentura, & hoc itidem sine vicio fit simoniae. Aut forte concilium tam acriter percellit sanctimoniales illas poena, quia pecuniam receptam propter receptionem nouae monachae in proprios quaelibet vsus conuertebat, ad quod erat simoniacum, vt reprobatur in capitulum. Veniens in eodem titulo vbi traditur pecuniam pro receptione noui monachi, Abbatem, & monachos inter seipso distribuisse, ideoque mandatur huiusmodi pecuniam restituendam largitori quia simoniaca erat. Et ego arbitrator eundem esse casum eiusdem capituli nisi quod capitulum. Veniens, de monachis, facit mentionem, capitulum vero. Quoniam, de sanctimonialibus loquitur. Per haec ni fallor, multa dubia circa materiam simoniae accidentia resoluta inueniuntur ex istis intelliges extrauagatam Vrba. 4. de simonia, quae incipit sane. ex communicantem exigentes pastus vel iocalia pro religionis ingressu. Quinta conclusio, simoniaca labes non solum inficit ex venditione, & emptio ne spiritualium pro temporalibus, sed etiam inficit, ex quacunque commutatione spiritualis pro temporalibus. Haec probatur ex diffinitione simoniae a nobis superius praescripta, esse, scilicet, commutationem spiritualis pro temporalibus. Dicebam autem sub commutatione subaudiri venditionem & aliam quam volueris permutationem. Est igitur simonia expressa ex pretio pecuniario, aut vendere, aut emere spiritualia. At vero humana industria excogitauit simoniam, quibusdam honestis obtegere inuolucris, vt sic seruata, non cognosceretur ab insipientibus. Et enim, qui propter laudes aucupandas

Sanctimoniales quae suis dotibus alatur in monasterio istam est.

Pro receptione in monasterium nihil est recipiendum.

5. Conclusio

das & famam dilatandam, alteri confert beneficium, & qui ob obsequia impensa, aut exhibitum famulatum famulo, vel amico confert beneficium, quia haec pecunia non sunt, ideo abscondunt suam labem, suamque intime recondunt venenum. Et cum alioqui vera sint simonia, at quia laruam cuiusdam honestatis assumpsit, suam obtegit cernentibus foeditatem. Porro ex decreto Grego. papae triplicem agnosimus esse simoniam, vel ex munere linguarum, vel ex munere obsequij, vel ex munere pecuniae. At vt dicebam, dudum quando ex munere fit pecunia, statim se prodit, aliter vero dur, non sunt perspicue simoniae. Sunt autem qui quartam addant simoniae veluti speciem, ex munere, scilicet, consanguinitatis, vt Ioan. Maio. in. 4. distin. 15. q. 3. & summa Armilla verbo simonia, num. 111. Quibus ego non subscribo. Siquidem simonia consistit, in quadam commutatione spiritualis pro temporalibus. At vero episcopus qui confert suo consanguineo beneficium, ob hoc solum, quia sanguine coniunctus, & non vt bene faciat alij consanguineis, quia tunc esset simonia, esset enim dare spirituale, pro temporalibus. At vero in casu proposito, nulla est commutatio spiritualis, pro temporalibus, id quod videtur placitum. S. Th. 2. 2. art. 5. q. 100. Alias etiam posset addere Maioris, multas alias species simoniae. Vt conferre beneficium indigno, quia amicus est raut conferre iuueni, quia elegans est, aut quia bonus cursor, aut velociter scriba, & ob alia hoc genus quae quibus coaccuare poterit: quae tamen videtur a ratione abhorreret. At forte obiecit mihi. c. Nemo. ex. de simonia. Vbi traditur, quod qui respectu cuiusque personae, vel consanguinitatis, seu affinitatis, detentus non denuntiat peccatum admissum, episcopo, simonia est affectus. Porro hoc habet sane speciem simoniae, non tamen est simonia. Quippe, non denuntiat peccatum, amici, vel consanguinei, vel affinis, veritus ne amicitiam, & c. offendant, non vendit spirituale, pro temporalibus vt liquet. Aut intellige, si non denuntiat peccatum simoniae, quia tunc videtur fauere simoniae vt habetur extra de simonia. ca. cum

Triplicis simoniae.

Conferre beneficium indigno ob consanguinitatem, vel ob amicitiam, non est vera simonia.

detestabile. Verum ex eo habere dicebam, speciem simoniae, quia dimittit spirituales profectum proximi, pro respectibus temporalibus. Consistentum igitur est in diuisione simoniae Grego. r. q. 1. capit. Sunt nonnulli. Vbi ait, aliud est munus a manu, aliud ab obsequio, aliud a lingua, explicans autem quid sit munus a manu ait, esse pecuniam, verum munus a lingua esse fauorem, denique munus ab obsequio esse seruitutem indebitam impensam. Per quae verba non intelligit officia inhonesta impensa prelo propter beneficium, sed obsequium quamuis honestum, si fiat ex conuentione ad beneficium, iam est indebita impensum, item Greg. 4. c. ordinationes ibidem, ordinationes ait, quae interueniente pretio, vel precibus, vel obsequio, alicui personae, ea intentione impensio, & c. & paulo post qui taliter ordinantur, non per os suum, hoc est per Christum, intrant, sed vt ipsa veritas testatur fures sunt, & latrones. Primo igitur hi sunt simoniaci manifesta simonia, qui pretio pecuniario vel conferunt spiritualia, vel ea sibi parant, siue pretij hoc actu exhibeatur, siue retineatur, videlicet, erat apud episcopum pecunia ordinandi vel erat debitor illius ante ordinationem, si propter ordinationem, retinetur pecunia siue remittitur ab ordinando, vel a beneficiando, simonia est, quia remittere, est dare pecuniam. Quod si neque actu exhibetur, neque remittitur, sed promittitur pecunia, ex sola promissione incurritur simonia. Siue ergo pecunia detur, siue retineatur. siue promittatur simonia conciliatur. Nisi quod ex promissione conciliatur simonia conuentionalis. Et si iurisperiti, conuentionalem vocant quando pretium est datum, vel de dando in posterum tractatus intercesserit. Vnde apud illos, siue datum sit pretium siue remissum, siue promissum simonia realem conuentionalem tradunt esse, distinguentes contra mentalem, quae ex sola animi intentione vendendi aut emendi spiritualia committitur. Post haec autem simoniae speciem, est altera simoniae species, quae est ex laude, vel prece. Est autem laus duplex idemque de prece dicitur, quae dicitur carnalis, & fordida laus appellatur. i. q. 1. c. si quis. Aliae autem laudes spirituales,

C. de transf. actio. ext. a. test. veniens glossa ad. c. ordinationes l. q. 1.

Preces carnalēs, & spirituales & laudes carnalēs seu fordidæ, & laudes mundæ & spirituales.

& mūdę laudes. Sunt primę laudes, quādo quis pro indigno intercedit. Nam si pro digno quis intercedat, citra iniuriā dignioris, non sunt carnalēs laudes, sed spirituales. Vnde cap. latorem. r. q. r. Pa pa quendam ordinavit in acolythum, propter episcopi cuiusdam preces. Vnde ait latorem presentium, per intercessionem vestra sanctitatis, acolythum fecimus, quem ad obsequia vestra transmisiimus: vt si in lucrandis animabus amplius seruerit, proficere amplius possit. Et in capit. Vniuersis. Gregor. Neq; gratiam alicuius ait, neque supplicatione, aliquos ad sacros ordines audeat promouere, nisi eum quem vitę meritum, & actionis qualitas ad hoc esse dignum monstrauerit. Pro huiusmodi igitur dignis, preces offerre, & supplicare, non est simoniacum. Tunc enim etsi preces sint motiue causę, ad ordinandum, vel conferendum beneficium, non tamen sunt terminus commutationis vel fundamentum. Id namque temporis, non fit commutatio spiritualis pro temporalibus. Non enim propter preces, sed propter merita, etsi ad preces motus collator, vel ordinari ordinat, vel confert beneficium. Item si episcopus habet famulum, cuius merita nouit accedunt duo forte candidati ad beneficium meritis pares, sed famulatu episcopi impares, episcopus confert beneficium famulo, vtique nihil simoniacum admisit. Quia obsequium, & famulatus, etsi fuerunt causa motiua, siue sine qua non, at vero non fuerunt terminus commutationis. Quia episcopus, vt supponimus non contulit beneficium, in recompensationem famulatus, neque, vt commutaret beneficium pro obsequio, quia tunc obsequium esset terminus commutationis, commutatio enim est relatio quędam, & si habet pro fundamento spirituale, & pro tercio est simoniaca. Tunc autem planę intelligemus, commutationem hanc initiari, quando ex pactione, tacita, vel expressa processerit. Namque vbi est pactio, ibi est contractus, at cessante pactione nullus est contractus, ac subinde nulla erit commutatio neque illa ex contractu obligatio, & demum nulla simo-

Communitio est relatio quę si pro fundamento spirituale & pro tercio est simoniaca.

nia. Vt colligitur ex hoc. Tua nos de simonia. Poterit sane fieri quod sit simonia mentalis, deo nota: at ecclesię vt sit nota, non potest esse sine contractu vel tacito, vel expresso. Vnde si episcopus ab aliquo petit vt laudet eum coram rege, aut quod precetur aliquid regem, scilicet, promotionem ad pinguiorem episcopatum, ea conuentione, quod rependet officium laudis vel precum, vel ordinum collatione, ordinando laudatorem, aut consanguineos eius, aut quod conferret beneficium aliquod ecclesiasticum est simonia, siquidem, etsi non interueniat, pro ordine vel beneficio pecunia, & ideo non est venditio, neque emptio, at vero est repensio, vel commutatio spiritualis pro temporali. Et temporale hoc, scilicet, persuadere regi vel officialibus regis laudando, vel precando ad hoc, quod promoueatur episcopus ad pinguiorem sedem, est virtualiter pecunia. Quia huiusmodi laudes, aut preces pecunia æstimabiles sunt, & sæpe æstimantur, igitur perinde est ac si episcopus æstimationem & valorem harum precum ex spiritali soluisset. Vnde fit spirituale pretium temporale, aut contra. Vt si quis ait episcopo, conferas mihi hoc beneficium, & fauebo tibi coram rege, vt ad maiora ecclesię munera promoueharis. Tunc fauore emit spiritalia, huiusmodi hic episcopi fautor. Et quamuis pactio non fiat scriptis, sufficit verbo, aut insinuatione, vt simonia iudicetur. Qui verò sine pactione vel obligatione laudauit episcopum coram rege, quia nullus præcessit contractus, vnde laudas se ex obligatione laudare putet episcopum, sed merè gratis laudat ex amicitia, non ex contractu, tunc si episcopus hoc sciens, hunc laudatorem, etiam indignum, vel ordinat, vel promouet ad beneficium, non ex contractu, vel quasi ex obligatione aliqua faciens, sed solum gratis impulsus tamen ex alterius laudibus, quas vel regi, vel alijs in episcopi fauorem gratis porrexit, non est hic simoniacus. Si quidem ordinem, aut beneficium non de dit pro laudibus, volēs commutare vnū pro alio, siquidem nullus fuit contractus

Documenta ad iudicandas simonias.

ctus, igitur nullus est commutatio: à negatione superioris ad negationem inferioris. Est autē peccatū, huiusmodi, contra iustitiā distributiua, quę præcepit, indignos arcere ab officijs ecclesiasticis, & dignos pro ratione meritorum promouere ad ecclesię munera obeunda. Quam obrem ante oculos hoc documentum ex capit. Tua nos, præcitato est statuendum, si velimus discernere an sit simonia, an non, præ cogitare, videlicet, si in casu, qui vobis proponitur est contractus tacitus, vel expressus, quod si nulla est vel suspicio contractus, neque suspicio erit simonię, quamuis, crimen extare potest, quia facta est ordinatio, vel collatio beneficij contra iustitiā distributiua. Et quod de laudibus & precibus diximus, idem dicitur de obsequijs. Porro considerare oportet esse quędam obsequia spiritualia quę sunt annexa præbendis. Et propter hæc obsequia conferre beneficia, iustum est, & alienum ab omni simonia. Vt canonicatus magistralis non exhibetur nisi propter obsequium prædicationis, & doctoralis, propter obsequium ecclesiastici patrocinij. Et capellanij propter obsequium altaris, imo omnes præbendę habent sibi connexa quędam obsequia spiritalia, vel quasi. At vero sciscitaberis forsitan, quid ergo de capellanis quibusdam dicemus, quos patroni capellanij, non eligunt, aut presentant, nisi prius se obligauerint ad obsequia temporalia, videlicet, ad comitatum suum, vel suarum vxorum? Vtique hoc iudicari esse simoniacum, & quotidie vsu venit. Namque hic est contractus dandi spiritalia, pro temporali. Nempe capellanij, pro obsequio comitandi vxorem patroni aut ipsam patronam. Idem etiam est si dixisset episcopus, providebo tibi canonicatum, modo mihi famulatum exhibeas, vel celebres pro me, quotidie, aut statis diebus aut modo ores pro me. &c. Quia quamuis celebratio missę, aut oratio spiritalia sint, ceterum simoniaca esset huiusmodi canonicatus, aut cuiusvis alterius beneficij ecclesiastici collatio.

Simonia patronatus laicorum.

Non quia spirituale est in causa simonię, sed quia obligatio ad celebrandum, aut orandum est æstimabilis pecunia, ideo etsi videatur, quod sit commutatio spiritualis, pro spiritali, at non ita est, sed est commutatio spiritualis, pro temporali nempe pro obligatione, vel ad celebrandum, vel ad orandum. Imo neque præbendam pro præbenda permutare possumus propria autoritate, nisi autoritate superioris id fiat capitul. Maioribus, extra de præbendis. Porro autem obijciat aliquis, ex diuini literis, non constat esse simoniam, nisi ex pecunia Petro dicente Acto. octauo. Pecunia tua, &c. Vnde habebimus, quod ex laude, aut ex obsequio parare spiritalia esset simoniacum, Gregorius enim capitul. Sunt nonnulli, prima, quęstione prima, ex illo loco. 33. Esaię vbi quærunt quis habitabit ex vobis cum ardoribus semperniternis? Respondet, Qui loquitur veritatem, & excutit manus suas ab omni munere probat esse simoniacum cui cōcinit Psal. 14. Qui non accipit munera super innocentem. Verum isti loci non probant esse simoniacum, quod intendimus propter preces, vel laudes ecclesiastica conferre quia loquuntur de iudicijs. Verum quia laudes, & preces sunt virtualiter pecunia, quia multi conducti ob pecuniam laudat, & preces porrigunt pro alijs, ideo non ab re appellatur linguę munera. Vt etiam vituli laborum sacrificium laborum dicuntur, id est, diuine laudes Ose. 14. Quia ergo sunt æstimabilia pecunia, ideo cōmutatio si interueniat vt pro spiritalibus cōmutentur, reputantur & iuste simoniacę commutationes. Possunt igitur cōmutari laudes pro pecunijs vt si mihi faueris verbo tuo, tibi dabo argenteos centū vel domū, vel agrum, si regi persuaseris vt me hoc bono dono donet aut ab hac grana eripiat. Qui ergo similiter cōmutata duxerit spiritalia pro temporalibus, iniuriam facit spiritalibus, illa equans temporalibus, ideoq; crimē simonię ex hac cōmutatione incurrit: idē dicitur de eo qui porrigit pro seipso preces, vel laudes vt assequatur vel ordinem, vel beneficium,

Nō est alle nū ab scriptura laudes vocare munera.

Simonides
ferunt qua
dam accidit
taliter.

Hinc expèdere poteris, simonias quaedam differre solum accidentaria differentia, alias vero essentiali. Accidentali ter sane differunt simonia realis, cōventionalis, & mentalis, si de eodē sint obiecto. Namq; qd in effectu cōmutatur accidentali ter differt ab eodem, quod ex promissione solum: & hoc ab eo, quod mente tantum cōcipitur. Fornicatio namque exterior, & interior accidente solum differunt, & effectus atque promissio eiusdem effectus. Feci tria membra differentia accidentalis in simonijs, vt clarius agerem, & vt distinguerem simoniam ex effectu presenti ab ea que est ex effectu futuro, qualis est quæ est ex promissione. Et si iuriconsulti, duo tantum constituent membra, nam conventionalē dicunt esse etiam realem, vt eam distinguant contra mentalem, id quod supra est etiā annotatum.

Simonie
differunt spe
cie.

¶ Est porro alia distinctio essentialis, simoniarum, videlicet, ex munere à lingua, ex munere ab obsequio, & ex pretio pecuniario. Enimvero, vt venditiones non omnes sunt eiusdem speciei, quia alia est venditio mobilium, à venditione immobilium, & horum, & illorum varia est species; iuxta variam rerum venditarum speciem, ita quoque & commutationum varia est species, pro diversitate eorum, quæ commutantur. Vnde commutatio spiritualium, pro temporali, specie diuersa est, à commutatione rerum temporalium pro alijs temporalibus. Et rursum commutationes ipsæ illicitæ, spiritualium, sunt variæ pro varietate rerum commutarum. Vnde specie differt simonia, vna ab altera vt liquet.

6. Conclu.

¶ Sexta conclusio. In simonia, quæ ex iure humano simoniæ rationem habet, dispensabilis est à papa: quæ vero rationē habet simonię propter ius diuinū, est indispensabilis à papa. ¶ Hęc conclusio est confessā à iuris pontificij peritis. Vnde glossa ad cap. Ex parte de officio iudicis delegati, inquit, quædam esse simoniaca, quia prohibita sunt, alia vero ex eo prohibita, quia simoniaca. Priora dicit esse dare palmum post receptum in canonicum, aut renunciare canonicatum, vt datur patrueli vel consobrino, alias non resignandum. Posteriora sunt,

quæ in veteri, & nouo testamento sunt prohibita ne vendantur. ¶ Primi generis sunt non ex natura sua spiritualia, sed solum ex ecclesiæ institutione: secundi generis sunt ex sua natura spiritualia, & ideo, phibentur vendi ex iure diuino. ¶ Porro hęc doctrina multa eget disputatione. Quippe in nouo testamento, non est aperta venditio spiritualium prohibita nisi de quibusdā gratijs, gratis datis. Vt est gratia miraculorum vt patet Matth. 10. Vbi dominus ait, cunctes autem, prædicate dicentes, quia appropinquabit regnū celorū, infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mūdare demones eijcite, gratis accepistis, gratis date. Per quæ verba solum docere videntur miraculorum gratiam, & prædicationis Euangelicæ munus non esse vendenda. Et actō. 3. itidem fit mentio de aduentu Spiritus sancti super baptizatos: & hanc gratiam cupiens Simon sibi ex pecunia parare dixit. Date mihi hanc potestatem. At vero quod sacramenta non possunt vendi non est expressum in Euangelio aut in testamento veteri, & tamen sunt inuendibilia.

Differunt
glossa ad c.
ex parte de
officio iudi.
dele.

¶ Secundo, Quia in testamento veteri sacerdotium non habebat naturam spiritualem, sed neque leuiticus ordo. Si quidem non imprimebant characterem, neque conferebant gratiam ex opere operato suscipientibus, quidquid dicat Durandus vt in. 4. à me est disputatum contra eum.

Argumenta
contra glossam
san Bernar
di.

¶ Ad hæc sacrificia illa vetera, non erant spiritualia ob eandem causam. Præterea in nouo testamento, non exprimitur institutio cardinalium, neque patriarcharum, neque decanorum, neque archidiaconorum, &c. neque canonicorum, sed hæc omnia sunt ex iure humano instituta, igitur hæc poterit vendere papa, quia solum sunt simoniaca, quia à papa prohibita, papa igitur cui non subdatur suo iuri vendere poterit, quod est absurdum.

¶ Accedit eodem, quia ait glossa, quod illa, quæ sunt prohibita, quia simoniaca, habent naturam spiritualem, hoc falsum est, quia sacramenta sunt prohibita vendi, quia simoniaca, at non habent naturam spiritualem. Si quidem baptismus com-

¶ An papa
potest facere
de nō simo
niaco, simo
niacum.

fit ablutio facta sub præscripta verborum forma, est nature corporalis, itemque omnia sacramenta habent naturam sensibilem, quippe quæ sunt sensibilia signa, igitur non habent naturam spiritualem, imo sunt spiritualia, extrinsece, quoniam causant effectum spiritualement, vt supra diximus.

¶ Adde quod exemplum de pastu, non est probandum, quia pastus ille post electionem, collationem, & possessionem beneficii, non est simoniacus. Si quidem non datur beneficium propter pastum, ideo cum non sit commutatio, non est simonia, vt supra à me vberius fuit commemoratum.

An papa
potest facere
de nō simo
niaco, simo
niacum.

¶ Præter hæc argumenta quæ obici glossæ, sunt alia aliorum argumenta quibus nituntur colligere, nihil esse simoniacum quia prohibitū. Primo quia papa non potest mutare naturas rerum, ergo, quod non est de se simoniacum, non potest papa facere simoniacum.

¶ Secundo, Quia quod non est per se malum, sed est de se indifferens, si lege prohibeatur, solum constituit peccatum simpliciter inobedientiæ. Vt qui comedit in die ieiuniorum, peccat peccato simpliciter inobedientiæ. Vnde inferunt, quod vendere quæ ius humanū vendere phibet nō est simonia verè, sed quia puniunt quæ vera simonia, ideo vocatur.

¶ Porro hæc opinio nulla sulcitur idonea ratione. Etenim legislator vt supra tradebam, (quando de contractibus generaliter diserebam) si non potest mutare actuum naturam, certe facere potest ex non bonis, bonos, & ex indifferens necessariis: ideo lex si non mutat naturam rerum, mutat mores actuum. Vnde actus qui ante legem sancitum, non erat temperantiæ, lege sancita fit temperantiæ. Et qui non erat iustitiæ, scilicet, vendere frumenta ad taxationē, supposita lege taxante, iam fit iustitiæ, & illi contrarius est viciosus, & contra iustitiam, excedere, scilicet, taxationem.

¶ Quocirca, papa leges suas potest facere, quod quæ prius non erant spiritualia, reputentur iam spiritualia vt per consecrationem ecclesię, aut calicis, aut vestium sacrarum, &c. reputantur etiam hæc spiritualia. Non quia calix,

vel ecclesiæ paries, vel vestis, nouam sibi conciliet naturam, imo eadem natura perseuerat, quæ erat prius. Consecratio enim non est qualitas hærens rei consecratę, sed solum est respectus quidam rationis, quia res post consecrationem, reputatur sacra, & Deo dicata, & à profanis vñibus submota. Vnde sequitur, quod venditio horum, et si non mutat naturam, mutat tamen in genere moris. Quoniam antequam facerentur illa vendere, erat alterius moris, quam modo post consecrationem. Quia prius non reputabantur spiritualia, neque hæc sibi conciliarant nobilitatem, quam conciliant postea, ideo actus venditionis mutat non in ratione nature, sed moris, quia prius erat actus iustitię vendere illa ex iusto pretio, nunc est actus contra legem, prohibentem ne vendantur, & ideo est actus iniustitiæ, quia est vendere quod non est ex lege vendibile etiam si iuxta nature sit vendibile.

Consecratio
importat re
spectū quē
dā rationis
ad diuinū.

¶ Quo fit vt non sit sola inobedientia hæc vendere imo verè est simonia, quia est vendere ea quæ sunt ex lege spiritualia, aut ex consecratione. Neque est necesse quod sint spiritualia per naturam, vt sunt angeli, & anima rationalis, &c. Sed satis est quod sint sua ratione ex lege, videlicet, spiritualia. Per hæc argumenta proposita euirantur, & nullius sunt roboris. Papa igitur potest facere suis legibus, ex non spiritualibus, suo modo, secundū reputationem legis spiritualia, imo sequitur contra hos, si canonicatus, & cardinalatus, & alia quæ memorauimus, sunt solum ex iure humano, spiritualia vt glossa commemorata tradit archidiacono natum esse spiritualement solum. Ne iure humano prohibente eius venditionem, quod si ita est, igitur papa vendendo huiusmodi, non peccaret, neque qui emeret peccaret, aut excommunicationem subiret. Et ita fatentur quidam iuriconsulti. Quod huiusmodi canonicatus, vel personatus, quibus non est annexa animarum cura, aut sacerdotialis ordo, si papa vendidisset, non peccaret, & vendendo dispensabat cum emente. Et quia præsimonia, item non habent annexam animarum

Argumenta
pstantia pa
pā posse vē
dere benefi
cia ecclesie
quārum ad
temporalia
quæ inclu
dunt.

curam, neque sacerdotalem possunt cha
racterem multo facilius de illis concedere
rent.

¶ Et hoc probant ex multis, quæ su
nt Paluda. profecquitur dist. 27. Quartu
bri sentent. q. 4. quæ tamen ego sub breui
loquio succingam. Et addam alias ratio
nes, vt clari⁹ innoteat veritas. ¶ Prima
igitur est, quia huiusmodi canonicatus,
vel personatus, solum sunt spiritualia, ex
iure humano & ideo est simoniaca ven
ditio iure humano prohibente, ne ven
datur, ergo qui est supra ius humanum,
poterit illa vendere, sed papa est huius
modi, igitur. Probatur minor. Nam si
cut imperator est supra suas leges, ita pa
pa supra suas. ff. de le. l. Princeps. & .9. q.
3. cap. cuncta.

¶ Secundo, Quia solum est simonia quā
do sacra venduntur, aut emuntur: at ve
ro simplex canonicatus cui non est an
nexum spirituale officium, vt cura ani
marum aut officium predicandi, aut ordo
sacer, non est sacrum, igitur poterit à pa
pa vendi sine peccato.

¶ Tertio, Quia calicem sacrum licet ven
dere, modo non pluri vèdatur propter
consecrationem, igitur admissio quod ca
nonicatus aut beneficium includat spiri
tuale, & temporale, si vèdatur à papa, &
non pluri propter spirituale, licite pote
rit facere.

¶ Quarto, Ex casu cap. Relatum de præ
bendis, & dig. sit aliquis canonicus inli
tus ab episcopo, qui habeat totū ius spi
rituale, scilicet, officium, in ecclesia & ha
beat vocem in capitulo, & sedem in cho
ro, non tamen habet præbendam, sed il
li promissa est primo vacans, hoc casu
fecerit sunt hæc duo ius spirituale, &
ipsa præbenda, igitur si vendatur tunc
præbenda à papa quæ est purè tēporale nō
erit illicitum. ¶ Et in nostra Ciuitate si
ecclesia vicarius generalis episcopi, nunc
est ad hanc rationem institutus in cano
nicatu penitentiario, habet enim ius ca
nonicatus, & non habet præbendam, sed
expectat primo vacantem.

¶ Quinto, In hac item ecclesia, archi
diaconatus Ciuitatensis, qui non ha
bet vocem in capitulo, neque residentiā
necessariam in choro quia nō fruatur di
stributionibus quotidianis, neque poti
tur grossa, solum habet fructus quosdā

colligere, quos vocant baptisteria, neq;
in unctū habet officium celebrandi, aut or
dinem sacrum annexum, si papa hunc
personatum vendidisset videtur, quod li
cite faceret & sunt personatus huiusmo
di in alijs ecclesijs.

¶ Sexto, Quia spirituale, & corporale
sunt inter genere diuersa, si ergo authori
tate papæ coniunguntur in beneficijs ec
clesiasticis, autoritate etiam papæ, pote
runt secerni, & distinguuntur poterit ven
dere papa temporale sine spirituali.

¶ Septimo, Papa est qui instituit canoni
catus, & personatus dignitates ecclesie,
& alios ministros in ecclesia Dei. Nam
et si episcopatum, sacerdotium, diaconi,
&c. sint diuini iuris, itemque particula
res ecclesiarum pastores, qui dicuntur
paræci, qui sunt adiutores principaliū
pastorū, id est, episcoporum, at vero ca
nonicorum decanorū, quæstorum præ
centorum scholasticorum & aliorū per
sonatum, qui in ecclesia Dei sunt, papa
est institutor, vnde & ipse huiusmodi,
potest augere, vel minuire, vel extin
guere vt extinxit Paulus quartus cano
nicatum vnum in qualibet ecclesia Hi
spanie. & in officium inquisitorum in
mendum, si ergo papa hæc instituit, que
ramus, quid est quod instituetur num
fructus temporales non hos sanè. Nam fun
datores ecclesiarum. Sunt vnde ecclesia
habet fructus temporales, & alij viri, &
scemine deuotæ quæ ecclesijs suis oppi
bus diuarunt vnde fructus ecclesiarū nō
sunt à papa igitur quando instituit cano
nicos, & personatus, seu dignitates eccle
siasticas, habentes iurisdictionem ius in
stituit canonicorum, & personatum, &c.
Si ergo ius istorum vt percipiāt fructus
ecclesie, est à papa, est iuris humani hoc
ius igitur subditur papali dispositioni, vt
iura à rege instituta officiorum tempo
ralium, ergo papa potest licite ea vende
re, quia suæ dispositioni subditur. Nam
si spirituale est, huiusmodi ius percipien
di fructus est ex iure papali constitutē
ne huiusmodi vendatur ius, aut ematur.

Hæc sunt argumenta, quæ videntur
subdere beneficia dispositioni papa
li, quo ad venditionem iuris in ipsa
inclusionem. Et fouentur denique omnia
hæc ex glossa sepe iudicata, & vt aiebā.
iurisconsultorum, ita fert sententia papa
non

non esse simoniacum hæc vendentem,
neque e mentem iniuri excommunicatio
nis sententia, quia vendente Papa huius
modi spiritualia, quæ ex sua dispositione
sunt spiritualia, dispensat in sua disposi
tione, & ideo vt vendens papa non pec
cat, ita neq; emens peccat, neq; vlla per
cellitur censura. Porrò hæc res non est
mihi confessio. Enimvero, quod papa nō
afficiatur excommunicatione, siue vende
ret sacramenta, siue beneficia, siue simo
nia sit, quia prohibita, aut phibita, quia
simonia, ego non verto in dubium. Si
quidem excommunicatio est pena, que
infligitur à canone, non diuino, sed hu
mano est enim canon papalis. At verò
papa non habet in parem imperium, ideo
excommunicatio, quæ est à papa, non
potest ligare papam, vt neq; excommu
nicatio episcopi, alium episcopum suc
cessorem ligat. At vero de peccato, res
est confessa, quod si vendat sacramen
ta, quorum venditio, est ipso iure Dei
prohibita, papam culpam committere,
& enormem, multo quidem grauio rem,
quam inferiores. Si quidem ius diuinum
obligat omnes fideles ad sui obseruan
tiam, & papalis dignitas non absoluit pa
pam ab hac obligatione, imo ligat ve
hementius, propter tanti officij sibi
concreditam sanctitatem. Nam qui vice
agit Christi in terris, ceteris omnibus pu
riorem se in Christi mandatis obseruan
dis custodire debet.

An papa
peccaret si
vèderet be
neficia ec
clesie.

¶ Verum de his, quæ simoniaca sunt,
quia iure papali sunt prohibita, an ipse
peccet, si vendiderit res magis dubia est,
quippe peccatum contingit ex prohibi
tione humana papali, quæ papam non
ligat. ¶ Rursus si peccat maxime pecca
to simonie, sed hoc non videtur, quia cel
sante prohibitione, vel eneruato canone
quem papa eneruat vendendo benefi
cium, iam nulla est simonia.

¶ Præterea, is qui emit à papa non pec
cat, quia vendente papa, ipso facto dispē
sare videtur in iure prohibente venditio
nem, maxime si emptor, non sollicitauit
papam, ad venditionem, igitur neq; pa
pa peccat. Et ita confessum est multis, &
Syluester verb. simonia. §. 4. esse placitū
Petri de Paluda, & aliorum credit, addūt
que contrahentem cum papa in huius
modi contractu, non conciliare sibi ex

communicationis censuram, quia papa
videtur ex contractu, quem scienter cū
eo contrahit dispensare.

¶ Quibus tamen Maior. dist. 15. 4. q. 3. Maior & Toñ
refragatur, credit enim huiusmodi con
trahentem conciliare ex huiusmodi con
tractu cum papa, excommunicationis
penam. Enimvero, in clementina de sen
tentia excommunicationis cap. Si sum
mus Pontifex, inquit papa, si summus
Pontifex, scienter etiam excommunica
to participet literis, verbo, vel osculo, vel
alio quouis modo, ipsum per hoc absol
uere nulla ratione censetur. Nisi velle for
sitan exprimat, illum ex hoc pro abso
luto haberi, vnde colligit Maior, quod si
papa expresserit eum absolueret ab ex
communicationis censura, verūtamen
locus hic nō colligit peremptorie, quod
ipse amat placitum, quod & dixit esse
Ioannis Andrea.

Maior & Toñ
Andreas

¶ Et enim casus capitali indicati, si sum
mus Pontifex, est longe diuersus, ab eo
quem modo versamus. Quam quidem
papa quando communicat vel verbo,
vel literis, &c. cum excommunicato, nō
communicat in facto, propter quod ful
minata est excommunicatio: id quod ac
cidit, in præsentem quod versamus casu. Nā
que Papa si vèdit beneficium, & Petrus
verbi causa emit ipsa venditio, & em
ptio, est ipsum opus, ob quod lata est ex
communicatio, vnde videtur, quod com
municans in facto absoluit papa simul
facientem, vt quando Saul consuluit Py
thonissam, eam absoluit à pœna, quam
indixerat magis & ariolis. 1. Reg. 28. Et
rursus, si papa non peccat vendendo, ne
que emens peccat emendo, si non pec
cat, igitur excommunicationis non sub
bit censurā, aliā sine culpa, quis grauis
mam ferret pœnam, qualis est excom
municatio. Necessè est igitur dicere, si
emens peccat emendo à papa beneficium,
& vendentem papam peccare, quod si
papa peccat, at non contra ius humanū
à quo papa non ligatur, ergo contra ius
diuinum, ergo iuris diuini est non ven
dere beneficia, contra glossam supra in
dicatam & iurisconsultos, qui eam se
ntantur.

Casus capi
tali, si sum
mus Pontifex
ex
plicatur.

¶ Est autem obseruandum vt hæc que
stio sua luce donetur, in beneficijs ecclē
siasticis, quædam esse instituta à papa,
quorum,

In beneficijs
ecclesiasticis
obseruanda
distinctio.

quorum institutio principalis est ad officia corporalia. Nam papa quosdam canonicatus, & quasdam portiones instituit pro cantoribus, & pro organistis & si quæ sunt pro scribis. Et in Legionensi ecclesia, sunt quidam canonicatus ab antiquo instituti pro custodia episcoporum & alij pro custodia cuiusdam turris. Huiusmodi dicitur vendere papa si voluerit, non ageret contra ius naturale, vel diuinum & huiusmodi emens, sine labe simoniae erit, imo sine aliqua culpa, si papa venderet.

¶ Enimvero huiusmodi relata officia, aut si quæ sunt istis familia corporalia sunt, vt esse magistrum cantus, quem vocant magistrum capellæ, vel docere pueros ecclesiæ cantum, aut pulsare organa vel tibias, &c. Neque aliter se haberet vendendo hæc quam si venderet calices sacros, aut vestes aut sepulturas, &c. Quia vendendo hæc tollebat papa consecrationem, quæ est iuris humani si venderet inquam laicis & pluri propter consecrationem, deputabatque illa nihilominus ad vsus profanos, & tollebat deputationem ad diuina per ipsam venditionem. Et quamquam canonici qui sunt instituti ad cantum, &c. habeant ministerium in choro, non tamen ob hoc cesset eorum institutio principalis, quippe non principaliter, ad hæc spiritualia sunt instituta sed principalis institutio fuit, ad corporalia obeunda.

¶ Sunt porro alia beneficia quorum institutio est à papa ad ministerium in choro, in altari in capitulo, quæ omnia ministeria sunt spiritualia, vnde ex institutione ad ministeria, resultat ius ad præbendam percipiendam. Et quamuis institutio horum sit ex humano iure, quia papa huiusmodi instituit, at ius quod resultat ex institutione percipiendi præbendam, non est à papa, sed ex iure naturali competit ministro huiusmodi ministeria ministranti. Namque ius naturæ est 2. Tim. 2. vt laborans agricola ex labore suo percipiat fructus. 1. Cor. 9. domino item disponente in sudore vultus tui vesceris pane tuo, id quod supra latis expressimus, quia dignus est operarius mercede sua Luc. 10.

¶ Quocirca si papa posset vendere hanc institutionem, vendere posset istud ius

quod est spirituale ius, at vero hoc ius non potest vendere papa, quia est ius spirituale, & ex iure diuino competit ministris à papa institutis.

¶ Et in hoc fuit deceptio differentium hanc materiam, quia non distinxerunt inter institutionem canonicatum, &c. & ius quod resultat ex institutione. Et quia non distinxerunt pronuntiarunt in distinctione beneficia posse vendi à papa id quod verum est de prioris generis, non posterioris generis beneficijs.

¶ Verum licet si accepero quempiam in famulum, accipere in famulum, ista sane mei arbitrij, at ex famulatu necessario resultat ius naturæ de soluendo illi famulatu. Possum sane rejicere famulum, interim tamen dum sustineo eum in meo ministerio ius naturæ poscit, vt eidem ministerium rependam. Potest quoque papa reuocare institutiones canonicatum, &c. Verum perseverante institutione, ius naturæ poscit, vt qui altari se iuravit, de altari viuat. 1. Cor. 9. & hoc ius est spirituale, & ideo non venale. Et vt colligebam dudum, si papa venderet canonicatum venderet ius spirituale, quod est illi intrinsicum, sed hoc non potest vendere, sine labe simoniae, igitur neque canonicatum, à tota conditionali, ex destructione consequentis, ad destructionem antecedentis. Est sane verum, quod si papa venderet, liber esset à poenis iuris, scilicet, à depositione, suspensione, & censuris etiam, at non à culpa simoniae, quia venderet ius spirituale, quod tamen si pendat ab humana voluntate, non propterea non est spirituale, quippe competit ex ministerio, quod non ex papali constitutione, haurit suam spiritualitatem, sed ex se est spirituale, vtique ministrare altari, choro, capitulo, & alia huiusmodi ministeria sunt de se spiritualia, quippe quæ ex se ordinantur in cultum summi spiritus qui Deus est.

¶ Porro calices, vestes libri & hoc genus ecclesiarum vtensilia, & templa ipsa ex se sunt corporalia, at per accidens ex aduentitia vel benedictione, vel consecratione, sunt spiritualia. ¶ Quamobrem, si ex casu capituli relatum, indicati, institutus sit canonicus, ad præbendam primo vacantem, tunc præbenda illa, non posset vendi à papa. Quippe esset simoniacum,

Beneficiorum distinguere oportet institutionem à iure resultante ex institutione.

niacum, & vendebat alienam. Quoniam eius est iam vacatura præbenda, qui iam est institutus canonicus, siue institutio fiat ex iure, vt præbenda quæ poenitentiaris afficienda præcipitur à concilio Trident. siue papa eam instituat, aut probet institutam ab episcopo, autoritate concilij Trident. Quamuis ergo institutio sit papæ, at ius, ad præbendam possidendam, non est papæ, sed instituti canonici, vnde si papa venderet præbendam huiusmodi venturam, iam vendebat ipsum ius, quo gaudebat, institutus canonicus, ad percipiendam veteros fructus propter ministerium.

¶ Quod si dixeris tunc præbenda erit separata à iure prædicto ad præbendam igitur poterit vendi, respondebis, quod re verâ, neque est separata, neque coniuncta, quia quod non est, neque est separatum, neque coniunctum. Et ideo si papa illam venderet, venderet quod non est, aut venderet ipsum ius, quod est spirituale, ideoque simoniacum esset venditio.

¶ Idem dicito, de capellanis collatijs, quas vel papa vel episcopus instituit. Quippe quæ ex collatione sunt immobilis, & ideo reputantur beneficia ecclesiastica, secus de non-collatijs, quæ ob eam causam, non obligant ad officium precum canonicarum persoluendum.

¶ Superest argumenta diluere, quæ suffragantur glossæ. ex parte. & Anto. de Butrio. & Panor. c. 1. de simonia, & Card. ibidem.

¶ Et primo dices solum esse verum, quod ius canonicum subditur papæ, quantum ad institutiones, & extinctiones & multiplicationes, aut diminutiones canonicatum, personatum & dignitatum ecclesiasticarum. Namque hæc papæ arbitrio subiecta sunt vt paucis abhinc annis extinxit Paulus quartus in singulis ecclesijs Hispaniæ præbendam vnam, & illam fruendam dedit officio inquisitorio contra hæreticam prauitatem, verum et si institutio præbendæ, sit papalis, at postquam est instituta ad Dei cultum, non subest papæ eam vendere quoniam ex institutione resultat ius spirituale percipiendi fructus, id quod est inuendibile, vt etiam arbitrij est humani ducere in uxorem Catharinam, vel Agnetem, at postquam ducta fuerit vxor, ius est di-

uini naturalis, & positiu, eidem reddere debitum, quod papæ non subest.

¶ Objicies, quia in ecclesia Legionensi est canonicatus pro custodia episcopi, id quod videtur temporale omnino, verum de huiusmodi id dicendum, quod de præbendis, quæ sunt ad pulsandum organa, vel ad docendum cantum, de quibus supra diximus.

¶ Secundo respondebis, quod etiam canonicatus sit beneficium simplex, & non habeat annexam animarum curam, & non habeat ordinem sacrum necessario annexum, nihilominus est in eo institutio ad spirituale ministerium siue in choro, siue in capitulo &c.

¶ Tertio dices, aliud esse de calice sacro, aliud de huiusmodi præbendis. Nam calici consecrato, vt ceteris omnibus consecratis, forinseca est consecratio, & omnino aduentitia, quia vt dicebam respectus quidam rationis adueniens ab extrinseco, videlicet, à potente consecrare.

¶ At vero ius percipiendi temporalia, est intrinsicum beneficio ecclesiastico, & non potest vllatenus ab eo separari tantisper dum durat eius institutio ad ministerium exequendum spirituale, qua tamen abrogata ius quoque perit illud, quod minister institutus ad illud ministerium, & ad præbendam habebat. Et ideo si seruetur institutio, seruetur necessario ius, quod si præbenda non conferatur, sed alteri venderetur, alienum venderetur, aut si eidem habenti ius venderetur venderetur illi quod est suum. Et vtrique est contra iustitiam commutatiuam. Et demum quando huius generis beneficia venderentur, vtique Papa peccaret grauiter, non solum propter rationem præmemoratam, sed etiam, quia ageret contra iustitiam distributiua.

¶ Hæc enim præcipit, vt beneficia conferantur pro meritis, quod si pro meritis, ergo non pro pecunia, nam pecunia non est meritum. Et esset imitari idolorum profanos sacerdotes, quos instituebat Ieroboam pro pretio numario, vel pro muneribus. 3. Reg. 13. & ideo vilissimos quosque eligebat in sacerdotes, vt ibi traditur quod fecit de nouissimis populi sacerdotes excellorum. Et quamquam reges vt suo loco supra tradebam, vrgentibus regijs necessitatibus possint vende-

An papa peccet si vendeat beneficia.

Beneficiorum genus.

Beneficiorum genus.

re publica officia, at vero papa non item, quippe beneficia sunt ad cultum Dei, & regimen spirituale animarum, instituta. Et omnia susdeque peruerterentur, si paterent huiusmodi venalitati, continuo enim serperet virus hoc in sacramenta ecclesie Dei & in episcopatus, & vniuersa ecclesiastica profanarentur. Sed quid numquid peccaret emens beneficia vel beneficium si Papa venderet. Forfan quidam canonista quibus in confesso est in beneficijs non committi simoniam nisi ex humano iure, responderet non esse tunc peccatum simonie, quia beneficia non sunt sacramenta, & tunc papa vendendo dispensaret. At vero displicet hoc placitum, ideo aliter dicendum papa vendente beneficia, etsi vendidisset dignissimis, ementes peccare, & Papam item vendendo peccare. Enimvero papa ex officio tenetur dignis conferre beneficia ecclesie, quia non est illi potestas ad dissipandum ecclesiam, sed ad fulciendam, esset autem dissipatio fidelium si indignis ecclesiastica beneficia conferrentur. Nam salus fidelium prebet ex idoneis ministris, imo si habita copia dignioris digno conferretur esset in culpa qui neglecto digniori, dignum illi preferret. Si quidem & si tunc non timeatur dissipatio fidelium, at vero fit iniuria ecclesie, si illi non conferatur dignissimus minister, si adest.

¶ Sed quid si electus est aliquis a papa ad beneficium obtinendum, at vero tanta esset calamitas, que absit, quod papa nollet conferre beneficium, nisi ex numo. Caietanus opusculo de simonia cap. 3. mouet dubium, num si accidisset quod res ecclesie turbata essent, & cardinales intenderent eligere in summum Pontificem indignum, tunc ne is qui dignus est, posset pretio aut munere subornare electores, ut se eligerent, sciens, quod aliter non esset eligendus dignus quia indigni subornant etiam electores?

¶ Respondet & recte meo iudicio labem conciliari simonia, si dignus suam promotionem ea via tentasset. Quia re vera non redimit tunc suam vexationem, non enim habet ius in pontificatu, neque ad pontificatum, ideo non est redemptio vexationis sed emptio pontificatus, secus a iuste si dignus non pro se nec pro

alio, sed solum consulens bono ecclesie obtulisset electoribus munera, non ut se vel alium particularem, & nominatum eligerent, sed solum obtulisset munera, ut bene, & secundum Deum eligerent: quia corruptos eos videt ut male eligerent. Quo casu censet non esse simoniacum munera offerre quia redimitur vexatio ecclesie cuius est ius ut bonis gaudeat ministris. Itaque tunc non est emptio, quia dignus, non sibi alteri ve petit, neque hoc intendit ut supponitur sed solum ecclesie bono consulit.

¶ Vnde sequitur, quod si electores dignum elegissent in summum Pontificem, at corrupti nolent eum coronare & adorare, expectantes munera, quia tunc electus habet ius in Pontificatum, ideo poterit quando alias nihil esset remedij, ut coronaretur offerre munera pro sua coronatione, tunc enim est redemptio sue vexationis, id namque temporis vere legitur ius eius, & vexatur, & ideo ut se immunem seruet fas esset ei eo modo se eripere a vexatione. Et idem videtur dicendum de electo digno ad quoduis beneficium, aut prebendam, quod poterit simili modo, sine labe simoniae redimere suam vexationem, secus de non electo etsi dignissimo, quia hic tunc non habet ius in re, neque ad rem. Abrogata institutione, hac tamen illesa, ius ille sum ad fructus percipiendos perseuerat. Et qui ius habet ad percipiendum fructus, habet item ad vendendum eosdem quippe suos ex impenso ministerio facit. Qui vero ius non habet ad ministerium, neque vendere potest, aut separare partem fructuum ad pios vsus ut facit in preestimonijs. Papa enim non est dominus prebendarum, ipse enim non dotauit ecclesias, neque exercet ministeria ecclesiarum particularium ob quae sunt prebenda assignata, sed solum dispensator est ecclesie, non ut suorum bonorum, sed bonorum ecclesie, ceu economus generalis ecclesie vniuersalis, cui Christus commisit generalem administrationem omnium bonorum ecclesiasticorum, ad utilitatem totius ecclesie, & fidelium, non ad dissipationem, esset autem dissipare, vendere bona ecclesiastica, ut dudum colligebam. Et hoc probat argumentum septimum, quod papa propter generalem admi-

Papa est economus generalis totius ecclesie generalis

Cathedraticum exhibent ad episcopos

administrationem poterit instituere beneficia, & diuisa vnire, & vnita diuisere, vel augere vel minuere, vel extinguere ad commodiorem vsam vel partem separare fructuum, magna urgente necessitate ad defensionem fidei concedere illa regibus fidelibus, ut de tertijs, & quartis & decimis concessis regi Hispanie a papa videmus. Quod si forte obiecerit mihi quispiam si papa, quia ex officio tenetur providere de beneficijs, nihil pretij potest ex illis propter collationem referre, itemque episcopus, cur ergo episcopis mandatur media pars oblationum earum, quae ad altare offeruntur. 10. q. 1. cap. Antiquos, & in cap. decernimus, de omnibus redditibus episcopo traditur tertiam reddendam partem, & 10. q. 3. cap. Placuit. duos solidos in honorem cathedrae suae tollere episcopum ab ecclesijs suis in concilio Barcharense sancitur. Idemque Pelagius statuit ibidem cap. illud & illud vocatur cathedraticum in hoc. c. & cap. Nec numerus. §. cathedraticum. Et praeter haec referunt aliam portionem ex defunctis parochis, quam vocant luctuosam, sicut mos hic referendi luctuosam est apud Ciuitatem diocesis. Quae re vera meliori iure appellaretur gaudiosa: si quidem optima superpellectilem defuncti sine ulla, sine fructu, siue vas aureum, siue argenteum, &c. simul atque defungitur vita parochus suae diocesis episcopus sibi capit. Est sane luctuosa consanguineis pauperibus, quibus magis necessaria erat, quam episcopo diuiti, ceterum hoc non obstantia citra appellationem, eam sibi vendicant. Praeterea & referunt capellum quod vocant. Hoc enim est pecuniae certa pensio tribuenda episcopo non quotannis, sed semel quando primum venerit in suum episcopatum & resederit in cathedra sui Pontificatus, cathedraticum verò est item pecuniaria pensio quotannis tamen exhibenda a parochijs, & beneficijs item alijs parochiarum, & a portionarijs, si sibi sunt instituti, capellam vero parochi solum pendunt, secundum praxim huius Ciuitatis diocesis. At cathedraticum esse iuris canonici supra exposuimus, & taxationem eius esse duos solidos, verum taxatio haec variata est ad temporum variationem, de capel-

lis vero istis, & luctuosis, non facile constat ius scriptum, verum multas vires obinet consuetudo. Haec igitur accipere quae vel conceditur, vel consuetudo probata, non est simoniacum, ut neque procuraciones accipere visitationum. 1. q. 1. relata. quamuis in concilio Trident. sess. 24. cap. 3. decernit, sola victualia, esse recipienda ab episcopis pro visitationibus aut si maluerint habita ratione pretij victualium, pecuniae pretium aequipollens recipere, vbi tamen consuetum est, haec victualia subministrare, nam vbi consuetum non est, non licet ea recipere. Alia vero ab istis recipere siue pecuniam, siue munera est simoniacum. Iam vero vrget argumentum: episcopus tenetur visitare, igitur nihil potest recipere pro visitatione siue victum siue pecuniam, siue quoduis aliud munus.

¶ Respondebis, quod nihil potest recipere, ex propria autoritate, verum ut cathedraticum suscipit, ex autoritate iuris, item capellum & luctuosam ex probata consuetudine, ita & victualia sibi & famulis, & iumentis, ex iuris autoritate. ¶ Et forte ius introduxit hoc, quia olim erant episcopi pauperes, in leuam suam indigentiae, sic etiam ut diximus, constituit ut quod ex oblationibus, & redditibus, sacerdotum, portionem deferrent episcopi, ut ex indicatis capitulis constat, quae tamen omnia sunt iam dissuetudine abrogata, quippe iam episcopi saltem Hispani habent pinguissimos census, & ideo non egent ex oblationibus sacerdotum partem accipere suam. Verum, quantum ad victualia ex visitationibus, et si concilium decernat, quod visitent episcopi modico stipendiati comitatu, & vestitu equitatu non multo, ne grauentur oues ex visitatione pastoris: & rursum, si alicubi non est consuetum subministrare, quod non petantur. Adhuc obiecijs, papam multam accipere pecuniam, propter diplomatum suorum expeditionem, quod videtur simoniacum. Praeter haec episcopi, non nunquam dignis conferunt beneficia sub ea conuentione, ut si pinguis eis obuenerit, adepti teneantur resignare in fauorem alterius digni ex beneplacito episcopi, hic interuenit patrum, & nulla videtur simonia: quippe non

Quod tempo-rale recipitur pro spiritali autoritate iuris vel ex probata consuetudine non est simoniacum.

Visitat episcopi suas dioceses modico stipendiati.

An sit simonia emere beneficia a summo Pontifice,

non sit commutatio spiritualis, pro temporali.

¶ Et ut hunc executiam in primis casum, sunt qui putant, hunc casum commemoratum, abesse à labe simonie, ut frat. An tonius Cordubensis, in suo libello Hispanice, de quibusdam casibus conscientie, decernere. Et ratio est, præf. ta. & quia hoc videtur esse consuetum.

¶ Porro opinor diuersum, siquidem, patet illud interueniens quid temporale est, & obligatio ex eo resultans, unde quia propter illam obligationem, conceditur beneficium ut patet ex casu, ideo simoniacus videtur. Quidquid est pinguius accedat beneficium, poterit esse, quod in iuris resignet quod habebat beneficiatus, siquidem, poterit esse, quod malit ille beneficium quod habet, vel quia habet illud in natali loco, aut in oppido salubriori, vel ob alias causas, unde fiet, ut coactus resignet, quod est ei iniurium. Ad argumenta vero, ut respondeamus, primo dicendum est, quod papa tenetur, & ordinis, & beneficia, & sacramenta gratis conferre, porro diplomata, quæ sunt instrumenta, per quæ constat collatio beneficiorum, aut dispensationum papaliu gratia, aut episcopatuu confirmatio, &c. papa non tenetur scribere, ideo mandat suis officialibus scribenda, & huiusmodi diplomata, non sunt sacramenta, neq; sacramentale, neq; annexa spiritualibus, ideo officiales sui laboris pretium accipiunt, non sunt simoniaci. Nam cum horum officium sit necessarium reipublice, necessarium est, ut ex suo labore victitent. Non enim tenentur gratis seruire. Quidquid ministrantes sacramenta ex suo labore, item viuunt, & hoc sine simonia, & multo fortius, quia non administrant quales sunt isti officiales papæ.

¶ Dices lex Julia, ambitus, cessat in vrbe Roma, eo quod ibi magistrat⁹ princeps creat. ff. ad. l. Julia. ambitus. l. vnica ergo sicut imperator inculpatè potest vendere magistratus, ita & papa qui est summus fidelium monarcha, poterit, sine turpitudine vendere præbendas. Respondetur esse latum discrimen: papa enim est monarcha in spiritualibus, at spiritualia commutari nequeunt, quia nulla pro eis est digna ponderatio.

Veres forsitan dubiu, & quid si quispiã

emere pacificur beneficiu, & pacifã pecuniã non soluit ad pto beneficiu? Et quid si papa, vel episcopus vendere pacificur beneficiu, & adepti pecuniã, non confert beneficiu? nũ isti sunt simoniaci, nũ ex communicationi censuram subibunt? videtur enim in primo casu nõ fuisse simoniam. Siquidem non fuit venditio spiritualis, igitur neq; emptio, sunt naq; correlatiua. Patet primũ quia pecunia non soluta, non est emptio. In secundo vero & si pecunia fuerit soluta, at res emptã non fuit tradita in ius emptoris & quando non transfertor, venditio est nulla, videlicet, si per emptorem non fterit, quominus transferretur. At in casu hoc, non stat per emptorem petentem suam beneficium, ut supponimus.

¶ Cai. 2. q. de simonia, credit primũ contractum subdi censuræ ecclesiasticæ, & non secundum. Probat quia ibi est contractus exterior simonia. Quamuis faciamus, quod emens, eo animo contraxisset, quo non solueret pecuniam, sed fãste emebat, quia ecclesiã de occultis non iudicat, ni per manifesta, at hic emens pepigit se daturum pecuniam, unde ecclesiã iudicat emendi fuisse ei animo.

¶ Rursus quia ex. de simonia ca. Nobis propter solum pactũ censetur contractus simoniacus, eius inquit electio tanquã simoniaca prauitate præsumpta penitus reprobãda est. Et est casus capituli de electione quadã, quæ facta fuit propter pecuniã electoribus promissã. ¶ Tertio, quia ibidẽ. c. Tua nos à glossã indicatur. Tãcre. dicẽs ex sola pactioe fieri simoniã contractũ, & cõtrahentẽ fieri simoniã. ¶ At verò in. 2. casu, etsi hesitat Cai. de veritate, opinat tamẽ, nõ esse simoniacos cõtrahẽtes, siquidẽ id quod principale est in cõtractu hoc est spirituale, & spirituale nõ est veditũ. Et hoc esse discernimẽ inter vtrũq; casum affirmat. in. 1. enim spirituale propter pactũ de re dãda temporali fuit exhibitum in. 2. verò nõ.

¶ Porro iurisconsulti, quibus subscribit Nauarrus in suo manuali. cap. 25. num. 1. 2. Curie Rom. consuetudinem esse lãge diuersã ab hoc placito ostendũt ex Casiodoro in decision. 5. de cõstitu. modernis. Et ex Ludouico Gometio, in reg. de trienn. possess. q. 1. 2. cum quibus facit Felinus de senten. & re iudi.

¶ At

Iurisconsulti
nõ simoniaci
cõuentionalis
asserunt ac
censurã ec
clesiã.

¶ At si iuris obseruamus verba, ego dicere, contra Nauarrum, tam in. 1. quam in. 2. casu esse contractum simoniã, siquidem contractus simoniã fit ex solo pacto, unde tria membra distingunt iurisconsulti simoniã, reale, conuentionalem, & mentalem, etsi duobus tantum membris alijs sint contenti, ut supra dictum est. Apud omnes tamen, est quædam simonia conuentionalis. Neq; hæc alia est, præter eam quæ contrahitur ex promissa pecunia propter spirituale. Namque quando nimus exhibetur iam realis est. Et in cap. Tua nos eodem titulo expresse ex pacto iudicatur contractus simoniã, & ex negatione pacti, censetur non simoniã. Et quid sit, quid de intentione, si pactum

Contractus
simoniã
ex iuris præ
sumptione.

adeit, est contractus præsumptus, ab ecclesiã simoniã ut liquet ex cap. Nobis nuper indicato. Et ratio iuuat, quia contractus ut patet ex præhabitis, est vitro citroque obligatio. At vero quando pactum est vitro citroque obligatio. Namque etsi pactio in huiusmodi non obliget, quia ad peccatũ non potest esse obligatio. At vero quantum est ex natura pacti, hanc conciliat contrahentibus obligationem. Nisi quod spiritualium excellentia obligationem hanc impedit, at ex natura pactioe est parare hanc obligationem, cum ergo tam in. 1. quam in. 2. casu sit pactum de venditione spiritualium, utrobique est eadem ratio, unde si primum casum concedimus, obnoxium esse censuræ ecclesiasticæ, secundum eundem censuræ esse subiectum non est inficiandum. Neque obstat quod Caietan⁹ euadit, refugiendo, ad spiritualium principalitatem, quia ista principalitas est in causa, quod contractus, sit nullus & primus, & secundus. Quippe spiritualia non sunt venalia. Caterum de facto non tollit pactum, quia de facto utrobique est eadem pactio. Nisi quod in. 1. emens, non soluit pecuniam, ex qua contrahentes conuenere, in. 2. vero soluta pecunia vendens, non impleuit pactum de dando spirituali. Caterum utrobique nisi impeditur ab excellentia spirituali, vitro citroque resultat obligatio ex natura pactioe.

¶ Quidquid igitur de consuetudine sit Romãna: curie ius hoc statuit quod di-

ximus. Et uterque casus est subditus iuris censuris, si iuris tamen textus obseruantur prænotati, verum quia consuetudo est optima legum interpretis, si hæc est consuetudo, quam commemorati constituant, eidem esse standum. Unde secundum hoc sola simonia realis, obnoxia est censuræ ecclesiæ, non tamen mentalis, & conuentionalis.

¶ Porro nulla ratione hoc videtur posse constitui. Enimvero quod mentalis se asserat à censuris ecclesiæ, eo est, quo ipsa soli Deo nota est, & ecclesiæ non potest patere. At conuentionalis, quæ ecclesiæ potest patere, quod hæc non sit magis plestenda, neque peiorẽ conditionem subeat quam mentalis, videre non possum.

¶ Accedit eodẽ, quod simonia vocatur hæresis in iure. At vero hæresis utcuq; se prodatur, iã se subdit ecclesiæ censuræ, ergo simonia cũ se prodatur ex pactioe, nõ se subdit eide: Scio dicẽs, nõ est propriè hæresis, & ego fateor, ceterum, in hac re imitatur hæresim, verum ut dicebam, si curia alium morcm habet, hic mos erit obseruandus.

¶ Verum ut tandem rem hanc absoluã, dupliciter arbitrari posse fieri huiusmodi pactũ, aut simulatẽ, verbi causa, quia qui pacificur dare temporale, pro spirituali, aut contra, non intendit dare, sed solum decipere contrahentem alterum ex pacto. Aut intendit seruare pactum quãdo primo pacificur, verum postea, non obseruat, sed accepto beneficio, pecuniã non vult soluere, aut accepta pecunia, beneficium non exhibet venditor.

¶ Et quidem in casu. 1. existimo non esse simoniã contractum, siquidem ex vulgata definitione simonia, ex Hostiẽ si tradita, simonia est studiosa voluntas, verum huiusmodi, non est studiosa voluntas vendendi, sed solum simulata voluntas decipiendi. Neque enim intendit qui huiusmodi simulatum emit pactum, siue sit qui accepta pecunia, negat spirituale, de quo pactum initum erat, vel qui accepto temporali, spirituale negat, vel vendere, vel emere sed solum contrahentem decipere ex contractu. Et quidem quod grauius peccet, quis inficias ibit, at vero non videtur, censuris ecclesiæ, subesse hoc pactum, quia se vera nõ est.

est pactum simoniacum, sed solum fictū pactum est, & quod fictum est verē non est vt homo piētus, nō est homo. Ideoq; arbitrator in foro animæ nō esse huiusmodi pacta censenda sub excommunicationis censura. Imo etsi indubitatum est esse pactum fat esse ad excommunicationem si cū dicit in foro exteriori, simulatio constaret, non pronunciarer eū esse excommunicatum hac ratione decipientē, etsi tantisperdum non constiterit, reputabit esse vere pactum, & obnoxium excommunicationi quod si de huiusmodi iuris consulti intelligunt suum placitum, ego illis annuo, huiusmodi conuentionalem simoniam, non esse obnoxiam excommunicationi.

¶ Porro si vere paciscuntur de vendendo aut emendo spirituale, etiam si vendeas postmodum non tradat spirituale, aut emens, non tradat corporale, videtur mihi (salua semper consuetudine Rom. ecclesie) huiusmodi esse obnoxia excommunicationi. Namq; huiusmodi pacta, sunt propter emptionem, & venditionē & subeunt earundem naturam, est enim venditio, & emptio finis horum pactorum. At de medijs, iudicandum per finē, si ergo finis, scilicet, venditio, vel emptio spiritualis pro temporalis, aut contra obnoxia sunt censura, & ipsa etiam pacta, eandem poenā subibunt, quia vera sunt pacta, & non simulata.

Pacta circa computationem reparationis pro spirituali si vera sunt obnoxia sunt censuræ & si non sequatur effectus partitionis.

¶ Quo fit vt finitio simoniæ à re superioris expressa, est commutatio spiritualis pro temporalis, sit intelligenda, est commutatio, vel pactum commutationis, verum hoc non est addere necessarium, quia non omnes conueniunt in re hac vt dudum diserebamus. Iā superest differere, quibus censuris subduntur huiusmodi qui vel eligunt, vel postulant, vel confirmant, vel prouident, vel disponunt de beneficijs ecclesiasticis, propter pecuniam, vel propter alia temporalia. Et omnes qui sunt mediatores vel procuratores, vt prædicta fiant propter temporalia. Et primo statuitur, in cap. 3. extrauagan. communium de simonia quod huiusmodi simoniæ promoti, non faciāt fructus beneficijs suos, sed quod tenentur hos fructus restituere subaudi ecclesie, vnde fructus acceperunt, vnde beneficiū huiusmodi resignare tenentur, & subdun-

tur excommunicationi apostolicæ quā solus papa ab soluere potest, aut ex priuilegio papali. ¶ Tu intellige hæc quæ dicuntur de simoniæ electione, modo nō fiat simoniæ electio in dispensatione electi, iuxta cap. Nobis de simonia. Nāsi corrumpere fatagunt electores aliqui maligni pecunia, vt electi prouisio quassetur, nō est equū ex hac fraude quod ipsi reportent, commodum aut quod hæc maliciose fraus noceat innocenti. ¶ Ceterū hoc cessante si electio fuit simoniæ etiā ignorante electo, nihilominus quassanda venit. Et in. c. de hoc eodem titulo, traditur, quod si manifesta est simonia, ex iure, scilicet, manifesta, videlicet, si confessus est suam simoniam, qui beneficium fuit adeptus simoniæ, aut si nō est confessus, est tamen legitimis & idoneis conditionibus, deponendus est huiusmodi, secus autem si est manifestum vulgariter, quippe qui publica laborat infamia, tūc enim canonica eis indicitur purgatio, vt ibidem habetur. Quod verō teneantur restituere fructus receptos beneficij ecclesie vbi ministrabant, ibidem etiam docetur. ¶ Imo non solum qui eligunt propter pecuniam, sed etiam qui contradicit eligendo, si ex pecunia delistit à contradictione eligendi, confesso eligendo, item simoniacus est & electio est nulla, & beneficio renuntiare tenetur, ca. Matthæus extra eodem. Et hoc iuristæ intelligunt siue iusta, siue iniusta fuerit cōtradictio. Sed quid si etiam si illi contradicerent, electio canonica fieret, vt est casus huius capituli, quippe à maiori parte capituli erat electus, non ergo fuit simoniæ electio, quia nihilominus nō obstante contradictione erat eligendus. Ceterum hoc non obstante pronuntiat electio hanc fuisse labem simoniæ contaminatam. Nemp, quia etsi pauci erant isti, & eorum cōtradictio, erat nullius valoris, quia tamen ius habebant eligendi sicut & ceteri & ius hoc erat spirituale, ideo non solum emere hoc ius est simoniacum, sed etiam cessare ab hoc iure, & illud non exequi propter pecuniam, est simoniacum. Imo neque pro absoluendo excommunicato, pretium recipiendum est ex pacto, quia simoniacum est. Quoniam absolutio huiusmodi pro cædit ex auctoritate clauium, et si hæc

Manifestum ex iure, & manifestum secundum famam.

Emerit ius spirituale aut non vt iure spirituale si propter pecuniam est simonia.

absolutio non sit sacramentum, est tamen sapè præuia ad sacramentum peccitentia. est tibi locus de hac re cap. ad aures ex. eodem.

Neq; tamen absoluendus est simoniacus huiusmodi quo vsq; renuntiet beneficium, & restituat fructus malo titulo perceptos. At obijcies, ecquid si simonia fuit occulta? nam si resignat, & restituit, iam se prodat, at vero nullus tenetur se prodere. Nam si alium prodere est crimen. c. Plerumq; .2. q. 7. multo magis se ipsum. Respondebis quod eo casu ne se prodat absolutionem petet à papa, vt faciat eum capace beneficij, & se componet cum papa, de fructibus perceptis. Et non solum huiusmodi poenæ sunt statuta in extrauagante indicata, sed etiam in concilio Constantiensi sess. 43. decernuntur eadē, & est constitutio, quæ incipit. Multa. vbi Martinus. 5. sic decernit.

Tenemur fratres nō prodere.

Canō Martini. 5. cōtra simoniæ ordinatos & beneficia & officia ecclesie vsurpantes.

Nos sacro approbante concilio declaramus, quod ordinati simoniæ, ab executione suorum ordinum sunt ipso iure suspensi. Electiones autem, & postulationes, confirmationes, & queuis prouisionis simoniæ ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personarum, officiorum, & beneficiorum quorumcumq; deinceps factæ, nullæ sint ipso iure nullæq; ius per ipsas acquiratur. Nec promoti, confirmati, aut prouisi faciant fructus suos, sed ad restitutionem tanquam iniuste ablatorum teneantur, statuentes in super quod dantes, & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si pontificali, aut cardinalatus honore præfulgeant, hæc ille. Ceterum etsi ab executione ordinum sint suspensi veruntamen verè ordinis characterem suscipiant huiusmodi simoniæ ordinati, & errat glossa. 1. q. 1. c. ordinationes. dicens non imprimi characterē. Quod si in iure. 1. q. 1. sæpè traditur huiusmodi non suscipere ordinem, intelligas legitimè, & secundum ius.

Error glossæ.

Occultè & notoriè simoniacus quis dicitur.

¶ Adde quod si simoniæ promotio est occulta, sunt illi suspensi quo ad Deum, non tamen quo ad homines: dicitur autem modo occulta, vel quia non est evidens ex facto, vel non est aperta ex confessione simoniaci, vel non est comprobata & conuicta ex testibus, aut per iudicis competētis sententiam damnatus.

¶ Huiusmodi igitur simoniacus, peccat mortaliter, quæ ordinis sunt exercens, vt si audit confessiones, vel alia quæ ordinis sunt administrans. Ceterum factum tenet, quousq; suspendatur ab ecclesia. Iege. glossam. 2. q. 1. cap. Manifesta, vbi multa de hac re differit, quid sit dicendū occultum, quid ve notorium, quid veniale, suspensio verò horum quo ad se, traditur. 1. q. 1. c. reperiuntur. & cap. qui studet, vbi dicit glossa, quod occultus simoniacus separatus est subaudi à communione sacramentorum, non enim est separatus à communicatione fidelium, & probat extra. de simonia. c. tanta vbi traditur. Quilibet peccator missam cantare potest, præter simoniacum id quod videtur difficile præferre intelligentiæ, quippe ait, omnis peccator Missam cantare potest, cum tamen nullus peccator rite potest, de quo est sermo: quia qui manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit. 1. Cor. 11. glossa multū laborat in executiōe verò sensu huius canonis, & tandem inquit, omnis peccator nō præcisus, vel ex cōmunicatus, aut suspensus, post cōdignā poenitentiam missam celebrare potest, at simoniacus etiā occultus, post cōdignā poenitentiam nō potest, quia ipso facto ex cōmunicatus est quilibet sit occultus, vt homicida occultus, & hereticus occultus, & c. nisi prius reconcilietur ecclesie, at vero hoc itē est, de quolibet excommunicato, forte verba textus ad exaggerationē sunt capiēda. ¶ Porro autē circa predicta insultaret aliquis, quia dixim⁹ electionē simoniacā esse, quādo interuenit pecunia data, vel promissa. Nāq; si ob hanc pecuniā electores nō sunt moti ad eligendū nihilominus enim erant electuri, etiā si nulla interueniret pecunia, nūquid erit viciosa electio? Etenim glos. c. Nobis super illo verbo, qui huiusmodi promissione interueniente, inquit, Inanitur ex hac litera, quod licet pecunia promissa, vel data interueniat, si propter hoc ad eū eligendū nō fuerūt moti, nō ppter hoc electio est viciosa, ¶ Porro huic glossæ tam obstata re videt, quod in. c. Matthæus eodē. scribitur, quod si de voluntate eligendi pecunia, contradicētibus, exoluitur, etsi aliās, nō obstante contradictione erat eligendus, quia erat à minori parte capituli,

Expone textus tanta de simonia.

Si pecunia promissa vel solum non est principalis causa electionis non est simoniaca.

ceterum electio est simoniaca, ergo similiter, etsi alias electores non ex pecunia erant electuri, nihilominus si interuenit pecunia videtur electio simoniaca.

¶ Verum scito, quod casus capituli. Nobis, est eligendo ignorante, & casus cap. Mathæus, est eligendo conscio, & spontaneo, ideoque prior electio valet, quando electores, alias electuri, erant & non sunt moti principaliter ex pecunia, quia nulum interfuit pactum, vnde. 1. q. 6. §. si autem. sic sancitur, si autem pecunia promissa fuerit, vel soluta, electio vel ordinatio penitus ignorante, nec eo modo, ad electionem, vel ordinationem peruenierit, ei nullatenus obesse videtur, nec ad reatum criminis pertinet, cuius conscientiam non habuit. Neque ad electionis, vel ordinationis cassationem pertinet, ad quam aliis non per prauam illorum cupiditatem peruenisse docetur. Itaque, etsi pecunia interueniat, si non propter illam, sed etiam aliis erant electuri ignorante tamen eligendo, non est simoniaca electio. Hinc collige solum promissionem posse facere simoniam. Rursus hoc itidem colligendum videtur ex c. et quæstiones. eo. ubi traditur quod ordinatio, vel consecratio non censetur simoniaca, etsi ordinatori vel consecratori aliquid donatum fuerit, non ex pacto. Quod perinde est ac si diceret, quando ordinatio non fuit facta principaliter pro pecunia. Nam emptio contractus essentialis sibi habet pecuniam. Namque, quod sine pecunia parat, vel non propter pecuniam, non emitur, neque venditur. Quo circa si pecunia non fuit causa præcipua, ut fieret electio, vel ordinatio, &c. non est simonia, quia contractus non est, sed potius donatio quædam.

¶ In accipiendis, autem & dandis muneribus capitulum prænotatum tria esse expendenda docet, & persona, & temporis articulus, & muneris quantitas. Puta quis, cui dat, si diues pauperi, aut contra aut diues diuiti istud quidem pertinet ad personam ad tempus vero si urgente necessitate donatur, ad muneris denique quantitatem, si magnum est, quod donatur, an paruum, respectu donantis, vnde si vit magnum ordinatori, urgente necessitate ad subventionem donat aliquid munus, quod exiguum est, habita ratione donantis, non censetur simo-

nia, ut ibidem traditur. Quod frater cuiusdam nobilis, qui erat insigniendus pallio Archiepiscopi, dedit Cardinali consecratori equum, verum tamen fieri potest, quod sit paruum munus, at vero habitacione accipientis esset imaginum. Et tunc si pactam adesset simonia esset censenda.

Hæc autem quæ prædiximus omnia de electione, habenda sunt si ante electionem, esset conuentum de pecunia soluenda propter electionem. Nam si absoluta electione, electio molestia, & vexatio fieret ad impediendam eius confirmationem, tunc sane, si offerret pecuniam, ut sese affereret ab hac vexatione, non esset simonia. Quoniam tunc iam habet ius quæ situm super beneficio possidendo, & ad defensionem sui iuris, fas est illi pecuniam exoluere nihil enim tunc intendit emere spirituale, propter temporale sed suum afferere ius, iam sibi electione comparatum, quod vulgo dicitur redimere suam vexationem, nam ut traditur cap. dilectus. el. ij. eodem. non est simonia, huiusmodi redemptio. Quippe ex iure naturæ poterit quilibet se liberare indemnem, seruato moderamine. Etsi vim vi repellere licet, & inuadentem occidere, ut inuasus se defendat, multo potius vim vexantis, licet repellere pecunia non intendendo emere vel confirmationem, vel possessionem, sed impedimentum sui iuris submouere. Tu intellige quando electio fuit secundum ius, nam si esset contra ius redemptioni non est locus, quia nullum est ius conquisitum. Putat autem Panor. quod qui non de facili posset consequi possessionem à superiori, quod id temporis licebit aliquid temporale dare, ut possessionem consequatur lege Syluestri. verbo simonia. quæst. 3. etsi accipiens pecuniam hoc casu esset simoniacus.

¶ Septima conclusio, omnino est obseruanda eadem ratio in expectatiis, & alijs hoc genus Papalibus literis & renuntiationibus, quam obseruandam docuimus in beneficijs, ut enim beneficia gratis sunt conferenda, ita non solum ipsa, sed antecedentia ad ipsa, ut est electio, ordinatio, &c. eisdem connexa, ut sunt præbenda, id est, fructus illis competentes ad alimoniam possi-

Qui pecunia dat pro redimenda vexatione non est simoniacus, sed qui accipit nam quidam possessione beneficij propter pecuniam est simoniacus.

Expectatiua gratis sunt renuntiatione.

possidendi. Hæc enim omnia sunt gratis data, & gratis accipienda. 1. q. 3. in principio: quia non solum qui spiritualia, sed etiam qui temporalia eis annexa, pretio accipiunt vel tribuunt simoniaci iudicatur. Et hoc præter alia quæ supra diximus, colligere non est operosum ex illo quod extat apud Mala. vat. cap. 1. In hæc verba, quis est inquit in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito non est mihi volentis in vobis dicit dominus exercituum. At ostia claudenda, non est facrimuneris officium, sed est illianne xum, quæ sunt Gratiani verba.

¶ Per quæ tamen verba non subtrahit Deus suis ministris ut alantur ex exercitio sui muneris, sed hoc solum intendit, retundere auaritiam ministrorum Dei, qui solum mouentur ad ministerium ex pretio, vnde sunt qui existimant canonicos aduentese celestium solum propter distributiones quotidianas fructus, aut propter præbendas, esse simoniacos; id quod nos supra satis enucleauimus.

¶ Sicut ergo beneficia gratis sunt tribuenda, ita & expectatiua beneficiorum. Nam qui expectatiuam ex pecunia pararet perinde esset, atque si beneficium emeret. Quia expectatiua beneficij, & beneficij solum differunt secundum rationem futuris, & presentis, quæ differentie temporis non variant rei essentiam. Item sunt qui putant iuristæ, quod si quis pararet sibi per renuntiationem alterius expectatiuam promittens pensionem super adipiscendo beneficio esse simoniacum, ut Innocens. Hostiensis. Felinus, & communis opinio canonistarum fert, in c. ad audientiam. 2. de rescriptis. Et hæc opinio videtur textui consona. Quippe hæc renuntiationem expectatiue, propter pensionem, vel aliud beneficium, textus appellat venditionem. Fraternitati inquit, tuæ mandamus, eos qui post literas taliter venditas, &c. etiam si glossa credat contrarium, videlicet non esse contractum hunc simoniacum. Quia quod fit auctoritate iuris, non est simonia. At renuntiare literis, qui vult habere alterius beneficium, est ex iure. Et hoc verum est, at renuntiare literis apostolicis ex pacto habendi pensionem, vel pecuniam vel beneficium, non est ex iure, imo contra ius, id est, dicto de renuntiatione beneficiorum.

quæ sine pacto sunt ite celebranda, gratis, & non ex pacto alterius renuntiationis, ut paciscatur duo, alter de renuntiatione in Petri fauore, si alter renuntiat in fauorem Ioannis: quamuis non sit simoniacum, renuntiare beneficium referuando sibi certam quantitatem fructuum beneficij, tunc enim non accipit alienum, sed suum donans partem sibi referuat, sunt qui putant enim qui renuntiet in fauorem alterius beneficium referuando pensionem, si deinde is in cuius fauorem facta est renuntiatione redimit pensionem non esse si moniacum. At vero mihi distinguendum esse videtur nam si ex pacto hoc factum est, dixerim esse simoniam, si vero is in cuius fauorem facta est renuntiatione non ex pacto, sed sine vilo pacto ipse vult redimere pensionem, simonia non est. Nam pensio, redimibilis est, citra vicium simoniz, etsi gratis à papa sit concedenda.

¶ Octaua conclusio, eadem ratio quæ ex acta est in beneficiorum electione & promotione, est vigens in ordinu collatione, & susceptione. Et multo vehementior, patet conclusio, nam collatio ordinum, & susceptio sunt spiritualia, ergo gratis sunt tribuenda. Secunda pars patet, quia ordines sunt multo spirituales, quam beneficia, imo beneficia spiritualitatem contrahunt ab ipsis ordinibus, quibus sunt connexa. Et. 2. quia ordines sunt à Deo instituti beneficia vero ab ecclesia, si ergo simoniam admittit, qui beneficia vel vendit, vel emit, multo grauiorem admittit, qui in ordinibus conferendis, aut suscipiendis; simile scelus non veretur committere. Potest autem simonia in ordinibus, committi multifaria, ut in beneficijs, vel ab ipso episcopo ordinante, vel à mediatoribus vel ab ipso ordinando. Itæ episcopo ignorante, potest simonia committi, ut si ministri, vel amici eius conduci precio episcopo nescio, persuadent illi ut ordinet hunc vel illum. Rursus in ordinis susceptione potest simonia committi nescio ordinando, episcopo tamen sciente suo ex pecunia mediatorum soluta illi, ut ordinet si ergo episcopus vendiderit ordines, deponendus est, & suspendendus. 1. q. 1. c. episcopus. Et. 2. dist. quando. item que & mediatores si clerici sunt. 2. q. 4. dist. quando. si vero laici sint excommunicati ipso facto, id est, habes ex-

Naua. in suo manual. c. 25. nu. 116.

8. Conclu.

Gravius peccati est vendere ordines aut emere quæ beneficia.

Episcopus si inducatur non potest ordinem conferre nisi auctoritate

K s ordi-

In dâdo ali quid vel recipiendo pro spirituali tria consideranda.

ordinationes. 1. q. 1. & ibidem. 1. q. 1. Et si quis episcopus, ubi idem traditur, sunt quoque infames. 1. q. 3. §. ultimo. Et non ad mittitur in testem extra. de testibus. veniens. et si in. c. citatis solum dicitur quod huiusmodi excommunicatur, verum in extrauaganti. 2. de simonia, traditur quod ipso facto sit excommunicatus. Qui vero ipso inficio ordinat ab episcopo aliis simoniaco, ut si alios non hos ordines priores contulit simoniaco, ceterum quia ipso ignorante ordinando ordinatus est, ideo non est simoniaco, ex. eod. De simoniaco. ubi glossa inquit quod cum huiusmodi poterit episcopus dispensare, super beneficio si alius illud obtinebant, & idem. 1. q. 5. c. presentium. Postquam sciuerit se a simoniaco adeptos suis se ordines, vel beneficia tenent renuntiare, ex. e. ca. de regularibus. Itemque cap. De simoniaco ordinatis, ipsi ignorantibus tradit eos posse remanere, id est non esse deponendos, aut ab ordine suscepto deiciendos. Ceterum si beneficia habuerint, quia non sunt simoniaci possunt recipi ad sua beneficia dispensatiue postquam eadem resignauerint.

¶ Si vero quis ordinatur detur aliquid episcopo, vel alicui alteri nomine episcopi non ab ordinando sed ab alio, vel si non datur promittitur dandum, ordinando tamen ignaro aut si sciens erat non tamen volens, sed potius contradicens, huiusmodi si hac ratione ordinatur non est simoniaco, etiam si simoniaco ordinatus. ¶ Si autem habet hic ordinis executionem, sunt controuersie autorum quibusdam asserentibus alij inficiantibus. Et quidem in fauorem asserentium est ca. de simoniaco indicatum, ubi traditur, quod huiusmodi poterit in suo ordine remanere, igitur poterit exequi sine crimine. ¶ Secundo hic non est excommunicatus, neque ob hoc excommunicandus, quia ipse innocens est, igitur neque priuatur ordinis executione. In hanc sententiam est Bellamira, quem sequitur cardinalis in. ca. statumus, & c. si quis a simoniaco. 1. q. 1. ¶ In contrarium vero est, quia si episcopus est simoniaco ipse non habet executionem suorum ordinum, igitur neque alij poterit conferre, quod ipse non habet. Itaque ordinatus, huiusmodi, non ex culpa sua, sed ex culpa ordinati

orbatur executione quousque papa dispenset. ¶ Verum dixerim si occultus est simoniaco episcopus, et si suspensus sic quo ad se, non tamen quo ad alios, quantum igitur ipsum tolerat ecclesia, et si peccat ordinatione, at vero tribuit ordinis executionem ordinato ignaro, aut contradicente, si vero manifestus est vel per papae sententiam, aut alias competentis iudicis, vel ex facti euidencia qui ab ipso est ignoranter ordinatur, non habet ordinis executionem, quia ordinator etiam non habebat. Quod si episcopus non est simoniaco, sed eius ministri corrupti pretia induxerunt ut ordinaret, Petrum verbi causa, siue dignum, siue indignum, Petrus tamen vel ignaro, vel non consentiente, tunc quippe ordinatur ab episcopo, non simoniaco, et si simoniaco est ordinatio, tunc ordinatus habet ordinis executionem, in qua sententiam indicat Syluester Inno. in. c. Tanta extra eodem. Adde etiam si non ordinaretur, si pecunia non esset soluta, vel promissa. Demum qui ordinatur a simoniaco scienter, etiam si nihil dederit ipse, vel alij nomine ipsius pro ordinatione, suspensione, a suscepto ordine exequendo incurrit. Modo tamen sit ordinator, publicus simoniaco, vel ex facti euidencia, vel ex iudiciali sententia, vel eiusdem confessione. Iuxta iam praenotata ex. c. Manifesta. 1. q. 2. & huiusmodi simoniacos concil. Basiliens. sess. 20. etiam vocat publicos. ¶ Porro autem, si sit simoniaco occultus, & ordinandus, neque dedit, neque promisit aliquid propter ordinationem, neque alius nomine ipsius, aut eius causa, siue ordinandum lateat simonia ordinatoris aut non lateat, non tenetur hanc latentem ordinandus simonia deuitare, in suscipiendis ordinibus, neque ob id, suspensus ab executione suscipiet ordines, idem dicitur de beneficiis. ¶ Quonia iuxta canonem Constantiense concilii, euulgatum in Basiliens. sess. 20. huiusmodi excommunicatos, iam non tenemur in sacris deuitare. ¶ Ceterum si huic occulto simoniaco, vel detur, vel promittatur, aliquid ignaro tamen, vel contradicente ordinando tunc nihilominus beneficium iam collatum resignare tenetur, si ordinem suscepit propter oblatam pecuniam, in eo ad ministrare non potest postquam constitit ordinem collatum ex pecunia. ¶ Quod si benefi-

beneficium fuerit curatum, quod vocatur prelationis, post resignationem, non potest eidem ab episcopo rursus conferri, pro prima vice, sed bene postquam alteri fuerit prouisum, & vacare contigerit. ¶ At vero si simplex fuerit beneficium post resignationem, subest episcopali dispensationi, eidem rursus conferre quod semel resignat beneficium, ex. de electio. c. penul. idemque dicitur si ordinator, non esset simoniaco. Namque quo ad huiusmodi collationem eadem ratio est de occulto simoniaco, & de non simoniaco. Excepto quod occultus crimen admittit se in sacrorum ministerium ingerendo. Non si moniacus vero, ex pers in ministrando est culpe, nisi alium de sit infectus. Nam semper oportet esse ordinatores Deo gratos, ut ordinationes sacras digne celebret. ¶ Ad uertendum est autem censuras, & poenas latas in iure. Secus communicationis, suspensionis, depositionis, irregularitatis, & in simoniacos ordinatores, & susceptores vel ordinum vel beneficiorum esse latas. In alia vero simonia generat, ut pote, in vedetes sacras vestes, vel vasa pluris quam valor sit earum, propter consecrationem, non sunt latae huiusmodi censuras, vel poene. Quonia ex concilio Constantiensi, de duobus simoniae modis, iam relatis, scilicet, in dando, vel in recipiendo, ob pecuniam sacros ordines vel beneficia ecclesiastica solum sit mentio. ¶ At quamuis episcopus dispensare possit in beneficio simpliciter, adepto simoniaco, at non in ordinatione simoniaca, secus autem in ordinatione prius rite suscepta, seu in beneficio prius rite adepto. In quibus post eiusdem beneficij resignationem, dispensare poterit, ut Petrus de Palu. autumat, in. 4. d. 25. q. 5. ex Raymundo in summa colligens. At in. c. presentium. 1. q. 6. traditur quod si fortasse utilitas ecclesie exegerit ut curam regiminis assumat ex confessione sui episcopi, liceat sacerdotali officio fungi & est casus capituli, quando ordinante, aut conferente, & ordinando aut beneficiando inficij, simonia committitur, per alias interuenientes personas. Unde tunc episcopus dispensare poterit in beneficio curato, si fuit forte rite oblatum ab huiusmodi, de quo prior erat sermo ordinato. Alias enim discriminis esset nihil, inter beneficium rite adeptum, &

non rite, quantum videlicet ad episcopalem dispensationem, de qua modo distatur, quippe de papali non est, quod in dubium vertatur. ¶ Non conclusio, simonia mentalis, non cogit, ad resignandum beneficium ex ea susceptum, neque suscipit executionem ordinum sub ea susceptorum. ¶ Haec probatur ex. c. vlt. extra eod. ubi aperte traditur. Porro simonia mentalis bifariam considerari potest. Aut quae est prorsus intus concepta, sine actione exteriori. Ut qui laboraret desiderio habendi beneficium ex pecunia. Hoc namque desiderium, est simoniaco, ut concupiscentia mulieris aliena, est mentalis. At vero est alia, quae se prodendo, se occultat, ut qui noscens ingenium episcopi, esse ex oblati allici, ad conferenda, vel ordines, vel beneficia, & ideo offert illi munera, nihil tamen exprimens, directum, vel indirectum, neque paciscens, de ordine aut beneficio, nihilominus, nihil daturus, nisi speraret ex munere se assequatur spirituale. Et quamuis episcopus suam animam non profecerat eo esse affectus animo, quod nisi propter temporalia, non conferret spiritualia. ¶ Hanc autem vocant iuristae occultam mentalem simoniam, quia non est contentio mentalis. Namque pactio nulla inter credit, aut contentio simoniaco, ex casu supponit. Ceterum episcopus, & ordinandus, ipsi suas de re hac intentiones inuicem intelligunt. ¶ Non tamen crediderim, esse simoniam mentalem, resignare beneficium in alterius fauorem, spe habendi fructuum portiones, submoto omni pacto, si vero speraret, ex obligatione civili, etiam sub mota dispensatione papali, tunc esset simonia mentalis, & obtinens, non tenetur ex hac obligatione, fructus beneficij, sibi resignati, communicare resignanti. Obligatio autem naturalis, poterit inducere eum ad communicandum fructus. Namque potest beneficij ex resignatione, obligatur, obligatione naturali, ad se exhibendum gratum resignanti, hac obligatio, non est causa simoniaco. ¶ De simonia, porro mentali secundo modo, non sunt leues iuriscultorum pugnae, quae de primo modo nihil est controuersia. Namque prior, propter crimen nihil obligationis inducit. At de secunda controuertitur, inter Ioanem Andre. Pano. & Host. nunc illa obnoxia sit ad resignationem, quos late refert Ioan. Maio.

Simonia mentalis que non est contentio mentalis.

Paulor. in. c. in. 4. dist. 27. q. 7. & Adrianus in quodli. q. 9. f. 30 tamen sub cōpedio dixerim hāc simoniam mentalem, ecclesiasticis cēsuris, non sub dī, ita neq; resignationi aut restitutioni. Ratio est, quia ecclesia nō punit occulta, hęc autem est occulta, siquidem nulla interuenit pāctio, vnde ecclesia iudicat gratis esse datum, quod sine vlla pāctioe est concessum, vnde iudicat, nō esse simoniā, sed liberalē dationē. Contradicit Maior, quia esset occasio, ad palliandas vsuras. ¶ Item. 2. ex. c. presentium. 1. q. 6. vbi traditur, quod si episcopo, & ordinando ignaro, solū procuratoribus hanc ordinationem cōsiliarijs, aut mediatoribus alijs, huiusmodi beneficiū hac ratione adeptū, & resignandum, igitur multo fortius simoniacus mentalis, scienter ordinatus ex simonia. ¶ Tertio, vsura mentalis est obnoxia restitutioni, igitur & simonia mētālis resignationi beneficii. ¶ Porro hęc argumenta non tantum sunt faciēda, quanti ipse auctor vt suā protegat se intentionem facit, vt autē videas hęc habere planam solutionem, dices. 1. quod ecclesia, nullā dat causam palliādę simonię. Enimvero mentalem, docet esse crimē. Et si glossa ad. c. vlti. de simonia, inficietur simoniam mētālem, esse simoniam, quā tu intelliges non esse simoniā inquam ecclesia suis animaduertat censuris. ¶ Secundo dices, latum esse discrimē inter casum propositum ex argumēto, & mentalem simoniam, quippe in casu prędicto, est pāctum, ideoq; subditur censura ecclesię. At in casu nostro, nullum est pāctum, quocirca ecclesia pręsumit esse donationem. Nāq; dubia in meliorem partem sunt interpretanda. Imo vt ibi insinuat, poterit ab episcopo dispensari vt beneficium retineat. ¶ Dices tertio, vsurā ex iure naturę secū trahere obligationem, ad restituēdum, secumq; trahit suam pœnam, quamlibet sit mentalis. At vero simonia mentalis, est sanę crimen, dignum pœna æterna, verum cęsurę quibus punitur exterior ex iure humano, & non diuino sunt, quia autem ius humanū, nō se extendit ad mentalia, ideo mentalis libera est ab istis censuris. Itemq; vsura mentalis non punitur cęsuris, aut penis exterioribus. Similiter, respondendum argumento Richar. cuius item est hoc placitum pręmemoratum,

item & Armata. lib. 10. de quę. Arme. q. 33. colligunt enim huiusmodi simoniacos esse fures. loā. 10. quippe isti per peccatum promouentur, & ideo non intrāt pter ostium, verum dicendum hoc solum probare, hos non intrare per ostium coram Deo, quia mentalis simonia crimē est, verum coram ecclesia intrant per ostium vt dictum est, siquidem ipsa non iudicat de occultis. ¶ Est autem notandum vsuram esse duplicem, quędam quę in solo animi desiderio collocatur, vt si quis desideraret pecunias, vt eas collocaret ad foenus. Alia est quę est animus dandi ad vsuram, quauis pāctum nullum interuenit. & tamen, is qui recepit, animum dantis optimē callet. Et primo modo vsura, non est obnoxia restitutioni. Verum. 2. modo subditur restitutioni. Porro simonia, siue sit mentalis primo modo vt vsura prędicta, siue. 2. modo, nam eandem subit distinctionem, non subditur restitutioni, quia in eā non animaduertit ecclesia vt dictum est. ¶ Plura esse dicturus de simoniaca prauitate, sed suprimam ea siquidem, iam hęc bestia, non grassatur, adeo in ecclesiam Dei, vt olim. Quippe ex beneficio concilij Triden. ecclesię beneficia, iam ex meritis dispensantur. ¶ Restabat disputare, si episcopus, vedēs ordinem subdiaconatus, sit arguendus de simonia contra diuinū ius, an solū cōtra humanum. Quandoquidem. c. Miramur, de seruis nō ordinandis, ordo prędictus ex iure humano censetur sacer: verum si hoc verū est, restat querere, quid imprimet characterē. Dixerim modo esse simoniā contra ius diuinū, quia imprimet characterē: tu cōsule nostrum in. 4. sent. dist. 25. disputata, vnde qui venderet forde subdiaconū, vt contingit non raro, & legitimus sacerdotes, episcopos & cardinales diuēditos fuisse, sub Romana calamitate postrema si igitur videretur subdiaconus, & pluris propter ordinē sacrū, simoniā esse ius diuinū facile dixerim, & si minus grauis esset, quam sacerdotē, vel episcopū pluris vedere, propter ordinē. Quāuis, cū hoc cōtigerit, nō habet ratio ordinis, sed pōnæ, si diues est, & nobilis vt redimi ex magno sūptu possit. An autē sic vedere esset simoniacū, ex disertis, puto patere. ¶ Tādē, q̄stiuacula est, an sit cōtra

Calamitas Romana illata ab Hispanis sub Carolo. V.

Stus simoniacus hic, celebra pro me. 1. 1. Missas, & dabo tibi librū valētē ducatū. Et reuera, nihil dubij hic est. Nihil enim ad rē, quod celebrem. 1. 1. Missas pro ducato, aut pro æquipollenti libro vel quouis alio. Neq; venditur, aut permutatur spirituale pro temporali, sed solum illa obligatio, qua sacerdos ad celebrandum se obligat est, quę commutatur, & illa obligatio ciuilis est, vt sepe annotatum est.

CAP. DECIMUM,

De alijs ab spiritualibus, quę non sunt vendibilia.

Discussis iam prioribus tractatibus, superest, de his quę cū alioqui non sunt spiritualia, venalia tamen non sunt, non nihil differere. ¶ Et quę primo differenda, se offert, est libertas, de qua cecinit ille, non bene pro toto libertas venditur auro.

¶ Vnde per se loquendo, est non venalis: omnes namque homines suapte natura liberi sunt, quia liberi sunt cōditi à Deo factus enim, est homo ad imaginē, & similitudinem Dei, Deus autē est summa & infinitę libertatis. Quippe qui omnia quęcumq; voluit fecit, in celo, & in terra, & nemo est qui voluntati illius possit resistere. Quamobrē, si persisteret homo, in integritate naturę, in qua fuit cōditus, nulla esset seruitus hominis ad hominem, sed perfecta libertate frueretur.

¶ Cæterum deiecit se ex peccato, & spē dorem suę naturę obscurauit, & inde in pœnam suę deiectionis, incidit in seruitutem, vt homo sit seruus alterius hominis, imo & diaboli, quę est pessima seruitus. Namque qui facit peccatum seruus est peccati. ¶ Vnde Chanaā, ex maledictione patris sui Noe, propter impietatem ad patrem suum factus fuit seruus fratrum suorum.

¶ Porro Aristot. 1. Poli. cap. 4. tradens quosdam esse seruos ex natura sua, alios vero dominos, non eo dixit, quod seruitus sit naturalis hominibus. Namq; est filius ancillę, nascatur seruus, quia

partus sequitur ventrē, non ideo ex natura sua filius ancillę est seruus, sed solum ex iure gentium. Siquidem natura humana eadem est in omnibus hominibus, quę ex se non est serua nisi Dei altissimi, à quo condita est.

¶ At vero, quia sunt quidam homines suapte natura prudentiores, alij vero hebetiores. Qui prudentiores sunt, nati sunt, vt sint domini aliorum hebetiorum: quippe eos possunt gubernare, alijs impotentibus, ideo dicuntur liberi natura domini, isti vero natura serui, verum nō de hac libertate est sermo modo, sed de illa ex qua homo, est sui iuris, vt faciat quę vult, & sibi viuat, & non alteri homini, vt serui viuunt dominis suis.

¶ Hęc libertatem homines summo amore amant, & ardentissimē cupiūt habere, qui illa orbantur: vnde dixit Plautus in captiuis, omnes homines libentius liberi sumus quam seruius, & Paul. 1. Corin. 7. si potes inquit fieri liber magis vtere. Cōtrahanc libertatem opponitur seruitus quam vocat Aristot. loco citato legalem quia ex iure gentium ex iure belli iusti est introducta, videlicet, quod victus, transeat in seruitutem victoris, vnde Petrus. 1. c. 2. idem insinuat dicens à quo quis superatur eius est seruus, & ob id dominus Ioann. 8. ait: qui facit peccatum, est seruus peccati, vnde dixit Aristot. 1. poli. cap. 4. Nam lex confensio quędam est, per quam bello capta illorum dicuntur, qui ceperunt, vnde quidam male crediderunt placitum fuisse Aristot. bello captos, secundum Aristot. esse seruos victorum cum tamen Arist. hanc diffinitionem, non ex suo promissit arbitrio, sed aliorum referens sententiam, vnde credit ipse diffinitionem esse moderandam bello capta, videlicet iusto bello. Nam quę bello iniusto sunt capta, non protinus sunt capientium. In iustum enim est innocentes seruos esse nocentium. Et. 7. Poli. cap. 14. inquit, bellica exercitatio non ob id est meditata, vt in seruitutem redigantur immerentes: sed ne ipsi adigantur in seruitutem. Secundo vt imperiū quærant gratia vtilitatis subditorū. Tertio vt eis dominentur, qui seruire digni sunt. Nulla igitur ratione, qui indigni sunt seruire alijs, ex iure belli sunt redigēdi in seruitutem.

Prava Intel ligētia verborū Arist. reprobatur

Ad Ro. 9. Efa. 46.

Homo suapte natura & liber est.

Ioan. 8. Gen. 9.

Dominus ex natura & serui.

Bellū iustum quale.

Non enim bellum si est iustum cō est ut fiat cuiquam iniuria, sed ad depellendam potius iniuriam, ideo ait, ex bello non esse redigendos in seruitutem immerētes, seu inuocētes, sed iustum bellum ad hoc potius medicandum, ut innocentium libertas à violatoribus afferatur. Quod si secus fiat, bellum est iniustum; & seruitus est iniusta. Quoniam erit seruitus parata ex potentia, & violentia, non ex belli iustitia. Est item bellum iniustum, bellum gerere cōtra illos, à quibus nihil mali accepimus. Nam simile est iusto, nō nocere illis, qui nos non læserunt, ut dixit Arist. Rheto. ad Alexandrum. 1. vnde consequitur quod quicūq; captiuant, in seruitutem homines, qui nihil nos, aut nostra læserunt, captiuitatem huiusmodi esse iniustam, & seruitus hæc est asserenda libertati pristina. Et ad hanc rationem spectat moderatio praxis Aethiopiū an iusta sit eorum seruitus. Quam rem ante me differit Frater Thom. à Mercator, in suo libello de contractibus quibusdam, & item doctor Albornozius in suo tractatu de contractibus. tit. 3. Qui damnant horum seruitutem sub quibusdam distinctionibus, ut ego latius disputabo. Et Syluester, verb. bellū. 1. §. 10. generaliter loquens. Qui partibus belli iniusti, cū essent milites aut famuli regis, vel alterius iniuste bellantis non præstari cōsiliū, vel auxilium, vel fauorem directē, vel indirectē, nō sunt spoliandi à gentibus bellum iustum, vel puniendi. Vnde inferitur quod si quidam sunt Aethiopes infideles, qui nihil nocuerunt fidelibus, quod iniusta est eorū captiuitas. Et Caie. in 2. 2. q. 63. ar. 8. distinguit infideles, quosdam dicens esse qui etsi de facto non subsunt fidelibus, at de iure subsunt, quia occuparunt terras fidelium, vel verbi causa sunt Turcæ, & Saraceni &c. Alij vero sunt infideles qui nōq; de iure neq; de facto subsunt fidelibus, vel ut ipse inquit Romano imperio, & isti ob suā infidelitatem, non sunt priuandi dominio temporalium. Nam hoc dominiū est ex iure positiuo & infidelitas ex iure diuino, quod non tollit ius positiuū, contra hos, aut nullus rex, nullus Imperator, ne quæ ecclesia Romana potest mouere bellū, ad occupandas eorū terras, aut ad subiciendos eos nulla enim causa est iusti-

belli, vnde cū Aethiopes de quibus mox erit ser. 1. o supponamus esse huiusmodi videtur secundū Caie. placitum non esse captiuādos. Itemq; de Indis idē videtur asserendum. At præcipua questio est, si per seruitutē Aethiopiū. Quoniam Indi qui erant redacti in seruitutē ex bello regis nostri Castellæ, & Legionis, sunt donati libertate: quia persuasum est regi nefas esse hos redigere in seruitutem.

¶ At vero, me latet, cur non eadem persuasio idem effecit, ne Aethiopes redigerentur in seruitutē apud regē Lusitanie. Namq; æqua ratio est de Indis Occidentibus, qui sunt iam subditi regi Castellæ, & de Aethiopiis, subditis regi Lusitanie. Nisi quis dixerit esse diuersam rationē, quoniam Indi sunt nobilioris ingenij, & vberiori potiūt mente, quam Aethiopes, qui sunt bestiales, vnde videtur hos esse digniores seruitute. Nā dixit Arist. ut supra commemorabā bellū esse iustum, quando ij rediguntur in seruitutem, qui digni sunt ea: verum ego nō ad hanc rationē Aristotelē intellectum velim, sed eos vocat dignos seruitutē, qui iniuriam fecerunt infontibus. Ad quā repellendam, iustum est iniurios capere in seruitutē ut infideles Saraceni, siue Mahometani, digni sunt qui à Christianis redigantur in seruitutem, & captiui dicantur, ex bello. Siquidem Mahometani sunt iniurij fidelibus, & multas ab illis accepimus iniurias, & nunquam non accipimus.

¶ At vero, etsi bestiales sunt Aethiopes, verum nihil fidelibus nocent. Et est simile iusti, non ledere, non lædentem ut dixit Arist. cur igitur lædimus hos Aethiopes eos redigendo in seruitutem, quæ est maxima læsio, cum ipsi nihil nos læserint, neq; nostra? Verum ut exactius in hac re procedatur, scito Aethiopes quosdam esse incolas Aethiopiæ maioris, qui degunt sub imperio Maximi Imperatoris Preteiani, id est excellentis Ioannis. Et isti omnes sunt fideles, quos corrupta voce Hispana lingua vocat. *Los del presente In de las Indias*. Alij sunt Aethiopes, qui Aethiopiā minorem incolunt, & horū quidam sunt infideles idololatra, alij verò fideles. Namq; sub rege Emanuele Portugaliæ, Manicōgi Aethiopes iugū Christi susceperūt. Alij deniq; sunt

Aethiopes

Manicōgi Aethiopes fideles.

Aethiopes qui in Siciliam à mercatoribus deducuntur, ex Tripoli Barbariæ, & ex Cyrenaica, & Teiera, & ex alijs locis Aethiopiæ quæ est in confinio Africae. Et isti non sunt nigri omnino, sed fuscii. Et isti sunt infideles etiam, quoniam sectam Mahometanā, paucis ab hinc annis, sectantur.

¶ Atque de istis postremis, exigua verti potest disputatio, imo nulla est disputatio. Siquidem iustum est in seruitutem eos redigere, si quidem sunt hostes Christiani nominis, & fideles, quibus possunt, technis, & violentijs, ducunt in captiuitatem. Et æquum est, imo & iustissimum est, bellum contra hos, & eos redigere in seruitutem, quippe fideles tenent, & oppido curat redigere in seruitutem. Et ne nos reducant in seruitutem ideo, iustum est eos præuenire seruitute.

¶ Rursus item aperte videtur, multisque confessum, si regis autoritate, negotiatores se conferunt Lusitani in Aethiopiā & emunt Aethiopes, quod iustum hic contractus. Et quidem præsumitur iustus, quia regali solentur autoritate, & maxime regis catholici, qualis est rex Lusitanie. Cæterum si seruitutem originē forsitan non indubitata est contractus hic iustitia. Siquidem cum isti Aethiopes nihil læserint Christianum nomen, neque nobis, aut nostris nocuerint vllō pacto, qualis sit iustitia ledere, non lædentem, me latet. Nam si iustum est secundum Aristot. non ledere non lædentem, iniustum est ledere non lædentem. Nam ius naturæ hoc est neminem ledere, ut est ius naturæ vim vi repellere. Cū ergo seruitutis læsio sit maxima, vnde nullus est qui libertatē non summē appetat, ut dixit Paulus. 1. Corinthio. 7. Si potes fieri liber magis vtare. Et aues detēte lignis ergastulis hoc idem testantur, etenim nimio adiuu vtro, citroque reuolant, ut natia fruuntur libertate. Vnde Plautus in captiuis. Omnes profecto liberi libentius sumus quam seruius. Quod vero bestiales sunt Aethiopes, non est causa seruitutis sufficiens, vtique hoc naturæ eorum dandum est. Ideo ob hoc non sunt illi redigēdi in seruitutem. Naturaliter enim sunt hominum nationes, quæ sunt ærioris ingenij alijs. Nunquid

ob natalium ruditatem, quæ huic nationi est congenita, sunt afficiendi seruitutis pœna? Quidquod leges habent, & reges, sub quibus degunt & politica fruuntur gubernatione. Vnde non sunt irrationales, sed rationales quamuis nō tanta pollent ratione, quanta, & occidentales, & orientales homines. Et legi epistolam Emanueli Portugaliæ regi scriptam à rege Aethiopiū Manicōgorū Hispaniæ de Manicōgo. Et itē aliam quā idem scripsit, pape, quas refert, relatio quædam de rebus Africa typis excusa. Et quidem epistolæ sunt hominis, & nō bestiar, & hominis sanæ mentis, & non stulti.

¶ At vero si ipsi rudes sunt, apti sunt nihilominus, vt instruantur. Vnde ruditatem deponant. Nam legimus etiam Hispanos olim rudes fuisse, & alias nationes, quas literarum disciplinā, & magistrorum opera fecit dociliores. Quocirca cum Aethiopes huiusmodi orbentur, ideo ruditate premuntur, quibus tamen si compotes essent, dociles enaderent, vt Indorum gens rudissima erat, verum Hispanorū cura, facti sunt aptiores. Quin imo & Tartari, & Africanorum pleræq; nationes, sunt ad modum rudes & cultu, & studijs, at quis dicet, ob hoc esse redigēdas in seruitutem? Porro hæc est aurī & argenti execrata fames, hæc est imperandi, tyrannica libido, vt opibus abundet, & imperio, titulos inanes excogitat debellandi, vt sub pretextu iusti belli, tyrannidem exerceat, & simbrias imperij dilatat, & thesaurorum aceros extēdat.

¶ Forte igitur huiusmodi Aethiopes, reputati fuerunt bestias esse camporum, vt quidam olim opinatus fuit iustissimū esse belligerare contra Indos, quia tanquam venatitia animalia, reputabat eos esse, vt inde nata occasione, eos debellarent Hispani, & redigerent eos in seruitutem. ¶ Quod si hic pretextus nō fuit, quis alius fuerit, ipsi viderint siue reges ij fuerint, siue eorum cōsiliarij. Quādoquidem, quod idola colebāt, non est titulus iustus debellandi eos si Christianæ religioni nihil nocent.

¶ Sine equidem bello eos docere cultū idolorum esse vanum, vtique est sanctissimum, at vero sanguine agere qui con-

K 5 ten-

An reges Portugaliæ sincero titulo redigāt Aethiopes in suam seruitutē.

40. Dist. ca. Qui sync

tenderet esse sanctum, contendat, non tamen me auctore ut alibi differendum erit. ¶ Non autem legimus prophetas iudicis consuliisse bella contra gentes, ut abducerent eos ab idololatria. Et si legimus ex Dei præcepto belligeratum esse contra Palestinos ad demolendos eos, qui resistebat ingressui Hebræorum in Palestinam. Et item contra Amalechitas, in ultionem iniuriæ quam intulerunt Hebræis, præcepit enim Deus Sauli, ut eos deuastaret & solo æquaret. At vero, quod solum ob cultum idolorum, ut cum relinquere gentes, non recolo bellum Deum præcepisse. Nisi quod Helias trucidauit sacerdotes Baal, at isti tenebantur ex professione Iudaica unum Deum colere. ¶ Utinam isti obseruarent quod Paulus. 2. Corinth. 12. aiebat, non querimus vestra, sed vos. At isti milites non querant animas saluas facere infidelium, sed eos amara premere seruitute, & misera eos affligere paupertate. Quod si reges Portugaliæ alium iustiorum titulum habuerint, ut iam liceat Aethiopes in publico foro, ex auctoritate legis, & emere, & vendere nescio, saltem relati non sufficiunt: nisi quis desipiat dicens satis esse eos esse nigros. Neque probabo si dixeris bene actum esse cum Aethiopibus istis seruis, quia traducuntur ad fidem colendam: quandoquidem Paulus clamat non esse faciendâ mala ut veniant bona. Si amant eos fideles facere, dimittant eos sua frui libertate, dimittant eos suis gaudere opibus, non eos premant in felici seruitute. Cur captiuos faciunt sine culpa homines liberos? cur opulentos pauperes reddunt? Num aliquis adeo insaniet ut Iudæa probet proditionem, quippe ex illa salus mundi provenit? Postiores scio reges secutos vestigia maiorum suorum, probant, quod priores fecerunt. Et quidem ratio hæc est, quæ potest persuadere, maxime cupidis auri & argenti, regnandique ambrosio: sed me fugit, si eorum Domino Christo iudice syncerrimo hic prætextus maiorum, sat erit, ad euadendum gehennæ poenas. Nam si dixerint, se bona fide facere, quia eorum maiores sui catholici erant, ego quidem fateor eos fuisse catholicos: at catholici multa peccata sub fide catholica committunt. Vnde tenentur dam-

na, quæ inserunt restituere. Catholicus enim est, qui sinceritatem fidei, hæresis corruptela non maculat, verum probi, quot sunt qui sinceram habentes fidem, corrupta habent opera. ¶ Non me latet, habere reges Lusitanos viros egregie literatos, & admodum catholicos, quorum consilio principes Lusitanie in rebus conscientiam spectantibus reguntur. At vero neque etiam me fugit sæpe sancta reges horum consilia refugere, & querere, doctores præcætes auribus, quæ dicunt placencia, cæteros vero, qui vera docent spernere. Ut legimus. 3. Regum. 22. de Achab, rege contemnente Michæam Dei vatem, & probante Sedechiam diaboli vatem. ¶ Hæc tamen, non eo dixerim, quia certum mihi est reges Lusitanie, malo titulo, possidere Aethiopum contractionem, quia originem nescio vnde seruitus hæc processit, & ideo assueuerant rem hanc damnare, esset stultum. Nilominus oppido vellem scire, quo titulo hæc nuntiant, & facta olim fuerint, quia tituli qui mihi se obiciunt, non absoluant meum animam, ut credam, bellum contra hos Aethiopes, vnde redacti sunt in seruitutem, fuisse iustum in foro animæ. Quia ad forum civile iustificandum regia auctoritas sufficit, at forum animæ, sola Dei veritas iustificat. Porro dimissa regis auctoritate, quæ ut dicebam in foro exteriori sufficit, ad iustificandam istam venditionem Aethiopum, dixerim in foro conscientiarum, si quis ex sola regis auctoritate, debellaret Aethiopes, & debellatos in seruos adduceret, & diuenderet, non auderem cum condemnare neque obligarem eum ad restitutionem libertatis, modo non excessisset regis mandatum. Nam miles non tenetur excutere regis mandatum, nisi euidenter esset iniustum. Et quamuis hoc videatur iniustum debellare non lædentes in aliquo, at vero hæc euidentia obscuratur falsis graphis quibusdam foædelis, quas milites, non tenentur discutere, ideo huiusmodi, qui ex auctoritate regia hoc explent opus, non censuram damnandos ob hoc gestum, nisi seruos Aethiopes libertate donarent, si quidem regis auctoritas tunc Aethiopes captiuat, non militum. Regis ergo interest, ut securam gerat conscientiam hoc

hoc sedulo discutere, quia illi incumbit hoc negotium donare libertatem, eis si forte eos ex iniusto bello captiuandos duxit, aut in suam redegit ditionem, vnde seruitutem præsentem patiuntur.

Sedulo debet curare reges discernere si ea que decernunt se eundem Deum recta sunt.

¶ Quo fit, ut si qui sunt mercatores qui propria hoc tentauerint auctoritate, ut multos esse publica testatur fama, qui propria ducti auctoritate, in Aethiopia se conferunt, & fraudibus quibusdam alluunt miseros Aethiopes, videlicet, pileis rubeis, & tintinnabulis, quibusdam, & alijs ludicris, eos demulcentes quouisque eos in nauim conijciant, quibus coniectis, sublati anchoris, se nauigationi & illis committunt, & quos ludicris emerunt, ex optimis pecunijs vendunt. Hos autem, quis erit penitentiarius tam demens, quod eos non obliget ad restitutionem libertatem eis quos iniustissime duxerunt captiuos? Quod si defuncti sunt iam vita istius serui, neque apparet cui sit faciendâ restitutio, ad arbitrium penitentiarum vel pauperibus, vel sacrificijs impendere oportet pecuniâ ut faciat satis isti tanto malo, quantum fecerunt captiuantes infontes.

¶ Quod si forte dixerint se eos ex alijs Aethiopibus emisse, ideo si vendunt, vendunt, quod emerunt, bene quidem, sed si male emerunt, peius vendent, id quod clarius lucebit, ex post modum dicendis. In præsentia satis sit dixisse ipsos Aethiopes mercatores, sæpe malè vendere, quia male emunt ab his, qui vendere non possunt. Etenim, apud Aethiopes adeo crederent avarum cupido, ut facinoribus committendis, non parcant, & nihil mirum, si apud infideles & rudes Aethiopes item regnet avaritia si apud fideles tanta est. Vnde Aethiopes ut serunt, dolo & astu vtentes, alij alios venantur ut seras & venationem huiusmodi vendunt Hispanis. Quod si Hispani illo non se deserrent, cessaret hæc plusquam tyrannica Aethiopum venatio, ex qua se ipsos venantur, ut Hispanis vendantur. Quapropter mercatores hoc sciētes, non possunt emere hos Aethiopes, quos opinantur dolo esse venatos, ut venderentur Hispaniensibus mercatoribus. Venantur tamen, postquam in nostra concesserunt huiusmodi Aethiopes, & publico foro venduntur qui eos emunt, si opinā

tur etiā hos furto, & fraude esse ex propria patria sublatos ad vendendum eos, non possunt eos emere, & emptos donare tenentur libertate. Et venditor tenetur emptori pecuniam acceptam, ex venditione restituere.

¶ Lex ista imo autem, quod emptores, nisi aliunde scierint fraudes & technas huiusmodi, si bona fide emant, ad ampliorem inquisitionem non teneri. Siquidem si publice venduntur, opinandum est, licitum esse eos vendere, vnde & emere etiam si fieri potest, venditorum peccare vendendo, & emptorē non peccare emendo: fac enim huiusmodi Aethiopes, furto sublatos esse, à suis, ut venderentur nostris, nihilominus tamen, ex publica auctoritate, diuendi, scilicet, quia magistratus vel sunt decepti, aut corrupti muneribus ab illis mercatoribus, emptor tunc, qui huiusmodi non tenetur indagare, licite emit, & venditor malè vendit. Hactenus igitur de seruitute ex lege, quæ est ex bello iniusto procedens disertum est, superest, autem de reliquis duabus, quæ etiam ex lege sunt seruitutes, discutere. Est enim & alia seruitus legalis, ex qua parentes possunt pro sua extrema indigentia diuendere filios, ut extat lex Romana, hoc statuens. l. 2. C. de patribus, qui filios distinxit. Et non solum ut subueniat extreme indigentia, sed etiam (ut aliqui opinantur) ut pater se afferat, à captiuitate eorum, qui eum occidere volunt citra ordinem iustitiæ. Ut Salicetus ibidem existimat. Et apud Aethiopes, hæc lex ut fertur, ab ijs qui illo concesserunt seruat hodie. Nam parentes vendunt filios ob suam indigentiam extremam. Apud nostrates vero Hispanos hæc lex non habet vim. imo contraria est lex fori. tit. l. 10. l. 8. Vbi sancitur ad hanc formam, *Enaguer que el padre aya gran poder sobre los hijos, no queremos, que los pueda vender, ni empeñar, ni dar. E quien contra esto, los comprare, o los rescibiere en peños pierda el precio, e los hijos ayan ningun daño, e si fuere dado, el donadio no valga.* Itaque pater non potest vel vendere, vel commutare, vel donare filios suos, & venditio, commutatio, vel donatio est ex lege hac apud Hispanos nulla. Plutarchus. lib. 6. de Vir. Numam Pompiliam apud Romanos detraxisse hanc legem scribit, & apud Athenienses,

Fieri potest venditio ex peccato, & emptio sine peccato, ut actiā cōtra.

Lex Hispana honore donat filios ampliori quam Romanas.

nicles Solonem. Ferunt apud Turcas morem esse, parentes vendere filias in matrimonium, non tamen ob hoc viri earum sunt domini earum, quia non possunt eas revocare, & filij nati ex eis sunt liberi. Maritis autem, non est fas vendere uxores, quia uxores non acceperunt esse à viris suis, sed à Deo concesserunt in adiutorium Gene. 2. sed neque matribus fuit unquam concessum vendere filias, ad supplementum extreme indigentiar, ut patribus fuit concessum ex lege. Nam secundum, Aristot. lib. de hist. animalium, filij à patribus, habent animam animalem, à matribus vero corpus, & ideo maiorem potestatem vendicant in prolem patres, quam matres.

Qui emunt
 Ethiopeza
 parentibus
 vel à republi-
 ca iustè
 emunt.

¶ Est denique alia ex lege servitus, apud Aethiopes lata, scilicet, pro delictorum castigacione. Sicut enim apud alias nationes, pro facinoribus, ut pro furto, homicidio, &c. morti luenda: adiudicantur facinorosi, sic apud illos infligitur servitutis poena. Unde si constaret mercatoribus, quod parentes venderet filios suos propter extremam indigentiam, aut quod videret eos respública Aethiopia, videlicet, rex vel magistratus, qui eos emerent, ab Aethiopibus iuste emerent, & iuste nostratibus possent vendere. Si quidem, qui hac ratione venditur, servi sunt ex lege. Nisi quod servitutes, saepe ex infamia potius, & furore in filios, vel filias, eos vendere, & non inopia coactos, itaque reges, non propter delicta, sed ad explendum suum odium in subditos, pretextu delicti, eos adiudicant servituti. Ceterum hæc exquirere, non tenentur mercatores, illo commigrantes, sed fat est, si à parentibus, aut à magistratibus emant, modo euidens non sit parentes, vel magistratus, aut regis procuratores, temere, vendere Aethiopes, id quod ex clamoribus publicis dignoscere, non est multi negotij.

Servit' alia
 ex privata
 auctoritate.

Expeditis tribus servitutibus, ex lege, expedire restat, aliam qua quilibet homo liber in extrema necessitate constitutus ut sibi subveniat, potest se ipsum vendere. Et hæc servitus non est ex positiva lege, sed neque est contra legem, servit autem, in insulis appellatis de Brafil, paganos, sibi commorantes, emere fideles ab alijs paganis, emunt autem, ut saginatos eos occidat in edulium atque

id temporis, si huiusmodi, qui hanc timet tyrannidem, se vendiderit ut ab ea se asserat oblato pretio tyranno, aut se permittere vendendum non peccat, quippe parvis sit vita quæ libertas itidem si fame periclitatur quispiam, & nullus est qui velit suppeditare alimentum, nisi se vendat in pretium, fas itidem erit se vendere. ¶ At vero qui noluisse subministrare alimentum ne periret hic esuriens nisi oblato pretio ex venditione, aut nisi porrigenti panem se venderet in pretium, tyrannice ageret. Si quidem in necessitatis articulo omnia sunt communia, & ut dixit Ambrosius, Esuriensium panis est, quem tu retines, &c. Ideoque si hac ratione, subministrat panem, ut si forte venerit esuriens, ad pinguiorem fortunam quod restituet ratio est probanda fortassis: verum, quod nolit subministrare panem, nisi esuriens se vendens pretium offerat, aut quod sit panis recepti pretium se vendendo porrigenti crimen est, quia contra fratris est charitatem, quid quid dicant summissæ.

¶ Inno si ex modico porrecto pane potest periculum famis ab esuriens depellere, esset avaritiæ dandum deducere in pactum, pinguiorem fortunam. Secus, si multis diebus esset pasendus esuriens, ne periret. Isti sunt casus quibus homini licebit se ipsum vendere ex propriaque auctoritate se sua orbare libertate. ¶ At vero, dicit aliquis, & quid si cessantibus illis, homo ex propria ductus voluntate nihil urgente eum, se vendiderit? num erit crimen? Namque fortasse excusabit aliquis, esse crimen: quippe homo ut non est dominus propriæ vitæ, quia non potest, se interimere, neque est dominus propriorum membrorum quia non potest, se mutilare ita videtur quod neque propriæ, sit dominus libertatis, Nam quod ex iure canetur, ne vendatur liber homo. l. 4. & l. si in emptione. s. hominem liberum. ff. de contrahen. emptione. & l. 1. §. Par. 5. titul. de venditionibus. & emptio. hoc verum est, quod ab altero, non potest vendi homo liber. Unde crimen ingens est furari homines ad vendendum eos. Ut vsu veuit piratis fidelibus quibusdam ex aliorum fidelium rapina viventibus. Nam quod istud exercet infidelis, furto subripere fideles,

Virgente ne
 cessitate se
 vendere po-
 test liber ho-
 mo

An extra ne
 cessitate se
 vendere po-
 test homo?

Abigei.

Qui sunt di-
 cendi liber-
 tini post ma-
 numissionem
 servit.

ut eos vendat, ex diversitate religionis odium conceptum in causa est: at vero quod fideles furto subripiant fideles ut eos vendant, etiam infidelibus, ut saepe accidit, immane esse scelus quis ambiget? Quod si esse abigeos, vel abactores ingens esse crimè ducitur, quia greges suffurantur ex patris, quantum ducis esse furari homines, liberos, & fideles? Videtur autem, quod si quis se vendiderit, etiam citra necessitatem, quod ex legibus civilibus, non sit irrita venditio. Namque in l. 7. ià indicata fori traditur quod si quis se fecerit vendi ab aliquo alio, ut ipse partem habeat pretij, si qui cum vendiderit, non possit solvere venditionem, alius vero, nomine ipsius, vel ipsemet, qui se fecit vendi, si voluerit reddere pretium emptori, teneatur emptor recipere pretium, quo reddito, ipse qui se fecerat vendi, sua pristina libertate potitur. ¶ Quod si quis liberum vendiderit hominem, ignorantem tamen ipso libero homine, qui venditur, ipse venditor teneatur tribuere centum dipondia illi, qui venditus est. Quod si non fuerit solvendo, sit ad iudicatum in empti servitutum, ipse venditor. Emptor autem sit innoxius si nesciebat se liberum emisse.

¶ Ex qua lege tu habeto, omnes huiusmodi, qui se vendunt liberum habere se se redimere oblato pretio, ex quo fuerit empti, & etiam inuitis dominis possunt se asserere in pristinam libertatem. Et qui eos habent in servos, tenentur reddito pretio manumittere. Neque sunt ducendi liberti aut libertini, quia se tradiderunt cogente necessitate captivitati. ¶ Idem dices de omnibus illis liberis hominibus, qui fraude, furto ve sublati venditi sunt, ut de puella illa Hebræa refert scriptura. 4. Reg. 5. quæ à latronibus Syriæ raptæ, fuit vendita Naaman Syro. Isti enim se se, possunt asserere similimodo in libertatem, & domini qui bona fide eos emerunt, postquam compertum habuerint liberos fuisse, & iniusto titulo fuisse venditos, tenentur eos donare libertate & etiam non reddito pretio, si emptor non erat liberum hominem se emerens, ex pravitare piratarum, vel latrocinarum, quod si tunc amiserit pretium sibi imputet qui scierat emebat alienum. ¶ Rursum si filius venderetur à patre, obla-

to pretio esset restituendus libertati, neque est ob id conditionis servilis reputandus, qui non à domino, sed à patre venditur. Secus autem quando ob delictum venderetur aliquis, ut est mos Aethiopia, aut ex bello iusto, nam id temporis, non est liberum se redimere, sed est in potestate domini hoc sermo præstare suo. Et isti habeant statum, & conditionem servile & si manumittuntur, libertini iudicantur.

¶ Nam ad propositum dabium dixerim, si citra necessitatem extremam, verum ob causam rationalem quispiam se faceret vendere, non peccaret, verbi causa ut si filiam traderet nuptui, aut propter aliud simile, opinor non esse crimen, secus si ob causam turpem servitus, vero ex bello iusto solum debet afficere noxios, non innoxios. Unde infantes seu parvuli, & puella, cum sint innoxii, & nihil mali commoverint, non debent torqueri servitute, ideo dixit Aristot. 7. Poli. cap. 14. bellica meditatio, non ad id exercenda, ut ad servitutum adigantur immerentes. Quod si eos in servitutum adigere crimen est, quantum oblecto erit crimè, eos trucidare, ut saepe faciunt in bello milites? Deus autem qui est vita, & mortis dominus, potest iubere trucidare pueros, & puellas, ut aliquando legimus factum. Num. 3. Interficite inquit, quidquid est generis masculini, etiam in parvulis. Et. 1. Reg. 15. Interficite, ait Samuel ex Dei persona Sauli, & parvulum, & laetentem. Isti enim parvuli nati erant in originali, siue priores recensiti, qui erant Madianitæ, siue posteriores, qui erant Amalechitæ, & ideo coram deo noxii, & digni morte: ceterum coram hominibus non sunt digni morte, quia non sunt nocentes, nisi ex fide revelante, omnes parvulos non iustratos ex baptismi aqua esse culpato. Quæ tamen culpa ab hominibus non potest puniri, sed à solo Deo. Ideoque quantum vis sit bellum iustum, crimen est hos parvulos adigere in servitutum, ideo adactos, donati sunt libertate. Ut etiam in factionibus, & seditionibus, quæ saepe emergunt inter civis, si solum sunt afficiendi poena, qui sunt auctores factionis, aut cooperatores, innoxios autem non sunt involvendi cum nocentibus. Unde sub seditione Granatensis

Qui sit qui
 reputatur
 servile ha-
 bere condi-
 tionem.

tenſi anno Domini. 1566. ex qua recēs ex Saraceniſimo conuerſi ad fidem, exci tarunt factionem contra regem Philip pum, redacti ſunt multi in ſeruitutem, iſtorum recens conuerſorum, qui poſt modum regis authoritate, ſunt reſtituti priſtinæ libertati, quia innocentia eorū patuit. Et ratio eſt, quia iſti non mouerunt bellum contra regem Philippum directē aut indirecte, ideo non erant pu niendi, quia nullatenus fuerunt autho res culpe. Quod vero diximus de pueris, non eſſe redigendos in ſeruitutē ex bello iuſto tu intellige per ſe, nam per acci dens, quando aliter non poteſt ſumi vin dicta iuſta de hoſtibus niſi captis illis vel trucidatis, ſas tum erit eos, & alios inno centes punire.

C A P. N O N V M.

De his quæ vendi non poſſunt, quia lege ſunt prohibita.

Raterea plurima, quæ hæc nus recenſimus, quæ non erant venalia, ſunt & alia quæ nō ſunt venalia, ex lege prohibente eorum venditionem, lex autem prohibet multa ne vendantur, quia ſunt noxia qualia ſunt venena. Hæc autem ſunt varij generis, ſunt enim quædam, quæ venenum deponunt, alijs ſalubrib⁹ cōmixta reb⁹ vt ſcamonea, & colloquin tida eleborus & hoc genus alia. Hæc nā que malis cidonijs aut alijs temperata ſa lutaribus vel herbis, vel fructibus venenum vertunt in medicamen. Vt etiam vipera, ex qua fit theriaca. Similiter ſunt & alia venena, quæ non ſunt apta potio nibus, ſunt tamen accommodata empla ſtris exterius membris humanis appo nendis vt auripigmētum, ſublimatum, & argentum viuum cantharides, & argi rium, & cætera hoc genus. Huiusmodi igitur quæ habent omnia vſum medica nale, ſiue in potionē, ſiue in malagma te, leges non prohibent vendere, imo eo rum vſum concedunt. Et ſi ſublimatum vendere ancillis, aut ſeruis eſt prohibi tū, & peccaret vendēs quoniā poterit vē dēs opinari ſeruos, hoc ſublimatum eme re, ad propriā parādā interceſſionē. Et ſi

mile eſt de omnibus alijs, quæ opinari poteſt vēdens, emi ad peccatū parādā, ex qualitate ſeu cōditione ementis. Vt ſi meretrix, emit minium vel ceruſam, aut ſi puella prægnans, & nō nupta emit her bas noxias, vt abortiati, vt etiam ſi vocat ſlebotozum, vt venam tali ſcindat, ad procurandum abortum, vt ſepe eis acci dit. Si hoc opinetur ſlebotozum, aut faci le fuerit illi opinari, peccat mortaliter venam ſcindendo puellæ, quia eſt coo perarius homicidij, ſi tamen foetus iā eſt animatus. Et pharmacopola, idem opi nans, quod puella, vel alius pro ea emit herbas facientes abortum, peccat, crimi naliter eas vendendo. Vt ſi peccaret, qui gladium porrigeret furioſo, vt ſe occide ret. Secus autem, ſi emptoris conditio hanc arcet ſuſpicionem. Quippe tunc eſt ſi malum ſequatur ex vēditione, non eſt in culpa venditor. Quippe nō teneba tur diuinare futurum malū, vt ſi homo quietus, emit gladiū, & aſtutē celabat occidendi animum, vendens non tene tur ex futuro homicidio, quia Deus ſol⁹ animum penetrat. Sat equidem eſt ven ditori, quantum humanitus poteſt conie ctari ex ſignis externis, concipere bonum de emptore vt ſine crimine ven dat.

¶ Sed quid dicit aliquis, ergo nēque me retrix, ſi velit emere veſtem, aut calceos, aut vittas aut panem, &c. non poteſt vē ditor hæc illi vendere? Probabis anteedēs, quia omnibus iſtis illa vtitur ad pec cati exercitium.

¶ Reſpondebis, hæc neceſſaria eſſe ad du cendā vitā, & ex ſua natura inſtituta, ad ſuſtentationem humanæ vitæ. Quod ve ro iſtis abutatur meretrix, illud quidem eſt per accidens, ideo que ſi venditor nō intendit ea vendere ad malum inculcata eſt horum venditio. Secus autem de cæ ruſa, & minio, & alijs hoc genus reb⁹, quæ meretrix emit, nō ad neceſſitatem ſed ad luxuriā. Sunt porro alia venena, quæ non poſſunt habere vſum bonum, ſed ſemper ſunt noxia vtentibus, vt eſt aſpis, ſcorpio, & alia hoc genus non pau ca. Et huiusmodi vendere eſt iure com muni prohibitum. Vt in l. quo d. cæpe. ff. de contrahen. emptione. Et l. 17. tit. 5. Part. 5. idem habetur in hūc modum. *Las ponçanas, o yeruas de veneno que en ſi ſon mortu*

les, ninguno las puede contraher, ſino fueren las que tuieren con el veneno, parte de medicina, como la eſcamonea, o otras cosas tales. Et ſub hæc ratione etiam comprehenduntur omnes libri hæretici, quos eccleſia dam nauit & reprobaui, & à lectiōne fidelium ſubtraxit. 15. diſt. ſancta Romana & in Concilij Triden. catalogo, libri enim iſti ſunt venena animæ, quæ ſunt peiora quā venena corporis. Quo circa iuſta ratio ne ſunt ab eccleſia prohibiti hoc genus libri. Præter hæc lege prohibentur ven dere infidelibus, armorum quoduis ge nus, ſiue deſenſiuorum, ſiue offenſiuorū. Et ſi ſecundum ſe arma vendere non eſt malum, imò eſt vtile reipublicæ, at verò hoſtibus fidei vendere malum eſt. Vnde in bulla de Cœna Domini ex communi cantur huiusmodi, idemque eſt prohibi tum alimenta eiſdem vendere, ſub tem pore belli: ſiquidem armare hoſtes con tra nos eſt nefarium, & eos nutrire ad uerſus nos item eſt iniuquum. Vnde hæc prohibitio cōſtituta eſt. l. 2. tit. 5. Part. 5. Non tamen prohibetur ibi, imo concedi tur, quod legatis in fideliam venientibus in curiam regis, vidualia miniſtren tur. ¶ Rurſus eſt quoddam genus veſti mentorum ſericorum & auratorū quod pragmaticis regijs prohibetur, præcipi tur enim ne illo induatur quiſpiam, ex ceptis quibuſdam, & ne illa factores, aut alij officiales faciant, vt traditur in libr. Recopil. 7. tit. 12. *De los trages y veſtidos.* part. 2. Et quidem illis indui eſſet crimē, & illa conſuere vel facere eſſet crimen. Enimvero peccatum contra legem ad miſſum ex legis qualitate eſt pendendū. Etenim ſi lex editur per modum ſtatuti ſimplicis ſine pœna, aut cum pœna leui, tunc non eſſet criminalis tranſgreſſio. Nam pœnæ leuitas explicat tranſgreſ ſionem non eſſe mortiferam. At vero hoc intellige, ceſſante contemptu. Siqui dem ſi ex contēptu violatur patet tranſ greſſionem eſſe criminalem. Cæterum ſi pœna appoſita grauis eſt vt mors vel exilium graue, aut flagellatio publica vel excommunicatio maior, vel alia hoc genus, quæ ſunt graues pœnæ facile eſt tunc intelligere legem latam, & euilga tam obligare ad ſuam obſeruantiam crimi naliter, vt ſunt leges iſtæ prohibentes vſum, & compositionem veſtimetorum

quorūdam, vnde earum tranſgreſſio eſt criminalis, quando robur habuerint legiſ. At dices, tranſgreſſio pragmaticæ frumenta taxantis ad certum pretium eſſe vendenda, habet pœnam leuem, videlicet perdere frumentum vltra taxa tionem diuenditum, & 500. dipondia, ſa nē ex leuitate materiæ quia modicū eſt, quod venditur fieri poteſt venialis, vt ſi quis diuendat exiguam menſuram fru menti vltra taxationem. At vero ſimpli citer eſt mortalis. De vendentibus autē huiusmodi veſtimēta prohibita, & emē tibus nihil ſtatuere pragmaticæ, in lo co allegato. At quæret aliquis foemina aliquādo vtuntur ornamentis non pro hibitis, at vero ex ſua elegantia aut for ma inducentibus ſpectantes ad ſalacita tem. Dico, ornamenta de ſe non prouo cant ad ſalacitatem niſi eſſent ea quæ ex ſua ſubtilitate patēſacerent pudenda, & hæc veſtiri eſſet crimē. Tu lege. S. Tho. in. 2. 2. q. 169. art. 2. vbi idē docet, & plu ra alia hanc materiam concernentia, ip ſe & ſuus commentator rectē tradide runt. Vnde Petrus. 1. c. 2. etiam ornāmē ta pretioſa, & apparatus ſuperfluum muliebri prohibuit, verumtamen ex eo prohibuit, quo fideles foemina, malum non præberent exemplum infidelibus, inter quas verfabantur, quoniam in pri mitiua eccleſia, commixti erant fideles infidelibus. Aut prohibuit, ne inanis gloria exquiſito ornatu excitaretur, aut de nique, ne aſpicientes allicerentur ad ſala citatem. Cæterum, quando omnia hæc ceſſant, ſed foemina ſi extrinſecam du cet capillaturam, vt mors eſt Hispanis mulieribus, & circumdatum gerit au rum, & alios habet exquiſitos ornamen torum cultus, vel quia eſt patriæ conſue tudo, ne ipſe videantur viliores cæteris, aut ſi nupta eſt, quia vſr præcipit ſibi oculos pingere, & cæruſa, & minio, gem mas & torquem immittere collo, at que monilia, &c. aut ſi puella eſt, vt multi ſiat & ditioem virum ſibi pareat, vtique pec catum non eſt. Aut ſi ceſſantibus cauſis commemoratis, foemina cultu huiusmo di veſtium, & ornamentorum vtitur, vt oſtendat ſe eſſe nobilem, & diuitem, & quia turpe exiſtimat, in cedere eo cultu quo aliz ignobiles, aut minus nobiles, vel demum ſi non ob malum finem, ſed

An exqui ſtus cultus foeminarū ſit peccatū.

ſolum

solum quia sibi ipsa gratior est, ex ornatu cultiori, non erit criminale.

¶ At vero fortassis obiicies mihi illustrē illam feminam Iudith se vario ex cultissimoque se ornasse vestium apparatu, vt Holophernem excitaret ad amorem suum, vnde ipsum posset trahere in suā sententiā respon. Iudith, non eo animo se ornasse, vt Holopherne ad suum sollicitaret amorem, sed potius vt ingressus illi pateret ad colloquium cum Holopherne, vnde posset ipsa liberare populum ab impendete calamitate. Et Iudith Deo inspirante hoc fecit, & ideo nulla ex Iudith occasio exhibetur feminis se nimio colendi apparatu. Nanque ad bonum finem se exornare, nimio cultu, nō est peccatum, vt fecit Iudith, secus ad luxum, vel salacitatem.

¶ Non ergo semper crimen esse feminas, se exornare vario cultu, imō aliquando, meritum esse censetis bonum, aliquādo vero malum, non tamen semper criminale, sed nonnunquam veniale vt ea quæ non ex malo animo, sed ex leuitate animi, hoc præstant vt Hispano sermone dicitur, *Porque son galanas de coraçon*. Sed obiicies forsitan, quid si pulchram habet faciē, & sine alio affectu, ex pulchritudine allicit videntes, num tenetur femina abscondere vultum suum, ne aspiciētes viri, in amorem eius inardescāt, postquam aduertent ex vultu sui aspectu, viros prouocari, nam si non aduertit, non est quæstio.

¶ Respondetur, simpliciter loquendo non teneri feminam abscondere vultū suum, quem Deus illi dedit. Quauis enim nouum inducere ex fucis, & capillorum tincturis vultum, sit peccatū iam mortale, iam veniale, ex animo, quo se faciat, femina & pingit, iam vero meritū, si ad bonum finem se comit, & colit, vt dudum dicebamus.

¶ At vultum natium, citra facum de-
nō ostendere, non est peccatum. Nā quod
alius offendatur ex vultu illud per acci-
dens est, & præter intentionem feminæ
vt supponimus. Etis qui ex vultu of-
fenditur obligatur auertere oculos suos
ne videat, quod ipsum male allicit, vt
Iob aiebat. *Pepigi fœdus cū oculis meis,
ne aspicerem virginem*. Aliās obligare-
mus pulchras feminas quando con-

cedunt ecclesias, audiendi sacri gratia, quod occultis procederet vultibus, ne alij prouocarentur ex visu id quod non duxerim esse verum. Maxime quando ad sibi necessaria officia vadunt, nam vagantes citra causam, hoc videntur optare suos cunctis ostentare rutilos vultus, id quod saltem veniale erit, si animus non ad est pellicendi aspectus virorum ad libidinem. Quam feminā describit Prou. cap 7. loquens de muliere garrula, & vaga. ¶ Porro autem, vt ad alia que reserāt referamus stylum, hæc interim dimittamus, sunt ergo quædam quorum venditio virtualiter prohibetur, & non formaliter, vt priora, quæ hæctenus sumus profecuti videlicet, quando ex regis pragmatica prohibetur venatio, & piscatio in certis mensibus, quando scilicet est tempus partus vel autumnus, vel piscium. Hæc autem prohibitio venationis, aut piscationis, aut scissionis lignorum ex locis quibusdā prohibitis, Hispanè cotos, est virtualis prohibitio venditionis, & emptionis. Nanque qui venari, aut piscari prohibetur, aut ligna scindere, vtique si venatur, aut piscatur, aut scindit capit, quod non est suum ideoque illud vendere non potest.

¶ Sciendum est autem, quod de huiusmodi prohibitionibus sunt variae sententiæ: quibusdā inficiantibus eas iustas, imō planè asserentibus eas esse iniustas, vt est placitum Alberti Trotij Ferrariensis in libello de perfecto clerico cap. 37. lib. 2. vbi docet duo, primum est qui venator, aut piscatur in huiusmodi locis prohibitis, non teneri ex aucupio, vel venatione vel piscatione ad restitutionē, & indicat glossam in l. Diuus. ff. de ser. rust. prædio. & in l. 3. §. planè. per glossam. ff. de acqui. rerum domin. & per Ioan. Andr. c. 2. de clerico venatore. secundū quos, qui venatione capit, vel piscatione in alieno fundo facit suū quod capit, & non tenetur restituere, §. fera. Insti. de rer. diui.

¶ Secundo inquit has prohibitiones esse illicitas, siquidem huiusmodi ex iure naturæ sunt communia Et quia prohibentes agunt contra ius naturale, ideo non possunt iustè prohibere, vnde infertur primum, quod qui contra huiusmodi prohibitionem venatur, aut aucupantur, aut piscantur, non committunt fur-

Opinio di-
cens probi-
bere venat-
ionem esse
illicitam.

tum, neque tenentur restituere & indicat Anto. in hanc sententiam in cap. Nō est in potestate. de deci. Proptereaque inuehitur contra dominos populorum, qui huiusmodi prohibitiones faciunt, quas iniustas esse in foro conscientie etiā si proclamate sint autumant. Quauis ingredi in loca ait, prohibita, vbi sunt fera, quæ venantur, sit malum, & peccatum quando inuito domino sit ingressus, & ingrediens potest conueniri de actione iniuriarum.

¶ Porro autem hæc doctrina est satis indigesta. Primum enim, quis inficiari poterit aucupia, aut piscationem ex causa rationabili, principè posse prohibere & venationem, vel in certis anni temporibus, videlicet quando aues nidificant, & ouant, itemque quando piscium est partus. Hæc enim pragmatica iusta est. Nēpe vt sic abundantia sit autumnalium, & piscium. Quia ablati parentibus perit proles. Quod si princeps potest prohibere generaliter, autoritate etiam principis idem poterunt domini particulares in terris sibi subiectis.

¶ Dicit fortassis, hoc verum esse ex causa rationabili, quia tunc respublica consentit, quia huiusmodi prohibitio bonū spectat publicum. At vero prohibitiones quæ fiunt à dominis particularibus, in suis terris non in bonum vergunt publicum, sed sæpe in malum solum quæ fiunt propter voluptatem dominorum. Quippe cum venatio cesset aprī, & cerui, & ceruæ, & pulli ceruorum, lepores, cuniculi, &c. crescant in magna quantitate, & se immiscant in vineis, & hæc relictibus fructibus populariū, & fructus terre deualtāt, magno malo populariū. Quod si dixeris fat esse si domini terrarū harum rependant damnum, vtique & si dicant se perenos, malè & vix rependant, & pro centum ablati non restituant decem. Et populares nihilominus, non audent dominis obloqui, aut cum illis lite contendere, quia in litibus gerendis, plus infumēt, quam in amissione fructuum.

¶ Quid quod & alio malo afficiunt suos subditos domini isti, poenas imponentes, & sæpe iniustas, imō iniustissimas, venatoribus. Quid quæso iniustius, quam pro vna sola venatione cuniculi, centum

infligere plagas? Neque audiendus est quidam Iuriconsultus, qui cōtendit esse iustissimam poenam, has infligere plagas, etiam pro re minima & theologicam deprompsit rationem, amat enim videri theologus. Deus inquit, etiam pomi illius mortis puniuit poena, & tamen res minima erat poni vnus esitatio. At vero propter contemptum puniuit, & ne esitaret præcepit Deus sub mortis poena. Quia inquit, non ipse esus, vel queuis res alia minima, perpendenda est, sed contemptus præcepti, qui est maximus. Ad hanc rationem philosophatur, aut potius malè theologizat Albornozius libro. 3. de contractib. titulo. 6. de quasi contractibus.

¶ At vero, toto cœlo errat, & ipse non obseruat esse latissimum discrimen inter vnum, & alterum. Enimvero esus illius pomi fuit vetitus ad exercitium obedientiæ Adami erga Deum, & vt recognosceret Adam se subditum esse Deo. Etenim positum aliud præceptum, nullum fuerat illi promulgatum, nisi hoc solum. Et huius præcepti obedientia erat, vnde pendebat salus totius orbis. Nanque illo violatū, genus humanum se fecit subiectum tyrannidi diaboli, subtrahens se ab obedientia naturalis domini, scilicet Dei. At obsecro, quanti refert non venari cuniculum vnum? vtique nihil, obsecro, quantum bonum spectat orbis, si non venetur? nullum: solum non venari isthæc, est ad voluptatem, præcipientis. Non ergo tanta est culpa, quanta sit digna tanto supplicio. An non satis est, si semel venetur, quod tantum refundat pecuniæ, & si secundo, duplum, & si tertio triplum? Neque huiusmodi venationes reputantur furta, quæ infamiam inducant, qualia sunt furta domestica. Et si donemus, quod in sola vna venatione sit contemptus legis, aut mandati, non omnis contemptus, est criminalis, quando enim est de re leui, & leuis quoque est contemptus. Quid quod semel venari cuniculum, nō est contemptus signum, donec addatur transgressio transgressioni. ¶ Et demum, cur iste confert mandata hominum, cum diuino mandato? contemptus enim diuini mandati, & non solum mandati,

L sed

sed etiam consilij, mortiferus est: secus autem de mandatis humanis, aut consilij si mandata maxime sunt de re leui. Quam obrem, non iusta est poena, si pro sola vna venatione vnus cuniculi, centum flagella imponatur, imo si mihi creditur, huiusmodi venatio ex loco prohibito, nunquam tot flagellis esset plecenda. Nisi forte sit aliquis, qui non habet bona vnde soluat poenam, hic si luat in corpore, non videtur iniustum.

¶ At dices, sed quid si poena non est ad restituendum simpliciter, vel duplum, vel triplum, sed venanti ex loco prohibito continuo ex prima venatione constituitur flagellorum poena: vtiq; si hac poena constituitur à dominis particularibus, vt à Ducibus, vel Marchionibus, &c. iniustissima est poena si à Rege, non est digna Rege, quem clemetia summopere decet, at vero si ipse eam inflixerit, ipse viderit.

¶ Vt autem ad priora regrediamur, si ad malum popularium spectat huiusmodi prohibitio, iniusta est prohibitio, & dominus prohibens populis sibi subiectis, debet non prohibere, aut efficere, quod prohibitio non sit notabiliter noxia plebi subiecta. Siquidem subditi non sunt serui ascriptitij dominorum, sed sunt liberi, & si habent dominos ex regis auctoritate, non habent vt exerceant tyrannidem erga subditos, sed potius vt exerceant iustitiam, & pacem conferuent inter eos.

¶ Neque suffragatur illis dominis, quod forte dicere poterunt subditis, si vobis non est grata huiusmodi venationis prohibitio, abite ex mea terra, & pergite quo libuerit, siquidem, dominus nisi ex delicto, hanc suis non potest infligere poenam, quod scilicet relinquunt patriam suam, & cogantur diuendere bona sua. Nam exceptis casibus supra memoratis, nemo potest cogi ad vendendum bona sua.

¶ Porro si hac prohibitio venationis est in bonum populi, vel saltem non est in malum populi quia detrimentum est exiguum, quod ex prohibitione potest popularibus prouenire, & hoc detrimentum resarcitur à domino, tunc sanè huiusmodi prohibitio ferri potest.

¶ Porro autem est obseruandum, huiusmodi prohibitionem vel venationis, vel

piscaturæ, vel scissionis lignorum, vel arborum contingere bifariam posse, vel quod fiat generaliter, vt Rex facit ex pragmaticis suis, prohibens, quod quibusdam mensibus non fiat aucupium perdicum, aut piscium piscatio, &c. aut fieri potest particularis, videlicet, quod ex tali loco, non fiat venatio aucupium, aut piscatio, aut scissio. Habent enim populi certa prohibita nemora, aut caeduas sylvas, Hispanè dehesas, vnde caeduntur ligna in usum popularium, vel fructus videlicet castanæ, vel glandes itidem in usum eorundem. Hacque dicuntur Hispanè, *Bienes concejles*, quæ prohibentur ab ipsa communitate, Hispanè, *Los acotias*, vt nemo nisi facultate publica, possit vel venari in huiusmodi locis, vel cedere ligna, vel decerpere fructus. Et domini populorum horum, nouas saepe addunt prohibitiones, vt ostendant se esse dominos, quæ si sunt in fauorem boni publici, sanctæ sunt vt dudum tradebamus.

¶ Præter hæc instar horum, sunt censenda bona communia ecclesiarum, quia ecclesiæ etiam habent sylvas huiusmodi, quæ sunt capitulorum, & nullus canonicorum, nisi ex facultate capituli, cuius est canonicus, potest cedere ligna horum locorum, & in proprium usum conuertere.

¶ Secundò notabis, huiusmodi prohibitionem fieri dupliciter, aut sepelendo loca, vbi feræ & bestiarum syluestres, continentur aut non sepelendo loca, sed ea non septa relinquendo, vnde omnibus patet ad illa ingressus. Quales sunt sylvas caeduas, seu nemora, quæ quia spatiosa sunt satis, non possunt saepe circundari. Iam verò vt à notioribus fiat exorsus.

¶ Prima sit conclusio, qui habet feras, vel arbores, &c. septis conclusa in agro, vt domini particulares, saepe habent, vt & præter quædam conclusa vnde prouenit gramen in pastum suorum gregum, vt in ciuitate Legionensi, & alias, iustè potest prohibere, venationem, eorum quæ sunt in huiusmodi, vel piscationem, si forte ibidè sint piscine, aut stagna, aut torrentes, & cessionem lignorum, si quæ sunt ibi ligna caedua, &c. Hæc patet, quia hæc quæ sunt septo conclusa, sunt propria sepientis, & ex eo illa sepe conclusit dominus

Prima conclusio.

minus horum, vt nullis inuito eo, penetrare licuisset. ¶ Vnde qui hæc suffragatur, peccat mortaliter si notabile sit furtum, & tenetur restituere. Et perinde est ac si vineam, vel hortum alicuius quis penetraret, & fructus subtiliperet. Quod si sepe furatur modica, ex multis modicis fit vnū multum, & tunc obnoxium est restitutioni. ¶ Secunda conclusio, si quis penetraret hæc septa iniussus & aues volucres, quæ per septum volitant sua industria caperet, vt facit puerorū ingenium, non est obligatus ad restituendum, neq; enim furtum est. Nāq; aues illæ, volitantes, per septum, vel intra spatium septi sunt bona communia, quippe quæ nullius sunt dñi: ideo sunt primo occupantis. Et sub hac ratione, vt narrauit Albertus supra indicatus.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

¶ Tertia conclusio, si aues ibidè sunt coniectæ ex industria domini septi, vt ibi nidificent, & propagent, vt per dices, vel turtures, vel gallinæ, vel coturnices, aut columbæ, aut quæuis hoc genus alia, qui illa subtiliperit, ite crimè committit & obnoxium est restitutioni, secus autè si non ex industria domini, sed casu volucres ibi in septo nidificant vt passeruli, aut Aquilæ, &c. Prior pars patet ex. i. conclusione. Posterior item est aperta, quoniā huiusmodi sunt aduentitia, & non pertinent ad septum, ideoque qui huiusmodi venaretur, non teneretur restituere. Peccaret sanè ingrediens septum iniussus, id est domino inuito, quia huiusmodi ingressus clandestinus, suspicionè inducit furti, at re vera, si alia non furaretur, præter prædicta, non est furtum. Nisi forte tanta esset mansio auium harum ibidem quod ex industria domini, ibi nutrirentur, præbendo ex suo illis alimenta.

Quarta conclusio.

¶ Quarta conclusio, qui venatur contra pragmaticas, iam supra relatas, aut piscatur pisces, non tenetur restituere. Hæc patet, quia huiusmodi pragmatice, non prohibent certum locum ad venandum, vel piscandum, ideo qui venatur, tunc venatur, quæ sunt communia, ideo sunt venantis. ¶ Est autem commune bonum, dupliciter, aut negatiuè, quia nullius est bonum, aut quia non habet singularem dominum, bene tamen habet plures dominos vt communitatem, quia est peculiarium, vel ciuitatis, vel populi alicuius, vt de etia hoc genus bona sunt communia

Pragmaticæ prohibentes venationem sunt poenales.

bona, referendo ad particulares personas, referendo tamen ad totam communitatem, sunt propria communitatis, vt syluæ vel nemora, &c. supra commemorata: vnde, quia ex huiusmodi pragmaticis non fit appropriatio loci, sed solum vetatur venatio, aut piscatura, ideo, qui venatur, aut piscatur, quia venatur quod est commune primo modo, non tenetur restituere, quia non venatur alienum sed commune, cuius conditio est, quod sit primo occupantis, id quod non accidit bonis communibus secundo modo. Huiusmodi autem pragmatice, sunt solum poenales, & ideo qui venatur contra pragmaticas huiusmodi, aut piscatur, deprehensus soluet poenam à pragmatica statutam, aut si conuictus fuerit, quia ante damnationem illam soluere non tenetur. ¶ Quinta conclusio, qui ex syluis, aut nemoribus, aut alijs locis prohibitis quod septis non sunt obmuniti, quos vernacula lingua nostra dehesas appellat, volucres per hæc loca volitantes, aut gradientes, aut arboribus confidetes aucupantur non sunt obnoxij calpe, & subinde neque restitutioni: quippe qui de furto illi non sunt carpendi. Hæc patet ex tertia prælibata conclusione: quoniā hæc sunt communia bona, et si loca seu fundi per quos transeunt habeant dominos particulares.

Quinta conclusio.

¶ Porro prædicta magis clarescunt ex Inst. lib. 2. tit. de rerum diuisione, & domino ipsarum adquirendo. s. feræ. vbi traditur, feræ igitur bestie, & volucres & pisces, & omnia animalia, quæ mari, cælo, & terra nascuntur simul atque capta fuerint ab aliquo iure gentium statim illius esse incipiunt, proprietates igitur fundi, non obstat, quominus huiusmodi volucres per illi volitantes, non sint aucupantis. ¶ Obstat autè ne quis herbas agri illius quis secet, quia herbe fundi, sunt domini fundi ad pascua gregum, ideo qui eas in magna quantitate, secaret, inuito domino teneretur de damno illato domino fundi. Qui vero volucres aucuparetur nihil damni inferret, ite qui feras si forte per fundum illum transeutes venaretur. ¶ De feris autè, & istiusmodi animalibus Inst. vbi supra ita traditur, qui alienum fundum ingreditur aucupandi, aut venandi gratia potest à dño si is preuiderit prohiberi

Pœna si excedit delictum est iniusta.

Aliquando prohibita venatio est iniusta.

sed etiam consilij, mortiferus est: secus autem de mandatis humanis, aut consilij si mandata maxime sunt de re leui. Quamobrem, non iusta est poena, si pro sola vna venatione vnus cuniculi, centum flagella imponatur, imo si mihi creditur, huiusmodi venatio ex loco prohibito, nunquam tot flagellis esset plectenda. Nisi forte sit aliquis, qui non habet bona vnde soluat poenam, hic si luat in corpore, non videtur iniustum.

¶ At dices, sed quid si poena non est ad restituendum simplum, vel duplum, vel triplum, sed venanti ex loco prohibito continuo ex prima venatione constituitur flagellorum poena: vtique; si hac poena constituitur a dominis particularibus, vt a Ducibus, vel Marchionibus, &c. iniustissima est poena si a Rege, no est digna Rege, quem clementia summopere decet, at vero si ipse eam inflixerit, ipse viderit.

¶ Vt autem ad priora regrediamur, si ad malum popularium spectat huiusmodi prohibitio, iniusta est prohibitio, & dominus prohibens populis sibi subiectis, debet non prohibere, aut efficere, quod prohibitio, non sit notabiliter noxia plebi subiectae. Si quidem subditi non sunt serui ascriptitij dominorum, sed sunt liberi, & si habent dominos ex regis auctoritate, non habent vt exerceant tyrannidem erga subditos, sed potius vt exerceant iustitiam, & pacem conferuent inter eos.

¶ Neque suffragatur istis dominis, quod forte dicere poterunt subditis, si vobis non est grata huiusmodi venationis prohibitio, abite ex mea terra, & pergitte quo libuerit, siquidem, dominus nisi ex delicto, hanc suis non potest infligere poenam, quod scilicet relinquunt patriam suam, & cogantur diuendere bona sua. Nam exceptis casibus supra memoratis, nemo potest cogi ad vendendam bona sua.

¶ Porro si hac prohibitio venationis est in bonum populi, vel saltem non est in malum populi quia detrimentum est exiguum, quod ex prohibitione potest popularibus provenire, & hoc detrimentum refarcitur a domino, tunc sane huiusmodi prohibitio ferri potest.

¶ Porro autem est obseruandum, huiusmodi prohibitionem vel venationis, vel

piscaturae, vel scissionis lignorum, vel arborum contingere bifariam posse, vel quod fiat generaliter, vt Rex facit ex pragmaticis suis, prohibens, quod quibusdam mensibus non fiat aucupium perdicum, aut piscium piscatio, &c. aut fieri potest particularis, videlicet, quod ex tali loco, non fiat venatio aucupium, aut piscatio, aut scisio. Habent enim populi certa prohibita nemora, aut caeduas sylvas, Hispanie dehesas, vnde caedantur ligna in vsum popularium, vel fructus videlicet castaneae, vel glandes itidem in vsum eorundem. Haecque dicuntur Hispanie, *Bienes concegiles*, quae prohibentur ab ipsa communitate, Hispanie, *Los acotans*, vt nemo nisi facultate publica, possit vel venari in huiusmodi locis, vel caedere ligna, vel decerpere fructus. Et domini popularum horum, no uas saepe addunt prohibitiones, vt ostendant se esse dominos, quae si sunt in fauorem boni publici, sanctae sunt vt dudum tradebamus.

¶ Praeter haec instar horum, sunt censenda bona communia ecclesiarum, quia ecclesiae etiam habent sylvas huiusmodi, quae sunt capitulorum, & nullus canonicorum, nisi ex facultate capituli, cuius est canonicus, potest caedere ligna horum locorum, & in proprium vium conuertere.

¶ Secundo notabis, huiusmodi prohibitionem fieri dupliciter, aut sepiedo loca, vbi ferae & bestiae syluestres, continentur aut non sepiedo loca, sed ea no septa relinquendo, vnde omnibus patet ad illa ingressus. Quales sunt sylvae caeduae, seu nemora, quae quia spatiosa sunt satis, non possunt saepe circundari. Iam vero vt a notioribus fiat exorsus.

¶ Prima sit conclusio, qui habet feras, vel arbores, &c. septis conclusa in agro, vt domini particulares, saepe habent, vt & praeta quaedam conclusa vnde prouenit gramen in pastum suorum gregum, vt in ciuitate Legionensi, & alias, iuste potest prohibere, venationem, eorum quae sunt in huiusmodi, vel piscationem, si forte ibidem sint piscinae, aut stagna, aut torrentes, & cessionem lignorum, si quae sunt ibi ligna caedua, &c. Haec patet, quia haec quae sunt septo conclusa, sunt propria sepientis, & ex eo illa saepe conclusit dominus

Poena si excedit delictum est iniusta.

Aliquando prohibita venatio est iniusta.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Pragmaticae prohibentes venationes sunt penales.

minus horum, vt nullis inuito eo, penetrare liceat. ¶ Vnde qui hac suffragatur, peccat mortaliter si notabile sit furtum, & tenetur restituere. Et perinde est ac si vineam, vel hortum alicuius quis penetraret, & fructus subriperet. Quod si sepe furatur modica, ex multis modicis fit vnū multum, & tunc obnoxium est restitutioni. ¶ Secunda conclusio, si quis penetraret haec septa iniustus & aues volucres, quae per septū volitat sua industria caperet, vt facit puerorū ingeniu, no est obligatio ad restituendum, neque enim furtū est. Naq; aues ille, volitates, per septū, vel intra spatium septi sunt bona communia, quippe quae nullis sunt dñi: ideo sunt primo occupantis. Et sub hac ratione, vera narrabat Albertus supra indicatus.

¶ Tertia conclusio, si aues ibidem sunt coniectae ex industria domini septi, vt ibi nidificent, & propagent, vt per dices, vel turtures, vel gallinae, vel coturnices, aut columbae, aut quaeuis hoc genus alia, qui illa subriperit, itē crimē committit & obnoxius est restitutioni, secus autē si non ex industria domini, sed casu volucres ibi in septo nidificent vt passeruli, aut Aquilae, &c. Prior pars patet ex. i. conclusio. Posterior item est aperta, quonia huiusmodi sunt aduentitia, & non pertinent ad septum, ideoque qui huiusmodi venaretur, non teneretur restituere. Peccaret sane ingrediens septū iniustus, id est domino inuito, quia huiusmodi ingressus clandestinus, suspitionē inducit furti, at re vera, si alia non furaretur, praeter praedicta, non est furtū. Nisi forte tanta esset mansio auium harum ibidem quod ex industria domini, ibi nutricarentur, praebendo ex suo illis alimenta.

¶ Quarta conclusio, qui venatur contra pragmaticas, iam supra relatas, aut piscatur pisces, non tenetur restituere. Haec patet, quia huiusmodi pragmaticae, no prohibent certum locum ad venandum, vel piscandum, ideo qui venatur, tunc venatur, quae sunt communia, ideo sunt venantis. ¶ Est autem commune bonum, dupliciter, aut negatiue, quia nullus est bonum, aut quia non habet singularem dominum, bene tamen habet plures dominos vt communitatem, quia est peculiū, vel ciuitatis, vel populi alicuius, vnde et si hoc genus bona sunt communia

bona, referendo ad particulares personas, referendo tamen ad totam communitatem, sunt propria communitatis, vt syluae vel nemora, &c. supra commemorata: vnde, quia ex huiusmodi pragmaticis non fit appropriatio loci, sed solum venatur venatio, aut piscatura, ideo, qui venatur, aut piscatur, quia venatur quod est commune primo modo, non tenetur restituere, quia non venatur alienum sed commune, cuius conditio est, quod sit primo occupantis, id quod non accidit bonis communibus secundo modo. Huiusmodi autem pragmaticae, sunt solum poenales, & ideo qui venatur contra pragmaticas huiusmodi, aut piscatur, deprehensus soluet poenam a pragmatica statutam, aut si conuictus fuerit, quia ante damnationem illam soluere non tenetur. ¶ Quinta conclusio, qui ex syluis, aut nemoribus, aut alijs locis prohibitis qui septis non sunt obmuniti, quos vernacula lingua nostra dehesas appellat, volucres per haec loca volitantes, aut gradientes, aut arboribus confidentes aucupantur non sunt obnoxij culpe, & subinde neque restitutioni: quippe qui de furto isth non sunt carpendi. Haec patet ex tertia praegibata conclusione: quonia haec sunt communia bona, et si loca seu fundi per quos transeunt habeant dominos particulares.

¶ Porro praedicta magis clarescunt ex Inst. lib. 2. tit. de rerum diuisione, & domino ipsarum adquirendo. §. fere. vbi traditur, fere igitur bestiae, & volucres & pisces, & omnia animalia, quae mari, caelo, & terra nascuntur simul atque capta fuerint ab aliquo iure gentium statim illius esse incipiunt, proprietatis igitur fundi, non obstat quominus huiusmodi volucres per illū volitantes, no sint aucupatis. ¶ Obstat autē ne quis herbas agri illius quis fecerit, quia herbae fundi, sunt domini, fundi ad pascua gregum, ideo qui eas in magna quantitate fecerit, inuito domino tenetur, de damno illato domino fundi. Qui vero volucres aucuparetur, nihil damni inferret, itē qui feras si forte per fundum illum transeutes venaretur. ¶ De feris autē, & istiusmodi animalibus Inst. vbi supra ita traditur, qui alienū fundū ingreditur aucupandi, aut venandi gratia potest a dño si is preuiderit prohiberi

Quinta conclusio.

ne ingrediatur. Quidquid autē horū ceperit, eo tuum esse intelligitur donec tua custodia coercerit, cū vero tuā euaserit custodia, & in libertatem naturalē se receperit, tuū esse desinet, vnde si apri vel cerui sunt in fundo meo, aut lepores, aut cuniculi, aut apes sunt in cluſe in suis auicis in fundo meo, si muratas est fundus, quādiu sunt hæc sub muri custodia sunt domini fundi, & tenebitur qui abstulerit inuito domino furti quia mea sunt tātis perdū sunt sub mea detinetur custodia. ¶ At vero si forte exierint custodia, vt si murū transgrediūtur cerui, vel apri, cuniculi aut examē apū, aut perdices, &c. iam nō desinunt esse mea, & reddūtur cōmunia. Nisi adeo cicures essent cerui, vt haberēt cōsuetudinē reuertēdi in fundum vnde exierint, tūc enim reputantur esse domestica animalia, quia regrediūtur in locū domini. Tūc autē nisi hanc amitterent cōsuetudinē regrediendi, etsi egrediātur custodia adhuc reputātur esse domini fundi, vt habetur loco præcitato. §. Apū. vbi apes, & colūbas sub ferarū nomine lex supra indicata cōprehendit, vnde tradit quod si examē apum exit ex fundo meo, & consistet in arbore alieni fundi examē illud erit primo illud in cludētis in alueum. Quod si mellificat ibidē fauos mellis, quilibet eximere potest. Apes enim nō cieuntur vt cerui, & alia animalia, sed semper agrestes sunt, etsi reuolent in alueū: colūba autē itē habēt feritatem naturæ, etsi quēdā sunt domestica, & reuolātes videamus in colūbaria sua, verum idē dicendū de istis atq; de ceruis lex cōmemorata instituit, vt de perdicibus idē. Ceterū si feræ egresse ex fundo meo, valde nocent fundo alterius, etsi consuetudinē habeant regrediēdi, nihilominus fundū meum lædentes licebit venari quia me & mea iure naturæ feruare possum in demnia. ¶ Porro feræ si non sunt coercita septi custodia, qui illa venatur, aut aucupatur pœna, si qua est imposta venantibus, aut aucupantibus, condēnatus à iudice subdetur, nō tamen videtur furti arguendus, si quidē feræ ille non in cluſe sunt velut cōmunia bona, quia habent liberam vagationem. ¶ At vero de gallinis, & anseribus institutio dudū citata, aliā rationē ingerit, hæc enim etsi exant septa vbi tenebātur cōclusa,

Cerui, apri, cuniculi, lepores, apri vbi fera animalia.

Apes & colūbe feræ aues sunt.

vbiq; sunt domini sui siue habeāt animū reuertendi, siue nō habeant, id est siue cōsuecant regredi, siue non consuecant: quia hæc non sunt aues feræ sed cicures vt ibidē traditur, idemq; est de iumentis si quæ sunt in septis locis à dominis conclusa, & exeat, si illa quispā sustulerit, nisi domino reddiderit, tenebitur furti. Et perinde est hæc esse septis cōclusa, atque liberē vagari, semper enim sunt domini suorum, quia nō sunt feræ asini, vel equi, vel boues, vel oues, vel capræ, &c. ¶ Est porro obseruandū Aristot. 10. sectioe problematum, proble. 45. tradidisse domesticis omnibus animalibus in eadē specie cōrespondere fera, vt sunt domesticis homines itidē & feræ, & agrestes, quales reperiūtur apud Indos qui vescūtur carnibus humanis, vitā agentēs agrestem, & crudelibus moribus parentes, itē sunt asini, & equi, & capræ syluestres vt sunt domestica. Et demum omnibus domesticis, cōrespondent alia eiudem speciei fera & syluestria. ¶ Et si nō cōtrario omnibus feris, cōrespondent in eadē specie domestica. Nā nullæ sunt apes cicures, nullæ viperæ, nullæ vespe, nulli tabani, nulli lacerti, &c. vnde infertur, quod est reperire gallinas agrestes & feras, itēque & anseres, vt etiā Institutio indicata docet. ¶ Quippe ex Aristot. documento domesticis omnibus, in eadē specie cōrespondent alia fera, vnde si cōsaret gallinæ, vel anseres te habere feras in fundo tuo, eadē ratio de illis esset habenda quæ de apibus, & de alijs feris auibus institutio relata cōstituit. ¶ Cur autē si rogitas, domesticis omnibus cōrespondēt fera, nō tamē feris omnibus domestica, ratio est, ex Aristot. ibidē, quia natura animalū imo etiā omnium corruptibilium magis properat ad defectū quam ad perfectionē. At vero esse domesticum perfectio est, esse autē ferum est defectū, ideo facilius est labi ad feritatem quā prouehi ad māfuetudinē, verū de istis alibi: regrediamur ad institutū. Postquā igitur de aucupio, & venatione ferarū disertū est, ad cetera referamus sylū dicuntē dāan videlicet cefores lignorū, inuitis dominis ex alienis syluis, furti teneant, an solū ad pœnā soluēdā post iudiciariā condēnationē obligent. Et sanē illud exigua eget disputatione, si sylua sit vni⁹ dñi singularis nam

Omnibus domesticis animalibus cōrespondēt fera in eadem specie, at non cōtrario.

Cur facill⁹ probabūtur animalia māfucta in feritatem, quam fera in mansuetudinē prouehantur.

nam tunc qui domino inuito, ex illa cædit ligna, si notabilis tamē sit cæſio, furti est arguendus huiusmodi cefor, vel lignorum huiusmodi trāsportator, etenim, qui tollit alienum inuito domino furtū admittit, talis est huiusmodi. Hæc habes cap. mandati. l. Diuus. Non est rationabile ait, nolentibus dominis vos in alienis agris aucupari. ff. de seruit. rust. prædio. & l. 16. & l. 17. *Bestias saluajes*. Part. 3. titu. 28. Quas leges habeto iuxta. 3. conclusio. supra indicatam. Porro autem quæ magis vget difficultas est, de cæforibus lignorū, aut transportatoribus ex syluis cæduis, quæ nō sunt alicuius domini singularis, sed potius sunt communitatis cuiusdam, vt ciuitatis, vel oppidi, vel vici, aut ecclesiæ, aut monasterij &c. Nanque ciuitates habent huiusmodi syluas cæduas, vbi publicis necessarias, itemq; & oppida, & vici, & sæpe ecclesiæ, & monasteria pro suis vbius, huiusmodi syluas cæduas possident. ¶ At vero vnum ante omnia præmittendum duxi, dominos oppidorum, vel vicorum huiusmodi non esse dominos, harum syluarum cæduarum, magis quā populus ipse cui ipsi præſunt, qui Hispana voce, *Señores de vasallos*, appellantur. ¶ Vt neque rectores ciuitatū sunt domini huiusmodi syluarum cæduarum, magis quam ararij publici dicuntur autem cæduæ syluæ, vnde scilicet cæduantur ligna, sed solū sunt administratores bonorum publicorum, ideoque si malè administrauerint crimē admittunt, & si ex mala administratione resultat cæduarum syluarum, siue montium seu nemorum vnde ligna cæduantur publicis vbius, magna læſio boni publici, quantum læserunt tantundem in foro conscientia: resarcire reipublicæ tenentur. De dominis autem prædictis vasallorum sit sexta conclusio. ¶ Huiusmodi dominis non licet syluas huiusmodi suorum subditorū populorū vsurpare, vel cædendo ligna, vel pascendo syluarū harū gramina gregibus suis, vel decerpēdo fructus arborū, si quæ sunt pomifere, aut aliās fructifere in talibus syluis, cōmunitatis, seu vt Hispanè efferam congegiles, itēq; in fluuio cōmuni populi non licet illis expiscari pisces, &c. Quā cōclusionē tu intelligito, si magnā inferat læſionem bonis illis cōmunitatis, nam si illis bonis

Titul. 28. Part. 3.

Sexta conclusio.

vtitur dominus, vt alius quilibet popularis, aut saltē vt duo, nō est vsurpator appellādus bonorū cōmunitatis. Si vero excedat metā hanc tenebitur resarcire damnum in foro cōſcientiæ suis subditis, quos valde læſit vsurpans vt propria, quæ alio qui erant cōmunia. ¶ Primo autē veritatē conclusionis huius in de habebis, quia dominus emens à rege huiusmodi oppida, non erit hæc cōmunia oppidi bona: sed solū iurisdictionē, & tributa quæ regi debebātur emendo à rege fecit sua: ergo si nō est dominus horū bonorum, si ea læſerit valde illa vsurpat, & tenebitur furti in foro cōſcientiæ, conclusioni etiam Gabriel consentit in. 4. dist. 15. q. 5. Et Syluester verbo, Restitutio. 2. §. 16. & alij idem cōmemorantur doctores. ¶ At verius. 2. probatur ex. l. 1. titul. 8. lib. 7. Recop. vbi omnino prohibetur ne huiusmodi syluæ vendātur, vel lædātur, vel à popularibus, vel à domino populi & mihi relatu est, nuper incolas vici de Retortillo diceſis. ¶ Ciuitatis obtinuisse post lōgā litē finale sententiā cōtra dominum suū, ex qua præcipitur, vt domino illi non liceat frui bonis publicis siue pro pastu pecorū suorū, siue pro alijs vtilitatibus, nisi quantū duo ex popularibus fruūtur, vt igitur popularibus pro sua necessitate, dūtaxat fas est vti illis bonis, ita & dominis licebit, & in foro conscientia: propter huiusmodi vsum, ad nihil tenentur. ¶ Solet quoque quotānis cōmunis cōcedi facultas popularibus cōcedēdi ligna, & fruendi certo die istis bonis publicis, & id tēporis itē licere perſpicuū est Hispanè dicitur, *Defacobar los mōres*. Porro hac nō extante facultate in foro cōſcientia: etiā nō licet huiusmodi publica bona trahere ad vsum propriū, semper intelligo, quādo sit eorū magna læſio, nā si modica sit, quod modicū est pro nihilo cōputatur. Verū quidem est, quod deprehēsus à custode montiū, qui etiam modica sustulerit, pœna multabitur, verū in foro cōſcientia: nō est de crimine furti carpēdus, neq; restituere tenetur, ceterum custodes, suam implent munus, & rectē faciunt ipsi pœnam impositā exequantur, ipsi enim non tenentur discutere, si qui cedit ligna, illis opus habet, aut si modicū est, vel magnū, modo læſio cōtineatur sub imposita pœna. ¶ Quod si obicceris, mēbrū cōmunitatis

cur, peccabit utrisque bonis illis communibus, siquidem communia sunt omnibus membris illius communiter. Respon. ex eo peccat, quia sibi usurpat communia, utens illis quasi propriis, & ideo si laesio sit magna tenetur de damno illato in foro conscientiae: etiam sine iudicis condemnatione. Alia enim ratio est de damno illato, alia de poena inferenda, haec non est solvenda, donec iudicio declaratur solvenda, illud vero, simulatque illatum est, ad restitutionem obligat sine iudicis sententia. Quia qui damnus in inferit crimen admittit contra ius naturae quod semper clamat. Neminem esse ledendum, & ius uniusquisque esse tribuendum. Quod si adhuc insultas iure naturae omnia, quae sunt sylvarum, esse communia. Verum equidem est ius naturae possessiones nihil distinxisse, at vero iure gentium sunt distinctae sylvarum, & fundi seu possessiones, & haec facta divisione, resultavit hoc esse meum, & illud esse tuum, ideo ledens possessionem alterius tenebitur, & criminis poenitere, & laesionem refarcire.

CAP. DECIMUM.

Qua ratione contractus emptionis, & venditionis ex circumstantiis vitietur.

Hic quidem contractus huiusmodi vitiat multiformiter ex circumstantiis personae, loci, temporis, aut denique ex modo contrahendi contractui huiusmodi extrinsecus. Haec autem defertur est de vitio contractus istiusmodi ex parte rei quae emitur: non tamen de vitio ex circumstantiis accidere. Circumstantia igitur personae vitiat contractum ut si contrahentes sunt monachi, aut clerici, contractus vitium sibi conciliat. Nisi quod non omnis venditio, & emptio, istis interdicta est. Possunt namque & vendere, & emere, quae necessaria sibi sunt & familiae suae. Namque Apostoli Ioan. 4. Coefferunt Samaritanis, ut emerent sibi necessaria. Et Iudas loculos habebat ubi reponebat allatas pecunias ut emeret Christo, & Apostolis necessaria. Unde traditur, triplicem esse negotiationem, & oeconomiam, & politicam, & lucrativam. Prior est ex qua quilibet paterfamilias emit, & vendit, sibi

& suis vitium necessaria. Et ideo vocatur negotiatio domestica, & omnibus haec negotiatio est licita. Et re vera non est negotiatio ut vulgus usurpat negotiationis vocabulum. Namque qui solum domestica curat, & solum sibi providere & suis satagit, & ibi sinit, non appellatur negotiator, sed si solum hoc nomine donatur, quorum officium est, emere ut vendant & vendere ut emant: nisi enim alio nomine dicitur mercatores. Isti sunt qui vadunt ad nudinas, tranant maria & flumina emendi gratia, & vendendi ad lucrum, non solum ad sibi necessaria quippe, qui vadit ad nudinas, ut vitia necessaria provideat non est mercator, quia illo non tendit, gratia questus, sed gratia providendi sibi, quod necessarium est. Unde clerici in nudinas tendentes, propter hunc finem, non propterea sunt mercatores. Sepe enim contendant, & clerici, & monachi ut provideant suis domibus congruentia. Item ut sibi parat mulas, vel equos, vel panes, &c. Et quidem si clericus in nudinas pergat, ut emat mulam, vel mulas, & has reddit pinguis, & vendit carius quam emerat, si hoc non habeat in officium sed raro illi accidat, non est ob hoc dicendus mercator, quia una hirundo non facit ver, similiter, si vineas habeat, unde colligit vinum, aut celsum habuerit ex frumeto, vino, oleo, &c. haec vendere, ut emat sibi necessaria, non est esse negotiator, idem dices de monachis. Sunt qui putent cum Conrado. q. 5. de contract. clericos etiam pinguis census, posse negotiari per alios, videlicet, habere contractum, societatis cum alijs, modo ipsi non vadant in nudinas, vel discurrant in forenses contractus, sed quod ipsi pecuniam exhibeant & alij laborem, & industria, siquidem hac ratione negotiari clericis fas est, siquidem iura solum vetant negotiationem personalem & indicat Clem. 1. de vita & honestate clerici, ubi traditur, quod personaliter, non possint clerici, vel tabernarii officium vel macellarij facere. At vero locum hic, ex Clement. unica. allatus probat nihil. Etenim macellarij officium, & tabernarij agi potest, citra negotiationem. Siquidem fieri potest, ut quispiam habeat armenta, vel pecudes, ex propria substantia, & haec occidat ipse, & ex coriet, atque dilaniet, & vendat. Et istud fit sine negotiatione, ut modo est sermo siquidem hic macellarius, non emit,

Cotra Ios. Medinaaco. dice de restit. titu. de rebus per mercatum nem acqui sitis.

Officia vitia & fordidam clericis prohibita.

ut vendat, sed sua vendit itidem & tabernarij officium ad eundem modum. Quandoquidem potest tabernarius in taberna sua meritoria vinum, vel panes, vel carnes, potest vendere sua, quae ipse habet ex proprio peculo. Caeterum, quia huiusmodi officia sunt vilia, & fordidam, & talia esse dicuntur, ideo clericis, Clement. citata prohibentur, non propter negotiationem. Unde hunc locum trahere, ad suam conclusionem, scilicet, quod clericis fas sit per alios negotiari est quidem impertinens. Sed age, si licet clericis per alios negotiari, nunquid per famulos suos, quos vocant factores, an per socios suos, id quod fit ex contractu societatis? Quod si primum dixeris, fas igitur erit clericis, habere Hispani, vel Granatae, vel Antuerpiae, &c. factores per quos vendant merces & emant. Et fas erit contractum societatis inire cum mercatoribus. At vero quid est hoc nisi negotiari instar laicorum? laici enim mercatores pinguis substantiae, per suos factores negotiantur, & ex contractu societatis. Et quidem quae per alios facimus, per nos censetur facere, ideo clericis si per alios negotiantur, ipsi reputantur negotiatores. Porro. 88. dist. cap. fornicari. clericis interdicitur negotiatio lucrativa, & siue fiat per se, siue per alium lucrativa est & lucrum solummodo spectat. Non quod omne lucrum parare, clericis interdicitur, quippe ex proprio lucrum parare, non vetatur, ut ex frumento oleo, vino, & alijs censibus, redditibus, vel possessionibus, si quas habent clerici, ut etiam illis non interdicitur vendere, & emere census redimibiles, unde lucrum etiam paratur, igitur universa haec, quae diximus sunt intelligenda iuxta glossam ad cap. negotiatores. 88. dist. dicentem clericis licitas esse negotiationes necessarias & honestas. In honesta igitur de quibus loquimur & superflua neque per se neque per alium licebit agere, ut tradit Syluester in verbo clericis. 3. 6. quod si per alium haec vilia clerici faciant cessat poena, sed non culpa ex glossa ad Clement. indicatam de vita & honestate clericorum. capit. 1. cui ego subscribo. Et si credideris non esse semper criminalem culpam quando per alios haec clerici exercent, de quibus differimus. Tradunt au-

tem quidam Iuriconsulti, & scilicet, triplicem esse negotiationem, quaedam enim est negotiatio, quae consistit principaliter in artificio ut quando, quis emit lignum, & inde constituit imaginem, aut aurum, vel argentum, & inde fabricat anulum, vel vasculum. Alia vero est negotiatio, quae solum consistit in emendo, & vendendo, non mutando vel formam, vel materiam eorum quae venduntur, & haec est propria negotiatio, ut supra à me est annotatum. Postrema denique quae non consistit principaliter in emendo, vel vendendo, nec etiam principaliter in artificio, sed ex utroque temperatur, verbi causa, emit quispiam fundum, ut ex illo percipiat fructus, quos vendere possit. Prima igitur harum permissa est clericis, etiam in ordine sacro constitutis, ut apparet ex cap. fina. de vita & honestate clericorum. Nisi esset officium aliquod vile & fordidum, quale est macellarij, vel tabernarij, vel excoriarij, vel mangonizandi, &c. quae sunt prohibita clericis, ut dudum commemorabam ex Clem. Quamvis officium vile si non sit fordidum, est illis permittum, quale est officium texendi tentoria, non erat admodum pretiosum, & à Paulo exercebatur Acto. 18. verum fordidam & vilia sunt vitia clericis. l. 2. C. de episcopis & clericis. & dista. l. munerum. §. fina. ff. de muneribus. & honore. Secundo tamen negotiatio clericis negatur, subaudi clericis constitutis in sacris aut beneficiatis, quia caeteris etsi macellarios, vel tabernarios, &c. esse sint eis prohibita, non tamen negotiatio, unde etiam cernere poteris, quod male inducitur, ab ijs, quos indicabam pridem, ad probandum clericis fas esse per alios negotiari. Quod vero clericis in minoribus liceat negotiari testatur Abbas Siculus, in capit. fornicari. & capit. negotiatores. 88. distincta ut colligit etiam ex capit. sed neque. extra ne clerici vel monachi. Negatur autem negotiatio haec secunda clericis, catenus, quatenus, non sint in necessitate constituti. Nanque si necessitatis levanda causa, eam exercent non agunt contra ius, citra necessitatem autem, sed solum ex cupiditate lucrandi, prohibetur illis huiusmodi

Triplex negotiatio apud Iuriconsultos.

triplex negotiatio apud Iuriconsultos.

negotio, emendi, & vendendi. Et lucrum ex huiusmodi turpe iudicatur in clerico vt predictum est, vnde si per alios negotiantur ex cupiditate etiam illis erit lucrum turpe. ¶ Tertio autem negotiatio item concessa est clericis. Siquidem non est proprie negotiatio vt Anton. testatur capit. finali praxhabito, & sectatur Ioannes de Lignarij arg. capit. sacris de sepulturis, vnde credit hic autor & vere credit si clericus habuerit in peculium, tabernam, vel macellum, posse hanc locare alijs, vt inde ex locatione redditum recipiat, & allegat, quare notantur in predicta. l. 2. C. de episcop. & clericis. & in l. Ancillarum. ff. de peti. hære. & cap. significante. de appellacionibus. Et ratio prompta est, quippe locare domum ad macellum non est magis negotiatio, quam locare ad habitandum. Ego tamen intelligo huiusmodi doctrinam, modo non per famulum suum macellationis exerceat officium. Nam hæc non esset locatio, sed esset exercitium macellationis factæ per alium, nomine tamen ipsius. Quod sane liceret, si ad hoc faciendum non cupiditas, sed indigentia compelleret.

¶ Negotiatio igitur lucratiua, quare reportat lucra ex commercijs, clericis negatur & negotiatio politica, id est ciuilib, scilicet tractandi negotia forensia vel ciuilia. ¶ At habet hæc iura prohibentia negotiacionem clericis originem ex verbo Pauli. 2. Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Quonia hæc negotia vix aguntur citra peccati rubiginem; Ecclesiast. 2. 1. Non iustificabitur caupo a peccato labiorum, & quod de caupone, ait de cæteris, qui incumbunt vendendis & emendis mercibus intelligi nemo vetat. Et idem experientia docet quotidiana. ¶ At occines, si per alios negotiaretur clericus, non se immiscet occasione peccandi, vt mentienti, & peiorandi. Bene quidem si non se immiscet, huiusmodi, distrahitur nihilominus curis ex mercium venditione, si lucratur ex illa, ania iacturam patietur, & alijs necesse est eum distendi curis ex mercimonijs resultantibus: etiam si per alium faciat. ¶ Ius autem vetat huiusmodi negotiacionem, sub comminatione anathematis. c. secundum instituta ex. n. clerici. vel monachi. vbi traditur, ne causa lucrine-

gotientur, vnde infertur quod necessitate causa non prohibentur, sub interminatione anathematis, non ergo ipso iure incurrunt negotiatores clericum anathema, sed postquam moniti fuerint, si contumaces extiterint, sunt anathematizandi. ¶ Vnde videtur non esse peccatum mortiferum clerico negotiari, si aliunde non trahat rationem culpæ, aut propter scandalum, aut propter mendacia, aut periuria, quare in ea miscentur. Etenim si ante est admonendus, igitur tunc peccat quando admonitus non cessat a negotiando. ¶ Vt etiam perdit privilegium clericale, si admonitus tertio non cessat a negotiando, ex cap. fina. de vita & honest. cleric. vbi traditur, quod clerici incumbentes in negotiacione secularis, si tertio admoniti non destiterint, ipso facto perdant clericale privilegium.

¶ Quocirca, cum præcedere debeat admonitio trina, vt infligatur anathema, antequam hæc præuenierit, non videtur quod ex negotiacione crimen admittat clericus, sed tunc demum, quando contumaces extiterint. Nam contumacia est quam ferit anathematis mucro, non ipsam negotiacionem. At in hanc sententiam reperies item Caiet. in summa. verbo clericus. Ioannes vero à Medina, credit negotiari simpliciter esse crimen, & probat, quia graui excommunicacionis poena percussitur. Et bene collegisset, si in ipso facto, poena hæc incurreretur, at non ipso facto incurritur, sed contumacibus indicitur infligenda, vt visum iam est. ¶ Est autem circumstantia ementis, huic relatæ opposita, namque etiam emptio viciosa fit ex parte ementis, vt ex parte vendentis. Enimvero, si emens est abusus ad peccatum re quam emit, & hoc constat venditori, vt emens male emit, quia ad peccatum emit, vendens quoque male vendit, quia peccato cooperatur ementis.

¶ De hac autem re supra non nihil attigimus, quando de ornamentis mulieribus agebatur & chartis lusorijs, iuxta sententiam Antoni. 2. par. ti. 1. c. 2. 3. 4. 1. 3. & Caiet. in 2. 2. q. 1. 69. art. 2. vnde qui ludæis vendit ramos frondosos arborum, vt sub Septembris faciant festum tabernaculorum, aut sub Martio agnum, vt Phæse celebrent, videtur crimine admittere, quia hæc emun-

Ioan. à Medina non probatur.

Idem Nauar. to manuali. cap. 23. nu. 89.

De vita & honest. clerici. c. cleric. & c. vlt.

Dug ponn canonice contra negotiatores.

tur ad superstitionem Iudaicam colendam. Et ideo qui scienter tunc venderet peccaret mortaliter, quia huiusmodi est per se non ordinatur ad malum at ex intentione vendentis possunt ordinari ad malum, vt si qui vendit interdicit quod emens illis abutatur vel si certo intelligit ementem abusus agno illo vel ramis, vt qui linthea, vel sericum, vel alia indifferetia, quare non spectat superstitionis Iudaicæ, vel Saracenicæ abusus, Iudæis vendiderit, vel Saracenis, non intendens quod isti istis abutantur, etiam ipsi diuenditis abutantur, non erit crimen. Porro qui ligna, vel calcem, vel lapides synagogæ, vel Mesquite adificande, vel reparandæ, scienter vendidisset, crimen admittet: quia huiusmodi loca patenter instituta sunt ad cultum Iudaicum, vel Mahometicum celebrandum. Cæterum qui venderet lapides pretiosos, nisi certo opinaretur Saracenum emere, vt ornet sepulchrum, vel ossa Mahometi, si tamē non vendit eo animo, vt ornet sed vt vendat, quod habet, non videtur peccare, quod si opinatur abusus, deponat opinionem, & vendet sine serupulo, lapides enim huiusmodi non ordinantur ex sua natura, vel ex lege, vel ex consuetudine, ad superstitionem, ideo secundum genus suum hæc vendere est inculpatum, est emens eis abutatur, in quam sententiam leges Thom. 2. 2. q. 1. 69. art. 3. resp. ad. 4. & sequacem eiusdem Caiet. in lib. responso. respon. 1. 3. verum tu intellige hæc secundum ea quare à me iam sunt disserta. Sed obijcies, quid ergo si vendere indifferetia non est peccatum, etiam si eis abusus ementem, venditor nouerit, qui ergo vendit carusam, stibium, minium &c. meretricibus, non erit peccatum, contra tamen supra est dissertum. Respond. quod meretrices omnes, abutuntur istis, ideo simpliciter sunt sane indifferetia, at ex consuetudine meretricum compertum est, eisdem abuti, hæc enim ad facilitatem emuntur, ideo secundum quid sunt non indifferetia, sed decreta ad malum, vocantur igitur modo indifferetia, quorum vfus ex maiori, vel æquali parte est, ad bonum, vel non ad malum, aut si non ex maiori parte, saltem non ex minima parte est ad bonum, vnde vendere arma, & sagittas, & scuta, &c. non est

Vendere in differentia quibus est abusus emens non est peccatum.

peccatum, quia hæc potius instituta sunt ad defensionem, & repulsionem iniuriæ, quam ad offensionem iniustam. Tametsi non nunquam, imo sæpe abutantur huiusmodi ementes, verum huiusmodi abusus, non est imputandus vendenti, qui non tenetur hæc indagare. Nisi tamen confessum venditori esset, quod emens huiusmodi esset abusus, vt supra diximus.

¶ Ideoque si bellum paratur à principe, & iubet construere arma quare vendantur, quamuis esset ad bellum iniustum, non peccat vendens, cuius non interest exquirere belli iustitiam. Nisi tamen esset euidenter, quod esset bellum iniustum, quale esset bellum hæreticorum, ad debellandam fidem Iesu Christi, item venditores chartarum ex quibus fit ludus, non peccant, etsi Conradus acerbior iusto est contra huiusmodi ludum. Quod quidem, etiam si multi abutantur istis lusorijs chartis, multo plures bene vtuntur, scilicet, ad relaxandum animos. Quid si pauci blasphemant ludendo, aut fraudulenter ludunt, aut bonas horas male insumunt, nunquid ob id negandus est ludus cæteris alijs, qui sincere ludunt?

¶ Vendens autem vt aiebam hæc chartari non tenetur, si recte, aut male vtentur chartis istis ementes, sibi fat est, non eo animo vendere, vt emens abutatur, & viderit quod quidem non est de se in malum vfum, imo ad bonum fuit excogitatum, secus esset si venderet idola, quorum vfus est necessario malus, aut venderet venena, aut videret hæreticorum libros, qui tanquam venena animarum sunt reputandi vt diximus. Et vt semel dixerim si propter abusum aliquarum rerum, non esset licita earum venditio, nihil sub cogulo est, quo non possunt abuti peruersi homines, ideoque damnandum esset omnium mercium meremorianum, quod est stultum concedere.

¶ Demum si emens est excommunicatus maiori excommunicacione, viciosa est venditio vt in 4. lib. Sentent. à me est vberius expositum.

¶ Redditur etiam iste contractus venditionis viciosis, ex circumstantia loci. Enim uero in loco sacro non permittitur celebrari. Namque locus Deo dicatus, profanatur ex secularibus commercijs, vt est text. de immunita. eccle. ca. Decret. vbi sta-

Vendens non tenetur in indagare ementis animum

Venditio licita ex loco

tuitur vt in ecclesijs, & earum cęmeterijs non fiant negociationes, & precipue nundinarum. Imo processus seculares, ibi nō debent fieri, neque iudicia profana, ibi celebrari. Et sententię ibi lata a iudice seculari sunt nullę. Et credit glossa contrahere in ecclesia etiam matrimonia, esse peccatum mortale, & itidem de alijs contractibus, tametsi contractus sunt validi, siue venditionis siue quouis alij.

¶ Originem deducunt hęc iura ex verbo Domini Ioan. 2. & Matt. 2 1. quando enim eiecit ementes, & vendentes de templo, ait, domus mea domus grationis vocabitur, & vos fecistis eam ⁱⁿ luncam latronum, & bis flagellauit contrahentes huiusmodi in templo. Quod si templum illud vnbratile, tanti fecit Christus, quāti voluit flagello ex funiculis sua manu confecto, propria etiam manu, ex illo flagellis cedere ementes, & vendentes, multo magis credendum est, honorandum esse templum Christi, vbi sacrum illius consecratur corpus, & sacramenta conduntur, & peccata remittuntur, & homines fideles sanctificantur. Quid quod, ementes, & vendentes illi, erant solum in atrio templi, non intra Sancta sanctorum, vt expendere liceat, si atria templi tantę sunt obseruationis, & reuerentię digna, vt venditio eorum quę ad sacrificia spectabant quę ob id videbātur necessaria, non est ibi a Christo permissa, quid tu putas facturum esse Christum si vendentes & ementes inueniret in templi penetralibus? vnde ob hanc causam ecclesia censuit, neq; in cęmeterijs celebrandas esse venditiones & emptiones, quę sunt veluti atria templi.

Circūstātia loci sacri quādo inducit nouam culpam.

¶ Ioannes a Medina reprehendit Caietan. in opusculis dicentem, locum sacrum non inducere nouam culpam. At reuera Caiet. in opusculo respon. responsione. 1. 2. hoc sibi esse falso impositum demonstrat. dicens circūstātia loci sacri inducere nouam culpam, quando id quod fit in loco sacro, est directe contra loci sanctitatem, ad quam sanctificatus est locus sacer.

¶ Vnde sequitur, quod qui exhumaret humata ibi corpora esset sacrilegus, quia locus sacer est sanctificatus ad sepulturam fidelium. Et qui cacaret, vel mingeret ex industria, profanabat locum sa-

crum, quia est institutus ad Dei cultum, & non ad excipiendas sordes, & qui furaretur que in ecclesia sunt reposita sacrilegus esset, quia ecclesia sacratur ad sepulturam, & ad cultum exteriorē Deo impendendum, & ad immunitatem illo cōfugientium, & ad custodiam eorū, quę ibi reponuntur. Quamobrem, qui contra hęc agit directe sacrilegiū cōmittit, vt si extrahitur a loco sacro, qui ibi confugit, exceptis casibus excipiendis, aut exhumasset sepulta ibi corpora, aut qui in ecclesia Deum blasphemasset, aut qui hęc hęc publicē doceret, aut sacramenta profanasset, aut effringeret sacras aedes vel sanguine humano violēter percussit do inquinasset. Neq; tamē duo tūc sunt peccata, vt putat Medina, sed vnum duntaxat, quod est sacrilegium, videlicet furari in loco sacro.

Qui dicēti sacrilegus peccātes in loco sacro.

¶ At vero, vt ad propositum propius accedamus, iuxta capitulum commemoratum, qui nundinas agit in ecclesia etiam sacrilegus est tametsi non indicitur huiusmodi nundinas agentibus, in ecclesia excommunicatio, sed solum prohibentur, colligitur autem esse peccatum mortale, quia dominus huiusmodi homines eiecit ex templo, vt diximus, similiter si quis macellum faceret in ecclesia Dei, aut tabernam, aut forum ad vendendum.

¶ Porro dicit aliquis, hoc verum esse, quia nundinę, & tabernę, & macellum sunt tumultuaria, & ideo impediencia Dei cultum: quia igitur hęc sunt contra Dei cultū exteriorē, qui requirit silentium, & quietem, propterea esse crimen. At verō si officium diuinum, iam est celebratum, & nihil impedimenti illi adferatur, num vendere, & emere in ecclesia esset sacrilegium? videtur enim quod non, quia decanus, & capitulum, postquam cessatum est a diuinis officijs, fundas ecclesię, vel hereditates, secularibus locat in ecclesia Dei consistentes, & voce alta decanus, licetur, & hoc fit vt videtur, siue peccato: siquidem est consuetudo ecclesiarum.

¶ Pręterea, quia capitulum precitatum, solum videtur oculū direxisse ad nundinarum prohibitionem in loco sacro, nō tamen ad alios contractus, quippe prohibet

hibet negociationes seculares omnes, precipue nundinarum, & non dixit tenere precipue nundinarum, quia huiusmodi sunt tumultuaria magis. Et dominus has prohibuit.

¶ Videtur autem Ioan. a Medina, omnes negociationes, etiam si verbo solo fiant in loco sacro esse culpabiles. Et reprehendendam consuetudinem, capitulorum, locantium fructus ecclesiasticos ibi in ecclesia. Et Conradum, cuius in suo indicato opere est rapsofus, non scatur, dicentem non esse peccatum, si quis in loco sacro pacifitur de vendenda domo, vel vestibus, &c.

¶ Porro nullam rationem affert, vt suā constituat sententiam, ideo probatum mihi magis est Conrad. placitum. Vnde arbitrator non esse sacrilegium pacifisci in ecclesia de vendendis, aut emendis rebus, vt si duo conuenientes in templo Dei pacifcentur, de vendenda & emenda domo, vel veste, vel qua uis re alia, excipitur si propter pactum huiusmodi diltra huntur ab audiendo sacro, &c. Enimvero, propter hoc pactum, non fit domus Dei, domus negociationis, id quod reprehendit Christus, dicens, fecistis eam domum negociationis.

¶ Pacta enim huiusmodi, non sunt tumultuose, neq; directe sunt contra cultum in ecclesia Deo exhibendum: aut cōtra libertatem, vel reuerentiam loci: quia non sunt completa negociatio, sed initium negociationis. Imo si quis scholasticus verbi gratia agens in ecclesia Dei, venderet actū librū quem habet, & alter emeret, id quod casu accidere potest, vel quod clericus venderet actū codicem precum alteri clerico, nō arbitrator, quod esset sacrilegium. Non enim vēdunt, vel emunt, vt ecclesiam reddant locum negociatorium sed solum, quod casu accidit, conuenisse ad vendendum. Itidem si quis contraheret sponsalia de futuro, nunc in loco sacro, non esset sacrilegus. Siquidem textus precitatus de negociationibus secularibus loquitur, sponsalia autem non sunt negociationes, vt modo loquimur, & superius exposuimus.

¶ Et glossa negans fas esse, non probat, ait enim matrimonium contrahere in loco sacro esse peccatum mortale, nihilo minus esse eatum matrimonium, itemq;

Nō omnis negotiatio in loco sacro est sacrilega.

putat de alijs contractibus. Nulla tamen ratione, neque ex textu hoc firmare potest. Textus enim de sententia iudicis loquitur, & processibus, & negociationibus, verum vsurpat negociationem proprie, quę est in nundinis, aut in forensibus commercijs, quę sunt cum tumultu. Vnde neq; credo esse sacrilegum qui in loco sacro existens concupiscit rem alienam, aut uxorem alienā. (Modo, nō habeat locum sacrum pro obiecto, vt si quis in ecclesia desiderasset rem repositam in loco sacro subripere. Quoniam tunc etiam si non esset in loco sacro ille desiderans, esset sacrilegus) huiusmodi enim peccata non sunt directe contra locum sacrum, ideo non constituunt sacrilegium, ideo etsi fiant in loco sacro nō variant speciem moris: vnde neq; est necesse, deducere in confessionem huiusmodi circūstātia, vt est necesse, quādo directe agitur contra locum sacrum, vt supra docebamus. Neq; verbi causa etiā si quis obmurmurat in ecclesia Dei contra proximum suum, aut illi detrahit, aut quouis alia similia loquitur, non agitur directe contra locum sacrum. Nā etiam si domus sacra nō est ad huiusmodi instituta, ceterum nō ideo omne peccatum quod committitur in ecclesia est sacrilegium, nisi solum, quod derogat, vel contrarium est directe, vel vt aptius dixerim soluit sanctitatem loci sacri, aut tollit illius immunitatem, &c. id quod non facit, vel detrahit, vel obmurmuratio. Huiusmodi enim non dehonestant locum sacrum, aut extriorē Dei cultum impediunt. Neq; crediderim esse verum, quod predictus autor ait, decanum & capitulum peccare, quando in ecclesia Dei locat fructus ecclesiasticos. Enim vero capitulum præinductum prohibēs negociationes adiecit, seculares. vbi glossa ait, eo dixisse seculares, quia ecclesiastica, non prohibentur. At vero locationes predictę, sunt ecclesiastica, ideo etsi vendant in ecclesia, ecclesię possessiones, vel emant, vel locent, vel permittent huiusmodi sunt negocia ecclesiastica: quare a culpa vacant, & reprehensionem non subduntur canonici, huiusmodi tractantes negocia in ecclesia Dei.

¶ Pręterea redditur cōtractus iste venditionis vicius ex circūstātia temporis

Circūstātia loci sacri quādo non obligat.

Medina nō probatur.

Vicius cōtractus ex parte temporis sacri

ris sacri. Siquidē nundinæ prohibentur diebus dominicis celebrari ex. de ferijs ca. 1. Itemq; 3. cap. diebus festiuis ab ecclesia institutis. Quibus decreuit ab opere feruili cessandum. Atq; solum feruilia opera, sed etiam iudiciales causas, tunc tractari prohibet ecclesia, vt olim apud Hebræos, ex domini mandato, in die sabbatino feriandum erat, ab omni feruili opere. Exod. 20.

¶ Caterum quia consuetudo est optima humanarum legum interpretis, ideo consuetudini iam receptæ standum est, siquidem, in Ciuitatensi oppido, nundinæ sunt sæpè diebus festiuis, & valde celebribus, quibus tenentur fideles sacris assistere. Et nihilominus, etiam antequam diuinis assistant, celebrant nundinas. Namque in qualibet hebdomada feria, 3. sunt nundinæ, quas ipsi vocant mercado franco. At sæpè accidit feriam tertiam, esse diem festiuum obligantem ad audiendam missam, vnde etsi qui tunc non audit missam peccet, ceterum nundinas agens non peccat: quoniam etiam Salmantica: est, in ferijs quintis. Præterea in diebus dominicis venduntur in macello carnes, in tabernis vinarijs vina, vt in alijs tabernis meritorijs victualia item venduntur in foro fructus, & omnia alia victui congruentia. Est in quibusdam Ciuitatibus, obseruetur religiosius, nam ante sacra maiora, siue missas maiores nihil venditur horum, vel emitur nisi ea quæ pertinent ad medicameta, quæ vendunt Pharmacopola.

¶ Rursus consuetudo est in diebus dominicis, & alijs festiuis, bona defunctorum subhastare, siquidem in diebus alijs non festiuis, si fieret subhastatio, horum bonorum non essent emptores, quia sunt detenti ex proprijs officijs.

¶ Præterea in cap. conquestus de ferijs, multa recensentur festa, quorum requiæ abrogauit consuetudo. Namque dies dominicæ passionis, cū septem sequentibus & dies dominicæ resurrectionis cū septem sequentibus ferianda traditur, id quod iā cōsuetudo ecclesie non recipit.

¶ Forſan querit aliquis num primiuio- latorcs horum festorum, fuerint in culpa, et illi culpandi fuerunt, cur sequentes sunt innoxij? Porro puto sæpè huiusmodi iura infringi, sine peccato, quia ali-

quando consuetudo vendendi, vel emendi, aut feruilia faciendi ex pietate, aut ex necessitate inducta est. Et pietas, & necessitas, legi non subduntur, vt ex. cap. conquestus indicato glossa colligit.

¶ Vnde, quod nundinæ fiant diebus festiuis in hoc oppido Ciuitatensi, vbi hæc scribo, ex euidenti vtilitate, processit, siquidem Carolus. V. concessit huic oppido priuilegium, quod Ciuitatenſes emerunt, vt in qualibet anni hebdomada, sit priuilegiatus dies vnus, scilicet, feria. 3. vt sine tributo, quod Hispanè appellatur, alcauala fiat omnium venalium venditio. Etenim erat necessaria provisio populū huius in aliquo die, vnde sibi sufficerent per totam hebdomadam, & quia libere tunc venditur multa conuehuntur huc venalia ex frumento, oleo, vino, aceto, &c. vt ciues sibi provideant quo circa sine peccato fiunt diebus festiuis nundinæ propter populū euidenter necessitate, & ita est consuetum modo facere, quæ consuetudo originem habuit inculpata, ideoque, qui hanc ducunt modo consuetudinem, inculpate ducunt, similiter dicit de subhastationibus, siue Hispanè, almonedas, de bonis defunctorū, quia diebus festiuis vrget necessitas hæc subhastationem facere propter causam commemoratam. Quod si donemus aliquam originem fuisse culpata, vtique primis violatoribus vicio dandum erat, at verò posteriores inculpate faciunt, quia consuetum est sic facere, prælati tolerantibus.

¶ Prior igitur violatio si culpata fuit, erat illi repugnandum à prælato, at verò si hoc dissimulante vbi in consuetudine, violatio nulla iam est, quia dies festus desijt esse, qui olim festus erat, ideo non tenentur fideles ad huiusmodi obseruantiam.

¶ Quod si querit aliquis, num episcopus solus potest præcipere huiusmodi dies festos obseruari, non est autem sermo de diebus festis, qui ex iure sunt in catalogo festorum, quia de huiusmodi nihil premit dubij, quia non ipse præcipit, sed ius, sed solum est sermo de diebus alijs, quos ius non præscribit. Et quidem si episcopus solus posset facere dies festos, pro suo arbitrio, posset præcipere celebrari, & obseruari, quos vult, at hoc

esset in grauamen magni populi, siquidem sunt pauperes multi qui ex officio suo, & labore viciant, & si multiplicaret episcopus festa, iam ipsi grauarentur, quippe non haberent, vnde sibi sufficientem pararent victum.

Episcopus strepugante clero & populo poterit præcipere obseruari festa que non sunt de iure.

¶ Adde quia in cap. conquestus præcitate sic habetur, ceteris feriandum solennitatibus, quas episcopi, in suis diocesis, cum clero, & populo, duxerint solenniter venerandas, igitur episcopus ad indicanda festa solus non habet auctoritatem, sed ipse cum clero, hoc est consentiente suo capitulo, & annuente populo, scilicet, populi rectoribus, debet statuere huiusmodi festa celebrari.

¶ Vnde videtur, quod si contra tenorem huius capituli fecerit, non teneri populum ad obseruationem festorum, sed quid si fulminat excommunicationis fulmen. Respond. facile est tunc prouocare ad metropolitanum, aut si hic instituit propria solum auctoritate, festa hu-

iusmodi ad papam causam deferre cuius iudicio semper standum est, verum de istis alibi erit commodior sermo, nunc enim per transennam, res hæc disputata est.

¶ Iam vero, vt colophonem apponamus huic materiæ viciosa etiam redditur venditio, ex modo, si malo sine, si periujs, si mendacijs, &c. tractetur. Est autem obseruandum, quoddam esse vicium, quod soluit contractum, vt vendatur vnum pro alio, aut si vendatur res aliena, aut res defectuosa, aut si fraus sit in pretio, aut si vendatur spirituale, aut spirituali annexum, vt supra satis superque est disertum, & huiusmodi vicia quassant contractum. Est porro aliud vicium, quod est accidentarium contractui, quia tenet ex parte contrahentium, quale est, quod hactenus enarratum est, ex loco, ex tempore, ex vendente, ex emente. Et hæc de contractu isto sufficiant.

LIBER

Cōsuetudo humano iuri detrahatur.

Cōsuetudo non obseruandi festa secundū iuris dispositionē aliquā est que inculpata habuit originem.

LIBER TERTIVS

Praxis Theologica, de Contractibus, & Restitutionibus:

CAPVT PRIMVM DE PERMUTATIONIS CONTRACTU.



Merem esse questio nem superioribro in dicabā, an permutatio sit dicenda vēditio, & emptio, e ratem dubitandū, est contractū venditioni admodum similibus. Propterea mihi visum est, propter affinitatem harum contractū, post tractatum de venditionibus & emptio nibus de permutatione differere. vnde in l. 1. fori. tit. 1. lib. 3. De los cambios, y troques. Traditur quod vix intelligitur differentiam venditionem, & permutationem, idem l. 2. tit. 17. lib. 9. Reco. & habetur in iure quod permutatio vicina est venditioni, & quod vicem emptio nis continet. l. fina. ff. de re. permutatio. & l. 2. C. eo. tit. Et est conuenientia inter hos contractus, vt tradunt iuriconsulti, quia vterque est bonæ fidei, vt in §. actio. Inst. de actio. Item. 2. conueniunt, quia ex vtraque parte causa est vscapiendi vt. ff. de vscap. l. sequitur. §. de illo. Et iuxta eosdem differunt, quia venditio sit consensu, permutatio rei traditione, vt. l. ex placito. C. eodem titu.

¶ Secundo conueniunt, quia in venditione, differunt nomina contrahentiū: alius enim est venditor, & alius emptor, at in permutatione, extrema contractus, non idem nomen sortiuntur, nam ambo dicuntur permutantes vt. l. 1. ff. eod. tit.

¶ Tertio, differunt vt habetur in l. fori commemorata, quia venditio non fit sine numo, at permutatio contrahitur sine numis.

Obseruat autem Conradus, in q. 98. permutationem trifariam capi, & generaliter, vt sit idem quod commutatio, vnde

de hac ratione permutatio est generale nomen ad omnem contractum onerosum. Siquidem in venditione, in locatione, in mutuo, &c. est commutatio quædam. Secundo modo specialius, vt comprehendat, permutationem rerum, id est rei, pro re, & numismatis pro numisma, te id quod vulgo dicitur cambium, vt quando aureus numus, commutatur in 17. regalia. Quamuis Hispana lingua in l. fori, & in partitis, cambio, significat omnem permutationem. Nam qui dat oleum, vt accipiat frumentum cambire dicebatur apud antiquos, & contractus vocatur cambium. Et si cambire, in alia significatione vsurpabatur antiquitus, pro iter inchoare, indeque campo, pro iter flexere, verum modo Hispanus sermo, vocat permutationem pecuniarum cambium, verum commutationem rei pro re, vocat, trueco, vel troque. Cæterum vt dicebam, in legibus fori, & partit. cambio vocatur trueque rei, pro re. vt, olei, pro vino, &c. et si etiā vox hæc trueque, vel trueco, etiam Hispanus sermo, refert ad numisma, vnde dicimus, Trueco de vn ducado, de vn real. Et campfores qui in hoc opus ex officio incumbunt Hispanice, Cambiadores, o cambios.

¶ Verum Latinis permutatio solum significat, rei pro re permutationem, & hæc est tertia acceptio permutationis, quæ propria est. Adiecit autem Conradus, quæ commemorata & quæst. 17. hoc nomen esse generale, & ideo contractum huiusmodi, non habere nomen speciale, vt ceteri habent contractus venditionis locationis, mutui, &c. vnde credit hunc contractum permutationis esse in nominatum, & allegat glossam, ad rubricam de ferijs.

¶ Porro

Conradus
notatur.

¶ Porro, non censo illi subscribendum in re hac. Enimvero oportet meminisse ex. l. 2. nos dixisse ex Arist. placito esse duplicem permutationem, aliam ex natura, quam, scilicet, natura suggessit, non arti: & hæc est permutatio, rei pro re. Nā que, natura hunc instruit contractum. Siquidem quidam quidem abundabat oleo, alius autem deficiebat frumento, & cōtra, vnde adegit homines, huiusmodi defectus vnus, & abundantia alterius, vt permutarent suas res, vt inde suam leuarent indigentiam.

¶ Vnde huiusmodi rei pro re permutatio, est multo antiquior, quam permutatio rei pro pecunia. Hæc autem permutatio rei pro pecunia est permutatio ex arte, quæ excogitauit eudere numos, vt facilius, homines sua permutarent. Quocirca prior permutatio, habet nomen speciale, quia vocatione est permutatio ex natura, vt Aristot. eam vocat: cætere autem permutationes vbi interuenit pecunia sortiuntur, præter specialia, generale nomen, scilicet, permutationes ex arte. Permutatio igitur ex arte, quædam est rei, vel vsus rei, pro pecunia, & hoc modo venditio, & locatio sunt permutationes ex arte, si vero esset permutatio vsus rei, pro vsu rei, vt da mihi equum tuum, vt equitem, & tibi dabo mulam meam ad equitandum est quidem permutatio ex natura, at secundum quid, non tam simpliciter, quippe non transfertur dominium in huiusmodi permutatione vsus rei, pro alterius rei vsu, at permutatio simpliciter transfert, dominium rerū quæ permutantur. Est porro alia permutatio ex arte, scilicet, pecuniæ pro pecunia alterius speciei, vel forme, quam diximus vulgo appellari cambium, de qua post hæc dicemus, quando de cambijs, & campforibus, & câpsuarijs sermo tradetur.

¶ Est autem notandum ex. l. 1. tit. 6. part. 5. trifariam accidere posse permutationem, videlicet, si agitur solum simplici verbo, dabo tibi oleum, si dederis frumentum, & hic fit contractus simplici verbo, & celebrari potest, rebus etiam absentibus.

trifaria
tingere
potest
permutatio.

¶ Secundo modo, quando actu, do re meam, & accipio rem alterius vt do frumentum, & accipio vinum.

¶ Tertio modo, quando quod verbo simplici contractatum erat, opere subsecuto constituitur. Prima harum permutationum, non est permutatio vere, sed pactum de permutatione futura, ideo tunc vere est permutatio, quando est traditio rei pro re, vt in. 1. & 2. acceptatione.

¶ Cæterum quia pactum de permutando, est ceu medium ad finem, scilicet, permutationis, & medium vsurpat nomen à fine, ideo pactum de permutando, vocatur permutationis modus.

¶ Cæterum huiusmodi pactum fieri potest dupliciter, altero quidem modo, verbo simplici tenus, sine vlla promissione, de implendo pacto, aut cum promissione. vnde l. 3. tit. 6. part. 5. habetur, quod quando permutatio est facta inter aliquos, cum promissione implendi, si quis piam contrahentium, se voluerit eximere à contractu, alter poterit exigere coram iudice, vt alter impleat promissum, vel vt soluat, damna emergentia, quæ fuerunt subsecuta, quia alter promissis non stetit.

¶ Porro, si contractus iste permutationis fuit solum in verba simplicia, & nondum ad effectum est deductus, ab aliquo contrahentium, quilibet contrahentium poterit se eximere à contractu, citra poenam. Cæterum si alter contrahentium, cepit deducere in effectum contractum, tradendo rem penes ipsum erit, vel recipere rem quam iam dederat permutandam, & soluere contractum, aut recipere satisfactionem ex damnis accidentibus, idemq; traditur in. l. 2. fori. tit. 1. lib. 3. addens nisi poena fuerit interposita non implenti contractum: quia tunc retrahens se tenebitur ad solvendam poenam, vel stabit contractui, itaq; permutationis contractus, seu nudum pactum vestitur, vel rei traditione, sed etiā si stipulatio poenalis sit subiecta, vnde infertur, quod nudum pactum de permutando, non producit actionem, nisi fuerit vestitum rei traditione, vt est ex prædictis legibus ostensum, ite ex. l. placito. C. eo. tit. l. iuris gentiū. §. sed cū nulla & §. si malū. ff. de pactis, verū secundū iuriscōsultos, ex pacto, & rei, quæ permutanda venit, traditione oritur actio. Nā solū pactum, aut sola rei traditio sine pacto, non produ-

producant actionem, petendi à iudice stabilitatem contractus, item etiam poena interposita producere potest actionem, contra volentem retractare contractum, ceterum de istis iurifconsultos cōsulito.

¶ Istis prelibatis primam accipe conclusionem, contractus permutationis secundum naturam, diuersus ab omnibus est contractibus, quæ sanè conclusio peruia est, volenti considerare naturam singulorum contractuum. Siquidem à venditione, quæ est contractus permutationis ex arte liquidò differt, siquidem in permutatione secundum naturam, non interuenit pecunia, in permutatione autem secundum artem interuenit, vnde etiam differt, à contractu cambij, ob eandem causam.

¶ Rursus à mutuo, idem differt, quippe in mutuo, tenetur mutuarius, restituere quod mutuo accepit, verum compermutans non tenetur restituere quod ad permutandum accepit, sed exhibere, id pro quo permutatio facta est, sane, si quis dedit oleum, pro frumento, is qui accepit oleum, non tenetur restituere oleum, sed exhibere frumentum: quod si nolit exhibere frumentum, tunc tenetur idem oleum numero quod accepit restituere id quod non est necessarium in mutuo. Siquidem mutuarius non tenetur ad idem numero sed sat est, si idem reddiderit in specie. Præter hæc ab alijs discrimē aliud docetur, videlicet quod mutuū est in rebus vsu consumptibilibus, at vero permutatio, se producit ad non vsu consumptibilia, vt qui permutat equum pro mula non est peremptorium.

¶ Verum apertius est discrimen, videlicet, quod in mutuo, non est necesse, mutuarium confessim restituere, mutuo acceptū, at vt sit perfecta permutatio, necesse est, quod is qui accepit aliquid ad permutandū, quod exhibeat rem, pro qua res quam accepit, permutanda venit, conuenit autem permutatio cū istis relatis contractibus, quia in omnibus istis transfertur dominium, vt in permutatione, vt patet. Rursus fecerunt, permutatione à locatione. Nam hæc dominium rei locat in conductorem non transmittit, vt qui locat domum, vel vineam, vel equum, sed solum vsus harum rerum da-

tur conductori facultas, verum in permutatione, transfertur dominium rei permutatæ. Et hæc ratio etiam locatio differt, à cæteris commemoratis contractibus. Nam in venditione transfertur dominium rei venditæ & in cambio transfertur dominium pecuniæ cambiæ. Præterea in permutatione non interuenit pecunia, at in locatione interuenit pecunia, vt qui locat domū suam, vt illi certa numerorum quantitas, tribuatur, item differt à commodatione, quia in commodatione, item non transfertur dominium rei commodatæ, vt neque in locatione, at in permutatione transfertur. Rursus, quia is qui commodato accepit, tenetur idem numero reddere commodanti, vt si accepit vestem, vel librum: at in permutatione, non tenetur idem reddere, vel numero vel specie vt in mutuo, sed necesse est, quod aliud æquale reddat, vt si domum permutat, pro seruo, vel vineam pro gemma, ob eandem rationem diuersa est permutatio à societatis contractu. Quoniam societas non transfert dominium in socios, at permutatio transfert, in compermutantem. A donatione autem compertum est discrimen, quia etiam si conueniant, quia vterque contractus est translatiuus dominij, cæterum donatio est contractus gratiosus, vnde non est propriè contractus: verum permutatio est contractus onerosus, vt ex dictis patet, vnde cui sit donatio ad nihil tenetur ex ciuili obligatione at compermutans, tenetur, ad reddendum id, pro quo fit permutatio, quæ vniuersa clarius lucefcunt, postquam singulorum contractuum, naturas exprefserimus. Quod vero non sit depositum, neque pignoratium patet, quia in istis contractibus non transfertur dominium, in permutatione verò transfertur. De alijs etiam contractibus facile est discernere.

¶ Secunda conclusio, ad dijudicandum de permutatione si iusta, an iniusta sit, non aliud habendum fere iudicium est, quam hæcenus in 2. libro de contractu venditionis decretum est. Hanc conclusionem probat. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilatio. vbi traditur quod permutationes, & venditiones sunt iudicandæ, pro eodem

eodem, vnde subditur. *Asi como de la venta se deue alcatala, asi del trueco.* Hoc enim adiecit, vt doceret, secundum quam rationem ad paria iudicantur permutationes, & venditio. Rursus quia omnia venalia sunt permutabilia, etiam si aliqua sunt permutabilia, quæ non sunt venalia. Siquidem quæ sunt spiritualia, vel spiritualibus annexa qualia sunt beneficia, sunt permutabilia, etsi sit necessaria autoritas superioris vt permulentur extra de rerum permutationibus. c. cum olim item sicut spiritualia pro temporalibus vendi non possunt, ita etiam neq; permulari, extra eodem. cap. exhibita, & c. ad quæstiones.

¶ Cæterum cum alio spirituali bene possunt permulari vt ex. cap. ad quæstiones colligitur. Ait enim de parochialibus ecclesijs potest commutatio celebrari: etsi hoc debet fieri autoritate superioris, vt prædiximus, & 10. quæstio. 2. cap. hoc ius.

¶ Et hæc est alia differentia inter permutationem, & venditionem, quia permutatio habet locum in spiritualibus non tamen venditio. Quoniam venditio non fit sine pretio, vt in l. de emptio. §. item pretium, sumitur autem pretium, pro eo quod in numerata pecunia consistit. C. de actio. empt. & vendi. empti fides quod non requiritur in permutatione, sed de rerum permutat. l. 1. vnde in permutatione, vterque contrahentium, etsi reputetur tanquam emptor, & venditor, quia numerata pecunia non intercedit.

¶ Reputatur autem emptor, & venditor vterque permutans, quando est permutatio in corporalibus, siquidem, qui permutat oleum, pro frumento, qui dat oleum, est tanquam venditor olei, at vt recipit frumentum est, tanquam emptor, quia emit rem. Et rursus, qui dat frumentum, videtur venditor rei, & quatenus recipit oleum, videtur emptor, quia recipit rem: vt supra exposuimus.

¶ Est porro obseruandum, nonnunquam contractum permutationis esse permixtum cum alio contractu. Puta, si quis dat oleum, pro frumento, verum sic ita quod quantitas frumenti,

non æquualet quantitati olei, & is qui accipit oleum, quod deest ad implendā æquiualentiam, numis supplet. Hic contractus est principaliter permutationis, & accessorie venditionis, si pauca est pecunia, quæ adiecit, & superatur à re, quæ permutatur, si vero res sit exigua, quæ venit permutanda, & in supplementum suæ modicitatis, pecunia excedens addatur, iam contractus est principaliter venditionis, & minus principaliter permutationis. Et de huiusmodi contractu fit mentio. c. ad quæstiones præcitati tituli. Traditurq; fas esse quando spiritualibus annexa permulari, vt parochialium ecclesiarum possessiones, & altera est pinguior altera, quæ tenuiores habet fructus, pecunia suppleat tenuitatem, vnde ait. Refusa certa pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis iniri, verum addit, sic tamen, quod contractus illi inuicem nequaquam miscantur id quod non facilem præbet intelligentiam. Siquidem videtur necessario misceri in calu capituli, duos contractus, & permutationis, & venditionis, quia interuenit pecunia ex altera parte. Tu igitur scito ex Aristot. 1. de generati. & corrup. quod gutta aqua iniecta in amphoram vini, non miscetur, imo transfertur in vinum. Mixtio enim est inuicem alteratorum vaio, at vero quod modicum est, non potest alterare, quod magnum est, vnde, si sit modica pecunia, & res superat, contractus est permutationis, quia accessorium transit in naturam principalis, & ideo tunc non est mixtio contractuum, si exactus sit sermo. Item si res superetur à pecunia, contractus est venditionis, quia modicum est quod permulari, & multum est, quod suppletur à pecunia, si verò tantundem est rei, quantum est pecuniæ, tunc est mixtio contractuum venditionis, & permutationis. Quocirca, videtur textus insinuare, quod si permutatio spiritualium fiat, si quid deest ad æquiualentiam permutationis, supplendum esse pecunia, modo non sit tanta pecunia necessaria ad æquiualentiam, quanta res ipsa, quæ permutatur. Itaq; sit mixtio rei, & pecuniæ. Nam tunc est contractus venditionis, quæ refugunt omnia

Textus canonicus ex penditur.

Discrimen inter permutationem & ceteros contractus.

Permutatio cur. 11. ad parta iudicantur.

Contractus mutatio.

M spiri-

Spiritualia. At vero, si modicum est quod deest, ad equivalentiam permutationis, si illud supplicat pecunia, nulla est venditio, ut sepe dictum est, nullaque est mixtio contractuum. Quod si dixeris, etsi multum sit pecunie, & modica sit res permutanda, cum maiori re, item non est permixtio contractuum, ergo tum licet? Sane non licet, quia etsi non sit mixtio, at vero tunc reputatur pura venditio, verum spiritualia venalia non sunt, consonat iuri canonico. l. 2. tit. 6. part. 7. ubi traditur, quod spiritualia possunt permutari, ut ecclesia pro ecclesia, canonicatus pro canonicatu & decimis, pro decimis, modo interveniat prelati auctoritas, id est traditur de ornamentis. l. 2. tit. 10. l. 1. lib. 3. fori. ornamenta autem, & calices, aliam subeunt rationem, quam beneficia ecclesiastica, quia licet non sunt vendibilia, sed permutabilia, ut sepe dictum est, verum sacra vestes, sacraque vasa, vendibilia sunt, & non solum permutabilia, modo non plius vendantur, propter consecrationem, ut 2. lib. expositum est.

¶ Quocirca si ecclesia una, permutaret calicem suum verbi causa, cum calice alterius ecclesie. Et calix alter, valeret centum aureos, & alter quinquaginta, poterit ex pecunia refundi valor quinquaginta aureorum, si quidem si totus poterat vendi calix, cur non parcius? Cum temporalibus vero spiritualia non possunt commutari, nisi urgente fidelium necessitate, quia tunc quedam spiritualia, quae non sunt maxime spiritualia, vendi possunt, ut de calicibus supra diximus, qui fracti vendi possunt. Et demum quia Deo dicata non possunt converteri in profanos usus, ut cap. fina. tituli praecitati. & c. Mancipia eodem titulo. & cap. Nulli liceat. 2. quest. 2. & sepe alias deo spiritualia pro temporalibus permutanda non veniunt. Temporalia autem ecclesie, bene possunt permutari pro temporalibus alterius ecclesie, ut decimae, pro decimis, primitiae, pro primitiis, & c. ut notatur in c. super eo, extra de transactio.

¶ In quinta porro lege fori ubi supra sanctitur, quod si rex egerit aliquo temporali alicuius ecclesie, ecclesia tenetur, illud permutare, cum alio tem-

porali regis: modo illud temporale, quod rex offert, sit in utilitatem, & non in detrimentum ecclesie, cum qua sit permutatio. Et modo fiat haec permutatio in favorem regis, & non alterius, unde ex hac lege quae est lex fori, quae sequitur ad. 4. legem praefatam, si rex accipit temporalia alicuius ecclesie, aut ecclesiarum, tenetur tantumdem refundere, quod sit in utilitatem ecclesie, unde accepit. & pro se tantum, non pro alijs potest permutare. Quia quae sunt bona ecclesie, alienari non possunt nisi meliora prospectant, ut casus exceptionis. 2. 1. quar. 8. cap. cum apostolica extra de his, quae sunt a prelati.

¶ Ex istis habet, quod si quis pro spiritualibus, petit temporalia, tanquam in pretium spiritualium, etiam si non sunt numi, sed res aliae essent, esset simonia cum, ut si quis diceret, nisi dederis mihi gallinam, vel caponem, & c. non te baptizabo, aut non baptizabo filium tuum, & c. ita de reliquis. Et enim, etsi non interveniat pecunia, unde non est venditio, est tamen permutatio rei spiritualis, pro temporalis, qui contractus virtualiter est venditionis: quia permutatio est, confinis emptioni. l. fin. ff. eodem titulo.

¶ Porro si recipitur ob consuetudinem, non ex illicita pactione tunc caret vicio simoniae, ut solet fieri, quando adducunt infantem baptizandum, afferunt candulam egregiam, & in ea infiguntur aurei numi, & afferunt tortam ex sacro conditam si nobiles sunt, & divites, ceteri vero pro sua portione, deferunt, quod est consuetum, suae conditionis hominibus deferre. Itemque & albam vestem, qua puer baptizatus induitur, baptizanti traditur.

¶ Haec & similia, quae consueti sunt accipere baptizantes, non est ex permutatione, quia nullus est ibi contractus, sed solum ex consuetudine & devotione fidelium, ideoque simoniacam labem non habent, item si ego dixero, ora pro me, & orabo pro te, aut celebra pro me, & celebra pro te, & c. non haec pertinent ad permutationem, haec enim sunt spiritualia & huiusmodi spiritualia non sunt permutabilia, quia in permutatione

Bonorum ecclesie alienatio meliora debet temperari.

In permuta do etiam contingit simonia.

Votum re ducitur ad permutatio nem.

Donados de frayles.

ne transfertur dominium, at spiritualis Deus solus est dominus.

¶ Sunt qui existimant, votum pertinere ad contractum permutationis, sed temere. Eoimvero si votum esset permutatio, iam tuum liceret spiritualia permutare, pro temporalibus, sit enim aliquis, qui ut Deus elargiatur ei salutem, vel ut eum eripiat a maris tempestate, votum Deo nuncupet religionis, votum sancti spirituale est, at vero res pro qua permutatur, est temporalis, videlicet, vel salus corporis, vel ereptio, a marina tempestate, item & licet temporalia, permutare pro spiritualibus, ut qui dare elemosinam, voveret, ut Deus, castitate ei donet. Quia quamvis votum sit quoddam spirituale, elemosyna est quoddam temporale. Praeterea permutatio completa est, de rebus praesentibus, ut des, si ergo quispiam dat oleum, & accepit tunc frumentum pro oleo, completa est, permutatio.

¶ At vero votum est de re futura semper, & hoc habet votum in essentia sua, quod sit de re futura, est enim votum promissio Deo facta de re honesta, igitur votum non potest pertinere ad permutationem, quandoquidem huius perfectio, scilicet, quod fiat traditio rerum permutatarum, est contra voti essentiam.

¶ Male igitur Albornozius theologizat de voto, cuius est placitum commemoratum votum esse contractum dicens permutationis in suo libr. de contractibus tit. de los truecos y cambios. Adde, quia in permutatione, qui accepit verbi causa oleum, pro frumento, tenetur tradere frumentum, Deus autem cui est acceptum votum, non tenetur ex voto meo, vel alterius exhibere quicquam videnti, sed de voto haftenus, de quo potius dicerem pertinere ad donationem, unde & quidam monachi laici dicti, dicuntur donati, quia se donaverunt Deo, monachati sui sese mancipantes. Quod equidem nomen est omnibus monachis accommodum, ceterum usurpatur solum ad monachos, quos vocant laicos monachos, quia non habent ordinem clericalem.

¶ Porro, ut ad caeptra redeamus, ne sit opus longam texere narrationem de

permutatio contractu, idem dico, de permutabilibus, quod de vendibilibus accepisti in 2. lib. unde ut res aliena non potest vendi, nisi ex auctoritate domini, ita & non potest permutari. Et rursus quae diximus, de prohibitis vendere ex circumstantia personae, loci, temporis, & modi, idem dico de permutatione, finis item circumstantiam esse rectam, oportet, in omni contractu, unde traditur vulgo a doctoribus, quod in contractibus non est intendendum lucrum: quod si intendatur, contractus est culpabilis, ex prava intentione.

¶ At vero, scito, ut hoc sit verum documentum, esse moderandum secundum peripateticam doctrinam. Nam quae, 7. Ethico, ut supra lib. 1. referebam, omnis contractus, ubi alter contrahentium plus habet, & alter minus habet, est iniustus contractus. Et non solum in contractibus, sed etiam in quasi contractibus, idem observandum esse docet, unde qui alium percussit, quia plus habet, & percussus minus, ideo iniusta fuit percussio. Hoc autem plus habere, cum iactura alterius contrahentis, qui ob id habet minus, quia alter plus iusto habet, vocat Aristoteles lucrum.

¶ Unde qui iusto pretio vendit, non lucratur, quia non plus habet, & qui iusto pretio emit idem. Similiter in permutatione idem est, atque in alijs contractibus. Qui ergo intendit lucrum ex contractu hic est, qui intendit plus habere, quam par fuisset habere. Etsi ipse intendit plus habere, alter contrahentium habet minus, & qui hoc intendit, peccat contrahendo, si autem lucrum sumatur pro iusta rei acquisitione, istum finem intendere innoxium est.

In iustus est contractus quis secundum Arist. sic censendus.

CAP. SECVNDVM.

De cambijs in generali.



¶ Quoniam proximo, c. diximus duplicem esse permutationem, aliam quidem secundum naturam, aliam vero secundum arte, ex hac distinximus in duas alteram, ex qua res permutatur, pro pecunia

quæ nuncupatur venditio. Quod si dixeris, & quid pecunia non est res? cur igitur distinguitur modo res à pecunia? Scito pecuniam esse rem artificialem, quia ars pecunias introduxit, non natura, & ideo cum audis esse venditionem permutationem rei, pro pecunia, intelligere oportet rei naturalis, pro pecunia, quæ nunc non appellatur res quia non est ex natura, sed ex arte. Et si reuera materia pecuniæ est, res naturalis, quia est metallum, vnde etiam contingere potest, quod permutatio pecuniæ, pro pecunia, sit permutatio secundum naturam, si permutetur, tanquam metallum, non tanquam pecunia.

¶ Alteram porro diximus esse permutationem secundum artem, scilicet, pecuniam, pro pecunia. Et hanc permutationem, vulgato sermone nominant cambium, & ad hanc rationem permutare, vocat cambire. Et ars hæc præstans vocatur campforia. Et qui illi incumbit ex officio publico, appellatur campfor, & qui huius artis opem præbet campforarius.

¶ Erat enim olim in Hispania, huius artis vsus frequentissimus, quando regna erant diuisa Hispaniæ, videlicet Aragonum Regni, & Nauarræ, & Castellæ, siquidem pro diuersitate regnorum, erant numismata varia. Nam quilibet rex, proprium imprimebat characterem, in pecunia, vnde cum essent commercia inter hæc regna, necesse erat, esse aliquos deputatos huic muneris cambiandi pecunias, vt extranei à regno, suas deferentes pecunias haberent ad merces emendas, qui cambiaret monetas Aragonias, verbi gratia, in monetas Castellanas, & ita de alijs.

¶ Porro postquam Dei gratia Hispaniæ regna omnia conuenerunt in vnum regem, excepto Lusitano regno, cessauit frequens vsus, huius campforiæ artis. Quia iam non sunt diuersi characteres monetarum in Hispania, sed vnicus tantum character Regni Castellæ. At huiusmodi campfores licite reportabant sui laboris pre-

tium. Siquidem studebant in acquirendis varijs monetis, & conseruandis, quas sanè, neque sine ingenti sollicitudine parabant, neque sine sollicitudo asseruabant: quocirca pro sua sollicitudine reportare lucrum taxatum à lege, nihil noxæ habebat. Non enim illud lucrum erat pro pecunia, sed pro suo labore, & industria. De huiusmodi cambio extant multæ leges, vt traditur. l. 5. libro. 5. tituli. 15. Recopilationis, & pragmatica. 129. Isti autem campfores, appendebant pecunias varias, in bilance, vt explorarent, si legitimum habebant valorem, quod si eas minus habentes, vel granum vnum, vel dimidium, &c. exploratum habe-

rent ex appensione, illud demebant ex permutatione. Memini me, cum puer essem in patriamæa, quæ est Granata concessisse sæpe ad locum huiusmodi, campforis, qui dicebatur contraste, qui erat etiam campfor, & illi detulisse, aureos numos duplicatos, vt permutaret in regalia quos vocamus Hispano idiomate doblones, & ille appendebat, eos & si granum aliquod deerat auri, illud demebat mihi ex permutatione. Et insuper illi soluebam duo dipondia, seu maraueidis Hispanæ, pro suo labore, & officio mihi impenso, iam vero, quia neque aurei numi simplices, appellati ducati, neque duplicati, neque numi aurei dicti, Castellanos, imo neque veteres coronæ aureæ extant, quia alienigenæ, secum detulerunt in sua, & suas regiones, nostris aureis ditauerunt, & ornarunt, ideo campfores, iam non se occupabunt in permutandis istis numismatibus. Vnde aurei isti duplicati iam sunt rarissimi, neque iam sunt pretium venalium rerum, vt solebant, sed effecti sunt merx venalis, ideoque iam defecerunt à valore pecuniario, quia pecunia iam non sunt, quia vix reperias vnum, aut alterum. Quocirca nihil iniustum est, si quispiam hos numos vendat maiori pretio quam erat antiquus eorum valor. Erat namque valor eorum. 22. regalia, & duo dipondia: nunc vero, iā excedit hunc valorem, quia venduntur, pro. 25. imo

Campfores appēdunt monetas vt exploratum habeant si legitimum habent pōdos et si hoc officium erat officii publici qui dicebatur contraste.

Aurū est modiciale.

imo & 26. regalibus. Emuntur enim ad deurandas sanctorum imagines, & vasa argentea, & ad medicamenta, quia aquæ infunduntur coquendi, vt in firmorum auferatur robur. Et ita emuntur ad liquandos eos ex arte, & potandos, pro vitæ diuturnitate, iuuentutisque vigore seruando. Namque aurum huiusmodi numismatum, est excellens, siquidem molle est, & facile complicatur, id quod est optimi auri nota, quod obryzum vocamus. Impurum autem aurum, non est molle, sed durum, ideoque non complicatur, vnde neque medicinalis est, neque seruiiri potest de aurandis imaginibus, vel vasculis, vel alijs hoc genus rebus, vnde sicut numi feruiunt, solum ad mensuranda rerum pretia, quando non excedunt numerorum officium, excedit autem si emanant ad ornandum mulierum guttura, & peñtora.

¶ Ceterum campfor, hos numos permutans, in monetas minores, vel pro monetis minoribus, poterit reportare lucrum non propter pecuniam, sed propter sui officij industriam vt dictum est. Rogitat quispiam, num is cui non incumbit ex officio permutare pecunias, quia non est campfor, possit propter permutationem, aliquid lucri reportare? Contingit enim sæpe, in locis vbi defiderantur campfores, esse necesse permutare pecunias, aut grossas, in minutas, ad expendēdū pro emptione venalium, aut minoribus, in grossiores ad deuchendum in longinquum minori labore, & impendio. Nam mille aurei, in auro, facilius deuehuntur, quam in argento: quid ergo nunquid qui campfor non est, poterit lucellum ex huiusmodi monetarum cambio, seu permutatione deferre?

¶ Nauarr. in comm. de cambijs, num. 19. & ante omnes, Conradus. quæst. 99. con. 5. Frater Mercado in opusculo, de tractos, y contractos lib. 4. de cambijs annuit etiam, hac licet, modo sit exiguum lucellum. Et indicat pro sua sententia Anton. 2. par. titulo. 1. cap. 7. pa. 47. Et Caietan. in tracta. de cambijs, & Syluesterum verbo vsura. 4. §. 3. quamuis Syluester, non loquitur ibi de permutatione monetarum, sed de vendi-

tione: quarit enim, an sis sit vendere, vel emere numisma maiore, vel minori pretio, quam sit legale, & soluit fas esse. Et est sermo quado venditur, nō tanquam res artificialis, scilicet, vt numus, sed vt res naturalis, scilicet, vt est aurum vel argentum. Et nos dicebamus item supra fas esse, quia non venditur vt numus, sed vt metallum. Et tunc merx est, quia metalla venduntur vt auri massa, vel argenti, vel ferri, vel plumbi, si igitur numus aureus, vel argenteus, &c. amittunt rationem numi, vetat nihil, quod tanquam metalla vendantur, sed neque Caietan. quem ipse citat, sapit quod iste autor illi imposuit. Siquidem in libr. de cambijs in principio testatur campforis esse solius reportare lucrum propter pecuniæ permutationem, siquidem illi hoc præstare incumbit ex publico officio, ideo propter suum studium, & laborem, illius est lucrum reportare ex officio, in quod incumbit, seruiendo reipublicæ. At in cap. 6. inquit, quod ij qui non sunt campfores, possunt quidem ex permutatione, referre lucrum, si verbi gratia, moneta, quam permutant, est aurea, & permutanti valde commoda ad suam negociam gerendam, tunc si quispiam illam contendat sibi habere, poterit qui est dominus monetarum aurearum vendere suam necessitatem, vel commodum, vnde non propter permutationem, sed quia orbatu sua commoditate, poterit permutare suum aurum pro argento, vel alia moneta, & reportare lucrum. At vero si esset commoda huiusmodi moneta compermutare eam volenti pro argento, & habenti monetam non esset necessaria sed indifferens, tunc ait, non videtur, quod possit carius permutare propter commodum alterius. Quia commoditas alterius in venditionibus non auget pretium rei vendite, vbi vides Caietan. non prompsisse quæ sententiam, vt hic autor deprompsit. Adhæc ego exigo, num referre lucellum ex permutatione eum, qui non est campfor, est ne ex suo genere malus, an bonum an indifferens, si ex genere est malum, igitur refert mihi, quod dederat modicum, vt Conradus ait & ceteri subscribunt, quod modicum lucra.

Monetę feruunt aliquādo in montana semina Arabū.

Frater Mercado refellit.

lucrari non est peccatum, vel magnum, vel paruum: Etenim ita furto modicum est intrinsicè malum, ut magnum, si vero ex genere bonum non solum modicum non erit malum lucrum sed neque magnum. Indifferens autem non est, siquidem necesse est, aut quod sit secundum iustitiam, si iustum est huiusmodi lucrum, aut quod sit contra iustitiam si iniustum, quia materia est iustitiae. Præterea si referre dipodium ex permutatione vnus auri est iustum nõ campfori, ergo propter mille aureos, referre millia dipodiorum non erit iniustum, hoc autem non est modicum. Igitur Conradus, Nauarrus, Soto in lib. 6. q. 1. art. 2. de iusti. & iure, & prædictus frater, fas esse putat nõ campforibus, modicum tamen, credit Conradus referendū, Cajetanus autem, quem supra indicaui contrariam dixit sententiam: nisi pecunia quam habet is, quoniam est campfor sit illi commoda, ut relatum est.

¶ Et quidem in re hac, si meam exoptas sententiam, in primis vnum arbitror esse confitendum omnibus, videlicet si verbi causa mercator est, cui necessarium est, deferre pecunias longius mercibus emendis, & ideo pecuniæ grossiores, sunt illi vtiliores ad delationem, si alter eum sollicitat, ut grossiores quas habet, commutet, pro minutioribus, quod licebit tunc pro permutatione, non solum modicum, sed pro arbitrio prudentiū, quod iustum fuerit reportare, etiam si non sit campfor.

¶ Alterum est huic simile, si aliquis etiã non mercator, acquisiuit pecunias ex auro, & hoc pretio numario acquisiuit, videlicet, parauit sibi mille ducatos in auro, vel argento, in regalibus quadruplis, Hispanie, dea quatuor, aut octuplis, de a ocho. Ut hanc autem monetam sibi pararet, obtulit, triginta regalia, verbi gratia. Nam tanti constitit sibi permutatio, minutarum pecuniarum in grossiores quas habet ex auro, vel argento, utique, si quod sibi constitit, hoc refundi potest fas esse nemio dubitabit.

¶ Rursus cessantibus istis causis, si quis gaudet magis videre in arca sua splendentes numos aureos, quam tristes monetas minuitores, & alter instat, ut illos eõ mutet, in monetas minuitiores, quod

id temporis possit referre pretiata, propter hoc est mihi manifestum. Quia non tenetur se suo orbare gaudio, vel sua se priuare voluptate gratis, & illam alteri concedere.

¶ Præter hæc quia minuitores monetæ, in quas est permutanda moneta grossior, paratioris sunt, vel desinant esse monetæ, & orbentur valore suo legali, quam grossiores, ideo quia exponit se periculo huic ille, qui permutat aureas monetæ, pro cupreis ob hanc etiam causam, quod plus referat, non puto noxiū. Nam compertum est cuiuslibet, quod in Hispania monetæ, quæ dicebantur *Tarjas, arides, cornados, quartos de laen abrochados*. Et hoc genus alia iam non esse monetæ, sed æs, tantum regalibus tamen perseverantibus; & aureis numis nisi, quod isti non extant. Ad hæc si possessor aureorum, amat eos, quia illos vult impendere in deaurandis sacris imaginibus; aut ad deaurandum suum facellum, aut vasa, & alter instat, ut permutet in regalia vel aliam minuitorem monetam, certam quoque est, posse referre, quod iustum videbitur pro permutatione. Et in omnibus istis & similibus casibus, non refertur plus ob laborem numerandi, quippe hoc accidentale est, nam qui accipit permutationem minutarum pecuniarum, poterit secum deferre supputatorem pro se & pro alio qui permutat aurea pro argenteis, aut cupreis numis, et si non diffiteor, quod si magna sit pecuniæ summa permutanda, quod si permutans laborem impenderit, in numerando, quod gratis hunc subire laborem non tenetur, in fauorem alterius, et si Caieta. inficietur dicens, supputatorem gratis impendi sed contra, quia ex pretio potest impendi, & sæpè impenditur.

¶ Vnde si labor adest, & ceteræ circumstantiæ commemoratæ adfuerint, non videtur modicum, solum referri posse, huiusmodi permutator, ut credit Conradus, imo etiam magnum, modo sit æquale, & labori, & circumstantiis commemoratis.

¶ Verùm tamen dicit aliquis, ecquid si cessarent vniuersa hæc, nõ quid ob materiæ pretiositate, qua præpoller materia vni-

numis-

numismatis aurei, alijs numismatibus alterius materiæ, licebit ne referre quicquam? quia Nauarrus loco præindicato fas esse insinuat. At vero numus aureus considerandus venit bifariam, aut ratione materiæ, solum, aut quatenus numus est. Et quidem ratione materiæ non venit in permutationem, sed ratione numi: nam secundum valorem suū legalem permutatur. Et si amplius accedit, hoc non est propter numi valorem, sed ob alias circumstantias iam relatas. Ratione autem materiæ, sic vendibilis est, & emibilis, etiam durante valore legali. In permutatione autem, non venditur, aut emitur numus sed permutatur, & permutatio non est venditio, ut supra docuimus. Quocirca, in permutatione, non est habenda ratio materiæ, sed solus valoris legalis numi. In venditione autem eius, non valoris legalis, sed materiæ: quoniam materia est subiecta venditioni, non numus, quippe qui est ratio venditionis.

¶ Non me latet Ioannes à Methina in codi. de resti. tracta. de cambijs in ea. q. an pecunia vendi possit, huic doctrinæ obliuatur credens obnixè pecuniam vendi non posse amplius, etiam ratione materiæ quam pro suo valore legali, quã diu tamen viget valor legalis. Quia si abrogatus est valor, quia, scilicet, iam pecunia non est pecunia, tunc poterit vendi pro ratione materiæ. Aut si pecunia ex consuetudine loci, iam auget, iam minuit suum valorem, ut cetera venalia, ut fertur fieri apud exteras nationes, scilicet, Italos, apud quos pecunia iam habet multum valorem, si habet multos emptores, iam vero diminit, si paucos. Aut si ex periculo contingat, eam minoris vendi, ut sub maris tempestate, qui emit multas pecunias in nauem repositas, ex parua pecunia propter iacturam, quam timet possessor imminentem sibi, tunc licet minoris emere, quã sit valor legalis, quia periclitatur pecunia, ut etiam qui habet debita veluti perditæ, que vix aut tarde recuperare poterit, si vendiderit centum que habet in debitis huiusmodi, pro paucis, licet, quia incerta est, & difficilis recuperatio. Aut qui habens debitorem Hispani, cum sit ipse Granata, debentem centum aureos, ut

excuset expensas, & laborem, vendit pro. 90. verbi causa, licebit propter laborem, & incertitudinem debiti. Ceterum causis istis accidentalibus cessantibus, pecunia non potest per se pluris ratione materiæ vendi, nisi pro valore legali, quandiu durat valor legalis, qui est valor pecuniarius statutus à lege, vel à principe.

¶ Consentiant porro omnes, in sententia vna, quod pecunia quatenus pecunia, non potest pluris vendi per se, quam pro valore legali, at differunt in altera sententia, quod pecunia ratione materiæ suæ, etiam durante suo valore legali, potest pluris vendi, quam sit valor legalis, cui refragatur ut dudum aiebam Methina in opinione Methina in quam ego eo, ut veriorum, vnde numus aureus duplicatus, si huc vsque peristerent numi huiusmodi, ut esset eorum vsus ad mercimoniam, posset vendi pluris ratione materiæ. Tunc enim etiam si sit numus, ceterum non tractatur, ut numus, siquidem non emitur, ad mercium emptionem, vel venditionem, sed ad alios effectus, quos habet ratione materiæ singularis, siquidem esse numum non tollit materiæ dignitatem, ut verbi causa est alicui opus factio deaurare imagines sacras multas, cui edendo operi, sunt sibi necessarii mille ducati, est alius qui hos habet in duplicatis aureis, vel in cruciatibus numis Portugalsibus, hic si eos vendiderit, plusquam valor est eorum numarius non est usurarius, quia non vendit numos hos, pro suo officio numario, quod est pro commutatione in mercimonijs, sed potius est pro altero effectu, quem haberet aurea pecunia, etiam si non esset pecunia, sed solum esset aurum, vel argentum, ut si quis emeret regalia multa, ut fuis illis apud argentarium, ex illis conderet vasa argentea pro suis vfiibus. Hoc enim non est contra iustitiam quia tunc regalia non emuntur tanquam pecuniæ, etiam si habeant valorem legalem, ceterum ille valor est impertinens, pro prædicto effectu, ad quem emuntur: quia perinde emuntur, atque si non essent pecuniæ.

¶ At vero obijcit Methina, quod res instituens valorem monetæ aureæ, vel argenteæ, cõsiderauit omnẽ effectũ, quẽ

M 4 possit

Aureus numus bifariam considerat.

Methina nõ probatur.

Cruzados de Portugal

Argumēta
Methina.

posset habere. Et iuxta tales effectus, instituit, vt moneta aurea, decuplo plus valeret, quam moneta argent ea eiusdem ponderis, & hæc plus valeret, quã grea eiusdem ponderis, igitur ad quemcunq; effectum ematur pecunia, non potest excedere valorem legalem, quia habita ratio ne illius effectus fuit illi tributus tantus valor à lege.

¶Secundò, quia etli monetæ grossiores, habent suas commoditates, item & minutiores, habent alias commoditates. Si quidem ex minoribus homines sibi subueniūt pauperes, qui sunt plures quã diuites, imò & diuites illis egent ad merces minutiores sibi parandas, quæ pertinent, scilicet, ad victum, & ad alia vtenilia.

¶Tertio, quæ æquantur vni tertio, equantur inter se, ac decem ducati in auro, & decem in argento, aut in viliori moneta, sunt æqualia certe quantitati tritici, aut olei, igitur æquantur inter se, ergo tunc erit iusta permutatio, quando pro decē ducatis in auro, exhibentur decem ducati in argento, & pro decem in argento, decem ex pecunia minori, etli plus aut minus referatur permutatio erit iniusta, igitur cambium cum sit permutatio, huic legi subiacebit, non ergo camplores, quia moneta est ex preciosiori materia, possunt quicquam corradere.

¶Quartò, quia valor numismatum grossorum, est impositus per minutiores monetæ vt aureus duplicatus valebat. 2. 2. regalia, & duo dipondia, & aureus simplex. 1. 1. regalia & dipondium vnum vt regale vnum. 3. 4. dipondia, igitur cū sit permutatio horum, valor legalis excedi non potest, si alias non sit habenda ratio laboris, periculi, aut interesse. Hæc sunt potiora argumenta huius placiti. Et quidem si de permutatione agitur, quãdo permutatur numisma, pro numismate aliud quando sit venditio numismatis, & non permutatio. Nam quæ diximus supra diuersum esse contractum permutationis, à contractu venditionis. Quando quidē, venditio est commutatio rei, pro numismate, at permutatio est commutatio rei pro re, & hæc est naturalis vbi commutatur res naturalis, pro re naturali, vt oleū pro frumento, artificialis verò, vt si commutatur pecunia, pro pecunia, vt au-

reus pro argenteis numis, aut argentei pro minoribus monetis. Aut quia commutatur pecunia vnius regni, pro pecunia alterius regni, vt Hispana moneta, pro Gallicana, aut contra.

¶Quando ergo moneta vnius regni, commutatur pro moneta alterius, tunc sane moneta consideratur tunc non secundum, quod moneta est, quia moneta vnius regni in altero non æstimatur secundum valorem legalem suum, quem habet ex suo caractere, sed æstimatur, secundum rationem suæ materiæ. Et contingit, quod sit aurum vnius regni, multo purius, quam alterius regni, item quæ argentum, vnde contingit, quod aureus numus pluri æstimetur ibidem quam sit valor legalis suus, item quæ argentum, vt apud Flandros, vel Germanos pluri fiunt aurei numi nostri, quã apud nos. Et hæc causa est, quod spoliata sit Hispania aureis numis antiquis, quia Germani, & Flandri illos transportabant in Germaniam, & ingenti commo suo, & non mediocri damno Hispanorum, id factum est. Quispe Hispania, quæ optimo numismate aureo fruebatur iam non fruitur sed quod habet, impurum habet aurum mixtum ære, quod vocant habere ligam, vnde nostri numi argentei apud Constantinopolitanos, valet. 3. 8. dipondia, vt apud conariam seu insulas fortunatas, & apud nostrates solum valet. 3. 4. apud Lusitanos. 3. 6. quia argentum Hispaniæ est preciosius, quam Constantinopolis, item quæ quam Lusitania. Idem quæ accidit in numis aureis. Nam ducatus Romæ valet. 1. 3. regalia & apud Mexicanos, siue in noua Hispania valet. 6. regalia, qui apud nostrates solum. 1. 1. regalia valet.

¶Nam ergo, quando huiusmodi permutatio fit, non est habenda ratio valoris legalis, quia hæc cessat, in altero regno, vbi definit esse numisma. Imo tunc est permutatio veluti naturalis, rei pro re. Quocirca tunc iusta erit, quando æqualitas in permutatis feruatur, quare nefas esset permutare centum ducatos nouæ Hispaniæ, pro centum nostræ Hispaniæ. In permutationibus autem quæ fiunt ex moneta eiusdem principis, verbi gratia regis Hispaniæ

Solutio argumētōrū Methina.

paniæ, quia omnes habent caracterem regni Castella, tunc sanè numisma commutatur, vt numisma, & necesse est vteruet suum valorem, & valor vnius, commutetur pro valore legali alterius. Neque tunc habenda est ratio excellentioris materiæ. Quia excellentia hæc, videlicet quæ est in vno aureo, quia permutatur pro multis dignoscitur argenteis. Aut quæ est in argenteo numo, quia permutatur pro multis minutioribus cognoscitur. Nam permutatur vnum pro multis, propter excellentiam vnius.

¶Cæterum hoc verum est, quando sistimus in natura permutationis, vel cãbij. Cæterum si in venditionem transilimus, iam tum ipsum numisma, reputatur res vendibilis, & ideo, iuxta naturam suam, non secundum artem monetariam est considerandū, quo fit, vt iam tunc nō sit habenda ratio eius secundum valorem legalem, sed secundum valorem naturalem, quem habet ex sua natura, vnde fit vt quia aurum habet multo plures, & præclariores operationes ex sua natura, quam argentum, ideo pluri fiat moneta auri puri, quam argenti. Quamobrem si faciamus camplorem habentem mille aureos, est autem nobilis quidam, qui illis opus habet deaurandis sacris imaginibus, aut facello suo, aut in medicamenta vitæ, &c. Postulatque ideo eos à camplore vt sibi vendat eos, campfor vendens, iam transit à munere campforis, in munus vëditoris. Et numi aurei, qui erant apud camplorem ad permutationes celebrandas, transeunt in alium contractū venditionis. Et ideo iam non considerantur vt numi habentes certum valorem legalem, sed vt res vëdibiles, quæ sanè quia vt talis res scilicet, aurum habet singularem commoditatem, ad multa, ad quæ cætera metalla non habent, idcirco venditor pluri eam vendere potest quam si eam permutaret, aut cambiret.

¶Primo igitur dices, argumento principem cudendo numum, non obseruasse auri, vel argenti omnes commoditates, sed solum, quæ veniunt sub rationem numismatis. Nam ipse numisma condebat, non medicamentum, aut ornamentum, quod vero decuplo plus valeat auri numus, quam argenti, eiusdem ponderis, ideo est quia libra auri plus ponderat,

quam decem libræ argenti, & quia excellentissimum metallum est aurū, quia mollius splendidius, & ponderosius argento. Quo fit vt quando aliæ commoditates auri obseruantur, & non numismatis, potest excedere valorem legalem vt prædiximus.

¶Secundò dices, monetæ minutiores, habent commoditates, quæ pertinent ad rationem numismatis, solum ideo diuersa est ratio.

¶Tertio dices concedendo esse æqualia sub ratione numismatis, non sub rationibus alijs. Et quartum responsum est ex prioribus.

CAP. TERTIVM De cambijs in specialibus.



Ambium superioribus sermonibus, non aliud esse diximus, quam permutationem numerorum, quam excogitauit, non natura, sed ars, vnde dixit Aristo. 1. Polit. cap. 6. artem numulariã, non esse secundum naturam, sed inuentum esse humanæ artis. Disciplinã enim rei familiaris, quam ipse œconomice, id est domesticam appellat esse testatur secundum naturam. Nanque hæc vt sibi paret victum, ex natura potest, siue numo. Quippe ex piscatione, & agricultura, & venatione parabat quondam, ante quam numularia esset excogitata. Hæc autem excogitata fuit, vt facilius homines sibi victum, & necessaria pararent. Nanque multi negotij esset, res permutandas pro victu & necessarijs, aut alio exportare, aut importare aliunde, ideoque primitus, rude & non signatum æs, vel argentum erat in vsu, quod facile deferebatur, pro permutandis necessarijs vitæ humanæ ad quod etiam apud barbaras nationes, etiam numus est in vsu. Dein vero excusa est expolitior moneta, sub suo caractere, vt ex caractere pateret numi valor, & non esset necesse pendere fragmenta aris vel argenti, vt olim pēdebatur ad emptiones celebrandas. ¶Est igitur numularia, à numo derivata, quæ est uationem nominis capiens. Numus autem duplicem habet vsum, sibi proprium: quippe competit sibi vterque vsus secundum

Arts numularia nō est secundum naturam.

Numularia dicta à numo.

dum quod numus est, videlicet, quia est eius usus, ad emendum, & vendendum. Itemque & ad permutationem numi pro numo. Tamen si horum duorum usum, prior est magis proprius numo quam secundus. Quoniam primus cum fuit excogitatus, fuit pro commutationibus rerum facilius celebrandis. Postmodum autem, secundus usus fuit ex priori veluti derivatus. Quippe necesse habuerunt homines pro suis commutationibus rerum pro numo faciendis, grossiores monetas in minutiores commutare, aut contra, ut leuarent ponderis laborem, in ferendis minutioribus. Et sicut calcei duplex est usus, & vterque competit calcei secundum se, & si dissimiliter. Etenim calceus à calcario venditur, & hic est alter usus eius, ceterum non est principalis usus eius, sed calcatio, ad hoc enim inuentus est calceus, ita pro modum secundum Aristot. numus inuentus est, ut esset mensura quaedam communis rerum venalium, & hic est proprius & precipuus finis eius, at nihilominus habet & alium usum, scilicet permutare pecuniam pro pecunia.

Pecunie
multi usus.

¶ Sunt quoque alij usus pecunie, ut quod locatur ad ornamentum, & ad ostentationem vel ut sit in medicamentum, verum isti usus non sunt pecunie secundum rationem pecunie est, sed secundum alias rationes.

¶ Numo igitur reperto, numularia ars est excogitata, per quam permutantur pecunie auree, pro argenteis, aut argentee pro minutioribus, aut contra. Et hæc permutatio vocatur cambium minutum, vel manuale. Verum inquit Aristot. quod huiusmodi ars primum cepit simpliciter, id est sine fraude & dolo, quia exigui erat questus, deinde autem, per experientiam facta est artificiosior, quia facta est ad questum magnum per eam acquirendum.

¶ Et quantum non nomen, quæ sit hæc numularia artificiosior, & hæc est hæc ars, mala quidem camporia quam vocant cambium siccum de qua mox agitur. Inquit autem. Numularia maxime circa questum numerorum versari videtur. Et illius esse opus, posse discernere, unde proveniat multitudo pecuniarum. Divitiarum enim, & pecuniarum effectiva est, & cap. 7. maxime execratur hanc

artem, acquirendi numos, ex numis, quia huius artis principium, est numus & finis numus, quippe ex numo, multiplicatur numus. Quia autem cambium quædam sunt iusta, ut post hæc differetur, & quod iustum est non est execrandum, idem per artem hanc numulariam artificiosam, quam dicit Aristot. merito improbandam, intellexit Aristot. artem fæneratoriam, siue usurariam, quæ numum trahit violententer ad alium usum, quam fuerit institutus. Namque fuit institutus ad commutationes, & usurarius eo utitur ut sine commutatione ex solo numo lucretur numus. Quia autem quædam sunt cambium, quæ verè sunt usurae, & cambium dicitur nomine tenus, etiam de istis verum est, quod dixit Aristot. unde male vulgo imponunt Aristoteli ipsum damnasse numulariam, non enim damnavit numulariam simpliciter, sed artificiosam numulariam, cuius finis, & principium numus siue questus ex numo est, qualis est fæneratoria, quæ omnino est execranda, quia est profusa contra rationem naturalem ut hic docet Aristoteles.

¶ Porro autem ut iam in specie de cambijs differatur, scito esse cambiorum deductionem multiplicem apud auctores: verum, ut illas interim nullas faciamus, sat erit in præsentia distinguere duplex esse cambium, aliud falsum siue fictum, aliud verum, illud vocant cambium siccum, hoc reale. Siccum sanè, quia nihil cambiij habet, præter appellationem, cum sit verè usura, & ideo cum nihil habeat veri contractus excepto nomine, dicitur siccum: etsi verius appellaveris illud fictum vel falsum cambium.

¶ Reale autem cambium, dicitur quia est vera pecuniarum permutatio, siue iusta sit, siue iniusta ut post hæc dicemus. Falsum autem cambium, neque iustum cambium, neque iniustum est, quia cambiū non est, ut homo pius, neque est iustus, nec peccator quia homo non est. Unde reale cambium, aliud quidem est simplex cambium, quod minutum, siue manuale cognominatur. Quoniam est permutatio grossiorum numerorum, per minutiores numos, quale erat olim in Hispania, quando diuisa erant regna Hispaniarum diuisosque reges fortiebantur, ut regnum Castella, Aragonia, Nauarra, &c. item

Vsuraria
artis principium
est numus, & finis
est numus.

Duplex cam-
bium, & ve-
rum, & fal-
sum.

Reale cam-
bium duplex
& simplex,
& artificiosum.

vocatur manuale, quia permutatio fit manualiter ex vna manu, in alteram permutando monetam, pro moneta, hoc autem cambium, quia est exigui questus, ideo iam deficit ab usu frequentissimo, quem habere solebat. Est aliud cambiū reale artificiosius, ex quo permutantur pecunie ex regno in regnum, aut ex loco distanti eiusdem regni, in locum distanti ut ex Hispani in Antuerpiam, aut contra. Aut ex Vlixipoli in Flandriam, & contra. Aut ex Hispani in Methinam Campensem, aut in Methinam Fluminis sicci, aut in Villalonem, &c. quæ cambium dicuntur

Cambia fe-
riarum.

Vancos vā
queros.

cambia feriarum, & hæc sunt modo vfitatissima: sub cambio autem isto comprehenduntur cambium, quæ Hispano, imo potius Italico, dicuntur Vancos. Est enim Italicus sermo, vocare cambium, vancos, & qui istis incumbunt vocare vanceros, horum autem est, accipere in vno loco, ut exhibeat in altero, ut el vancero qui est in curia Regis, accipit ab aliquo centum & decem aureos, ut Romæ exhibeat per schedulam suam quam mittit suo factori, aut suis socijs, cum quibus habet hanc cambiendi societatem, centum, itaque pro centum & decem exhibet centum Romæ. Quia decem pertinent ad interesse cambiij, propterea quod is, qui recepit centum & decem, suscepit in se periculum, asscurans centum Romæ exhibenda, & obligatur sub certo tempore, centum aureos Romæ exhibere postquam notificata fuerit sua schedula Hispanæ, la police, suo factori. Propter igitur obligationem, & asscurationem, recipit plusquam dat. Sunt multi horum officialium modi, quidam enim sunt Hispanenses, in quos reponuntur quæ ex India devehuntur, & alij feriarum alij curiæ, &c. Horum quidam ut primi non referunt interesse, alij referunt de quibus nihil in præsentia. ¶ Sunt qui putant, huiusmodi officialium contractum non esse cambium, vel permutare sed esse locationem, & ad locationem reducunt horum officialium contractum, seu vancum. Etenim se locat huiusmodi campor pro interesse reportandi decem supra centum, quæ exhibebit Romæ, seque conducit certo exhibere, centum aureos Romæ, quorum suscepit in se asscurationem, & obligationem, exhibendi eos Romæ per sche-

dulam suam, post notificationem. ¶ At vero, hæc sententia fallax videtur. Etenim in contractu locationis, non transfertur dominium, neque requiritur distantia loci, ad locandum, quia sæpe locamus præsentia. At vero in contractu prehabito, de los vanceros, transfertur dominium. Si quidem si ego, huiusmodi vancero, exhibeo in vancum centum & decem ducatos, horum ego transfero dominium, & rursus exigitur distantia loci videlicet, quod in vno loco exhibeā, & in altero accipiam ut videlicet in curia, iste vancero, recipiat centum, & decem, & Romæ, verbi causa refundat centum. Aliud igitur de locatione, aliud de huiusmodi cambio, ut satis liquet. Quocirca querendum superest, qualis huiusmodi contractus, & vniuersaliter, de cambijs realibus istis artificiosis, vocatur in dubium quales sint contractus.

An cambia
sint mutua.

¶ Sunt enim qui autumant esse usuraria cambia omnia, quia sunt merum mutuum, palliatum nomine cambiij. Et isti probant, quia usurarium est mutare sub pacto, habendi aliquid ultra sortem, at vero, in cambijs, istud extat. Recipitur enim interesse, ultra principale propter pecuniam datam.

¶ Secundò quia in mutuo transfertur dominium, & sola interuenit pecunia, & nulla res est quæ commutatur, sed sola pecunia, igitur cum pecunia sit inuendibilis, ibi non est venditio, quare si quicquid accipitur, ultra principale, erit usurarium mutuum. At vero in cambijs idem accidit, quia ibi sola interuenit pecunia, quia datur pecunia ad cambium & recipitur pecunia pro data pecunia, & est translatio dominij, igitur omne cambium est usurarium. Hinc placito suffragantur, quidam antiqui Iuriconsulti, ut Goffri. & Hostien. in summa de usuris, & Archi. Florent. 2. & 3. par. summa dicens hanc sententiam fouisse viros doctos, & benetimoratos.

¶ Alij vero istis consentientes, in ratione contractus, quia fatentur esse contractum mutui, dissentiant tamen in qualitate contractus, quia inficiantur esse usurarium. Et ratione afferunt, quippe tunc solum est usurarium mutuum, quando recipitur interesse ultra capitalem pecuniam, propter mutuum, si vero, propter

damnum

damnum emergens ex mutuo, vel quia recipitur periculum mutui, vel propter operas locatas, non est usurarium mutuum. At vero sic est in negotio campforum, siquidem campfor, accipiens mutuo Hispani mille & centum aureos, ut Romæ per schedulam suam dentur campforario mille aurei, centum quod ultra accipit, non accipit propter mutuum, sed quia mille aurei Romæ, plus valent, quam mille in Hispani, igitur, si teneretur Romæ refundere, totum quod accepit, iam plus teneretur exhibere, quam accepisset, & hoc esset in damnum campforis.

¶ Præterea mille aureorum quos tenetur suo Romæ exhibere campforario ipse campfor suscipit in se periculum, quia securus Romæ eos facit & certos. Præterea, campfor hoc habet in officium habere pecunias paratas, & ad huiusmodi hominum indigentias, & seruat pecunias, pro huiusmodi expediendis negotiis, & non tenetur seruire reipublicæ gratis.

¶ Accedit eodē, quod hic campfor possit has pecunias, in negotiationes rerum venalium expendere, unde sibi pararet lucrum, igitur si ex mille ducatis expensis in huiusmodi venalibus sibi deductis expensis conciliabat lucrum centum, perderet hæc, nisi hæc ultra capitale referret. Neq; hic tantum est lucrum cessans, neq; propter hoc solum poterit referre centum, sed est damnum emergens, quod procedit ex lucro cessante.

¶ Hæc & istis similia argumenta videntur allipulari huic placito. Et sanè, non est abnuendum esse cambia quædā, quæ sunt contractus mutui, siquidem, si duo conueniant, videlicet campfor, vel vancarius, & campforarius, ille dat in cambiū mille ducatos, eo pacto, ut reddat Romæ mille & centum. Hic sanè contractus iuxta quædam est usurarius, siquidem est quando campfor recipit mille & centum, ut Romæ exhibeat mille suo campforario, non sit usura neque ibi est mutuum, ut post hæc patebit. Et enim centum que referat amplius, eo refert quo se obligat, ad reddendum mille aureos Romæ securos, & certos. Verum quando campfor dat mille, Hispani verbi causa, ut Romæ campforarius reddat mille & centum, tunc campfor ad nihil se obligat quia campforarius interest, mille acceptos aureos resti-

Cambia sunt mutuum.

tuere suo impendio campfori. Et distantia loci in hoc contractu est solum ad palliandum distantiam temporis. Quia re vera proposita est distantia loci, ad dilatandum tempus, & virtualiter est distantia temporis. Unde campfor recipit centum aureos ultra capitale, propter dilatationem temporis solum. Et quia hæc dilatio temporis, vendi non potest, aut commutari, sequitur iuxta hunc autorem esse huiusmodi cambium, purum mutuum: hic autem casus est usurarius; quādo campfori est necesse pecuniam quam dat Hispani, habere Romæ.

¶ Præter hæc cambia quæ vocantur sicca, sunt mutua, v.g. est campfor, qui campforario dat ad cambium, pro Roma vel Antuerpia mille aureos, & campfor dat literas ad suum factorem, ut vocant, vel socium, & campforarius, securitatem solutionis exhibet, dicens se habere Romæ, vel Antuerpiæ factorem, & fidem, quod vocant, *Tener credito*, ad soluendum cui quoque suam schedulam mittendam ait suo more. Et tamen re vera non habet campfor factorem Romæ, neque campforarius habet responsalem, neque expediuntur schedule, sed omnia ficta sunt. Cæterum ad statum inter eos tempus soluendi si campforarius soluit centum supra mille, quorum centum pendit pro interesse cambij, cum tamen nullum fuerit cambium.

¶ Contingit autem quod campfor habeat Romæ factorem, quem vocant, aut socium, cæterum campforarius, non habeat responsalem, neque fidelissorem, tuncque campfor, de huiusmodi pecunijs, literas fictas mittit suo factori, vel socio, seu responsali, ut vel sic usuram disimulet, factor autem præhabitus (siquidem campforarius, caret responsali, cui tamen ex cambio ficto data sunt pecuniar, ad cambium) simulatè gerit suas, quas ipsi alijs soluit protestationes, & quia nullus cõparebat, qui solueret mille prædictos aureos, quos campfor porregerat campforario, ad fictum cambium, cum suo interesse, quod erant centum. Factor cum eodem cambio, mittit eadem soluenda à campforario verbi causa, in Hispani id quod vocant recambiare.

¶ Unde resultat, quod campfor ex huiusmodi recambio, obtineat, iam ducenta

Leg. 4. ca. infra de huiusmodi casu.

Cambia sicca sunt usuraria mutua.

Cambia autem data seu ficta.

ta supra mille, & aliquando multo plura: quia solet esse interesse 25. pro centum.

¶ Nonnunquam vero, ut honestius usurari tegatur, factor huiusmodi, quia campforarius, desiderat responsalem, campfor nominat sua autoritate, quempiam ex amicis suis, qui gerat personam responsalis campforarii, & hic recipit quantitatem pecuniarum sibi destinata ad cambiū, v.g. Romæ, soluitque cum suo cambio factori campforis, & cum debent esse due personæ ad minimum pro contractu celebrando, scilicet, factor campforis, & campforarius, est vnica: vnica autem non potest contractum inire, amicus enim campforis; ab ipso nominatus ficta persona, & non vera est, pro huiusmodi cambio.

¶ Quamobrem, hoc genus cambia, omnia sunt vana, & nullo suffulta fundamento. Quare sunt nulla, quippe sunt cambia nomine tenus & vera sunt mutua larvata ex cambio. Porro principes presennumorum indigentia hæc solent inire sicca cambia. Et quidem verè sunt cambia sicca campforarijs: quia sicantur valde eorum facultates, tamen campforibus, sunt pingua, quippe citra impedimentum, efficiuntur ex eis numatissimi.

¶ Cæterum verè etiā istis sunt sicca, quia charitatis humorem celestem excitant. Quocirca quia cambia hoc genus, sunt contra iustitiam, & non solum cõtra charitatem, lucra ex eis prouenientia sunt restituenda, quoniā sunt iniusta, & quantumuis contendas, non esse usuraria lucra, sunt alioquin iniusta, & restitutio non solum est faciendā, ex usura, sed etiam ex contractu alio quouis iniusto. Nā usura est inferior ad iniustitiam.

¶ Verum tamen isti relinquunt aliquando hæredibus suis hæc restituenda, hæredes autem ad vtramque aurem dormiunt, ut veniat super illos iniquitas parentum suorum.

¶ Cambia autem realia, si sunt mutui, contractus non est in propatulo. Namque et si de cambijs minutis promptum sit quod huiusmodi cambia, non sunt mutuum. Siquidem in mutuo ut ex iure civili patet exigitur identitas specifica, in reddendo, quod mutuo acceptum est, ut si mutuo accipi centum aureos numos, numos quoque centum aureos, redditurus sum. Nisi mutuanus satisfactum sibi putet, si

Omnia cambia sicca sunt cõtra iustitiam & charitatē.

ff. de solut. l. Paulus.

dederō non in auro, sed in argento scilicet, ceterum supra mille regalia, aut in alia moneta. Porro in cambio minuto, non hoc sed diuersum reperitur. Quando quidem aurei permutantur pro argenteis & argentei, pro alijs minutioribus numis eiusdem æstimationis, & istud est de essentia huius cambij.

¶ Ad hæc in mutuo est dilatio temporis ad soluendum, at vero in cambio minuto, non est huiusmodi dilatio necessaria ut neque loci. Quia ad manum sit permutatio, fieri quidem potest, quod campfor campforarius dent nunc aureos numos, pro argenteis, at argentei non continuo permutantur sed postea. Nihilominus, est tunc accidat dilatio, non est tamē necessaria temporis dilatio, vel distantia ad cambium istud, sed sola diuersitas monetarum, siue sub vno caractere, id est vnus regis, aut diuersorum, ut quando permutantur Hispaniarum numi, pro numis Constantinopolitanis, aut pro numis Africanis, vel Gallicanis, &c.

¶ In cambio autem reali, quod celebratur per literas maioris negotij est, nam discernere hoc cambium à mutuo non est perspicuū. Quoniam in hoc cambio interuenit pecunia sola, & interuenit dilatio temporis, ut in mutuo, itemque ad est lucrum supra capitale, quæ omnia videntur mutui usurarij speciem gerere.

¶ Cæterum, in mutuo, si est dilatio temporis, non est necessaria distantia loci, id quod est necessarium in cambio hoc reali per literas. Nam quantumuis mutuum potest accidere, distantia interueniente loci, cæterum erit sibi accidentalis, non tamen necessaria. Poterit sanè, Ciuitatis, aliquis, qui forte ad est Salmantice, alteri Ciuitatis, coexistenti, mutuo dare pecunias Salmantice, soluendas Ciuitatis oppido, vbi sanè mutuum fit cum distantia loci, nihilominus hæc distantia imper tinens est, contractui mutui, quæ tamen necessaria est contractui cambij.

¶ Est autem obseruandum, quod distantia hæc loci duo potest operari, iam quidem maiorem æstimationem monetæ, iam vero laborem in transferenda pecunia ex loco in locum, atque periculum in translatione, & impensam. Qui ergo existens Hispaniæ, indiget pecunijs Romæ, & alter illas offert illi exhibedas Romæ,

Cambiū nõ exigit distantiam tē poris ut mutū imo neque distantia loci in quo conuenit cum mutuo.

Cambium reale per literas exigit distantiam loci.

Distantia loci duo effici.

ma, excusat eum ab istis commemoratis, videlicet à labore, à periculo, & sumptibus in transferenda pecunia.

¶ Distantia autem loci, quaedam est, quæ efficit diuersam æstimationem pecuniæ, & hæc plurimum accidit ex diuersitate regionum. Per diuersitatē autē regionū non intelligo regna habentia diuersos reges solam, siquidem sub vno rege etiā accidit hæc diuersitas, vt in noua Hispania, & in regno Peru, Indorum Occidentalium minoris æstimatur aureus numus, vel argenteus, quam in nostra Hispania, sicut contra oleum, & vinum, & corium, & hoc genus alia, multo pretiosiora sunt apud illos quam apud nos, & causa prompta est, quoniam raritas venalium rerum auget eorum æstimationem, vt abundantia illam diminit, vt annotatum est in 2. libro experientia quotidiana contestante.

¶ Quo circa illud idem, quod accidit in venalibus, accidit pecuniæ, siquidem cū apud Indos commemoratos sit abundantia auri & argenti, minoris æstimatur pecunia huiusmodi apud illos, quam apud nos, apud quos quia rarior, ideo pretiosior.

¶ Neque tamen per æstimationem maiorem tu subaudias, quod valor legalis moueat augetur. Non enim ducatus valet plus apud nostrates, quam apud Indos præfatos, sed hic, & illic eundem valorem legalem habet scilicet 365. dipondia, cæterum hic idem valor legalis, creascit ex raritate pecuniæ, & diminitur ex abundantia. Ita que quando raritas est, qui habet 4000. ducatorum valde diues est, quia plures sunt tunc, at si abundantia suppetit, non est valde diues, vt olim diues erat valde, qui habebat in cæsium dipondiorū centum millia, at modo, parui sit huiusmodi census. Siquidem, rerum pretia venalium, vt frumenti, vini, & olei, & vellium, &c. erant id temporis multo viliora quam modo. Nam Indorum regio spoliatur Hispanias istis venalibus, quia illo deferuntur hæc, vbi maioris sunt pretij. Antequam autem pateret Hispanis Indorum regna, in Hispania solam hæc vendebantur, & erat abundantia horum, ideoque viliora erant, vnde dicitur: erat tunc habens centum ducatos in cæsium, quam modo, qui tercentum,

& tamen legalis valor numi idem perseverat. At vero hanc maiorem estimationem vel minorem habent numi, etiam in nostro orbe, vt inter im Indos missos faciamus. Namque Neapoli plures sunt pecuniæ, quam Hispani, & Romæ item propter causam relata, quia apud illos rarior est pecunia, quam apud nostrates. Quinimo non sola distantia loci, aut diuersitas regni hanc efficit variationem, sed etiam sub eodem regno, accidit idem ex qualitate locorum sunt enim loca, quæ sunt emporia, seu loca celebria, mercimoniorum ex regia autoritate constituta, vt Methinæ Campi, Hispanæ Medina del Campo, Medina de Rio seco, y Villalon. Ad hæc loca vt ad celebria mercimoniorum loca, est confluxus diuersarum nationum, & ideo sæpe est apud illa raritas pecuniæ, vt aliquando abundantia.

¶ Hoc autē accidit dupliciter, aliquando ex iniquitate mercatorū, qui pleni auaritia, corradunt ex sua industria per medios proxenetas, omnem pecuniam, etiā sumentes ad cæbia vt postmodū, promoueant sua lucra, Hispanæ, *Aleñ la plaza*. Quippe cū apud ipsos solum sit pecunia pro suo arbitrio excedat lucra cæbiorū ordinaria, Aliquādo vero rex Hispaniarū hoc idē efficit, etsi dissimili animo, nā nō ex auaritia, sed cogente necessitate, sibi colligit omnes pecunias, que sunt in istis locis, quæ dicuntur Hispanæ ferias, vt supra diximus. ¶ At quando raritas accidit, ex regis opera maior æstimatio pecuniæ, & cæbiorū excessus inculcata sunt, si tamē librata ratione celebrētur. Quando vero ex auaritia mercatorū, tūc æstimatio illa maior ex iniusta causa procedit. Enimvero cogunt reliquos tractantes, sumere cambia, non secundum equitatem cambiorum, sed secundū auaritiā mercatorū. Cogere autem quemquā ad cōtractū in eundē iniquū est, vt diximus lib. 2. vnde illi tenentur restituere, quid quid excesserint cambia ex sua auaritia, quia excessus ille est iniustus, & industria horum auarorum fabrefactus.

¶ Ex istis patet non esse mutuum cambium reale, contra ambas opiniones dudum commemoratas. Et facile percipias hoc esse verum si dicta hæctenus obserualli, & rursus quia hoc cambium sit, hac

Excessus cæbiorū in istos mercatores auaritate tenetur restituere.

Collatiū ad prædicta.

hac ratione est Petrus habens pecunias Romæ, in Hispania degens campfor, est item Ioannes habens pecunias in Hispania, vbi adest, egens tamen pecunijs Romæ, ad sua negotia abfoluenda, Ioannes petit à Petro vt sibi concedat pecunias quas ipse habet, & quibus eget Romæ Ioannes, & dat Petro pro pecunijs illis, in Hispania totidem, vt si Ioannes centum aureis eget Romæ, vt eos habeat Romæ, dat Petro centum in Hispania en tibi permutacionem. Pro pecunijs quas Petrus dat Romæ, recipit pecunias in Hispania.

¶ At vero permutatio hæc nisi aliud adderetur esset iniusta, quia pecuniæ Romæ, plures sunt quam Hispaniæ, vel habent maiorem æstimationem, ideo centum Romæ, plus valent quam centum in Hispania.

¶ Adde quod Petrus, non tenetur Ioanni seruire gratis, est autem seruitium sine labore, & periculo, centū exhibere Ioanni Romæ propterea si aliquid ultra retulerit, iusta erit permutatio.

¶ Hoc autem quod ultra debet recipere taxatum est lege, scilicet, decem pro centum vt habetur l. 9. tit. 1. 8. lib. 5. Recop. vbi traditur, quod ob nullam rationem, in omnibus contractibus etiam permittitur, & si fortiantur nomen cambij, referatur amplius quam ad decem, pro centū. Quauis lex Portugaliæ, sub rege Sebastiano edita, nihil referendum præcipit sub titulo cambij. Quia omnia cambia, tam realia quam sicca execratur, & sub grauissimis poenis, illa suis interdicunt. Nisi extra regnum Portugaliæ fiant. Ex qua lege facile habetur quod extra regnum sunt licita cambia, non tamen intra id: quod legibus regni Castellæ sancitum idem est l. 8. tit. 1. 5. l. 5. Recopi. vbi traditur quod nullus sine indigena, siue alienigena, cuiusque conditionis, vel status fuerit possit exhibere pecunias sub nomine cambij, ex feria vna, in alteram feriam, earum que intra regnum celebrantur. Neque quidvis aliud, neque interesse, siue publicum siue secretū. Quod si exhibuerit, reputetur tanquam vfura. Et tales pecuniæ, perdantur, vt bona vfuraria, scđdum leges huius regni, de qua tamen re sub hæc mentionem faciemus. Vt autem ad nos redeamus, ex prædictis

facile constat, quod dudum dicebam cæbium reale esse permutacionem, quia recipitur hic, vt alibi dicitur, id quod in rebus peruiū est, atque perspicuū esse hoc permutacionem, videlicet, do tibi meas, vt des mihi tua, vel accipio tua, vt dem tibi mea. Verum idem est in pecunijs, accipio tuas pecunias Hispaniæ, vt dem tibi meas Romæ, vel contra, do tibi meas Hispaniæ, vt accipiam tuas Romæ.

¶ Sed quid si campfor Petrus Hispaniæ, dat Ioanni centum, vt totidem recipiat Romæ, & decem amplius? Diximus supra esse contractū vfurarium, sub quadā tamen limitatione contra quædam qui simpliciter eum damnat.

¶ Quoniam Petrus ex nullo iusto titulo refert decem supra centum, cum periculum horum centum, sit penes Ioannem, & non incumbat Petro, vnde est mutuū laruatum persona cambij.

¶ In mutuis enim hoc est cōmune, quod mutuatæ pecuniæ periculum, non est penes mutuantem, sed est tale periculum censendum mutuatario, vt modo accidit. De re tamen hæc cap. 4. differemus.

¶ Demum in permutacione pecuniæ periculum, si quod accidat pecuniæ campforis est, & non campforarij. Quia in re non differt permutatio pecuniarū, à permutacione rerum. Namque in rerum permutacione, simul atque permutatio celebrata fuerit, rei periculum possessori reputabitur, ita in permutacione pecuniæ postquam eius dominium iam translatus est, periculum, & iactura pecuniæ, campfori imputabitur.

¶ Supererat, argumenta soluere, que facta sunt ad iustificandum cambia, etiam si mutua esse admitterentur. Cæterum visum mihi est, vt aptius omnia lector assequatur primum, quasdam constitucere conclusiones, quibus constituendis caput sequens libuit ascribere.

Quomodo conuenit permutatio rerum & pecuniarum.

CAP. QVARTVM. De causis iustificantijs cambia.

ET quidem, cambiorum mutuatorum, tam patens est iustificatio, quam patens culpa, & sordes cambiorum siccorum, vt ex præstitutis liquido constare legenti arbi-

Æstimatio numi maior & minor vnde procedit.

Caristia venalium vnde procedit in Hispania.

Causa iustificans cambiam minuat

arbitror. Illorum enim iustificatio, solum in vno collocatur puncto, videlicet, quod monetæ quæ permutantur, sint vsuales, & æquivalentes. Non sint falsæ aut fractæ, aut aliâs vitiosæ, vnde valorẽ suum deponunt, si vero, non quatenus sunt monetæ, fiat permutatio, sed quatenus sunt res, iustificatio permutationis, inde peteda, quod æquivalent res rei quæ permutat. Puta, quod æquiperderet, & æquivalente, aurũ vnius, vel argentũ, cum auro alterius, vel argento. &c.

¶ Porro inuenire causas iustificantes realia cambia, nõ est promptum, siquidem vt aiebam multorum extat opinio esse vsuraria mutua, imo qui credunt esse per mutationem cambia monetæ, pro moneta, dicunt esse per mutationem nõ puram, sed commixtam mutuo, vsurario.

Argumenta contra cambiam realia.

¶ Primò quia campsores, præintendentes lucrum, prætexunt, se cambire, cum vera, non cambiunt, sed nolentes gratis mutuo dare, sub prætextu cambij corradunt vsuraria lucra.

¶ Secundo, quia quòd aiunt se ratione periculi, lucrari vltra fortem, id est quod ex eo campfor recipit interesse vltra capitale, quia suscipit in se periculum, nungantur, quoniam pericula sunt attendenda, secundum id quod in plurimum euenit, at vero in plurimum, huiusmodi cambia sunt sine periculo, quia fiunt per literas.

¶ Tertiò, quia vsurarium est quicquam recipere ex dilato tempore, at vero huiusmodi campsores, quo longiorẽ prorogant pecuniæ sibi debitæ solutionem, eo maius lucrum reportant.

¶ Quartò, si fas esset campforibus huiusmodi vltra capitale referre lucrum, esset vt in venditione, vbi si quis vult seruare frumenta sua vsque in mensẽ Maij, poterit vendere modo, si ad id sollicitatur pretio ampliori, quam sit pretiũ currẽs: vt patet ex cap. Nauiganti. extra de vsuris, aut si vult suas longius deferre merces, vbi credit se eas pluris esse venditurum, id temporis etiam poterit carius vendere, quam valent in loco, vbi cogitur, precibus vel aliâs vt eas vendat. Hæc autem omnia non habent locum in campforibus. Nam ob nullam harum causarum, lucrum referunt vltra fortem. ¶ Porro autem huiusmodi obiectiones, non sunt

Solutio argumentorum.

tanti faciendæ, quanti autores earum eas faciunt. Nanque vt sepe dictum est quædam cãbia sunt laruata mutua, quæ sunt cambia ficta, & hæc neque lex, neque ratio, sed sola auaritia probat. Alia vero sunt quæ nihil habent cum mutuo, quæ sunt realia cambia.

¶ Et ideo primò dices, quod campsores, qui iustè suum administrant munus, nõ mutuo dant, sed ad permutationem, & non ex mutuo referant lucrum, sed ex permutatione, quæ si iusta est, lucrum iustum est.

¶ Secundo dices, campsuarium, se se eripere à periculo, & excusari à labore & sumptu deferendi pecunias pro suis absoliendis negotijs, siue Romæ, siue Neapoli, &c. quando industria campforis id fit. Si autem campfor propter suam industriam, nullum suscipit propter periculum, quia per literas hoc præstat, quæ destinat suo factori, vel socio, nihil ad rẽ. Si quidem satis est, quod ex industria alterius, campsuarius excusatur à labore, & periculo, & hanc industriam non tenetur campfor gratis exhibere, & hæc industria vendibilis est, & licitè vendi potest, & hæc permutatur, quo circa si ob hanc suscipit lucrum vltra capitale, videlicet quinque vltra centum, & ex permutatione quia pecunia Romæ pluris æstimatur, quam Hispani iusta est permutatio. Aut si taxatio legis præfata abolita est, si refert in lucrum ea, quæ consuetum est referre communiter, iusta erit permutatio.

¶ Quartò dices, cambium non esse venditionis contractum, sed esse permutationem secundum artem scilicet pecuniæ, pro pecuniâ, & ideo nihil opus factio est, quod moderetur secundum rationes venditionis: verum est tamen, quod si quis esset mercator, qui pecunijs suis vitur ad negotiandum in venalibus rebus, & ad huiusmodi negotia seruabat pecunias suas, vt inde ad duos vel tres menses, quando opportunitas se obtulisset, pro mercibus emendis, has emeret, vt consueta sibi reportaret lucra, at alius interim petit has pecunias ad cambium siue intra regnum, siue extra regnũ, tunc posset reportare lucrum, quod solebat ex mercibus emptis ex illa pecuniâ reportare subductis tamen expensib. Siqui dem

Cambium non est venditio pecuniæ.

dem si non reportasset damnum patere tur, perdendo, quod lucrari solebat. Dixi notanter, quod lucrari solebat, nam etiam si poterat lucrari, si non lucrabatur, ex more ordinario quia vt plurimũ lucrabatur, non enim necesse est semper lucrari, nõ potest illud lucrũ deducere in partũ cãbij. ¶ Et quidem si casus hic accidat, lucrũ hoc non erit ratione cãbij, sed ratione dãni, quod incurreret, si illo ordinario suo lucro orbaretur, vnde si lucrũ illud esset excedens ordinariũ lucrũ cambiorum, non esset iniustum secus est de illo, cuius negotiatio tota collocata est in cambijs, nam hic non potest excedere lucrum cambiorum ordinarium, siue ex consuetudine taxatum, siue regia pragmatica. ¶ Hac igitur reiecta sententiã, primam accipe conclusionem, cambia realia non sufficienter iustificantur, si dixeris eò esse iusta, quia datur pecunia præfens pro absentẽ, in cuius gratiam scito, dixisse ex theologis quosdam, quod Caiet. probat, hanc esse iustificationem cambiorum, quam conclusio hæc negat. Hęc autem conclusio est perspicua. Etenim qui pecuniam dat præsentem, est qui minus habet, & qui habet absentem in cãbij istis, est qui plus habet, seu quod idẽ est, qui dat pecuniam præsentem ad cãbium siue extra regnum, siue intra regnum, semper perdit, & qui habet absentem lucratur, seruata antiqua forma cãbientia. Nã si facias, quod qui in Hispania habet pecunias, mille scilicet ducatos, & eget illis Romæ, dat hæc campfori in Hispania, vt det illas Romæ, mille scilicet & 70. aureos, pro quibuslibet centum, septem, paulo plus minusuẽ, & demum in nullam partem dabitur pecunia ad cambium, nisi cũ iactura dantis semper enim qui habet pecuniam præsentem, quam dat ad cambium, perdit septem, vel sex, in quouis centenario. Et idem est, de cambijs intra regnum, vbi plerumq; idẽ accidit, quod qui dat ex Hispaniã, in Methinã, perdit et si nõ nunquam lucratur, aliquãdo vero, neque perdit neque lucratur.

Prima conclusio.

Opuscul. de cambijs, ca. p. 7.

Cambia antiqua erant synceriores quam præfentia.

cui, qui Methina, habebat fidelitatẽ, seu quod Hispanẽ dicitur credito, & huic soluebam pro correspondentia numerũ, certam pecuniã quantitatem: & ibi sistebatur: & istud semper fas fuit, & est. Quia perinde erat ac si ille, meas in Methinam detulisset pecunias, de quibus hætenus locuti sumus. ¶ Nam vero cambia huius qui ab hac sinceritate descuerunt, & ab illa absunt quam longissimè. Siquidem nulla ratio delationis pecuniæ, quæ est, aut debuisset esse habetur modo, sed si quis habet verbi gratia 2000 ducatorũ Antuerpiæ quærirat si vult illam summam pecuniã habere Hispani, si quispiã alius vult hæc accipere exhibenda tamẽ Hispani sanè, cum hic debuisset referre lucrum ex delatione vera, vel imaginaria. Nihilominus, contra est, quippe delator iste, pro cambio soluit sex, vel septem pro centum, secundum quod forum Hispani negotiationis progreditur. Quod Hispani dicitur, segun andia la lonja. ¶ Et iuxta hæc formã cambiorũ nouam, pecunia præfens plus valet quã absens & verum est quod præfens plus sit, quã absens, et si diuersum est secundũ formã cãbiorũ antiquiorẽ, vt prædiximus. ¶ Ceterum et si secundũ formã recentiorẽ sit pecunia præfens plus valens, quã absens, nõ tamen hæc est ratio iustificans cãbia recentiora. Quoniã si iustificatio hæc esset cãbiorũ pateret aditus ad vsuras: cõmittendas amplissimas. Nã qui propter mutuatã pecuniã refert aliquid vltra capitãle, iustificaret suã vsurã dices, se vltra fortem retulisse aliquid, quia pecunia quã ipse mutuo dabat, erat præfens, & citra periculũ amittendi, at vero mutuo data est absens, & subiecta amissionis periculo. Nã sepe mutuo data, nõ restitunt. ¶ At quale quale hoc sit, mercatoribus, meliõ cõsultitur, si pecuniã habeat absentẽ, quã præsentẽ. Et maius lucrũ reportat ex absente, quã ex præfente, quã cõditã habet in arca. Quia ex hac nihil emolumentũ sibi cõciliat, ex absentẽ vero, siue data in cãbium, siue in mercimoniam expẽsa, magnum sibi sepe parat emolumentũ, vnde summopere student pecuniã, quã habet in alia impẽdere, vt lucrẽtur. Vtq; verũ est, quadam tenus ratione pecuniã præfentẽ esse meliorem, absente. Nã qui vult emergere cibaria, vel vestes, vel utensilia

Quomodo pecunia præfens est melior quã absens, id est plus valet.

melius emit pecunia presentis, quam absentis. Et ideo quo ad negotiationem economicam, aut politicam utilior est presentis, quam absentis. Nam res venales, vi-
 liori pretio emuntur pecunia presentis, quam in diem. Ceterum quo ad negotiationem lucrativam, quam exercent mercatores, & campores longe utilior est presentis, absens, ideo isti pecunias quas habent, continuo collocant, in commutationibus Hispanie, *Traen las entras.*
 ¶ Secunda conclusio, neque est causa iustificans cambiam ista realia, quod in huiusmodi cambijs, pecunia non confidatur ut pecunia, sed ut res est. ¶ Reuocato iam memoriam, quod superius saepe diximus; cap. i. & 2. de cambijs, pecunia bifariam intelligi posse, aut quatenus habet suum valorem legalem, aut secundum quod est ens quoddam naturale, scilicet vel aurum, vel argentum, vel aliud metallum, unde ex hoc fundamento colligunt alij theologi cambiam esse iustam, quia pecuniam tractant, secundum quod est metallum vendibile, & emibile. Et quia venalia, secundum varietatem locorum, mutant suum valorem, ideo, si Hispania valet minus pecunia, quam Roma, campor in Hispania vendit pecuniam quam habet Romae, pro maiori pretio, quam vendidisset alibi, ubi minus valeret. Indeque qui Flandriae habet 2000 ducatorum, etiam si offerat illa, volenti totidem exhibere Hispania, poterit lucrari 6. vel 7. pro centum, quia vendit pecuniam suam pro loco habendam, ubi minus valet, quam ubi eam exhibet. Addit tamen haec opinio, quod cum pecunia se habeat in cambijs ut res venalis, subit naturam venalium. At in venalibus, si sub temporis dilatione ex quo defertur solutio pretij rei emptae, contingat rem carius valituram, tunc qui habet rem vendendam in tempore maioris caritatis, poterit si modo sollicitatur ut vendat, carius vendere, quam modo vendatur, iuxta capit. nauiganti. ex. de vsuris. similiter igitur campor, si ex dilatione solutionis suae pecuniae, quia in longum tempus producit solutionem, sibi accidit damnum, quod non poterit vendere suam pecuniam forte in proximis nundinis, indeque patietur detrimentum, tunc ex dilato tempore poterit sine usura reportare lucrum.

Secunda conclusio.

Non ob dilatum tempus, sed ob detrimentum quod patietur ex dilato tempore.

¶ Haec autem sententia abhorret a veritate quoad primum, siquidem venditio, est commutatio rei pro pecunia, ut in 2. lib. diffinitum est, at vero in cambijs, non commutatur res pro pecunia sed pro pecunia pecunia, ut saepe est commemoratum.

¶ Ad haec, scimus, quod pecunia potest vendi ut res venalis, ut modo venduntur aurei duplices, dicti doblones, at vero, hoc ideo est, quia desierunt esse pecuniae, ideoque deposuerunt suum legalem valorem, & retinent suum valorem naturalem quem habet ex materiae suae dignitate, ut supra edoctum est. Si autem pecunia retinet suum legalem valorem, utique non est venalis res, sed quo sunt commutationes, venditiones scilicet, & emptiones, cum ergo in cambijs istis realibus pecuniae retineant suum legalem valorem, etiam si ex loci distantia crescant, aut minuantur secundum aestimationem, retento tamen suo legali valore fit hoc incrementum, aut haec imminutio, ideo necessarium est dicere, quod in cambijs pecunia consideratur ut pecunia, & non ut res venalis. Neque obstat, quod saepe venalitem, incrementum, aut imminutio aestimationis ex loci qualitate, vel distantia ut supra cap. 3. dicebamus, quoniam haec accidunt pecuniae manente pecunia. Nam ducatus, qui venit in cambium, videlicet qui datur, vel accipitur in cambium, non mutat rationem monetae, unde neque nomen.

¶ Quod si obieceris dicens, imo nonnumquam in cambijs fit mutatio monetae. Nanque aliquando fit conuentio quod fiat solutio in moneta, quae in altero regno vsualis est, pro moneta alterius regni. Et hoc sane verum est, ceterum si solutio fiat in moneta alterius rationis, iam tunc est verè permutatio, & ideo verum cambium, & non est venditio contractus ut liquet. ¶ Solet autem ut haec planius habeas, reale cambium dupliciter fieri, aut sub pacto, diuersa soluenda monetae, aut soluenda eiusdem speciei. Primum esse veram permutationem, verumque cambium in aperto est. At vero secundum esse mutuum Colorado, & Methinae est consensus. Quippe

Cambium non est venditio, vel emptio pecuniae.

Quippe fit solutio pecuniae Hispaniae verbi causa acceptae, ex pecunia similis specie Romae soluta, quando verbi gratia cambium fit ad Romam. ¶ Quibus tamen subscribendum non esse in hac re cetero. Siquidem, hoc est ab omnibus confessum, in mutuo mutuante non suscipere, in se periculum pecuniae mutatae, imo hoc periculum collocari in mutuario. At vero secus esse in cambijs, perspicuum est. Quandoquidem, vel is qui officium habet camporis, dat suam pecuniam alteri ad cambium, vel ipse recipit, a campuario, si dat utique, tunc est, mutans iuxta hoc placitum, & tamen penes ipsum non est periculum numerorum ut patet, sed penes mutuatariū accipiente, igitur cum in hoc casu sit verum cambium, & non sit mutuum in cambio reali huiusmodi quod sit per literas, non est mutuum si tamen receipt pecuniam, tunc quidem specie habere mutui siquidem ipse campor, tunc est ceu mutuatarius: & in se recipit periculum mutatae pecuniae. At vero neque tunc est verè mutuum siquidem, mutuatarius ex vi mutui, non tenetur nisi ad reddendam pecuniam eandem in specie aequiualem, pecuniae mutatae. At vero campor hic tenetur ad multo plura ex vi cambijs, ad exhibendam scilicet pecuniam acceptam, secundum aestimationem eius loci, in qua fiebat cambium, ut si ad Romam ex Hispania fiebat, & quia Romae plus valet, quam Hispania, tenetur exhibere iuxta Romanam aestimationem pecuniae. Aut si ad nouam Hispaniam factum est cambium similiter, ut si accipit Hispania centum & septem, ut redderet Romae centum, iuxta aestimationem quae id temporis habet Romae moneta. Ad haec etiam hoc casu est penes camporem periculum, at vero, hanc susceptionem periculi, soluat camporius. Namque totum hoc impediunt camporius tribuitur, & campori soluitur ex lucro quod recipit. Porro mutuario, non soluit mutuas periculum si quod habet ex pecunia mutata, sed illud sibi imputat, non mutuanti, igitur campor non est mutuatarius suscipiendo pecuniam, a campuario, etsi videtur mutui specie gerere, quia suscipit in se periculum, soluitque ob hoc ipsum interesse a campuario. Non ergo est mutuum cambium reale, neque venditio pecuniae, ut praefatis visum est autoribus, sed permutatio quaedam est, pecuniae pro

Contractus & Methinae non probatur.

Cambium reale non est mutuum.

pecunia, sine simili, seu dissimili, in locum distantem soluenda ut ex praedictis, facile constat. ¶ Sit tertia conclusio, iustificatio cambiorum huius generis, non est praecisa semper ex eo quod campor suscipit in se onus, & obligationem soluenda pecuniae in locum ubi camporius vult soluendam, & si aliquando sit causa. Haec conclusio est contra vulgatiorem theologorum sententiam, etiam vulgo ita traditur, quod semper propter illud onus campor, poterit referre aliquid ultra capitale, quod ipse dat. Praeterea, quia campor collocat suas operas, incumbendum in hoc munus sedulo quaerendo pecunias ad cambiendum. Rursus, quia habet in locis distantibus factores, correspondentes suis schedulis, ut soluant pecuniam, quam dominus eorum consignat in eis soluendam. Et isti factores habent stipendia a campore, ut huic operi, quod vocant Hispania factoriae incumbant, ideo propter haec omnia fas est iustam mercedem accipere, quia ne mo militat stipendijs proprijs. ¶ Cor. 9. item fas est si campor damnum ex cambij dilatione timeat, aut quod vis dispensium, si in longum tempus differatur solutio, illud quoque interesse deducere in pactum ut se seruet campor indemne. ¶ Porro autem etsi in cambijs iuxta formam antiquiorem hoc verum erat, ceterum pro cambijs presentibus, non est omnino hoc obseruandum in regula. Siquidem cum sit idem iter ex Hispania v. g. in Romam, idem periculum vel è diuerso, idem onus, idem obsequium curandae operarum collocatio, nihilominus lucrum cambij illis eodem modo statibus variatur sepius. Namque ex Hispania in Methinam, quidant suam pecuniam ad cambium, iam lucratur, iam perdit. Secundum, quia saepe ex Flindria in Hispaniam, fit cambium, lucratium ad septem pro centum, ut si Gadai, dat campor mille ducatos, recipit Hispania mille & septuaginta. Et quidem si susceptionis periculi esset obseruanda ad lucrum reportandum ex cambio, is qui dat ad cambium, non debuisset reportare lucrum, quia nihil periculi ex datione in se suscipit, sed solum qui recipit pecuniam ad cambium, & tamen contra fit. Quia ille qui dat mille, reportat pro mille, mille & septuaginta ut praediximus. Idem est si quis Antuerpiae habet 2000. ducatorum, & desiderat ea habere Hispania, quare, qui ea velit exhibere illi Hispania

quod non est licitum mentiri pro quacun- que utilitate, igitur nefas erit aliquid ultra fortem recipere, pro redemptione captiuorum, aut ad erogandum elemo- synam, igitur pro commodo ciuitatis ser- uando, nefas est usuram admittere.

3. ¶ Tercio, omnis contractus qui est contra iustitiam est iniustus: at contractus iste mutui qui exercetur in monte pietatis, est huiusmodi, igitur est iniustus. Maior patet, quia contractus omnis si est contra iustitiam, tunc alter contrahentium plus habet, & alter minus. 5. Ethic. cap. 6. vnde oportet ut sit æqualitas inter con- trahentes, ut sit iustus contractus. Mino- rem probant, quia in hoc contractu mu- tuans, plus habet, quam mutuarius.

Confirma- tio.

Quia ultra numerum aureum, quem dedit mutuans, accipit denarium. ¶ Et confir- matur, quia ille qui mutuū dat, & exigit aliquid ultra fortem, fecerit peccatum. c. si feceritaueris. 1. 4. q. 3. & in. c. usura. ibidem. dicitur usura est, cum plus accipitur, quā datur, ut in cap. in ciuitate. & c. nauigan- ti. de usuris. at vero in præsentia plus ac- cipitur quam datur, & hoc non gratis, sed ex pacto igitur est usurarius con- tractus.

4. ¶ Quarto, contractus iste est contra præceptum Dei, quia Leuit. 25, traditur, non accipies à fratre tuo usuras, nec am- plius quam dedisti, ut frugum superabū dantiā non exiges, id quod fit in hoc cō- tractu.

5. ¶ Quinto hic cōtractus est cōtra charitatē proximi, quē tenemur dilige- re ex præcepto Dei, Diliges proximum tuum, siquidē pro quolibet ducato sub- trahitur denarius vnus, & tandē in mul- tis ducatis resultat, multa summa dena- riorum. At vero, subtrahere substantiā à fratre est simile homicidij peccato, vnde Tullius. 2. de officijs, refert, quod cum in- terrogatus fuisset Cato, quid esset fene- rari respondit, quid est occidere? & 3. of- ficio. ait Tullius detrahere aliquid alteri, & hominem, hominis incommodo, cō- modum suum augere, magis est contra naturam quam mors.

6. ¶ Sexto, cōtractus dicitur usurarius, quia ex illo pecunia pa- rit pecuniam, at vero idem fit in monte pietatis, igitur est nefarius.

7. ¶ Septimo, cō- tractus iste est similis usurarijs contracti- bus, & cum de similibus sit idem iudiciū, cap. venerabilibus. de senten. ex commu. lib. 6. & in cap. causa. de re iudicata, igitur

erit censendus usurarius. Antecedens pa- tet, quia est similis contractibus Iudæo- rum, qui semper habent fenebrem mea- sam paratam volentibus usuras accipe- re, & habent suos officiales huic operi deputatos, recipiuntque pignora, in li- bris qui notant debitores, &c.

8. ¶ Octauo, contractus accipit ex inten- tione contrahentis rationem, igitur qui dat mutuū animo recipiendi ultra mu- tuū, ex crescentiā, vsurarius est, talis est contractus montis huius, quippe nō daretur mutuū pauperibus, nisi inten- deretur ultra mutuū aliquid recipere, ut est consuetum, & pactum celebratum in hoc monte, siquidem aliter non mu- tuarent officiales istius montis, in signū cuius non mutuānt, nisi accepto pigno- re, pro capitali soluendo, atque ex crescē- ti.

9. ¶ Nonō, diffinitio vsuræ est hæc ex Ambrosio. 1. 4. q. 3. c. Plerique, vsura est, quodeunque accedit forti. At vero in cō- tractu isto, aliquid accedit forti igitur est vsurarius contractus.

10. ¶ Decimo. Pro eo quod quis præstare gratias tenetur, nihil suscipere potest, at communitas tenetur subuenire suis ciuibus, igitur subuenien- do ex mutuo, nihil corradere amplius potest. Antecedens patet, quia in casu ne- cessitatis quilibet tenetur gratis proxi- mo mutuo dare tunc enim mutuū reddi- tur præceptum. Sicut ergo episcopus qui tenetur gratis ordines sacros celebrare, si corradit pecunias propter ordinatio- nes iniustitiam committit vsurariā. 1. q. 2. cap. quam pio. Item iudex iniustitię vi- tio innodatur, si propter iudicium pecu- nias exigit. cap. cum ab omni specie ma- li. de vita & honestate clerico. & cap. nō sanē. 1. 4. q. 7. & l. venales. c. quando pro- uo. & ff. de conditio. obturpem causam. l. 1. per totum.

11. ¶ Vnde decimo, sunt certi ca- sus, quibus fas est, quicquam exigere ul- tra fortem, qui traduntur per glossam ordi- c. cōquestus, at nullus horū casuū cōpre- hēdit cōtractū mōtis istius. ¶ Duodeci- mo, admisso cōtractu isto, paratur via, & offertur occasio, ad vsuras exercēdas: at via ad malitias hominum protelandas, obstruenda est. c. sedes. de rescrip. & cap. quanto. & c. significante. de diuor.

12. ¶ Decimo tertio. Quando aliquid prohibetur, etiam prohibetur via per quam peruenitur ad illud. l. 2. ff. de iuri. & omni. iudi.

iudi. & c. cum quid prohibetur. de regu- lis iuris. lib. 6. cum ergo vsura sit prohibi- ta, & per montem istum, perueniatur, ad palliandas vsuras sub specie pietatis mōs hic, etiam prohibetur.

14. ¶ Decimo quarto. Qui per aliū facit, per se ipsum facere videtur. l. quod iussu. ff. de regu. iuris. & c. qui facit per alium. co- tit. in. 6. Imo grauius peccat, qui mandat, quam qui obtemperat in facinore perpe- trando. 2. 2. q. 5. in principio. igitur præ- sidētēs huic monti, etiam si nō mutuānt, propria manu, sufficit ad crimen vsuræ committendum, quod per ministros de- putatos mutuēt.

15. ¶ Decimo quinto. Quia vniuersitas potest in mutuo dare, & pignus accipere, ergo & vsuram admittere. Pro- batur antecedens, ex cap. conquestus. de vsuris. Quauis enim vniuersitas non ha- beat animam, vt in c. Romana. §. in vni- uersitatem. de senten. ex com. lib. 6. at ve- ro dicitur habere animam fictam, tāquā persona representata, ex quo eundem effectum producit, vt habetur ex dictis iuribus.

16. ¶ Decimo sexto. Reipublice in- terest, quod sui ciues sint locupletes. In- stitū. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. §. sed & maior, vnde communitas sentit lu- crum, ex lucro suorum ciuium. l. 1. ff. so- lu. matri. igitur cum ex suo mutuo hoc reportet lucrum, non oportet aliquid aliud accipere ultra fortem.

17. ¶ Decimo se- ptimo, ex pecunia data mutuo, nomine alterius nihil potest referri ultra fortem. l. ex mandato. ff. mandati. & l. 2. §. appella- ta. ff. si certa pecunia. igitur cum offi- ciales huius montis sint tanquam procu- ratores communitalis, & nomine reipub- lice, mutuo dent, sicut res publica cuius mandato sit datio mutui, nihil potest referre accedens mutuo, ita neque mini- stri.

18. ¶ Decimo octauo tempus vendi nō potest, in contractibus, vt notat Innocē. cap. in ciuitate de vsuris. & Bal. in rubri- ca: cap. eodem, vnde qui vendit tempus vsuram admittit. At vero hoc contingit in hoc contractu montis. Probatur mi- nor, siquidem non solum qui multam pe- cuniam accipit mutuo, soluit plus ultra fortem, sed etiam, qui ad longiorem mo- ram temporis, propter temporis maiore dilationem. Hoc autem vsurarium est vt notat Bar. l. 3. §. ff. de annu. lega. & in l. 2. ff. de his que pccant. nō. Nanque vsura

est, quæ commensuratur temporis. l. lecta. post principium. & l. rogasti. §. si tibi. ff. si certa pecu. ¶ Decimo nono, contractum oportet seruare equalitatem, quia nō potest claudicare. l. Iulianus. §. si quis à pu- pillo. vbi glossa. ff. de actio. empti. Ac cōtractus iste est in æqualis, non solū ratio- nibus cōmemoratis, sed etiā quia qui plus laboris impendit, minus lucri repor- tat. Siquidem si quis dederit pignori vasa argentea, vt recipiat centum & alius de- derit pignori vestes, vt accipiat mutuo 30. vti que hic secundus maiorem operā adhibebit in custodiendis vestibus, ne ti- nea exedantur, expandendo illas ad au- ram, & virga excutiēdo illas, quas is qui vasa argentea habet, qui postquam con- cluserit illa sub optima clausura nihil aliud opus factu est, nihilominus prior maiorem mercedem habebit.

20. ¶ Vigesimo, creditor post moram debi- toris, ultra fortem exigere potest suum interesse, scilicet, quanti sua interfuit, propter illā moram, ratione scilicet dam- ni emergentis, vt in c. dilecti. de foro cō- petenti. & cap. conquestus. de vsuris. & cap. sacro. de senten. ex com. que damna exactio, seu damni recompensatio, arbitrio iudicis est faciēda, vt ibidem com- memorat glossa: igitur petere aliquid ultra fortem priusquā debitor sit in mo- ra, est vsurarium. Hoc autem fit in hoc contractu pietatis: quauis enim ante- quam debitor sit in mora, interfuit agen- tis, at respectu talis interesse non potest agere, sicut quādo intercessit mora. Por- ro in monte isto, etiam ante terminum soluendi, exactum mutuatarij debitores sunt interesse, ergo est vsurarium.

21. ¶ Vigesimo primo, hic contractus mon- tis pietatis est valde controuersus & secu- pulosus, igitur securior pars est eligen- da. Neimpe que docet montem hunc esse vsurarium. Nanque in dubijs tutior pars est eligenda: cap. significasti. & cap. ad audientiam. de homicid. c. 10. & ca- pit. iuuenis. de sponsa. & cap. si quis de- poenitentia. distinctio. 7. in simili tradit August.

¶ Et cōfirmatur hæc omnia, quia cōmu- nitas poterit deputare, ex proprijs sibi, vel agrū, vel celsum cōmunitatis, alendis ministris huius mōtis, & soluēdis eorū sibi- pēdijs, propter collocatas in hoc monte,

operas, igitur hoc debet facere. Quia con- currentibus duabus causis, altera nocente, altera proficiente, inspicienda est, quae prodest, vt notat Bar. in l. si vir. ff. de vsu cap. pro dote, igitur cum sit periculosa solutio operatum ex mutuo ipso, & sit proficua, ex proprijs communitatis, haec est eligenda via & alia aspernenda.

22. ¶ Vigesimo secundo ab omni scandalo- so contractu est abstinendū, talis est hic contractus ergo, antecedens patet, quia à multis doctissimis creditur vsurarius.

23. ¶ Vigesimo tertio, Deus mandat Exod. 22. si mutuo acceperis à proximo tuo ve- stimentum, ante solis occasum, reddes ei ipsum enim est solum in dumentum car- nis eius, nec habet aliud quo dormiat: at vero mons iste nō solum reddit pignus, sed per annum detinet, & tandē subhasta vendit vt patet ex descriptione montis supra posita.

24. ¶ Vigesimo quarto, Qui occasione dam- ni dat, damnum dedisse videtur. ca. si culpa & dam. da. extra de iniurijs. At ex hoc mōte cōsequitur occasio malorū, si quidē officiales eius, praedabūt eum, mutuo dando amicis diuitibus vt ditiores fiant, & pauperibus negabunt mutuum. Item pignora vendent viliori pretio quam va- leant, vt ipsi efficiātur domini pignorū.

25. ¶ Vigesimo quinto. Anima separata, nō est homo, neque corpus inanime est ho- mo, sed comūctum ex vtroque: igitur cū mutuum, item ex duobus constet, ex pe- cunia, vt materia, & datione & numeratione pro forma. Si ergo mutuas ratione pecuniae, nihil potest exigere vltra for- tem, ergo neque ratione dationis seu mu- nerationis, quia vtrunque simul mutuū est, & simili modo, neque pro labore referri bendi, quia hoc est voluntarium & in fa- uorem mutuantis.

Confirmatio. ¶ Item confirmatur, quia hic labor est accessorius ad mutuum, ergo debet con- sequi naturam sui principalis, vnde con- ficitur, quod oportet esse gratuitū. cap. accessorium. de regulis iuris. lib. 6. & l. cū principalis. ff. eod. tit.

26. ¶ Vigesimo sexto, Innocen. in. c. Nauiganti. de vsuris querit, an pecuniae bacu- lus possit pro suo labore pecuniam reci- pere. Et distinguit, aut est merus porta- tor vt agasones, qui trāsferunt pecunias ex loco, in locum. Aut, est portator, ad

hoc quod ipse mutuo det, si primum fas est pro delatione mercedem accipere, id quod faciunt agasones, pro regali trans- portando vno, dipondia duo ex Hispani- li, in Salmanticam, si secundū indicat esse vsurarium. At vero tales sunt isti officia- les montis pietatis, qui portant pecuniā vt mutuent.

¶ Vigesimo septimo, factores mercato- rum si eis seruiunt in licitis & honestis possunt reportare mercedem, at si ser- uiunt ad vsuram dantes nullam merce- dem merētur, vt Alexan. Aletensis in suo tractatu de vsuris tradit, quem sequitur Petrus Paluda. in. 4. dist. 1. §. q. 2. art. 2. & Floren. 2. par. suae summæ. tit. 1. si igitur isti factores, qui quod lucrantur non sibi sed suo principali lucrantur, nō possunt referre mercedem, igitur multo minus, qui ipsi sibi parant mercedē ex mutuo.

¶ Et confirmatur, quia si propter operas quas collocant, isti ministri referre testā- tur mercedem ex mutuo, possent se eri- pere ab hoc labore petēdo fideiussores, qui debita certa facerent: & tunc mutuū esset gratis datum. Quia sub hac fideiussu- sione benē tutas esset mons pietatis, & cessaret extorsio pignorum & subhasta- tio eorundem.

¶ Et confirmatur secundō, quia huius- modi pignora sunt in fauorem ipsorum ministrorum, & ad securitatem sui stipē- dij reportandi. Quae igitur ratio fert, vt stipendium referant pro conseruatione pignorum, quae tota est in fauorem ipso- rum conseruantium. Nam ad hoc extor- quēt pignora, vt ex pignore, certum ha- beant suum stipēdium, est enim pignus, tanquam fideiussor quidam.

¶ Vigesimo octauo, ministri hospitaliū, seruientes hospitalibus, nihil referunt de pertinentibus ad pauperes, igitur neque ministri montis, quicquā debēt referre.

¶ Vigesimo nono. Quia fundamentum assertorum montis huius, quod princi- pium autoritate & episcoporum mons iste fulcitur, ruit, siquidem auctoritas hu- mana non potest probatas habere vsu- ras, quas diuina resellit auctoritas.

¶ Vigesimo. Qui ex mutuo, habet ex- crescentiam est vsurarius, at vero mi- nistri montis ex mutuo habent ex- crescentiam. Quia praesidentes distri- buentes mercedem officialibus montis,

27.

Confirma- tur.

2. Confirma- tur.

28.

29.

30.

ex

ex mutuo reportant illam ex crescentiā, quam illis distribuunt. Nam nemo dat quod non habet. l. Nemo. ff. de regul. iuris.

31. ¶ Trigesimo primo, non licet transferre ex vi mutui, dominium rei alienae neq; in me, neq; in alium, quia nefas esset pa- cifici cū alio, cui ego mutuū dedi, ad hāc rationem da mihi sortem, & ex crescen- tiam da pauperibus pro quo faciunt notata in. c. nullus, de regul. iuris in. 6. ergo neque licebit in contractu montis pietatis, pacifice quod detur aliquid vltra sortem ministris.

¶ Haec sunt principalia argumenta, quae ab hostibus montis huius pietatis sunt excogitata, vt hunc montem pessunda- rent, verum firmas habens radices, & in fundamento veritatis constitutus, etsi tot arietibus, & machinis sit argumen- torum impetitus, nihilominus non fuit demolitus.

¶ Habet autem in fundamentum, a po- pto apostolicam auctoritatem Leonis X. supra in- dicati. Habet item concilium Tridentini. sessio. 22. cap. 8. §. 2. ubi satis insinua- tur, probatum habuisse concilium hunc montem dum eidem curando & visitan- do, vt hospitalibus episcopos delegat.

¶ Et rursum quia hostes huius montis, se- fulciunt inani fulcro, videlicet, quod mi- nistri huius montis, referunt mercedem seu stipendia sua, propter mutuum, cum hoc sit falsum. Quoniam vt perspicuum est ex capitulis eiusdem montis eos nō referre stipendia propter mutuum, sed quia locati sunt, & conducti ad hoc mini- sterium, ad providendum, scilicet, de mu- tuis pauperibus. Et quidē isti agunt cau- sam pauperum, & sunt velut procurato- res eorum, & ideo nihil mirum quod ex substantia pauperum illis de mercede provideatur.

¶ Est autem obseruandum, in contractu huius montis esse quatuor contractus, quos non spectantes aduersarij, seducti sunt eum condemnantes. Est sane con- tractus mutui, quippe ministri montis mutuo dant indigentibus ciuibus pecuniam quam conceditam habent ipsi ab ipsa republica ad hoc ministerium. Est item contractus locationis: quoniam di- spensatio huius mutui non potest ritē di- spensari, nisi deputentur, & conducan-

tur viri diligentes, & bonae fidei, qui sint dispensatores fideles horum mutuum, est item contractus pignorationis. Nam quae indigentes petuntur mutuum, pigno- ra tribuunt, in securitatem stipēdij atq; nati à republica, illis officialibus huius montis. Quibus incumbit, huiusmodi pignora sub sua custodia ille gā tenere, & illa scriptis mandare, cum pignoranti- bus, & scribere pecuniam mutuam, & diem mensē & annum in veritatis tes- timonium exhibendum, tempore solu- tionis mutui, item est contractus alter mandati seu commissionis. Siquidem reipublice rectores, istos ministros deli- gunt huic muneri obeundo: & illis con- scribunt stipendia secundum quod ad- uerterint, pro ratione laboris eidem cō- uenire, sunt ergo duo horum contractuū celebrati, inter reipublicam, & ipsos mi- nistros, videlicet locationis & mandati: & alij duo, initi inter ministros, & ciues indigentes, videlicet mutuum, & pigno- ratio, sunt porro alij contractus, qui con- sequuntur ad contractum montis vide- licet venditio pignorum, quando non sunt soluendo, pignorantes, & solutio mutuum. Isti autem omnes cōtractus sunt liciti ex iure naturae dimanantes, & ex iure gentium, & iure ciuili, ergo con- tractus montis si nullum includit contra- ctum nefarium, sed omnes quos includit lex naturae, probat, & nulla humana re- probat, qua ratione, audent isti aduersa- rij contendere esse vsurarium?

¶ Et quidem si esset vir pinguisimae sub- stantiae, qui non habens haec redēs, veller quin quaginta millia ducatorum, depo- nere in arario publico asseruanda, in sub- leuamen indigentiae pauperum. Et ad- uertens, quod si haec summa pecuniae do- naretur pauperibus cito absumeretur, volens eam perpetuo seruire indigen- tibus leuandis pauperum, constituit vt mu- tuo illis detur. Ceterum, quia vt mutua haec fideliter dispensentur & vnicuique pro ratione suae indigentiae, necessum est, quod si fideles viri huic obeando deli- gantur munerij, qui quia non debent huic seruire operi gratis, operē pretium est, vt referant sui laboris stipendium, & quia pauperibus isti seruiunt, iustum est quod à pauperibus etiā sua mercede donentur. Hic contractus, in coinquina-

Cōrahētes in cōtractu montis qui sunt.

¶ Et quidem si esset vir pinguisimae sub- stantiae, qui non habens haec redēs, veller quin quaginta millia ducatorum, depo- nere in arario publico asseruanda, in sub- leuamen indigentiae pauperum. Et ad- uertens, quod si haec summa pecuniae do- naretur pauperibus cito absumeretur, volens eam perpetuo seruire indigen- tibus leuandis pauperum, constituit vt mu- tuo illis detur. Ceterum, quia vt mutua haec fideliter dispensentur & vnicuique pro ratione suae indigentiae, necessum est, quod si fideles viri huic obeando deli- gantur munerij, qui quia non debent huic seruire operi gratis, operē pretium est, vt referant sui laboris stipendium, & quia pauperibus isti seruiunt, iustum est quod à pauperibus etiā sua mercede donentur. Hic contractus, in coinquina-

tus, & sanctus est, si quidam vir hic deponeas pecuniam suam, ad mutuum ad perpetuum bonum pauperum, est mutuas, & nihil refert ex mutuo nisi perpetuam gloriam, ex tanta magnificentia erga indigentes. Ministri autem referunt quidem ex mutui dispensatione stipendia, at non propter mutuum, sed propter suam laborem, & ministerium in quod sunt deputati. Et solum referunt quod sibi vel ab ipso diuite, vel ab ipsa republica est præscriptum, ubi igitur in contractu illo vsura? utique nullibi. Talis autem est contractus montis pietatis, si igitur ille est probandus, cur hic reprobandus?

Aliquando mutui est causa sine qua non refertur aliquid ultra fortem & sine vsura

Præterea fac, quod Petrus mutuo petat, à Ioanne centum coros tritici, quos Ioannes habet. Ioannes respondet Petro, se habere illos remotes, ideoque si Petrus eos mutuo vult habere, necessum est, quod Ioannes quærat baiulos tritici, si tunc paciscatur Ioannes cum Petro, de pretio baiulorum, & mensuariorum, & hæc referret, ultra coros tritici, nunquid esset vsura? non sane: quia non propter mutuum hæc refert, sed propter translationem & mensuram frumentorum.

Est igitur mutuum causa sine qua non ministri prædicti referunt sui laboris stipendium ultra fortem mutui, non tamen est causa per se efficiens: quia ut aiebam, etiam si ex mutuo, non tamen propter mutuum, ministri stipendium ferunt sed propter laborem suum. Quod si dixeris imo est causa necessaria, quia non mutuo darent, non referrent stipendium, concedimus esse causam necessariam, verum non est ob id causa perfecta: quia multæ sunt cause necessariae, quæ non sunt cause per se, ut apertio fenestæ est causa necessaria ad illustrationem cubiculi, non tamen est causa per se, quia apertio fenestæ, est solum remotio impedimenti, non tamen est efficiens lucem. Quia non est si aperias, nulla lux solis per apertionem infundetur. Ita prope mutuum in hoc præhabito contractu, est causa non efficiens lucrum quod reportatur ultra fortem, sed solum sine qua non contingeret huiusmodi lucrum, ex hypothesi, non tamen simpliciter, quia mutuum, potest iniri sine locatione, et si in contractu montis non est sine locatio

Mutuum potest esse causa necessaria sine vsura alicuius lucris ex mutuo ultra fortem non tamen potest esse causa efficiens.

Vnde etiam sequitur in simili causa si Petrus habet remotes centum aureos, petuntur mutuo à Ioanne. Ait Petrus iis sunt centum aurei, quos mutuo à me petis, at vero non habeo hic apud me, sed sunt mihi verbi causa Cordubæ, si vis mutuo tibi exhiberi, est necessariu, ut famulus meus illo tendat, relaturus, si famulus ergo Cordubam concesserit, & retulerit aureos numos, & Petrus eos mutuo dedit Ioanni si impendia facta in itinere exegerit, nihil vsuræ ob eandem causam admittit.

Accedit eisdem, quod vulgatum est inter optimam theologorum classem, cam profori fas esse, propter operas quas collocat in administrando cambio, lucri reportare non nihil. Aut quod est taxatu secundum consuetudinem fori cambiorum, quod Hispanè dicitur, segun anda la lonja, aut secundum taxationem principum, ergo cur isti ministri nefas admittent vsuræ, si propter administrationem huius montis lucrum nonnullum reportauerint? Quamobrem, in disputatione hac nulla iam texenda est dubitatio, quam decrevit summus Pontifex Leo X. & ipse indicat loco prænotato, alios Pontifices, idè annuisse: quam quoque decernit ipsa ratio naturalis, ut sæpè admonuimus.

Ex istis non erit obscurum respondere dubio proposito, ex cuius occasione venit in mentionem montis pietatis contractus videlicet an fasset reipublice in situere officialem, ad mutuanas pecunias, indigentibus, qui ex arario publico, sui laboris reportaret mercedem. Næque fas esse exploratum est, iam ex præcedenti disputatione. Et non solum ex arario publico, et si hoc esset optimum, sed ex ipsa pecunia mutuata, si non propter illam reportaret mercedem. Modo hæc taxata illi esset, à republica: ne ex immoderato stipendio, quod ipse sibi mutuas vsurparet plus gravaret pauperes, quam ex mutuo subleuaret.

Porro petet aliquis, & quid si quis ex privata autoritate, hoc faceret videlicet, petendi ab alijs pecunias, ut alijs mutuo daret? Et in negotio isto, sedulus esset, & operam non medioerem suam nauaret huius officio exercendo, scilicet laborando, ut pecunias pararet, ut alijs ex mutuo subue-

Alius casus notandus.

Solutio Primi dubij

subueniret, utiq; simpliciter loquendo, idem habet respõsum, quod priora. At si ex propria fiat autoritate, à suspicione vsuræ huiusmodi non vacaret, siquidem se intronitabat in mutuando, ex aliorum paratis pecunijs & ipse sibi taxans pretium, quis dubio verteret, quod sibi plus taxaret, quam par esset & ideo ad palliandas vsuras, huiusmodi homo, hoc sibi officium arrogare quilibet suspicabitur. Porro si accidisset, quod purè & sincere laboraret, & impense studeret parare pecunias, ut indigentibus opem ferret ex mutuo, quod tunc propter laborem suum nonnihil moderati lucri vsurpet, non esse vsurarium ex dictis promptum est: verum multa mihi licent dicebat B. Paulus. 1. Cor. 6. non omnia expediunt. Quoniam multa ex genere sunt illicita, quæ ex circumstantia redduntur illicita.

Suspicio vsuræ.

Responsio argumen.

Iam reliquum est, ut argumenta proposita absoluaamus. Primo igitur dices contractum præfatum, non reddere pauperiores mutuatarios, imo ditiores. Quædoquidem eripit eos à faucibus Satanicæ voracitatis vsuræ: enim facile deglantur substantiam eorum, qui accipiunt pecunias ad vsuram. In contractu autem montis, indigentes accipiunt mutuum, & quod illis datur mutuo, ipsi tenentur restituere, & solum ab illis demitur quod ipsi tenentur erogare, ministris montis, non quia mutuo dederunt sed quia pauperibus inferuiunt retinentes eorum pignora & obligantes se, eadem eisdem illa restituere.

Secundo dices, quod ut præmonuimus inter differendum in contractu montis miscentur alij contractus. Namq; ibi est contractus locationis, & conductionis. Hic autem contractus, non est gratiosus sed onerosus. Quippe qui conducitur ex precio conducitur, & qui suas locat, operas ex pretio locat iuxta illud euangelicum Matth. 20. Nonne conuenisti mecum ex denario diarno: quocirca, mutuanas in hoc contractu siue ministri, siue cõmunitas, quatenus mutuat, nihil lucri reportant verum ministri, quod reportant lucrum, non quia mutuo dederunt, quia hoc gratis dederunt. Neque enim pacti sunt de pretio propter mutuum, sed propter operam quam na-

uant in administrando monte pietatis, cui nauanda sunt conducti. Quod si obieceris, pauperes pepigisse cum republica, de exhibendo aliquid ultra fortem ministris, & hoc pactum non est gratiosum, at mutuum gratis omnino debet fieri, neq; exhibendum est aliquid ultra fortem, vel mutuandi, vel alicui tertio in fauorem mutuantis.

Respondetur hoc esse fatendum, si datur tertio aliquid ultra fortem, ratione mutui, siue propter ipsum mutui contractum. Nunc autem si exhibetur aliquid tertio, ex locatione siue ex conductione exhibetur. Si quidem ministris, quod datur ultra fortem, est opere suæ pretium, non mutui.

Itaq; quod accedit forti, non est ad utilitatem, vel fauorem mutuantis, aut cuiuspiam alterius nomine ipsius mutuantis. Imo datur tertio ratione conductionis, ut dictum est. Imo si res bene expenditur, in vsura est lucrum ex mutuo, quia mutuans plus habet propter mutuum. Et plus habere est excedere iustitiam contractus, unde hoc vocat Aristot.

Mutuum gratis dandum & nihil debet recipi à mutuatore vel à tertio in fauorem mutuantis.

Ethi. cap. 6. lucrum, quod fit cum iniuria contrahentis, ubi ergo in contractu nulla est iniuria, neq; etiam est lucrum, quod vero ministri referant ultra fortem, sibi taxatum stipendium, non faciunt iniuriã pauperibus, quia reportant quod suum est, & quod partum est ex suo labore iusto, & ideo ex mutuo nullum reportant lucrum, quia quod suum est reportare, non est lucrum, esset autem dandum non reportare. At vero mutuans iuste poterit seruire se indemnem ex suo mutuo, ut notatur à docto. cap. 1. de vsuris, & ca. Dilecti de foro competentis, quod si adhuc obieceris contractum locationis viciare contractum mutui. Respond. inficiando. Non enim viciat, quippe sunt isti duo contractus, secundum essentiam distincti, quia vnus non intrinsecè includit alium. Nunc verò per accidens connectuntur in monte pietatis. Quia mutuantes conducuntur ad hoc ut mutua fideliter dispensent. Et quia sicut qui altari seruit de altari viuere debet, ita qui seruit monti, de monte viuere debet. Et monti nihil soluitur propter mutuum ut sæpè dictum est, sed solum ministris montis, quatenus sunt ceu

Quid vocet Aristot. lucrum.

1. Co. 6.

pau.

3. pauperum procuratores. Tertio dices, quod in contractu hoc montis est aequalitas iustitiae commutativa. Tantum enim accipitur quantum redditur. Nam denarius qui datur ex quolibet aureo nummo verbi causa non datur a mutuatariis ut mutuatarij dant sed ut exorantes propter mutuum, neque recipitur propter mutuum, sed ob causam relatam. Denique quod mons ultra recipit, quam dedit, non ut mutuantis, sed ut laborans accipit in administratione necessaria ad conservationem tanti boni publici, si mutuo igitur datur aureus, aureus quoque soluitur denarius vero ultra recipitur non propter mutuum.

4. Vnde etiam patet solutio ad quartum contractum huiusmodi non esse contra Dei preceptum. Namque Dei preceptum est, nihil recipiendum esse ultra sortem propter mutuum. Non tamen est contra Dei preceptum, quod quilibet vescatur ex sudore vultus sui cum dignus sit operarius mercede sua Luc. 10. Imo indigentes ex hoc mutuo, maiorem utilitatem percipiunt, quam mons mutuando. Namque illi se afferunt a baratro vfararum, in quod labuntur sepe sine indigentibus. Et postquam in illud inciderint, consumpti iacent, infixi in limbo profunda paupertatis, & miseriae. Et illud eis praestare, ne demergantur in hoc baratru est summi beneficii, & hoc beneficiu mons impartitur illis, & quod in remunerationem tribuunt pauperes est solum mercedem reddere operarijs, id quod iustitia commutativa docet. Namque mutuantis non tam gratis tenentur mutuare, ut sint donantes. Non enim sunt donantes, sed mutuantes, vnde in mutuatario infigitur obligatio soluendi, quod mutuo accepit. Neque hoc solum, sed soluendi damnum si quod propter mutuum resultat, seu interesse, ut Theol. in 2. 2. quaestio. 77. ar. 2. ad. 1. & Theolog. in 4. dist. 15. tradunt, vnde infertur, quod mutuatarij ex hoc monte, non gravantur, cum potius plurimum releventur, sicut non gravantur donatarij, si domo accipientes possessiones aliquas, colentibus illas possessiones, suum solvant stipendium.

5. Vnde etiam patet responsio ad quin-

tum argumentum falsum namque est hunc montem esse contra charitatem proximi, cum sit in favorem charitatis proximi institutum.

6. Sexto, vero dices falsum quoque esse quod ex contractu huius montis pecunia pariat pecuniam. Namque pecunia quae recipitur, ultra sortem, non est propter pecuniam mutuam, sed propter laborem & operam, vnde labor est qui parit pecuniam non pecunia mutuantis: ut namque est mutuantis in hoc monte nihil recipit, sicut neque mutuatarius aliquid ultra dat ut mutuatarius, sed ut pignoras, vel dans custodienda monti sua pignora ut praedictum est.

7. Septimo dices maximum intervallum esse inter montem pietatis fidelium, & montem impietatis Iudaeorum. Quoniam isti propter mutuum accipiunt ultra sortem, & ob hanc causam, ut securum sit focnus, accipiunt pignora, in monte pietatis non item, vnde Iudei non a republica habent taxatum stipendium pro securitate pignorum, neque ipsi instituntur a republica huic muneri obeundo, ut in monte pietatis, sed quilibet pro sua avaritia vfararias corradi, & expilat, quos potest pauperes.

Quod si insultas, quia mutuum in monte pietatis est causa per se, ex crescentia, quae reportatur a ministris, ut in mutuis Iudaicis. Respondetur, mutuum non esse causam per se nisi quando ex intentione mutuantis propter mutuum suscipitur ex crescentia. At vero in monte pietatis, non est haec mutuantis intentio propter mutuum suscipere ultra sortem, sed propter ministerium.

Est ergo mutuum in monte per accidens causa ex crescentiae, & non per se. Nam causa per accidens, est remota impedimenti, & non est influxiva effectus, vnde si obieceris causam per accidens nihil operari, at mutuum in monte isto operatur ex crescentiam, scito causam per accidens esse operativam, quia remouet impedimentum, aut est causa sine qua non erit effectus, non tamen est influxiva, ut supra dicebamus. Mutuum igitur, quod operatur ex crescentiam in monte hoc non est ex contractu mutui sed

Causa per accidens operatur sed non influendo

In causis per se semper aucta causa auget effectus intellige nisi impediat.

sed ex accidenti sibi contractu locationis. Adhuc insultat forsitan, augmentata causa per se, augetur effectus, quae diminuta diminuitur: siquidem quanto maior est lux, tanto maior est illustratio. At si mutuum sit maius, etiam ex crescentia erit maior, igitur mutuum est causa per se huius ex crescentiae cuius sit in praesentia mentio.

Respondet, quod tam in causa per se, quam per accidens, hoc inuenitur, quod aucta causa augetur, & effectus. Nam quanto magis referatur fenestra, tanto magis illustratur cubiculum. Etiam si in causis per accidens non semper est hoc necessarium. Quando quidem qui fodit scrobem reperit thesaurum, utique fodit causa per accidens est repetitionis thesauri, non tamen ex maiori fossione crescit thesaurus, sicut ergo fossio, & thesaurus coniunguntur per accidens. Accidit enim, quod fodienti in loco fossionis, latet thesaurus, ita prope modum, contractui mutui accidit contractus locationis, ex quo recipitur aliquid ultra sortem. Ideoque mutui causa est per accidens, quod aliquid referatur ultra sortem. Et quia crescente mutuo, pignora locupletiora sunt tradenda in custodiam & ad locupletiora pignora necessario augenda venit diligentia, & custodia solertior adhibenda, inde provenit, quod tunc locationis opus, sit laboriosius, vnde & stipendium maius ideo per accidens ad mutui augmentum, sequitur ex crescentia stipendij. Quae alioqui per se ex contractu locationis provenit. Ceterum quia hoc stipendium est praescribendum a praesidentibus montis, quorum interest post solutionem mutuatorum ex collectis huiusmodi pecunijs, tribuere officialibus, studiis sui, & laboris pretium, & quod reliquum est, mutuatarijs perfoluere: ut supra tradebamus, ideo poterit accidere quod crescente mutuo, mutuatarijs minus contingat pensionis soluendae officialibus. Quia ex magno augmento mutuatorum pensio ite creuit, ex cuius incremento, resultat stipendium excipiendum, pro officialibus, & superfuit quod est impartendum mutuatarijs etiam si cum prorogatione temporis facta fuerint mutua.

In causis per accidens non semper aucta causa augetur effectus.

Hoc obiter.

Hincque discis facile, longe abesse huc

contractum ab vfararia labe. Quandoquidem in vfaris, non hoc accidit, quod crescente mutuo, decrescat vfarum, imo diuersum.

Octavo respondebis, montis pietatis contractum, neque ex intentione contrahentium, neque secundum formam suam esse vfararium. Enimvero, si intendunt officiales & praesidentes quod detur monti aliquid ultra sortem, non intendunt propter mutuum, sed ob causas saepe commemoratas, & ut diximus saepe, mons iste, nullum ex mutuo lucrum reportat. Neque enim ex maiori mutuo, quod dat fit ditior, neque ex minori pauperior, quia quod forti accedit, non auget ipsam sortem, quae est substantia montis, sed solum a praesidentibus monti huic distribuitur in stipendium officialibus. Id quod ipsi taxant habita ratione laboris.

Et ne crescat fors ipsa, quod superest solutis stipendijs, sibi non referuat mos, sed mutuatarijs distribuit, pro ratione dati, & accepti mutui.

Solum ergo intendit mons iste suam sortem habere semper saluam, ut inde perpetuo habeat vnde mutuo det pauperibus, vfararij vero sive Iudei, sive quis alij, qui ex hoc vfaris contaminantur vicio, sortem quam mutuo dant intendunt ex lucro augere, & non abfoluit eos solum eam habere saluam, quod debuisset illis sufficere ut euaderent vfarum, quod mutuo, scilicet, dant saluum habere, sine ampliori lucro, imo intendunt capitale augere, quantum possunt ex superex crescentijs.

Contrarium vero fit in monte, quia solum intenditur saluam habere sortem, neque enim volunt vberiorum eum facere contenti quod ipsa integra sine diminutione perseueret.

Vnde palam constat in monte hoc non esse vfarariam pestem, quidquid Caieta, & alij ante eum obloquantur contra montem istum, vnde si essent qui vellent ex propria pecunia labori officialium satisfacere & pauperes releuare, a soluendo, non ob id mons fieret ditior, vel pauperior, quam est, soluendo salaria impendio mutuatariorum.

Nono dices, finitionem illam vfaris, non congruere monti, quia est intelligenda esse vfarum, quando aliquid accedit

8

9

dit forti, ex vi mutui. Modo autē quod accedit forti, nō est ad augendā fortem, sed ad solūda stipendia officialium, pro distribuenda forte, & ideo monti nihil accedit, si ex arte rem pendis, ultra forte: quia ex hoc accessu, nō fit pinguior substantia montis, sed neq; mutuantes sūt ditiores vt prædiximus.

¶ Vnde solues quoq; replicantis obiectionem, quod vidgicet in contractu usurario, capitale & lucrum est semper saluum. Siquidem in monte isto solum capitale est saluum, at vero vt dicebam pridem lucrum nullum est, stipendium enim quod debetur lucrum non est.

¶ Decimo respondebis, quædam esse gratis concedenda, sed non omnia. Namque spiritualia, vt. 2. li. diximus, & illis cōnexa, gratis sunt impartienda, iuxta domini verbum gratis accepistis gratis date, vt in. c. Baptizandis. & c. Quia quidquid, & c. Quibusdam, & c. gratia. 1. q. 1. & c. 1. de simonia. & ca. in ecclesiastico. 13. q. 2. item in iure ciuili, quædam dicuntur fieri gratis, vt in. l. furti. §. pactus. ff. de his. qui no. in fa. & de postula. l. 1. §. Deniq; Et huiusmodi, qui tenentur spiritualia impartire, si ex pretio impartiantur sunt simoniaci, qui auēdunt spiritualia, quæ supære natura sunt inuendibilia. Et item secularia, qui tenentur præstare, iniustum committunt, si ea vendant, & obnoxij sunt restitutioni, vt iudex vendens sententiam suam, aut testes vendens testimonium veritatis, quod tenetur gratis testari. l. 2. in fine. ff. de condition. ob turpem causam.

Spiritualia qui vendit simoniacus est. 3

Qui tenetur ad officiu in iuste facit, si pretio conductus facit

¶ Sunt porro alia quæ non tenemur gratis exhibere, vt qui locat se ad opus aliquod faciendum vt ad edificandum, vel colendum agros, & c. potest mercedem suam exigere. 1. Cor. 9. Nemo militat stipendijs proprijs & Luca. 10. dignus est operarius mercede sua, vt. 13. quæst. 1. §. His itaq; & c. 28. q. 1. c. iam nunc in fine & c. cum ex officij de præscrip.

¶ Cæterum etiam si testis verbi gratia, tenetur gratis testari verum, si iter faciendum est illi, vt testetur super aliqua causa veritatem expensas potest exigere, vt habetur. c. 1. & c. 2. de usuris. & c. cum ab omni de vita, & honestate cleri. Nemo enim tenetur pati damnum, etiam pro eo quod gratis facere tenetur. l. ex man-

dato. ff. Man. & c. cum sit Romana extra de simonia.

¶ Quocirca, etsi propter mutuum, nihil sit referendum verum ministris non tenentur proprijs expensis, locare domum ministerio huic aptam, & libros emere, & conscribere, & c.

¶ Neque verum est, quod respública tenetur necessitatibus ciuium subuenire ex proprio arario gratis, sufficit enim, eis subuenire, neq; expensas quas facit ad subueniendum, proprias esse est necesse. Namq; si aduertit respública, scilicet rectores Ciuitatis, venturam sterilitatem, fat est si operam dent colligendis in horreum frumentis, cæterum non tenentur frumenta hæc gratis impartire ciuibus, sed expensis ciuium colligenda sunt frumenta. Nisi tanta esset aliquorū penuria, quæ cogeret eos fame periclitari, quia extremam patiuntur necessitatem, ad quod non accidit in proposito monte. Nam si accideret, etiam sine pensionem dandum esset mutuum ad emendum panem. Imo etiam sine mutuo, si non speratur solutio, maximè si res quæ gratis conceditur modica est. Non autem grauandum est reipublicæ ararium, quod est ad bonum publicum asseruatum, scilicet, ad defensionem ciuium tempore belli, ad fontes construendos, & pōtes, & stratas reparandas vias & alia hoc genus, munia publica, vt leuetur indigentia horum vel illorum particularium, nisi in casu extremæ indigentia, vbi bonum publicum sit extremè indigentis, solum quantum suæ subuentioni extremæ est necessarium. Quin imo nisi modica res esset, ex magna subuenire non tenetur gratis respública. In necessitatibus autem alijs non tenetur respública, neque in magno, neque in minimo subuenire tenetur ciuibus gratis. Imo prius debet bono publico consulere, deinde priuatis, vnde dixit Seneca lib. 2. de beneficijs, dabo egenti, non vt ipse egeat. Nullus enim tenetur pro alio angustias pati, & alijs facere satis, & se perdere. l. si quando. C. de testa. & l. Nuper in fine, & ca. si Romanorum. 19. dist. Neq; tenetur quis suo dāno negocijs amici consulere. Per textum. l. Postulante in fine. ff. ad Trebel.

Bono publico prius cōsulendū, quæ bonis priuatis.

¶ Vnde decimo primo respondebis, quod casus

casus montis pietatis includitur in casibus enumeratis, quando fas est aliquid recipere ultra fortem. Namque glossa ad c. conquestus de usuris excipit casum dāni euitandi, & sub hoc comprehenditur casus de quo in presentia differitur. Et idem recensetur in c. quoniam multi. 14. q. 4. Et quamuis casus non sit expressus formaliter, neq; exceptus, est similis exceptis, vnde & eandem subit iustitiæ rationem ex. c. cum dilecta, de confirma. vtili, vel inutili. Nunc autem recompenfare laborem officialium, est illis debitū, & non recompenfare, esset eisdem noxium, & damnum afferens.

Nemo tenet suo damno alijs cōmune. 22.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

casus montis pietatis includitur in casibus enumeratis, quando fas est aliquid recipere ultra fortem. Namque glossa ad c. conquestus de usuris excipit casum dāni euitandi, & sub hoc comprehenditur casus de quo in presentia differitur. Et idem recensetur in c. quoniam multi. 14. q. 4. Et quamuis casus non sit expressus formaliter, neq; exceptus, est similis exceptis, vnde & eandem subit iustitiæ rationem ex. c. cum dilecta, de confirma. vtili, vel inutili. Nunc autem recompenfare laborem officialium, est illis debitū, & non recompenfare, esset eisdem noxium, & damnum afferens.

¶ Duodecimo dices, diuersum esse, si quidem monsitus fuit excogitatus, vt obstrueret fauces usurariorum, & fraudibus eorum obuiaretur.

¶ Decimotertio dices, quod per montem impeditur via ad vfuras faciendas, & ideo plurimum abhorret, vt sit via ad vfuras: vt ex præhabitis liquidum est. Et ideo quidam sunt præfidentes in hoc monte, & alij ministrantes, illorum inter est rationem exigere, & horum rationē reddere, de rebus pertinentibus ad montem & præfidentes sunt vel prælati, vel rectores ciuitatis, ideoque nulla est via probabilis ad vfuras patrandas.

¶ Decimo quarto, respondetur, quod huiusmodi præfidentes, si mutant per ministros, non mutant, vt ipsi ditiores fiant aut, vt aliquod lucrum ex fœnore reportent, quia quod amplius datur, non est, vt augeat substantiam mōtis, sed ob causas sæpè consignatas.

¶ Decimo quinto respondebis, quod etsi communitas potest de facto, non ex iure, & mutuum dare, & aliquid ultra fortem accipere propter mutuum in præfenti casu, non facit.

¶ Decimo sexto respond. quod etsi inter est respública quod sint sui ciues diuites, non tamen interest, quod damno rei publicæ, ditescant.

¶ Decimo septimo dicito, quod nihil potest referri ex mutuo, neque à mutuante nomine suo, aut in fauorem alterius, quando id quod refertur est propter mutuum, sed si non est propter mutuum, sed vt mutuan non patiatur damnum si proprijs expensis seruiret mutuataris tunc fas est.

¶ Decimo octauo respondebis, quod in contractu usurario dilatio temporis est, propter quam fit vfura, at vero in contractu montis etiam si interueniat dilatio temporis, & qui diutius moratur, non soluens, ille plus soluit, at vero quod soluit plus ultra fortem non est lucrum mutuantis, sed est stipendium laborantis: ideo temporis dilatio in hoc contractu non parit vfuram. Quoniam non propter solam temporis dilationem soluitur ultra fortem, sed propter contingentem administrationem montis sub illa dilatione, quæ quanto maior est; maiorem exposcit mercedem. Et si oculatius rem spectamus, ex dilatione temporis refertur aliquid ultra fortem, non propter contractum mutui, sed propter locationem, & istud fas esse, nemo inficiatur. Quid quod etiam si solus esset mutui contractus, propter damnum emergens licebat, vt satis perspicuum est obseruanti diferta, vnde supra diximus campforibus, si ex dilata solutione damnum incurrint fas esse illis plus reportare interesse. Et quod scias hoc etiam argumentum vovus est Caietan. contra montem istum, sed ab re, vt vidi disti.

Dilatio temporis nō semper parit vfuram.

19.

¶ Ad decimum nonū respondebis, quod etsi maior labor adhibetur in custodienda veste, quam in vase argenteo custodiendo, cæterum maioris est periculi custodire vas argenteum, vel aureum, quā vestem, vnde periculum vnus recompenfat laborem alterius: quocirca nulla est inæqualitas. Et hoc est alterum argumentum quod vsurpat Caieta, ad opinionem suam constituendam contra montem pietatis, quod tamen soluitur modo prædicto.

¶ Et rursus admissa inæqualitate est quidem inæqualitas in minimo, & ideo non curanda: quoniam huiusmodi inæqualitas, non facit iniusticiam vt visum est in. 2. lib. quoniam in huiusmodi minimis præsumitur donatio, & nullus creditur dolus, vt Theologi tradunt in. 4. dist. 15. & Tho. 2. 2. q. 77.

¶ Et demum non solum pro custodia pignorum recipitur aliquid ultra fortem, sed propter domum conductam, propter obligationem assidendi in domo pro scripturis & libris rationum, pro subducendis item rationibus. At vero hæc

19.

hæc æqualia. Nam ministri ex æquo tenentur omnibus indigentibus ad suum impendendum eis ministerium. Et domus est æqualiter pro omnibus conducta, & libri. Et æqualiter tenentur de reddenda ratione siue eis qui multam pecuniam mutuo acceperunt, siue ijs qui paucam.

20.

¶ Vigesimo respondebis, in contractu montis, non esse considerandam moram, siquidem in hoc contractu nihil ultra sortem refertur propter mutuum, unde et si in mutuistenetur debitor ad interesse creditori quando fuit in mora in montis tamen contractu non hæc consideratur mora propter rationem præhabitam. Quia autem in hoc contractu motus est contractus locationis, & ministri qui sunt conducti ad ministerium, quotidie ministrant, & seruiunt monti, ad versus indigentibus, ideo quotidie illis debita est merces, unde non expectatur mora debitoris, quia quotidianum ministerium temporis moram non expectat.

ex pacto mutuatariorum tenetur ad interesse mutuantis etiam antequam sit in mora.

¶ Vel secundo respondebis debitorem teneri ad interesse, quando est in mora. Et creditor habet actionem sed interesse exigendum solum quando debitor est, in mora, & non prius. Hoc autem verum est cessante omni pacto. Porro si ex pacto aliter conveniatur inter contrahentes, mutuante scilicet, & mutuatarium, etiam ante moram poterit teneri debitor ad interesse, ut si mutuans conveniat cum mutuatariorum, quod si quod interesse patiarur propter mutuum, quod mutuatariorum, ad solvendum teneatur, etiam antequam sit in mora. Nunc vero, hoc pactum est, & hæc est conventio inter presidentes, & ministros montis, & plebem & quasi contractus, quod indigentes accipientes mutuum continuo teneantur ad expensas, quas ministri faciunt, in administrando monte, quilibet scilicet, mutuatariorum pro sua rata.

Gener facit fructus fundi pignoratitiosos, quando non solvitur illi promissa dos.

¶ At vero contra solutionem obijciunt, aduersarij quia et si generosus sit lucrari fructus fundi, sibi in pignus dotis dati, quando dos non solvitur, quippe fert onera matrimonij, & pro leuamine oneris matrimonialis, fructus pignoratitiosos, vel fundi facit suos, ut traditur. c. salubriter de usuris, tamen genero non licet pacisci cum socero, quod certum ali-

quid ei præstet donec soluerit dotem, quam dare ei est pollicitus sub præsignato tempore ut testatur Ioannes Andreas in dicto. c. Respon. hoc placitum Ioannis Andreæ, non esse probatum modernioribus doctoribus, quibus confessum est, fas esse pacisci, quia si fas est parare sibi fructus pignoratitiosos fundi, tantisperdum non solvitur ei promissa dos à socero, cur non licebit propter eadem onera matrimonij subleuanda, pacisci de pecunia ferenda, quando dos promissa non solvitur?

¶ Est ergo hoc confessum doctoribus tu risconsultis super ca. salubriter de usuris, & in. l. infulam. §. de usuris. ff. solu. matrim. unde consequitur, quod sicut pro onere matrimonij fas est suscipere aliquid ultra dotem promissam, tantisperdum non solvitur: ita pro onere expensarum fas erit, non nihil in stipedium suscipere à mutuatarijs inter quos, & presidentes, & officiales montis est quasi contractus, de soluendis expensis.

¶ Vigesimo primo, respon. nihil esse scriptum in monte hoc, si contractus, qui in eo sunt rectè intelligantur. & ideo, non est spernendus tanquam periculosus sed amplectendus, tanquam valde utilis.

¶ Vigesimo secundo respond. melius consulitur indigentibus ex plebe, si mons pietatis habeat massam, vel substantiam montis unde providendum est ex mutuis civibus, si tota sit in pecunia numerata collocata, quam si in fundis, aut bonis alijs immobilibus, que vocantur bona radicalia. Ratio huius est, quia ista bona radicalia Hispanè hazienda rayz, et si vè dita plurimi aestimantur, at verò redditus quos reddunt suis dominis collatione ad suam estimationem sunt exigui. Namque domus, que valet mille ducatos, habet in proventum. 20. quotannis. Et rursus, quia hæc bona pro sui reparatione egent expensis. Et præterea quia sæpè non habent conductorem, & si vineæ sint, aut agrorum possessiones, accidit sæpè sterilitas, unde ex omnibus istis conditionibus bonorum immobilium, non bene consulitur monti, quia non poterit providere civibus tot si ex bonis immobilibus haberet facultates, quot providere poterit si in pecunia numerata, habet omnem substantiam suam ideoque si fundi

21.

22.

23.

si fundi illi donarentur monti, esse consultius illos diuendere, ut possent montis pluribus nutuum dare ut constat. Neque verum est, quod in hoc monte concurrunt duæ causæ, alia noxia, alia vtilis: imò nulla est noxia. Quia nihil periculi habet solvere stipendia ministris, pro suis collocatis operis. Et denique et si videretur alicui expedientius esse, quod isti ministri gratis seruirent, utique esset nocentius, quia qui gratis seruiunt non perpetuo seruiunt, & desidio se seruiunt quinimo quadamtenus ratione ipsius mutuariorum expeditibilis est, quod cum onere expensarum exicipiant mutuum. Namque cum hoc onere accipientes, non se extendent, vel non debebunt multa mutua accipere, ad superfluos sumptus, sed potius se coarctabunt ad necessaria, & huius moderationis causa est onus expensarum.

22.

¶ Vigesimo secundo, respon. detur, hunc contractum non esse scandalosum, quia nullam occasionem præbet offensæ, sed potius præbet charitatis erga fratres argumentum. Quod si qui ex illo capiunt occasionem offensæ scandalum est acceptum, & non datum. At huiusmodi scandalum, neque Christus caput vitauit, neque Christiani membra fugere obligantur.

Matth. 25.

¶ Aliter enim, si huiusmodi scandala essent vitanda, facile esset malignis, ut impudenter sancta opera scandala in plebe excitare, unde dominus Apostolis dicentibus, scis quod Pharisei audito hoc verbo scandalizauerunt, continuo subiecit, omnis plantatio, quam non plantauit pater meus eradicabitur finite, cæci sunt, & duces cæcorum. Scandala igitur, que à cæcis ex sua malignitate, & à ducibus cæcorum horum excitantur contentenda sunt.

¶ Quare apostoli clara voce resonarunt euangelium scientes turbandos esse seribas, & Phariseos imò totum orbem.

¶ Item Paulus huiusmodi malignorum scandalum in sinuato esse spernenda. 2. Cor. 2. dicens Christi bonus odor sumus, Deo his, qui salui sunt, & his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis, in mortem, alijs odor vitæ in vitam, transferuntur verba. c. vnico. §. ad exhibendum de sacra vnctione, & cap. Nabucho donoso. 2. 4. quæst. 4.

¶ Et quidem, si aduersarij montis scandalizantur, approbantes montem edificantur. Neque est rationi consentaneum, quod plus fidei habeant aduersarij, & hostes, quam amici & beneuoli, cum alioqui viri, & doctrina illustres, & religione insignes probatum haberint montem hunc ut patet ex eorum scriptis memorie proditis.

¶ Et quale quale illud fuerit quod Caiet. in suo opusculo de monte pietatis censuerit de approbatione apostolica dices ca. vit. quod bulla papæ fuit truncatè impressa: sed in originali haberi, ea capitula approbari huius montis, que sacris canonibus non sunt contraria, non possumus tamen diffiteri concilium Trident. loco supra prænotato, approbasse hunc montem ut iam oppellentur, & obstruantur omnia aduersariorum ora. ¶ Vigesimo tertio dices, locum indicatum non esse proposito huic deseruiens, quia textus loquitur, quando is qui rem suam alteri dedit in pignus, summe eget illa id quod in præsentia non habet locum. Si quidem mos non est institutus providentibus extremis necessitatibus, ut patet ex prioribus.

23.

¶ Ad Vigesimo quartum, respon. montem istum nulli præstare causam damni. Si quidem presidentes provident illi, officiales fideles, qui prætextu montis nulli iniuriam faciant. Quod si contrarium fieri aduerterint, illos submoueant, & alios subrogabunt. Et demum nihil tam sanctum, quod hominum perversitate, non possit inquinari, non tamen, quia oculus cataractis laborat, ideo erudus, sed potius curandus ut non labore. Itaque non quia aliquando officiales huius montis sinistrè administrant rem sibi conceditam huius montis, ideo mons est demolendus, imò correctæ prauitate administrantium, purgandus.

24.

Mons pietatis non est ad providendum extremè indigentibus.

¶ Vigesimo quinto dices, quod propter dationem pecuniæ mutuatæ, non potest villo pacto, quicquam referri ultra datam pecuniam. At vero aliud est dare admutuum, & aliud se obligare ad dandum mutuum. Enimvero obligare se ad hoc opus, scilicet ut mutuet alijs, distinctum est ab ipso mutuo. Quocirca, qui se obligant ad hoc opus præstadium alijs, propter hæc obligationem quæ sibi iniungit vel ab alijs, iniungit, licite possunt sibi conciliare aliquid ultra sorte

25.

O

¶ Vnde

Aliud est mutuari & obligare se ad mutuandum

¶ Vnde supra dicebam, quod si quispiam ex civibus extra omnem fraudem vsurariam, se constitueret in officio publico ad mutuandum civibus gratis, utique si conciliaret sibi ob hoc obligationem, aliquid ultra capitale, quod mutuat, non esset vsurarius & si reclamaret Caietan. in opusculo de cambijs, sed citra causam idoneam: vt supra tradidimus. Et si fatendum est, huiusmodi factum, quia scilicet da losum, non esse permittendum nisi ex autoritate publica fieret, vt suspitioni concipiendae male non esset locus.

¶ Confirmationi respondebis, quod sicut propter mutuum nihil esset parandum, ita neque propter laborem dandi, vel numerandi, quia haec sunt intrinsece inclusa in mutuo, ceterum, obligatio ad dandum mutuum, non est intrinseca mutuo sed omnino extra eius naturam: officiales igitur montis, quia se obligant ad distribuendam fideliter mutuam pecuniam, & ad custodiendam illam, tempore opportuno petentibus concedendam mutuo ideo nihil contrahunt vsuram, referentes aliquid ob hoc ultra capitale.

26. ¶ Vigesimo sexto, respondetur Innocentium & Cardinalem, quos aduersarij indicant super. c. Naviganti de vsuris non dixisse, non licere mutuante, si transfert pecuniam mutuandam, ex loco vbi ipse residet, in locum vbi est mutuatarius propter laborem transportandi pecuniam, quicquam referre, propter laborem quem sustinet in transportando.

¶ Est enim iustissimum vt labori illius mutuatarius faciat satis. Neque enim tunc agitur de mutuo, sed de labore delationis. At vero Innocentius solum loquitur secundum casum quem commemorat capitulum Naviganti. videlicet, quod si quis mutuet navigaturo pecuniam, & suscipit in se periculum maris, quod hic mutuans propter assicurationem quam vocant, non potest ultra sortem quicquam exigere, quoniam esset vsurarius. Addit autem Innocentius, quod etsi propter assicurationem non liceat, verum propter transuersionem pecuniae licebit, pretium exigere.

¶ Videlicet, si mutuans deuehit pecuniam mutuandam, in locum, vbi mutuatarius esset nauigaturus. Porro, si non pe-

tit pretium, vel mercedem pro ipsa transuersione, sed peteret lucrum ex negotiatione, quam ipse mutuatarius, vel eius nomine alius faceret hoc damnat tanquam vsurarium. Quia esset petere lucrum, ex mutuo.

¶ Namque quod mutuatarius ex sua negotiatione, sibi parat, non tribuendum est pecuniae mutuae, sed suae industriae & labori. Quia pecunia sola, non potest parere lucrum: quocirca petens lucrum ex pecunia mutua ex qua alius negociatur vsurarius est. Si quidem pecunia postquam mutua est, iam non est mutuans, sed mutuatarij, & velle referre lucrum, ex non sua pecunia est vsurarium: quia est lucrari ex vsu rei alienae. Quamobrem si portator pecuniae, petit mercedem ex simplici deportatione, nihil est vsurae, si vero pecuniam portat, vt ipse propter mercedem laboris lucratur ex mutuo, vel alius illius nomine lucratur ex mutuo est vsura non tamen, si aliquid accipit pro labore suo, sed si aliquid accipit ultra sortem ex lucro pecuniae mutuae, vel ex negotiatione alterius ex pecunia mutua. Ad quam rationem, si tu intelligas. c. Naviganti, videbitur forte recte te intellexisse. Namque mercedem propter securitatem, quam facit aliquis, petere non est iniustum, at vero ille qui proponitur in. ca. relato. assurebat pecuniam quam mutuo dabat, at quia volens ex negotiatione quam mutuatarius faciebat, referre etiam lucrum, & hoc erat vsurarium, ideo censuit capitulum praefatum, esse vsurarium eum qui suscipit in se periculum, &c. verum et si sensus hic verus est, tamen capituli non est verus sensus. Quippe capitulum non loquitur de eo, qui ex negotiatione mutuae pecuniae corradiit lucrum. Et si loquatur de eunte ad nundinas videlicet, ad negociandum, sed solum loquitur, de eo qui nauigaturo, vel eunti ad nundinas mutuat & eo quod suscipit in se periculum maris, reportat aliquid ultra sortem. Et quoniam se offert locus exponendi locum hic breuiter eum differamus, qui alioqui est valde difficilis intellectus.

¶ Quonia videtur damnare omnes suscipientes in se periculum mercium, id quod & iure ciuili est sancitum. l. periculi pretium. ff. de nauis. c. enore. Et apud fideles oēs est

Differatur c. vltimū de vsuris.

in

in frequentissimo vsu. Et maxime videtur esse iustissimum in assicurationibus nauiticis. Namque vt sapiens ait, qui nauigant mare narrat pericula eius in mari enim sunt frequentissima pericula, quia mare infidum est nauigantibus.

¶ Capitulum vero, omnes assicurationes conuellit, siue nauicas, siue terrestres. Et videntur ex. c. isto damnandos omnes campsores, qui suscipiunt mercedem propter assicurationem extra regionem, vt campsor Hispali suscipit centum & decem redditurus Romae, centum solum, decem autem suscipit amplius, quia suscipit in se periculum, quod accidere potuisset eunti in Romam.

¶ Doctor Nauarrus in commentario resolutorio de cambijs super. cap. vltim. de vsuris, multa voluit, atque reuoluit, super cap. hoc: & comminatur plurimum autorum, quae apud illum videre poteris. Ego vero vt breuissimè rem istam expediam, non curans multiloquium, & verborum ambitionem pompam deuitans dixerim quod capitulum ad hanc rationem subdendam esse intelligendum videlicet, si mutuans cogit mutuatarium, vt ille recipiat in se periculum. Itaque non vult mutuari, Petrus, verbi gratia, Ioanni, nisi Ioannes recipiat mutuum, cum assicuratione suscipienda ab ipso Petro. Hoc sane siue per mare, siue per terram fiat, vsura est. Namque mutuanti non incumbit consulere periculo mutui accepti à mutuatario, quia iam in ipsum transfuit dominium suae mutuae pecuniae, & ideo ipse viderit, vt sibi consulet de periculo euitando. Quando igitur mutuans non vult mutuari, nisi sub conditione assicurationis factae ab ipso met: quoniam haec obligatio est iniusta, & aestimabilis pecunia, si autem mutuatarius praecauens sibi in futurum vel nauigationis, vel itineris periculum, petit à mutuante vt suscipiat in se periculum, & ipse pro hac susceptione dabit aliquid ultra sortem, mutuans tunc suscipiens in se periculum non est vsurarius, reportans aliquid ultra sortem.

¶ Capitulum igitur dicit, quod mutuans nauigaturo, vel ituro ad nundinas, & suscipiens aliquid ultra sortem eo quod in se suscipit periculum, vel suscipit, quae refert nihil, sic vel aliter legere,

intelligendum venit. Eo quod suscipit in se periculum, subaudi nolens aliter mutuari, nisi mutuatarius, transferat in ipsum mutuante susceptionem, periculum autem assicurationem pecuniae mutuae, tunc enim recte indicatur esse vsurarium mutuum. Namque mutuans intendens quod mutuatarius transferat in ipsum assicurationem alias non mutuaturo manifestè demonstrat se hoc intendere, vt quod non poterat citra vsuram notam, reportare sub forma mutui, reportet sub praetextu assicurationis. Et lucide ostendit hic mutuans assicurationem profitendo, non quia incendit assicurationem, propter ipsam assicurationem, sed vt sub larua eius ex mutuo ultra sortem sibi aliquid lucratur.

¶ Verum quando mutuatario petente, mutuans annuit assicurationem, alio qui paratus mutuo dare, citra assicurationem, tunc non est vsura. Quoniam mutuans tunc non cogit mutuatarium, vt transferat in ipsum mutuante assicurationem imo paratus est libere, sine conditione mutuo dare: sed ad petitionem mutuatarij si faciat, iam tunc non propter mutuum, sed propter assicurationem, reportat aliquid ultra sortem, verum de istis satis modo, remittentes horum exactiorem discussionem in lib. vbi de mutuis differendum erit, ideo ad priora remeet oratio.

¶ Vigesimo septimo dices, quod ministri montis in licitis, & honestis seruiunt ideo possunt reportare mercedem suam iuxta illud euangelicum, voca operarios & redde illis mercedem suam.

¶ Confirmat. dices, securiora esse optima pignora, quae fugere nequeunt, quam fidelius iustores, qui fugam arripere possunt. Quid quod isti saepe efficiuntur pauperes, & non sunt solvendo, & quod in carcere compedibus ligati delitescant, nullius est emolumentum. Et securius, & melius est in pignus incumbere, quam in personam agere vt dicitur textus in. s. furti autem. in. s. de oblig. quae ex delicto nascuntur. Et in debito consequendo praefertur habens pignus habenti personalem actionem. l. i. c. Qui post an. pig. ha.

¶ Quocirca monti est necesse, vt se asserat

Germanus & lucidissimus sensus c. Nauiganti. ti. dev. vsuris.

afferat à litibus habere pignora, nam vt prouerbio dicitur, qui vult non frange- re caput, oportet vt sciat vbi teneat pedem. Et non solum quæuis pignora, sed optima & quæ duplo, vel triplo, supe- rent acceptum mutuum expedit mon- ti habere. Quia hac ratione securam ha- bet sortem, & quod vltra sortem in stipē- dium est exhibendum.

Fidei iussor idoneus nō est facilis in uentu.

¶ Præterea fidei iussores pauperes non inueniunt, & si vnus inuenit, pleriq; multi non inueniunt. Et si inueniunt, non erūt idonei, qui placeant creditoribus, vnde Imperator in authen. de dep. §. fin. fidei iussorem omnino idoneum dare non fa- cile, neq; possibile passim est.

¶ Et demum pauperes plus grauarentur ex fidei iussione, quam ex pignore, cum deberent soluere instrumentum fidei iussione, & ipsis fidei iussoribus non nulla erogare dona, vt subire pro ipsis vellent hoc munus, & officialibus mon- tis item essent multæ lites texendæ, cum ipsis fidei iussoribus, & quia huiusmodi litium impendia essent regerenda in pauperes, nam montis expensis, non es- sent texendæ huiusmodi lites, ideo pau- peribus congruentius est, quod pignora tradant quam fidei iussores.

Ad. 2. cōfir.

¶ Ad secundam confirmationem respō- detur, quam accepit Caietan. tanquam opimum argumentum cōuellendo pie- tatis monti: sed reuera argumentū est inane. Enimvero si vera colligit, nullus custos pignoris vel depositi, potest pro- sua custodia mercedem exigere. Enim- uero (vt isti aiunt) custodiendo pignus rem suam agunt, quia tenentur de amif- sione pignoris id quod est ridiculum. Te- netur sane custos, qui conductus merce- de, se conduxit ad custodiam, de leuissi- ma culpa, verum nihilominus illi debe- tur custodia merces. l. 1. §. saepe ver. sed et si. ff. dep. Non ergo quia custos de peri- culo rei, quam accepit in custodiam te- netur, ideo suæ operæ quam locauit in custodiendo, non potest exigere merce- dem. Quid quod non solum huiusmodi ministri impendunt suas operas in cu- stodiendis pignoribus, sed etiam in cu- stodienda pecunia, & domo, in scriben- do, & subducendo rationem quam da- turi sunt præsentibus, de sua admini- stratione. Quod si obisceris fructus isto-

rum pignorum est computandus in sor- tem, ergo non potest cedere in fauorem ministrorum vt scilicet, sit operarum sua- rum pretium.

¶ Respondetur, quod salarium, non est fructus pignoris, sed fructus custodiae impensæ pignori, vas enim argenteum, vel vestis, oppignorata, non fructificat verum si res fructificans, vt bos, vel ouis, vel vinea, &c. essent pignori tradita, fru- ctus horum esset ducendus in salarium taxatum ministris. Quod vero excede- ret salarium, esset computandum in sor- tem deductis tamen expensis factis cir- ca ipsum animal, vel vineam, &c. pigno- rata. Nam quæ impensa sunt ad victum, vel medicamentum animalium huius- modi, vel ad culturam agri, vel vineæ, hæc non sunt computanda in sortem sed subducenda. Itemque si animal mor- tuum est exigere possunt prædictæ ex- pensæ. l. si necessarias. ff. de pigno. act. vnde etiam vsurarius, pro industria, & labore impenso rei sibi pro vsura hypo- thecata sunt qui credant, & non teme- re, posse aliquid sibi retinere. Hoc nam- que non retinet ratione vsure quia istud nequit retinere, sed pro labore impen- so conseruando rem sibi pro vsura hypo- thecatam.

¶ Vigesimo octauo dices, latum esse dis- crimen inter ministros montis, & hospi- talium. Namq; ministri hospitalium, cō- ducuntur ab ipsis confratribus hospita- lis: quibus incumbit cura hospitalis, quā ipsi gratis sibi iniunxerunt ex charitate Dei, & proximi, vnde quia cōfratres gra- tis sibi iniunxerunt hoc onus, ipsi prou- dent officialibus hospitalis.

¶ At vero ministri montis, quia sunt ad aliud opus conducti, ab ipsis præsentibus, qui nomine communitatis, quæ in- terpretatur cōsentire præsentibus agē- tibus communitatis vtilitatem, iuxta no- tata in. l. quod maior. ff. ad muni. & in l. aliud. §. refertur. ff. de regul. iuris & in l. Nulli. ff. Quod cuiusque vni. Et in l. Nominationum. cap. de decurion. lib. 10. cum ergo montis istius institutio per præsentibus, sit in fauorem indi- gentium, quod præsentibus faciunt communitas interpretatiue facere vi- detur.

¶ Quocirca cum à præsentibus con- ducun-

Quædā pig- nora fructi- ficant, alia nō fructificant.

Vsurarius po- test pro stu- dio impen- sori hypo- thecata pro vsura, ali- quid sibi re- tinere ex vs- ure.

Quod præ- sentibus respu- bli. faciunt ad vtilitatem ciuitatis, inter præsentibus communitas ciuitatis facit.

Nō omnes ministri hospitalium gra- tis seruiunt

ducuntur ministri, ab ipsis mutuarijs interpretantur conducti ad habendum stipendium pro suo labore. Quare obse- quium ministrorum montis non est gra- titum, sed obsequium confratrum ho- spitalium est gratuitum. Nam isti gratis moderantur negotia hospitalium. Quā- uis non omnes qui seruiunt hospitali- bus, gratis seruiunt. Namq; sacerdotes, celebrantes in hospitalibus, quos vocat capellanos stipendium suæ seruitutis ex elemofynis factis hospitali aut ex vesti- galibus si suppetunt referunt, itemq; ho- spitalaria, illis seruiens, & alij ministri in feriis, qui baculi sunt eorum quæ pau- peribus victui, & medicamentis sunt cō- uenientia.

¶ Verum confratres gratis seruiunt, Et- enim pauperes hospitalis, non conduxerunt confratres ad præstandum illis ob- sequia, imo contra confratres adduxe- runt pauperes in suum hospitale, vt reci- perent ab eis curationis, & sepulturæ be- neficium, si forte mors illos in hospitali inuaserit, secus autem est in monte, quia pauperes, de plebe, tacito consensu, qui est quasi contractus, pro suis indigentis subleuandis, conduxerunt officiales, aut præsentibus, nomine plebis, ideoq; tan- quam conducti à plebe, plebs tenetur il- lis prouidere, de iusto stipendio. Aliàs si gratis facerent, die vno, vel mense, con- tinuo desisterent à labore, quærentes alia ministeria, vnde victum sibi pararent.

¶ Vnde mons vt mutuans, non commif- cetur cum ministris quoniam ex crescē- tia, non accedit monti, sed ministris.

29.

¶ Vigesimo nono dices, quod non est in firmum huius montis præsidium auto- ritas pontificum, quibus probatus fuit. Nam vt Leo X. ait loco præcitato probatus fuit mons hic à Fe. 2. & Paulo II. & Sixto III. Innocentio VIII. Ale- xandro VI. & Iulio II. Quibus accessit Leonis decimi nouissima approbatio.

¶ Neq; est probabile quod Caie. cap. vlti. opusculi prænominati ait, Bullam Leo- nis à chalcographo fuisse mutilatam, quia originalis bulla continebat Leo- nem solum probasse montem, quantum ad ea capitula quæ sacris canonibus non obstabant.

¶ Sed quid, nunquid istorum pontifi- cum diplomata etiam detrunca erant

Et equidem sic approbare, vt Caiet. pu- tat est nihil approbare. Namq; hoc est, quod petebatur à papa, si mons sacris ca- nonibus conueniebat. Quid quod vt di- ximus supra sacrum concilium Triden. probandum duxit. Neq; Pontifices pro- bassent, si vsurarium esse montem cogi- tassent. ¶ Trigesimo dices, quod mos ex mutuo, non habet ex crescentiam, quia mons non augetur per illam ex crescen- tiam, sed ex crescentia illa est ministrorū vt sepe diffinitum est, ideo argumentum ruit. ¶ Trigesimo primo, respond. verum esse mutuantem non posse inire pactum de recipienda ex crescentia, in propria persona, vel in aliena. Porro falsum est, quod subsumit, hoc accidere in monte pietatis. Mons enim non inire pactum cū pauperibus de recipienda ex crescentia propter mutuum, per ministros suos, Mons enim nō debet aliquid ministris, quia non seruiunt eis, sed ipse mons & mi- nistri seruiunt pauperibus. Quamobrē hanc ex crescentiā pauperes plebs dant ministris non propter mutuum, quod accipiunt à monte, siquidem hoc gratis datur, sed propter eas, quas collocant operas in ministerium pauperum. Itaq; ex contractu locationis recipiunt ex cres- centiam ministri, non ex contractu mu- tui vt isti falso rentur.

30.

31.

¶ Et si noueris distinguere cōtractus nul- lis machinis arietabitur dogma hoc de monte pietatis. In quo elucidado paulo amplius, quā cogitarā immoratus sum, quia prædictorum argumentorum solu- tiones admodū patefaciunt materiā de vsuris, & ideo sunt valde obseruandæ.

4. Conclu.

¶ Nam verò vt ad pristinū choax regre- diamur, quartam accipe conclusionem, raritas pecuniæ vnde procedit eiusdem æstimatio maior, etiam est causa, quod campforibus fas sit, aliquid recipere vltra sortem. Hanc conclusionem nō probant multi, suasi quod pecunia non est venalis, & ideo raritas eius, vel abundan- tia non auget, vel minuit eius æstimatio- nem. ¶ Porro manifestum est, quod qui- busdam locis numus aureus, plurius æsti- matur quā alijs. Et non solum variatio loci, auget vel minuit æstimationem pe- cuniæ vt supra dicebamus, quia plurius sunt Romæ pecuniæ, quam Hispali. Quia Romæ est raritas maior, & Hispali

maior abundantia, verum etiam variatio temporis facit istam maiorem estimationem. Nam quondam in Hispania, qui centum aureos numos habebat in cesum ditior erat, quam is qui modo habet trecentum. Et causa est, quia olim, erat maior raritas pecunie quam modo, ideoque venalia minoris vendebantur. Memini me legisse in historia Hispania, sub Henrico. 4. equum fuisse diuenditum centum dipondijs, & taxatio mensurae frumenti sub Ferdinando rege fuisse ad. 3. regalia, & ordeii ad. 60. dipondia, &c. Quamuis igitur pecunia non sunt venales, quatenus pecunia at non nihil aliquando sapiunt venalium rerum naturam. Pecunia sane vt pecunia quatenus talis vendi non potest. Quandoquidem vt sepe ex Aristot. tradebamus, pecunia vt talis est, mensura rerum venalium, mensura autem vt talis non est mensurabilis. Nam ratio mensurae est, mensurare, non mensurari vt ergo quod esse mensura, quatenus res est quaedam mensurabilis est, scilicet, vt est lignum, vel ferrum &c. at vt mensura excludit a se mensurabilitatem. Ad eandem rationem pecunia vt est pecunia est mensura pretij rerum venalium, & sub hac ratione vendi nequit, aut emi. Ceterum vt res quaedam est, scilicet, metallum hac ratione vendi potest, & emi. Quia traditur. l. 2. titul. 6. part. 5. quidquid permutari potest, item & vendi potest, & contra.

¶ Porro adhuc seruata ratione pecuniae, subit non nihil venalium rerum conditionem. Quatenus ex distantia locorum, contingit, pecuniae estimationem augeri, vel minui, vt etiam res venales ex eadem distantia augent, vel minuunt suam estimationem. Namque vinum & oleum, apud Indos, maioris estimationis est, quam apud nostrates, siquidem cantharus olei, apud Indos, tanti sit, quanti apud nostrates Hispanos, maximè Bethicos, decem fiunt. Et item amphora vini tanti estimationem apud Indos, quanti apud Bethicos decem amphorae, vnde iusta esset commutatio, si quis reciperet amphoram vini, apud Indos, vt Hispani daret decem itidem de vino aut contra.

¶ Ita de pecuniarum permutatione censeo. Namque in curia regis Hispani, verbi gratia, septuaginta aurei numi tanti

estimantur, quanti apud Indos, qui sunt verbi gratia, in ciuitate regia quae dicitur Lima centum, vnde qui incuria regis exhiberet septuaginta ducatos recepturus in Lima centum, aut contra iustum faceret cambium. Nisi quod discrimen est inter venalia, & pecunia: quod venalia ex distantia loci, mutant valorem, vnde & pretium. At vero pecunia non mutato valore pecuniae, mutat estimationem. Si quidem eundem valorem habet ducatus incuria, & in Lima vrbe Indorum, verbi gratia, at in Lima, quia abundat ciuitas auro, & argento, non tanti fit huiusmodi valor legalis ducati, quanti apud curiam regis Hispani. Ceterum est pecunia similis venalibus rebus, ad hanc rationem, quod sicut in venalibus rebus, quae propter loci distantiam, mutant valorem, fit iusta permutatione, quando inaequalitas valoris aequatur in aequalitate quantitatis permutatorum, vt pro amphora vini in Mexicana vrbe tradantur Hispani decem, ita quoque iustum fit cambium si pro aureis septuaginta, exhibitis, vel acceptis Hispani, tradantur in Lima centum, idem est, si centum ducati in Hispani permutentur pro 95. in Antuerpia.

¶ Vnde intertur quod quia hanc diuersam estimationem pecuniae frequenter parit longinquitas seu distantia locorum, hanc esse necessariam, ad cambium iustum, quando iustificatio eius solum pendet ab hac causa, item est necessarium, quod estimatio pecuniae ex loci distantia sit inaequalis. Nam si distantia loci non facit variam estimationem pecuniae, non propter variam estimationem, erit cambium iustum, sed ob alias causas, videlicet, vel propter periculum, quod in se suscipit campfor, vel propter laborem, quem sibi iniunxit campfor obligans se ad tradendum alibi pecuniam, quam recipit hic seu contra, aut propter expensas quas habet in administratione officij vt supra est commemoratum.

¶ Exigitur igitur loci distantia, estimatio inaequalis pecuniae & quod illa estimationis inaequalitas, reducatur ad aequalitatem, per inaequalem quantitatem pecuniae permutatae, vt dudum dicebamus. Tu interim intellige praedicta de

Valor numi legalis ex lege estimatio ex indigetia fit vniuersa

de estimatione pecuniae, apud omnes prouincias vel loci, non de particulari huius vel illius.

intra in cambio reali quod sit propter inaequalem estimationem

¶ Est autem recolendum, id quod supra exponebamus, videlicet hanc variationem estimationis, quae ex raritate, & abundantia pecuniae ortum habet, non nunquam quidem accidere ex causa iusta, nonnunquam vero ex causa iniusta.

¶ Inimvero, si princeps eget pecunijs, ad bella, scilicet, gerenda, & corradit omnem pecuniam mundinarum, vnde nundinae spoliatae pecunijs, augentur pecuniae estimationem, ad ea vt regale vnicum aestimetur pro 40. dipondijs, haec causa iusta est estimationis maioris pecuniarum, & est causa accidentalis.

Multa causa variatio in estimatione pecuniae.

¶ Rursus, si principis qualitas est, item causa iusta, quia quae ex se non abundat auro vel argento. Quae causa est intrinseca & iusta, vt in Antuerpia Flandria, &c. est porro causa alia iniusta auaritia, scilicet, campforum. Nam solet contingere, vt si tres vel quatuor pingues campfores trahant ad se, sua arte omnem pecuniam quam possunt, vt faciunt, qui trahunt ad se alias merces, vt frumenta, &c. vt soli facti compotes frumentorum ea vendant pro suo libito. Quandoquidem solum apud eos est inuenire frumenta.

Monopolium campforum.

¶ Istud sane est iniustissimum, quod pertinet ad monopolij iniquitatem. Quia cogunt isti mercatores, emptores emere id quod est contra rationem contractus, quem oportet liberum, & non coactum vt primo libro dictum est. Ad quam item rationem isti campfores peccant, quia cogunt alios mercatores recipere pecunias ad cambium cum excessiuo lucro campforum praedictorum, & magna illorum iactura.

¶ Quamobrem est iniustum hoc cambium, quia est coactum siue violentum. Et omnem excessum iusti alius lucri, quod recepturi erant ex cambio non violento, tenentur restituere. Et vniuersa quae diximus. 2. libro. contra eos qui ad vendendum, vel emendam cogunt alios, huc possunt vocari. Nam tam liberum debet esse cambium, quam venditio.

¶ Primo cambium oportet esse liberum, in

quibus de pecunia ex qua vniuersa frumenta, & reliqua necessaria humano victui emuntur. Est autem quaedam Cabilia oper ter esse non coacta.

¶ Pij V. sunt qui dicant, decretalis noua contra istos coactores, quae sic habet. Eos vero qui conpirationes fecerint, vel congestam vndique pecuniam, ita ad se redegerint, vt quasi monopolium facere videantur, poenis quae à iure contra facientes monopolium sunt constitutae teneri sancimus, verum quia supra lib. 2. de monopolijs satis egimus, in istis non oportet amplius immorari.

Cabilia oper ter esse non coacta.

5. Conclus.

¶ Quinta conclusio cambia siue extra regnum, siue intra regnum trifariam exerceri solent. Primo ad nundinas, Hispaniae paraferia. Secundo ad litteras visas, vel lectas, Hispaniae, a letra vista, o ley da. Tercio ad terminum signatum ex placito contrahentium. Quod vero dicitur ad nundinas intelligitur ad solutio nes, quae in ea celebrantur Hispaniae a los pagamentos della. Quod autem dicitur ad litteras visas, id est continuo, vt schedulae tradantur in manu campforis continuo soluendum est, vel saltem inde ad 8. vel. 12. dies, ad terminum vero si fiat cambium, soluendum est inde ad 4. menses, vel ad proximè sequentes hos 4. menses mundinas, & vocantur Hispaniae, dilatada feria à intercalada.

Cambiorum reatum complex forma.

Nundinae dilatatae id est interpositae siue dilatatae.

¶ Cambium igitur ad litteram visam est, cambium ad numeratam pecuniam, cambium vero reliqua sunt cambia ad pecuniam, creditam, siue cambia in diem vt ergo venalia aliquando venduntur pecunia numerata, aliquando autem in diem, ita & cambia hanc subeunt rationem, vnde sicut venalia, non possunt pluris vendi, numerata pecunia, quam in diem, sed si verbi gratia, venalis res vt frumentum, vel oleum, numerata pecunia ad summum non potest iusto pretio vendi, nisi pro decem, in diem si vendantur, non potest, hoc excedi pretium iustum. Eodem modo, & cambium, ad litteram visam, si campfor cambit centum, & duo amplius pro interesse cambij, quod totum interesse se, verbi gratia, quod iuste potest referri, totidem & non amplius potest habere, si cambium sit in diem, scilicet, ad nundinas, vel ad terminum.

Propter inaequalitatem intercalatae non feriae nihil interesse potest exigi

num conuentum. ¶ Enimvero eadem ratio, quæ hoc monet in contractibus venditionis, eadem monet idem, in contractu permutationis, quod est cambium. Ratio autem, quæ docet hoc in contractu venditionis est, quia dilatio temporis vendi non potest. Nam tempus non est contractentium, sed Dei, & ideo nemo potest vendere, quod alienum est. Quamobrem, propterea quod non statim soluitur, sed in diem differtur solutio non amplius est referendum, quam si continuo solueretur secundum summum iustum pretium. Porro si ad pecuniam numeratam non summum exigatur, quod potest iuste exigi, sed infra summum, non est iniustum, si in diem differatur solutio, quod summum exigatur. Namque id temporis, non propter dilationem temporis solam, sed quia est iustum pretium exigatur. Itaque dilatio non est tunc causa præcisa referendi amplius, sed est causa concomitans, aut causa sine qua non perteretur tantum pretium: & ideo hoc licet, sicut etiam quando ex dilatione resultat damnum mutuantis, aut vendenti, in die. Ita propemodum dicendum est in cambijs. Namque si cambium supponimus quod fiat, ad litteram vitam & habeat pro interesse duo, pro centum nihilominus campfor noluit referre nisi unum, ex amicitia vel aliâ tunc quando cambiû est ad diem poterit accipere interesse totum, scilicet, duo. Nam hoc non est propter dilationem temporis, nisi per accidens, sed est quia est interesse iustum supremum ut supponimus erat duo. At vero ultra hoc, non potest interesse referre cambiij in diem, quia esset vsurariû. Namque videretur tempus, aut potius propter dilationem temporis, quæ non subest campfori, referatur interesse, siue igitur sit in terminum, siue ad nundinas cambium, non potest exigi interesse cambiij maius, quam ad litteras vitas. ¶ Itaque si ab vrbe Valentia, vsque ad Vlixipolim currit cambiû, duo pro centum, siue sint ad nundinas immediate, vel mediatas, prorogatum interesse cambiij, non potest ultra referri. Namque in mercimonijs rerum venalium, non potest ultra iustum pretium referri, quia in diem venditur multo minus in cambijs pecuniarum quæ de se non sunt frugifera: ut alia venalia.

Cambiû ad litteras vitas mensurat interesse cambiij in diem.

¶ Quod si dixerit aliquis, propter lucrû cessans poterit ininteresse maius referri, ex cambio in diem quam ex cambio ad litteras vitas. Respondetur lucrum cessans esse dupliciter considerandum, aut secundum, quod cessatur à lucro quod potuisset accipere campfori, si non cambiret in diem aut secundum quod cessatur à lucro, quod in promptu erat campfori, vel mercatori. Quia scilicet, iam in prociñtu erat impendere pecunias, in mercimonia, vnde solebat certum ipse referre lucrum. ¶ Hoc igitur lucrum est actuale, vel quasi actuale lucrum, illud verò est potentiale lucrum. Potentiale autem lucri non est habenda ratio, quippe lucrum in potentia, etiam est perditio in potentia: quod circa, si lucrum certum referatur, ex eo quod potest esse perditio, est iniustum lucrum, quia fit certum quod erat valde ambiguum, & ex incerto contractu, reportat certum lucrum, quod est iniustum, vnde est inæqualitas in hoc contractu. Quia accipiens cambium soluit interesse certum, quod est valde ambiguum. Si quidem campfor non habeat certum lucrum ex pecunia, si non in diem cambiret, luci vero quasi actualis habenda est ratio, quia cessatio ab hoc lucro, quod appellatur lucrum cessans, est vulgus, idem vocat damnum, si quidem amittere lucrum, quod erat haberi proptum erat, damni habet etiam rationem vnde hac obseruata ratione damnum esse si dixeris, non errabis, idemque esse vtrûque. ¶ At primum lucrum quod dicebamus esse in potentia solum, non est damnum, quia est in potentia lucrum, & non lucrum. ¶ Theologi vero, damnum emergens, vocant amissionem boni iam acquisiti. Porro lucrum cessans amissionem lucri, prompti ad acquisitionem, quod videlicet in plurimû non deficit. Nam regulæ morales, ad ea que vt plurimû accidunt spectant. Tamen si istud vt aiebam pridè, si dixeris esse damnum emergens, non errabis si quidem quod proxime est vt fiat, reputatur factum. ¶ Porro campfor non habet certum lucrum, eo quod non in diem cambiat. Quia esse valde ambiguum, num cambiando ad litteras vitas magis lucrabitur, quam cambiando in diem: quia vtrumque forte accipere poterit,

Lucrû cessans dupliciter intelligi potest.

Regule morales ad id quod frequentius accidunt apud tuæ.

poterit, & quod minus, & quod magis lucratur, vnde quod casuale est, certum ex contractu facere, iniustum est. ¶ Præter hæc officium campforum est, utroque cambire modo, & in diem, & ad litteras vitas. Quocirca, cum hoc eis ex officio incumbat, quippe eis sic cõgruit, adhæc rationem suam obire munus, iniustum est plus referre interesse, ex cambio in diem, quam ex cambio, ad litteras. Sed solum fas est illud idè interesse, quod sibi reponunt campfores, ex cambio ad litteras, propter ministerium sui officij, nempe, quia campfores sunt veluti conducti, à mercatoribus, pro supplemento, indigentia horum, ad tractanda sua mercimonia. Et quia non habent stipendiû, pro huius muneris administratione, à republica institutum, æquum est, vt ab ipsis mercatoribus quorum interest, huius campforia artis, ministeriû, referant stipendium, quod est ipsam interesse cambiiorum: vt dicebamus supra de ministris montis pietatis. ¶ At e quidem, non maius, neque laboriosius ministeriû est, si ad litteras vitas celebretur cambium, quàm si in diem. Quãobrem iniustum est, vt ex vtroque æquale reportetur interesse. ¶ Et melius sanè sibi consulerent campfores, si quando in diem, celebrant sua cambia, non protelarent, in longum tempus solutionem, sed contraheret potius eam ad angustiora tempora, vt deuitarent lapsum, in barathrum vsurarum, id quod frequenter admittunt, quia ad longiora tempora, solutionem cambiatæ pecuniae, prorogant. ¶ Est porro cõsideranda alia distinctio, cambiiorum in diem, quædam enim à nundinis fiunt, in nundinas eiusdem loci vt à nundinis, Methinæ campestris ad nundinas eiusdem oppidi, alia vero, ad nundinas diuersorum locorum, vt ex Neapoli, in Genuam. At vero quantum intersit inter hæc si nosse cupis, dixerim tantum interesse, quantum inter mutuum vsurarium, & iustum cambium, id quod ex mox subdenda conclusione disces. ¶ Sexta cõclusio campforia artis gemina est functio, quoad cambia realia, vel recipiendi, scilicet, vt det, aut dandi vt recipiat. Et vtraque functio suas habet iustificationes. Hæc patet, quoad priorem

Quod casuale est certum facere ex contractu est iniustum.

Cambia in diè duplicia

Sexta conclusio.

partem. Namque campfor aliquando accipit hic, vt det alibi. Aliquando vero dat hic, vt recipiat alibi. Et vtrumque est munus campforie artis, vt satis liquet ex præhabitis. ¶ Posterior autem pars, solum indiget declaratione. Prima igitur functio campforia artis, cuius meminimus, tres habet causas iustificantes, prior est, quod qui hic scilicet Hispali accipit, vt det Romæ, quia excusat campsuarium ab onere, & periculo, deferendi suas pecunias in Romam, ideo Hispali, accipit centum & decem, vt Romæ det centum. Quauis enim iam campfores non transferunt pecunias, neque subeunt periculum, aut laborem, quia cambium hoc fit per litteras, sufficit tamen vt possit referre interesse, quod campsuarium eripit ab hoc onere. ¶ Secunda causa est, æstimatio maior pecunie, vbi danda est, quam vbi recipitur, ideo interesse cambiij quod accedit forti, æquat istam maiorem estimationem, vt inde sit iniustum cambium. ¶ Tertia causa est quod campfor ex mutuo, hoc habet exercere, videlicet prouidere bono publico, quod indiget huiusmodi cambio pecuniarum propter negotii emergentia, ex regno in regnum, ex prouincia in prouinciam, ex principatu in principatum, &c. ¶ Ex istis sequitur, quod huiusmodi cambiû, possit loci distantiam, vnde si hic recipitur pecunia, vt hic quoque detur, v.g. intra anni spatium, aut hic recipitur vt detur Antuerpiæ, nomine tantum, non re, quia Antuerpiæ nihil est exhibendû, id quod est cambium siccum, ideoque non est cambium verum, sed falsum, & mutuum verè vsurarium. Similiter, si à nundinis Methinæ in nundinas Methinæ verbi gratia, non est cambium nisi nomine tenus & nulla causarum iustificationi, in huiusmodi contractu extat. Non enim est distantia loci, quia Methina non distat à se ipsa, neque ministeriû, quia nullus est officialis in republica institutus, ad mutuum alijs, quia hoc ministerium, est ex genere sit licitum, vt ministerium cambiendi, at vero esset scandalosum, & quia crederetur esse in vsurariû tegmen, & in ymbra culum, sub quo Satanus latitaret, sub pietatis prætextu vt

Gemina functio artis campforia quoad cambia realia.

supra tradebamus, cum de monte pietatis ageretur.

¶ Cum ergo huiusmodi cambium eiusdem loci, ad eundem locum, sit verè mutuum, & non sit cambium, pro ministerio campforio interesse nullum reportari poterit. Quia tale ministerium non est campforium, sed mutuarium, & hoc in republica non extat, vt diximus.

¶ Sed neque etiam varia æstimatio pecuniæ ad seipsum loco potest adeò variari, à nundinis videlicet Methinæ ad sequentes eiusdem loci, vt propter hanc variationem liceat decerpere interesse.

¶ Quod si accidat variatio erit rarissimè, & quæ rara sunt, non deducenda sunt in consequentiam. ¶ Porro autem, si de secunda functione agatur, non sanè habet tot causas iustificantes, quot prima, siquidem, prima illa causa, videlicet, excusandi ab onere campsuarium, non habet locum, in hac secunda functione campforie artis si qui campfor dat pecuniã, & nõ recipit, dando autẽ se asservit ab onere vt vides. Quo fit vt ex alijs duabus causis veniat iustificanda hæc secunda functio, videlicet propter ministerium artis campforie, quod est vile admodũ reipublice, si rectè administraretur, nõ si obliqua sit administratio, nihil pestilentius, vt & cetera quo que reipublice munia, quæ quo sublimiora, & necessaria sunt, eò sunt nocentiora, si corruptè administrantur. Et item propter loci distantiam, vnde resultat varia pecuniæ æstimatio. Quod si ex loci distantia, non resultat huiusmodi pecuniæ varia æstimatio, obseruanda est prior causa, scilicet, ministerium campforie artis. Porro in huiusmodi causa potest fallentia accidere, non modica, siquidem hoc ministerium obiectant sæpe, & in perniciem suam. Nanq; hoc titulo falso decepti, interesse augent, quãdo non debuissent augere. Etenim, si verum cambiũ esset, à nundinis, in nundinas diuersorum locorum, vt ad nundinas intercalatas, sufficeret ad interesse cambij, illud referre quod refertur ad literas visas. Et istud esset in stipendium sui ministerij sufficiens. Vt in plurimum autem nõ est verè cambium sed mutuum palliatũ, quia à nundinis æquè celebribus etiam diuersorum locorum, eadem est æstima-

Ministeriũ campforie artis dignum est mercede non ministeriũ vñ rare nequit.

tio pecuniæ, quia in istis nundinis ferè semper vrget eadem pecuniæ necessitas, maximè si nundinæ sint ex æquo celebres, & frequentatissimè. Si igitur in huiusmodi nundinis, æstimatio pecuniæ, erit eadem, si interesse câbij adest, utique videtur hoc interesse, esse vsurariũ, quoniam non est interesse cambij, sed interesse mutui, propter dilatatum tẽpus vnde male faciunt campfores, plus interesse reportantes ex dilatione solutionis in nundinas mediatas, plusquam in proximis, & immediatis. Quia manifestum est esse hoc vsurarium, quia nullus titulus est, nisi dilatio temporis, & hic titulus nihil iuuat iustificando contractui imo illum coinquinat vsuraria macula, nisi æquale, pro æquali detur vt centum, videlicet pro centum.

¶ Porro, si cambium fiat, nõ ex nundinis ad nundinas alterius loci, sed à nundinis ad locum aliquem vbi non celebrantur nundinæ, vel si celebrantur, non pro tempore solutionis, quia tunc æstimatio pecuniæ non erit æqualis, quippe in nundinis augetur æstimatio quia sunt plures ea agentes, & maior raritas est eius, vbi autem non sunt nundinæ, vel si sunt quando in eo non celebrantur, æstimatio pecuniæ erit minor, ideo ob hanc variationem, poterit, referre interesse in huiusmodi cambijs.

¶ Cambia igitur, ex nundinis vnus loci, ad nundinas eiusdem loci, siquidem perinde est, ac si quis daret mutuo mille Methinæ, vt inde ad quatuor menses, redderentur centum supra mille. Et cum non sit distantia loci, sed temporis, quis ignorabit hoc esse vsurarium. Quoniam omnis contractus mutui, ex quo propter solam dilationem temporis, non nihil accedit sorti, est vsurarius. Neque est dicere, quod propter ministerium, quia vt dicebam, hoc ministerium non est campforie artis, sed vsurarie nequitia.

¶ Septima conclusio, cambia omnia realia ex genere suo si scilicet, quod nomine præ se ferunt intus contingant, sunt licita, siue extra regnum celebrentur, siue intra. Solum mala possunt esse, quia prohibita, non tamen ex eo prohibita quia mala.

¶ Hęc conclusio patebit recolẽti, superiores conclusiones.

Cãbia nãdinarum celebriũ.

Cambia ex nãdinis ad loca sine nãdinis.

Cãbia eiusdem loci ad eundẽ sunt vsuraria.

Septima conclusio.

conclusiones, quibus constitutum est. Cambia realia, oportere esse vera, & non ficta, oportere item esse spontanea, & non coacta, item oportere esse moderata, & non excessiua. Et hæc dicimus esse bona ex suo genere, siquidem permutationis contractus ex suo genere est bonus, vt & venditionis, &c. Cum ergo contractus iste cambij, sit verè contractus permutationis pecuniæ secundum artẽ, qui est æmulus contractus permutationis rerum secundum naturam, necesse est quod sit bonus ex suo genere. Si tamen, quod nomine vt aiebam, pollicetur, re ipsa compleatur. Siquidem cambiũ reale non est chimericum cambium, qualia sunt cambia sicca, & cambia coacta, non sunt cambia, quia cambiũ est contractus & omnis contractus, est spontaneus, quia celebratur ex mutuo consensu contractuentium, igitur si spontanea non sunt, non sunt realia cambia. Quia permutationis, non debet esse coacta, vt neque ceteri contractus: vt in. 1. lib. dictum supra est, & item in. 2. Si autem sunt iniusta, vt quando supra modum augetur cambij interesse, perinde est atque in venditionibus, quando aliquid venditur ultra iustum pretium. Nam etsi vera est venditio, at iniusta est venditio. Quod si excedat medietatem iusti pretij, soluenda est venditio, aut restituendum, quod excessit. ¶ Dixi autem siue fiat ex regno in regnum, siue in eodem regno. Quia quãuis priori clausula, ab omnibus præstetur assensus, posteriori refragantur nonnulli. Insciantes cambia posse esse iusta in eodem regno celebrata, vt ab Hispali in Barchinonem, aut in Methinam, &c. Et supra quando de cambijs in generali ageretur indicabam legem regni Castellæ, prohibentem. l. 8. tit. 15. lib. 5. Recop. Ceterum mea conclusio, solum loquitur ex genere suo cambia esse licita, siue de regno in regnum, siue ex principatu in principatum, vel in eodem regno, vt à regno Castellæ in regnum Portugaliæ, & ab Hispania in Italiam, vel in Venetias, aut Liguriam, vel Genuam, aut Flandriã, siue celebrentur etiam intra terminos eiusdem regni, vt ab Hispali, vel Granata in Methinam, &c. In cuius rei manifestationem, memoria repete, quod paulo ante commemorabam, videlicet campfo-

Cambiorũ realium conditiones.

Cãbia sicca, cambia non spontanea verè nõ sunt câbia, cambia immoderata sunt câbia vera, sed iniusta.

riae artis duas esse functiones, aut recipiendi hęc, vt det alibi, vel dandi hic, vt reddat alibi.

¶ Et quidẽ, quo ad priorem functionẽ iusta esse cambia intra limites vnus regni, insciantur non possumus, sicut & extra regnum. Quando quidem, si iusta sunt ex regno ad regnũ, ex hac functione, ideo est, quia campsuarius liberatur ab onere, deferendi pecunias quibus eget, in alterum regnum, vel principatũ, & hoc onus in se suscipit campfor, ideo iustum est vt referat mercedem oneris sibi iniuncti, ad quod non tenebatur. At vero hæc eadẽ iustificatio est, in eodem regno vbi cum loca iniucem, sint longe sita vt Hispali aut Granata, & Methina, aut Barchinonensis ciuitas, qui liberat alterum ab onere deuchedi pecunias, sed ipse quas recipit Hispali, verbi gratia, reddit alteri à quo accepit Methinæ, omnino videtur non esse fraudandum sua mercede, vel suo vt aiunt interesse cambij.

¶ Nisi quod, cum maius sit onus à quo liberatur, qui in altero regno, recipit suas pecunias, quam qui in eodem, quia maiora intercurrunt pericula, in transitu ex regno ad regnum, quã si in eodẽ regno agatur, ideo maiori mercede gaudebit. Ceterũ nihilominus, excusatur ab onere & periculo, quod poterat accidere, qui alterius studio, pecunias quibus eget in loco distante eiusdem regni sibi habet, vbi eas optat habere pro suis indigentijs. Et refert nihil, siue campfor per literas, sine labore suo, aut periculo transuehat, vt ita dixerim sine transuentione pecunias, satis enim est, vt sit dignus mercede, quod campsuarius habet suas pecunias, studio alterius, sine onere, & citra periculum suum.

¶ Porro secundam si obseruamus functionem, quæ est, quæ magis abiit in campforum vñ, quia maioris lucri est maiorem item que offert difficultatem, quã si consideramus exactius, oportebit dicere, hanc functionem intra limites eiusdem regni esse illicitam, nisi iustificetur ex varia æstimatione pecuniæ, quæ quia familiarior est diuersitati regnorum quã eidem regno, ideo solent magis probari cambia extra, quam intra, vnde legibus huius regni sunt prohibita, vt paulo ante indicabam, vnde ibidem contra excerc-

Realia cambia intra limites regni vnus ex suo genere sunt licita.

Maiores merito maius correspondet meritum.

centes

centes huiusmodi cambia intra limites regni constituetur, vt procedatur cōtra eos, sicut cōtra vsurarios. Et quod quidquid exhibeatur pro interesse cambij, reputetur vsura, & perditioni subiaceat. Quauis enim ex genere suo cambia realia sunt licita, vt conclusio admonuit. At vero aduertit Paulus multa esse licita, nō tamen omnia expedire. 1. Corin. 6. Quia ergo huiusmodi, accipiuntur ab auaris, ad palliandum vsuras, ideo lege prohibentur.

¶ At re vera etiā eodē incommodo laborant, quæ sunt ad exteras aliarū regnorum nationes, vnde & debuissent prohiberi etiam lege.

¶ Porro quia si impedirentur, bonum publicum maximē læderetur, quia necesse est, regnis in regnis alijs habere cōmercia, vt si ibi ipsis provideat, ideo propter bonum resultans, non fit prohibitio. ¶ Porro, huiusmodi bonum publicū non pendet ex cambijs celebratis intra regnum, imō forte maior perniciēs ex illis resultat, quam bonum prodeat, ideo legitima fuit prohibitio, quæ si non est abrogata per consuetudinem obligat in foro conscientie, quia magnum bonum publicum spectat. Et vtique si perseuerasset, cessarent cambia ex nundinis vnus loci, ad nundinas eiusdem, vel alterius loci, quæ vt plurimum non sunt cambia, sed vsuraria mutua. Quauis vt dicebam ex nundinis, ad loca expertia nundinarum, vel pro tempore, quo nundinæ nō celebrantur, ex suo genere non sunt illicita cambia, vt ex dictis patet.

Alia ratio est de cambijs celebratis intra vel extraregnum.

Quid sit diuersitas regnorum.

Duplex est regni diuersitas formalis, & materialis.

eis principatum. Nanque vsque ad Indos occidentales suum extendit calceamentum. Indorum autem horum regnum, etsi formaliter, sit Hispaniæ regnum, non tamen materialiter. Quippe est regnum alterius orbis, quem antictōnorum appellant, & olim in Hispania regnantibus Arabibus, erat. 1. 2. vel. 1. 3. regna. Nam venienti ex Africa Miramolino referente historia Africana exierunt obuiam ei. 1. 3. Hispaniæ reges Arabes. Atque id temporis, etsi omnia hæc regna erant vnum materialiter, quia solum erat vnus Hispanienſis nationis, vt formaliter erant diuersa. Quilibet enim suam habebat ex suo caractere pecuniam, suasque leges ciuiles, moderando suo regno accōmodas, vt rex Granata, rex Cordubæ, rex Hispaniæ, &c. regnātib⁹ autē postea Christianicis, quinque erant regna, modo duo solum. Et tunc sanē parua erat distantia regni ad regnum, vt Granatæ regni in regnum Cordubæ, nihilominus, quia illa parua distantia, erat cum diuersitate regni, fat erat vt esset locus cambijs. Si quidem diuersitas regni, & habet pecuniarum diuersitatē, & prohibitionem pecuniæ. Ne, scilicet, ex regno vno deuehatur in alterum regnum, vt & modo accidit inter duo regna Castellæ, & Portugaliæ, cæterū etsi nulla sit prohibitio transferehendi pecuniam, ex Hispania, ad Indos occidentales, qui subsunt regi Hispaniarum, cæterum quia ex nimia distantia loci, ex diuersitate materiali regni accidit varia inde pecuniæ æstimatio, ideo est locus ex Hispania ad Indos cambijs, etsi formaliter est vnum regnū, sed de his hæc tenus.

Diuersitas regnorum in Hispania sub Arabibus.

¶ Octaua conclusio, etsi cambia realia, vt præscripsit conclusio proxima sunt licita, at vero recambia sunt nefaria. Hanc probo, etenim vt paulo ante dicebam, duplex est functio artis campforiæ, vel hic recipere, vt alibi det, aut hic dare, vt alibi recipiat: at vero recambiū sub nullo horum membrorum comprehenditur, siquidem recambium, non est hic recipere, vt alibi det, aut contra, sed quia non recipitur illic, quod ibi erat dandum, hic geminatur cambij interesse, quod non fuit solutum, quando erat soluendum, vt verbi gratia, dedit campfor Hispani, ad cambium mille soluenda Romæ non soluunt.

Octaua conclusio contra recambia.

soluuntur Romæ visa litera, vel non visa, & quia nō soluuntur grauatur cāpsuaris nouo cambij interesse, supra illud quod iam debebat Romæ.

¶ Hæc igitur grauatio noui interesse, est iniusta. Hæc nanque vel exigitur iure cambij, & hoc non, quia ad nullam cambij veri functionem spectat. Et rursus cābiū est permutatio, igitur recambium est re permutatio: at vero nihil in hoc contractu reperimatur igitur verè non est recambium, cum non sit cambium. At vero vocatur recambium, ex auaritia campforum, vt sub nomine honesto tegant vsuræ turpitudinem, referendo nouum interesse ex iure ficto cambij, cum vt diximus, nulla sit ibi permutatio, neq; cāpsforiæ artis functio, sed si ius aliquod est, erit vel ratione pœnæ, quia quod soluendum erat tempore condictio, non fuit solutum. Et hæc est pœna conventionalis cuius sit mentio. l. 3. 4. titu. 1. 1. Part. 5. & l. 10. tit. 5. lib. 4. fori. vel erit ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, quia videlicet campfor mille aureos, quos dedit campsuario erat expensurus in mercibus, ex quibus lucrum erat promptū vel eadem mille quæ dedit ad tēpus certum soluenda, quibus tamen non solutis tempore condictio, resultauit detrimentum campforis, quia cum non esset soluendo, confiscata sunt à suo creditore illius bona & subhastata, & vendita, id quod fuit damnus campforis.

Pœna conventionalis.

¶ Hæc sanē iura sunt honesta, at vero campfor, recambiens nullū horū amat, sed ius cambij, quod non habet. Etenim exigit totum interesse recambiēs, quod primo ex cambio etiam sibi debebatur, vnde non reportat hoc nouum recambij interesse ex pœna.

Pœna ex cōtumacia.

Pœna ex interesse.

Pœna in fraudē vsurari.

¶ Quod vt facilius discas scito ex iure canonico ex. de arbitris. c. Dilecti. triplicē distinxisse glossam pœnā. Est enim pœna propter contumaciam non soluendi, tēpore condictio. Et hæc pœna est ex consensu contrahentium, ad puniendam cōtumaciam, non soluentis suo tempore obligationem. Alia est pœna, quæ incidit cum interesse, quia est pœna pro interesse, id est pro lucro cessante, aut damno emergente. Alia est pœna in fraudē vsurari. Et de priori pœna traditur extra de pœnis. c. suam. Quod qui tempore

condictio partem debiti soluerit, à pœna interposita sit immunis, campsuarius autem totum interesse ex cābio reportet. Non ergo est pœna ex contumacia.

¶ Præter hæc pœna ex contumacia, nō infligitur ad totum interesse, imo si est indeterminata, non potest crescere nisi ad duplum vt Insti. de actio. quæ nascitur ex delict. & in. l. iam citata lib. 4. fori. vt si quis se obligat soluere centum, ad præfixum diem, quod si tunc non soluerit, pro quolibet die qui amplius effluerit, obligat se ad soluendum decem solidos.

¶ At campforibus hoc est ingenium, sic contrahere si non solueris ad. 3. menses, solues interesse recambij, & si inde ad alios. 3. non solueris, item est interesse nouum recambij, id quod procedit sine termino vnde videtur pœna indeterminata, qua ergo ratione excedit terminos legis? Quippe non solum erit ad duplum, imo ad millecuplum pœna, vnde per recambia ista expilant isti campfores nobilium vitorum substantiam, & eos reddunt in miseram paupertatem.

Recambia expilant substantias vitorum nobilium.

¶ Hæc igitur pœna est indeterminata si pœna est dicenda quia fit per verba multiplicatiua. Insti. de inutili stipula. §. alteri. ¶ Præterea, quia pœna cōventionalis, ex consensu contrahentium infligitur, vel pronuntiat in infligenda. At vero huiusmodi recambiorum interesse, non ex consensu fit contrahentium. Quinimo, sepe campsuarius est inuoluntarius, imo semper. Quoniam etsi videatur consentire, non aliter consentit, quam qui capit pecuniam ad vsuram: qui coactus necessitate, mutuatur pecuniam ad vsuram, vnde censetur non consentire. Et ideo mutuatarius tunc non peccat, vt neq; accipies pecuniam, vt soluat, recambium, si non soluerit principale præscripto die.

¶ Ad hæc hæc pœna cōtumacia, nō interponitur propter interesse sed propter contumaciam, at vero in recambio ipsetur interesse recambij.

¶ Est igitur, fortē dices, pœna propter interesse. Et hoc allegat isti campfores, & horum fautores. Porro, interesse, aut ex lucro est cessante, quod Hispani dicitur menoscabo, aut ex damno emergente. Vtunque dixeris, interesse recambij neutrum horum est. Quoniam etsi campfor dixerit,

dixerit, se pecuniam illam, quam dedit ad cambium, se expensurum in emendis mercibus, unde reportaret lucrum, vel damnum sibi contigisse, dando ad cambium, adhuc non est cambij interesse dicendum vel lucrum cessans, vel damnum resultant. Quoniam lucrum hoc, vel damnum, incerta sunt, pendent enim ex futuro contingenti, at vero interesse recambij, est certum campfori, & non solum certum, sed si multa forte fiant recambia poterit sapere, & lucrum cessans, & damnum emergens. Si ergo voluisset campfor, de poena interesse agere, satis est obligare contrahentem ad soluendum lucrum cessans, deductis deducendis, scilicet expensis, labore, & periculo, &c. itaque damnum si contigerit, quod ille recambij qui accipit pecuniam. At nihil horum amat campfor, sed lucrum certum ex recambio parare, nullamque habere rationem deducendorum.

¶ Restat igitur, quod huiusmodi poena sit dicenda interponi in fraudem usurariam, & ideo non posse reportari. Quia non obligat ad solutionem, & qui illam executioni mandat, ut potius illa teneatur restituere, unde habetur in l. 40. tit. 1. r. Part. 5. si poena est de re certa, & contractus bonus, si is qui interposuit poenam, est usurarius, non potest eam exigere ab alio, qui se ad illam soluendam obligavit. At ut plurimum illi campfores sunt usurarii.

¶ Observandum est autem, circa hæc Pium V. decretalem novam edidisse, de cambijs ubi prohibere videtur etiam non exponat, quod nullum pactum fiat à campforibus, super lucro cessante, & super damno emergente quæ possunt succedere, ex non soluta pecunia cambi, ante ipsum eventum lucris cessantis vel damni emergentis. Et hoc prohibet, ne sub hoc pretextu usura intromittatur in pacto. ¶ Unde ait, & ad auferendas diuino favore omnes occasiones ad peccandum, & usurariorum fraudes, statuimus, quod deinceps, nemo audeat pacisci in exordio, vel postea, quod sibi detur aliquod certum interesse, etiam in casu quod desit solutio, unde videtur, non prohiberi huiusmodi pactum quia in se est illicitum. Quoniam nisi ex eo quod campfor dat pecuniam suam ad cambium, morali certitudi-

udine cessat sibi lucrum de se non est malum deductis deducendis, hoc deducere in pactum pro lucro cessante, quod ex communi estimatione ex simili commercio, quale erat, quod campfor volebat inire, solet esse deductis omnibus, ut si certum verbi gratia sint in lucrum ex mille, hoc certum lucrum deducere non esse malum est, at quia occasio potest esse tegendi usuras, ideo decretalis prohibet. Et licet clarè non meminerit lucris cessantis, aut damni emergentis, at vero dicens, quod non fiat pactum de aliquo interesse, subaudit de lucro cessante, aut damno emergente, hæc enim censetur esse interesse, & non loquitur de interesse cambi, quia hoc deducere non prohibetur, nisi ipsa realia cambia prohiberentur, quæ tamen à Papa non prohibentur, imo probantur, si rectè fiant. Et obserua, quod indifferenter loquitur decretalis, de omnibus realibus cambijs, siue fiant intra regnum, siue extra, nihil excipit propter hanc causam, unde rectè diximus supra omnia realia ex suo genere esse licita. ¶ Quamuis autem lucrum cessans, aut damnum emergens, campforibus prohibetur deducere in pactum certum, siue in principio contractus, siue postea, non tamen prohibetur in decretali hæc in contractu mutui, etsi ubique videatur par ratio ut tale pactum non sit licitum, saltem primo aspectu, ita videtur ut in sequenti libro fulius trademus. Et hoc discrimen est, quia utrobique non est occasio ita in mutuis, ad usuras ut in cambijs.

¶ Verum de damno, si quis pacisceretur certum pretium, manifestior est iniustitia. Quoniam damnum maiorem ut plurimum habet contingentiam, quam lucrum cessans. Porro liceret sub conditione solum pacisci, ut tibi hanc mutuo pecuniam ea ratione, quod si propter mutuum tibi datum, damnum mihi acciderit, tenearis resarcire. Et hoc idem si campfor paciscatur, non prohibet Papa siquidem solum prohibet pacta de certo pretio, non de incertis, siquidem etiam sine pacto mutuatarius, & campforarius, tenetur de lucro cessante, & de damno emergente, quod illorum causa acciderit, intellige, quando isti fuerint in mora, scilicet mutuatarius, non soluens termino præscripto inter se & mutuantem, ut traditur

Quædam prohilentur non quia de se mala, sed quia occasio sunt malorum.

Nulla cambia realia siue intra regnum, siue extra reprobat à Papa.

Decretalis Pij pacta iniusta sub certitudine pretij solum prohibet.

ditur. l. 10. tit. 1. Part. 5. & idè de campfori. Sed quid si campfori soluitur ad terminum conditum? num poterit in casu etiam agi de lucro cessante, ut si pecuniâ scilicet quam modo debauisset expendere in mercimoniam lucratiua, ad instantiâ campforis, dat ad cambium, idemque de damno emergenti, si ad instantiam campforis, dat pecuniam ex quo verisimile sibi damnum etiam ante tempus solutionis timet, ut perdeni si fidelitate Hispanè *Perder su credito*, aut detrimentum aliud in bonis suis. Exemplum proponâ. Quod niam moralia nullo magis illustrantur, quâ exemplis. Fac ergo esse mercatorè, sed institorum, cui familiare est quotannis ex quadam negotiatione deductis expensis, laboribus & periculis reportare verbi gratia centum vel mille in lucrum. Est tamen alius, qui petit, pecuniam hæc qua ille institor negotiabat. At institor respondet, ego quotannis deductis omnibus, refero mille in lucrum, quod Hispanè dicitur, *salgo con horros mi ducados*, si tu vis pacisci mecum ut hoc lucrû cessans, mihi sis daturus, itaque non sit pactum, si non solueris termino inter nos præfixo, sed siue soluas, tunc siue non, elapsis tribus mensibus, vel quatuor, teneberis ad istud lucrum mihi soluendum. Tibique sub hoc placito exhibeo pecuniam meam ad cambium, soluenda tamen mihi intra annum. Quod si damnum resultauerit, elapso anno, teneberis tunc etiam de damno, quia fuisti in mora non soluendo. Cæterum lucrum quod mihi certum est, nolo expectare annum, sed ante annum mihi soluere teneberis. Nunc ergo hic contractus iustus est? Aliter forsitan non videtur iustum esse contractum hunc, siquidem lucrum præfatû, est quidem morosum, & annuale, scilicet quia intra annum reportat commemoratum lucrum institor præfatus: iniestû igitur videtur, si quod morose, & sub annali cursu ipse lucratur, velit totum simul ante annum habere. Nisi voluisset lucrum hoc distribuere, secundum rationem lucrâ di, ut si singulis mensibus verbi gratia lucrabatur centum, hæc centum soluenda voluisset per mensura spacia singulis mensibus, videlicet singula centum, sed neque hoc dicit aliquis, etsi minoris est iniustitiæ, plenâ habet iniustitiam. Siquidem

& si institor familiare est lucrum commemoratum, verum non est tam certum quod non possit deficere ut experiri èo comprobatur. Quæ enim sepe fuerit lucro, aliquando sunt perditioni, & ut puerbio dicitur multa contingunt, inter os, & offam, ideo forte videtur non esse iustum pactum de lucro certo exhibedo, sub tanta contingentie fallentia.

¶ Porro quid respondebimus. c. nauigan. ti. ex. de usuris. ubi traditur, quod seruaturus frumenta ad mensem Maium poterit ea vendere ad rationem illius mensis petenti ab illo ut vendat, ubi etsi non sit necessarium, quod Maius mensis augeat valorem frumentorum, quia aliquando contra accidit, cæterum quia est probabile, quia ut plurimum ita accidit, ideo fas esse capitulum decernit, ergo simili modo in presentia satis erit probabilitas lucris cessantis, ut deducatur in pactum.

¶ Ad hæc, aut debetur hoc lucrum, aut non, si non, nulla quæstio, si autem debetur, quando debetur? dices, quâdo fuerit in mora debitor mutui, vel cambi, & in lucro cessante, non semper oportet attendere moram si expecto solutionem meæ pecuniæ verbi gratia, ut ex illa postquâ fuit debitor in mora, negotiaret illa. At non de hoc lucro nunc agitur, sed de lucro, quod institor, iam paratus erat consequi emendo ex pecunia merces & vendendo.

¶ Quia nunc quando dat mutuo, vel ad cambiû, erat sibi negotiandi opportuum tempus, ideoque ad hanc rationem, quid facit mora non soluendi? utique ad damni restorationem expectanda est huiusmodi mora. Quia si antequam debitor fuisset in mora, detrimentum patitur creditor ex mutuo, vel ex cambio, sibi imputet, quod non præiudicet, idcirco de damno hoc non tenetur debitor. Nihil nullus paratum habens damnum, si mutuo dat suam pecuniam, aut ad cambiû, dabit illam, & se subdet damno, ut alteri consulat, secus est de lucro, quia paratû habens lucrum, poterit cessare ab hoc lucro, ad instantiam alterius, unde videtur, quod si ita acciderit hoc cessans lucrum, etiam antequam debitor sit in mora, potest deduci in pactum certum. Neque hoc est contra decretalem, præcitatam, quæ solum loquitur de cambijs, in quibus obseruandum vult, ut lucrum cessans vel

Ludicium de rebus ferendum est ut plurimum contingit.

Lucrum cessans bifariam accideri potest.

Ad damnum emergens expectanda est solutio nisi mora.

damnum

damnum emergens, ante terminum solutionis non deducatur in pactum certum, sed sine hoc pacto, solvatur creditori, postquam debitor fuerit in mora. Si quidem ex hac deductione in pactu certum maior est tegumentum vltarum in cambijs, quam in mutuis. Si quidem sub umbra huius lucri cessantis, & damni resultantis, recambia exoriuntur, & licita esse putabuntur, id quod non accidet in mutuo.

¶ Sunt ergo tria consideranda, & interesse cambiij, & lucrum cessans & damnum emergens. Interesse autem cambiij de se iustum est, si reale sit cambiū, & non contractum, & moderatum referat item & lucrum, cessans exigere iustum est, ut agere de damno emergenti, modo hæc non sint vfuræ pretextus. Sunt autem si non soluto interesse cambiij ad diem conditum campfor, cambium cum suo interesse, si non solvatur, rursus ad certū tempus recambit, quia nouum interesse addit, & ita progreditur recambiens, & addendo interesse ad interesse, quousq; capitale solvatur, eū suis interesse. At hoc sanè neque potest excusari ex lucro cessante, neque ex damno emergenti, vt supra exponebamus. Oportet igitur dicere quod interesse cambiij, neq; est lucrum cessans, neque damnum emergens. Sed est aliud interesse, scilicet cambiij, & si iustum est cambium iustum est interesse, si iniustum, iniustum. Vnde quauis nullum sit lucrum cessans, aut damnum emergens, campfor ex reali & iusto cambio iuste reportat suum interesse, quod taxa

Lucrum cessans non est interesse cambiij.

tum est vel ex lege, vel ex consuetudine. At lucrum cessans, non est taxatum, neque potest taxari, vt neq; damnum emergens, ideo hæc valde differunt.

¶ Nona conclusio omnia cambia sicca sunt vfuraria. Hæc item patet ex præhabitis exposuit autem Pius V. tres differentias horum cambiorum, quarum etiā nos supra meminimus. Prima est, quādo campfor fingit, se dare ad cambium, ad quasdam nundinas, quod recipiens pecunias, destinat literas suas, ceterum huiusmodi literæ verè non mittuntur, sed manent, apud recipientem pecunias, vel dantem.

¶ Secundò modo, fit mittendo literas, verum non mandatur ibi executioni, sed mandatur executioni, in eodem loco, vbi cambium celebratum est, vt si Methinæ celebratum est cambium, ibi literæ exequentur, quia Methinæ etiam solvitur cum suo interesse. ¶ Tertio modo, sine receptis literis, datur pecunia, celebraturque cambium, & solvitur in eodem loco. Et hoc modo dedit campfor ad cambium, vt ibidem solueretur vbi dabatur, etiam sine literis medijs. Si quidem etiam ad nundinas verbi gratia Antuerpinas, destinabatur cambium, at ibi nullus erat qui responderet. Huiusmodi vniuersa cambia damnat sedes apostolica in decretali supra commemorata, vt etiam si differatur terminus solutionis, propter interesse aliquod, quod datur, vel promittitur, est siquidem

vfurarium vendere tempus.

LIBER

Recapitula to predicto rum.



RIMVS liber huiusmodi theologicæ praxis, contractuum rationem generalem monstrat. Secundus vero contractus venditionis, & emptionis speciatim exposuit. Tertius autem permutationibus incubit. Quartus autem Christo duce, ad mutui tractatum aciem suam dirigit. Et rectè collocatur hic liber post præcedentes, quia mutuum similitudinem gerit, cum differens contractibus. Enimvero, in venditione, & permutatione transfertur rei venditæ proprietates, & possessio in emptorem, & rei permutationis in mutuatarium. Et sicut in præfatis contractibus, huiusmodi translatio est onerosa, siquidem in venditione transit res vendita in emptorem, cum onere, exhibendi pretium pecuniarium pro ea. Et in permutatione cum onere, reddendi rem æquivalentem rei que permittatur. Ad eundem modum, in mutuo, res que mutuo datur transit cum onere suo, scilicet reddendi æquivalentem vel pecuniam eandem specie cum accepta, vel quidquid quod mutuatur.

Conu. sicut quorundam contractuum onerosorum.

¶ Est autem mutuum bitarium, aut de pecunia, aut de rebus naturalibus, vt olei, vini, frumenti, &c. & omnia hæc mutua conueniant, sunt namque de rebus vsu consumptibilibus, id est quæ ipso vsu consumuntur. Ideo que qui concedit vsu, concedit quoque rei proprietatem. Namque pecunia, ipso vsu consumitur, Quoniam concessio eius vsu, ipsa quoque conceditur, & vtendo ea, abdicatur ab vtente, eius pro-

LIBER QVARTVS
Praxis Theologicæ, de Contractibus, & Restitutionibus.

CAPVT PRIMVM DE
Natura mutui.

prietates, vt qui emit aliquid emendo amittit pecuniam, quam pro emptione erogauit. Item oleum, vinum, &c. ipso vsu consumuntur, vt patet. Est autem differentia inter hæc & pecuniam. Quoniam hæc pereunt ex ipso vsu, vt vinum cum bibitur, & oleum, cum ex eo inungitur, aut in lucernas infundimus, aut in condimenta iniicimus. Verum pecunia persistit in sua substantia, quantumlibet ea utamur. Nisi quod vsus eius cõsumit proprietatem quam habet dominus eius in eam, atque possessionem.

¶ Est autem obseruanda horum contractuum differentia, ex pedit enim eorum naturam exploratam habere, ex sua conuenientia, qua sibi cõsentiant & ex differentia, qua inuicem dissentiant, conuenientiam autem exposuimus, differentiam patefaciamus. ¶ In venditione ergo idem prorsus numero est quod venditur, & quod emitur. Quod si aliud esset à contractu venditionis abhorreret, vt si vendendo equum, idem ipse numero emitur. Et in hoc contractu contrahentium nomina sunt distincta, & actio vnus contrahentis, & quasi passio alterius item proprijs feceruntur nominibus vt. venditio, & emptio. ¶ Porro in mutuo, non idem numero, sed specie, est quod mutuo datur, & quod reddendum est. Nam satis est quod sit idem specie, etiam idem numero est, quod mutuo datur, & mutuo recipitur: at redditur non idem numero, sed specie, vt si dedi mutuo ducatos centum, in auro, item in auro, sunt mihi reddendi, habentes eandem specie, idem pondus & valorem. Non enim sufficit identitas speciei, sed necessaria est, similitudo in omnibus. Namque ducatus vnus eiusdem speciei est, cum centum, ceterum, qui mutuo accepit centum

liber...

liber...

Differentia intervenditionem mutuum & permutationem.

non satis esset si redderet unū ducatum. Sed oportet, ut reddat æquivalēs omnino, idem specie scilicet, & æquivalens in valore. Quocirca, si forte accideret, ut quando Petrus dat Ioanni mutuo centū ducatos, valor erat currens. 365. dispon-diorum, at vero speratur quod tempore solutionis ex varietate tēporis quia maior tunc erit rapitas pecunie propter nū-dinas, aut quia Rex, prouebet valorē ducatorum, ideoq; tunc valebit, ad primas scilicet nūdinas. 12. regalia, mutuans non potest exigere, quod det cētum ducatos pro valore, quem habebit ducatus, tempore solutionis, esset nanque vsu rarium, sed mutuarius solum tenetur ad exhibendum æquivalens centum scilicet ducatos, secundum valorem, quem habebat ducatus tempore initi contractus, demendo scilicet, a quolibet ducato, regale vnum, secundum æstimationē valoris tempore solutionis. Quod si mutuans sciens, valorem esse augendū tempore conditō solutionis, deduxit in pactum vt solueret mutuarius, secundum æstimationem maiorem tunc futuram vsura esset, vt mox patebit. Quoniam si mutuans ex mutuo, plus capit, quam de derit, cōtractus est inæqualis, & ideo vsu rarius, itidem cum mutuo dantur vel frumenta, vel oleum, vel vinum, idem exposcitur identitas specifica, & mensuræ æqualitas, & valor idem, non tamen exigitur numerica idēitas, imo si hæc adesset non esset mutuum.

In mutuo non est idēitas numerica.

¶ Quocirca si mutuo dedi, mensuram tritici noui valentis tempore initi contractus decem verbi gratia, eandem mensuram, valentem idem tempore solutionis tenetur reddere mutuarius, itaque in specie requiritur identitas, & rursus in quantitate æqualitas, & qualitate, similitudo, vt nouum pro nouo vetus, pro vetere & purū, pro puro, & nobile pro nobili vino. Nā qui mutuo dedit vinum generosum, exigere potest generosum vinū simili generositate. ¶ In hoc autē cōtractu, nomina contrahentiū, sunt diuersis nominibus prædita, vt mutuans, qui est veluti agens, & mutuarius, qui est veluti recipiens. At vero nomina abstracta, significantia contractū vltro citroq; celebratū non sunt distincta, quia solum extat hoc nomen mutatio. Nisi dixeris

vt secernas vtrūque, mutatio actiua, & mutatio passiua. ¶ In contractu deniq; permutationis, non requiritur vel numerica vel specifica identitas, imo diuersa tēp permutatio amat in specie, vt quando permutamus vinū pro oleo, vel oleū pro frumento, sed exigit æquivalentia.

¶ Rursus in hoc contractu nomina contrahentiū, nō sunt distincta, ambo enim appellantur permutantes, sed neque nomina abstracta sunt diuersa quoniam solam in vsu extat hoc nomē permutatio. Gratia tamē distinctionis, vocatur alter contrahentium permutans, alius cōpermutans, de qua re supra vberius persecuti sumus tractatum libro. 3. ¶ Misit igitur alijs, mutuū iam differamus. Hunc autem contractum discutens. l. i. tit. 16. De las cosas emprestadas. lib. 3. fori. Distin-guit mutuum bifariam posse celebrari, aut primo in his rebus, quæ consistunt in numero, pondere, & mensura. Quæ sunt pecuniæ quæ numerantur, & aurum, vel argentum, vel plumbum, vel alia metalla, quæ ponderantur, aut sunt quæ perti-nent ad victum, vt oleum frumēta, & vinum quæ mensurantur, sub quo mēbro, etiam fruges, & fructus terræ comprehenduntur. In his autem decernit lex mutuum trāsferre dominium rei mutuati, in mutuatarium, cum onere tamen reddendi aliam eadem specie, cū accepta, & æqualem, & æquē bonam, idem Part. 5. titu. eo. l. 1. Est porro aliud mutuum rerum, quæ ex ipso non consumuntur vsu vt equus, iumentum, liber, ensis, &c. Hæc sanē longo distant tramite, à prioribus. Priora nanque, cui conceditur vsus, item & proprietas, vt si concedis alteri vsutum pecuniæ, vel olei, vel frumenti, &c. In istis enim non secernitur vsus, à rei dominio, ideo translato in alium vsu, item transfertur dominium. In posterioribus vero, latē distant, & vsus rei, & proprietatē rei. Aliud enim est vsus iumentū, à dominio super eum & vsus libri, à dominio, & ita de singulis. ¶ Quocirca inquit lex præfata, quod qui alteri mutuo dat equum, solum concedit vsum & non cōcedit proprietatem, imo dominium manet penes mutuante. Hoc autē, quod lex vocat mutuum, scilicet, emprestido, Latina lingua vocat cōmodatū, & non mutuū. Dicitur autem cōmodatum, quia est ad

Duplex mutuum secundum legem fori.

Quædam habent distinctionem vsus, à dominio, à vero nō.

Mutuū, cōmodatum qualiter differunt.

commodam accipiētis datū, vt. c. vnico. extra eodem titulo. Caterum est vsus cedat in commodum vtētis, proprietas & dominium, est penes commodatē, vt. ff. eo. tit. l. rei cōmodata. Hispani recentiores etiam distinguunt voces mutuum, & commodatum significantes. Nam mutuum, vocant emprestido, voce elegantiore, aut emprestio voce antiquiore, sed hæc est barbara, prior vero elegans, significat enim emprestido, loque se da prestado. Præstamo vero, vocant quod Latini cōmodatum, est hæc vox sit ambigua, quia præstamoniam clericorum, item dicuntur præstamos.

¶ At vero lex cōmemorata, siue mutuū, siue commodatum vocat emprestido, est recentiores Hispani, excogitarunt, vocare commodatum præstamo. Quidquid sit de voce, si vtrunq; dicatur emprestido Hispana voce, est æquiuoca vox, nam aliud est mutuum, aliud commodare, est vt dicebam, lex, vtrunq; vocat mutuum, scilicet, emprestido. Mutuum enim vt ex l. patet. exigit identitatem specificam, at commodatum exigit identitatem numericam si commodauit tibi librum eundem mihi reddes numero. ¶ Rursus mutuum transfert dominium commodatum autē solum ad tēpus rei commodatæ vsum. Porro conueniant commodatum enim debet fieri gratis, iuxta glossam de commo. c. vnico. vt gratis debet etiam fieri mutuum, nisi velis esse vsurarium mutuum. Item differunt mutuū est in rebus ex vsu consumptibilibus, cōmodatum non potest esse in huiusmodi rebus. Nisi forte quis cōmodatō ea sumat ad pompā, & ad ostentationē diuitiarū. vt. l. 2. §. fin. & l. 2. §. commo. vt paulo ante tradebamus. Caterū non istud habet perpetuam obseruationem, quia etiam res vsu consumptibiles dicuntur commodari, Lucr. 1. 1. cōmoda mihi tres panes, panes autē sunt ipso vsu consumptibiles, vnde & lex præfata, itē vocat ipsum commodare, præstare siue mutuum. At vero Iuriscōsulti, atq; Theologi, vt certa præscriberēt de singulis contractibus aptē distinxerunt, vt hæcenus distinximus. ¶ Sunt porro qui deriuant Etymō huius vocis mutuū, quia ex meo, fit tuū, vt Vlpianus. l. 1. §. appellata. ff. de reb. cred. Et hoc verū est, quia mutuū

Et toto tit. de cōmoda.

Etymon mutuū.

transfert dominium rei mutuati, in mutuatarium vt sæpe monstrabimus. ¶ Nam vero superest, postquam substantiam huius contractus explorauimus, de eius iustitia edisserere. Est autem iustitia equalitas quædam Ethic. 5. vt ergo contractus mutui sit iustus, necesse est eū esse equalē. Tunc autem erit æqualis, quādo mutuans non plus accipit, quam mutuario dedit, si enim mutuans dedit mutuo centum, & mutuatarius reddit. cētum, & decem, iam inæqualitas est, quia plus accipit mutuans, quā dedit. ¶ Porro contingit mutuātē plus recipere quam dederit, & sine inæqualitate, vt si ob lucrum cessans aut propter dānū emergens, cōtingat, at vero tunc non recipit plus vt mutuans, sed ad refarciēdū dānū suū, vel ad recōpensandum lucrū suū quod amisit mutuando. Verum vt mutuans nihil potest amplius accipere, quam dedit. Quando ergo tantumdem sibi redditur quantumdem mutuo dedit, tunc iustus est cōtractus mutui, secus autem si acciderit, non est mutuum syncerū, sed est vsurariū. ¶ Vsurā igitur oportebit definire, vt tibi clarius eluceat, quid sit vsurariū mutuū. Iuris autē consulti variē definiūt eā, itemq; Theologi & omnes cū varietate verborum, sensus retinent vnitate. Sergio Ambros. 1. 4. q. 3. c. plerique. finit eam dicens vsurā esse quidquid accedit forti. Monaldus vero in summa. tit. de vsuris. & Raymūdus itē in sua summa eodē tit. vsura est (dicūt) lucrum ex mutuo, pacto debitū, vel exactū. Goffredus vero finit, dicēs vsura est, quidquid forti accedit intentione præcedēte, vel pacto. Salice. aliter in rubr. c. eo. ti. finit, vsura ait, est, que propter vsum pecuniæ datur. Archiepiscopus vero Florē. 2. par. summa. tit. i. hanc putat esse finitionē Theologorū, vsura est mutuū ex lucro principaliter intētū. Et hæc finitionem attribuit Theologis. Ostendit. vero in sua summa tit. de vsuris. §. quid sit vsura. longam excogitauit definitionem dicēs, vsura est quod solutio-ni pecuniæ mutuati accedit ipsius rei vsus gratia, pactione interposita, vel hac intentione habita in contractu, vel exactione ex post facto. Caterū quæ oportet esse definitiones, quæ breuissimās, aliter breuius & exacti⁹ forte diffiniemus. Præmittimus autē vsuram Latinis, duo signi-

Mutuū syncerū æqualitatem habet inter contrahētes.

Quid sit vsura.

ficare, primo quidē vsum cuiuslibet rei, id quod Græcis dicitur *ἄφρονος*. Et Cicero 7. verr. cur inquam ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, securi statim percussis, ipsi piratis lucis vsuram, tam diu curnam dedisti? id est cur lucis vsum dedisti, id est vitam concessisti: & hinc tractum est ad significandum accessionem vel incrementum, quod ex vlu ipso fit. Quocirca ipsum fœnus, quod accedit ex ipsa pecunia, sine illa excresecntia pecuniæ ex pecuniæ vsu, vocatur vsura Græcis *ῥόχνη*, id est partus, vnde Cicero 5. verr. ut cum senatus publicanos vsura fœpe iuuisset, magistratus à publicanis pecuniam pro vsuris auferret, idem ostendit Gellius, ex lib. 3. Varro, de lingua Latina. Hanc autem quæ proprie vsura est, distinguunt Iuristæ, scilicet Bal. Sali. Paul. & alij in l. vsuras. C. de vsuris in vsuram lucratoriã, ex qua reportatur lucrum vel est ipsum lucrum propter mutui officium, & in vsuram recompensatoriã, quæ est propter iustum interesse, videlicet non propter mutui officium, sed propter lucrum cessans, aut damnum mutuantis ex mutuo resultans, & in punitoriã, quando scilicet poena imponitur à mutuantē, ipsi mutuatio, hoc anuete, vt si non soluerit sub condicito termino teneatur soluere certam pecuniã quantitatem. Præter hanc distinctionem, alias apponunt, tradentes alias esse vsuras licitas, seu legales, alias vero illicitas, alias esse negotiatorias, alias vero incidentes. Ceterum istę posteriores distinctiones coincidunt, cum priore diuisione, quia incidentes sunt recompensatoriã.

At vero illa prior non est exacta diuisio, siquidem diuisum, non prædicatur nisi æquiuocè de membris diuidentibus. Quandoquidem vsura proprie, quæ est lucratoriã, cum sit de se mala, & peccatum, non potest prædicari, de membris diuidentibus, scilicet de vsura recompensatoriã, aut de vsura punitoriã, quæ nomine tenus, non re ipsa sunt vsuræ, vt neque canis vniuocè prædicatur de cane caelesti, & terrestri, aut scorpio, seu cancer, seu aries. Quia igitur diuisum in exacta diuisione vniuocè prædicatur de membris diuidentibus, vt animal de oue, & boue, & homine, ideo cũ æquiuocè præ-

dicetur vsura de istis, nõ est propria hæc diuisio, vsura enim capta crimè est. Alij vero quæ æquiuocè dicuntur vsuræ, non sunt crimina, sed vt actus virtutis vt posterius patebit, vnde vsura materialiter, est ipsum lucrum vltra sortem. Quapropter definitio vsuræ, quam valde cõmendat Caro. Moli. ex Philip. Melancthone heretico, non est formalis, sed materialis, quam mox subdemus, ait enim vsuram esse lucrum vltra sortem exactum solū propter officium mutui. Hanc enim definitionem Carolus prædictus, inquit esse Melancthonis. At vero me latet cur hanc definitionem impensè laudauerit. Quãdoquidem nihil habet eximia laude dignum. Etenim hæc definitio est data per materiam, & non per formam. Vnde ex hac definitione vsura mentalis, non esset vsura, siquidem, non est animus lucrandi, lucrum, vt patet.

Quamobrem, est lucrum huiusmodi sit materia, & obiectum vsuræ, non tamen est formalis vsura. Est enim factus vsura animus ipse, seu voluntatis actus habendi aliquid vltra sortem propter mutuum.

Et hic animus, est crimen, at vero ipsum lucrum non est crimen, quando pecunia, non est peccatum. Vocatur autem fors ipsum principale, seu capitale quod mutuo datur, quod Hispana voce, el caudal appellatur, ipsum vero lucrum vltra sortem, Hispanè logro vocatur, quæ vox sapit latinam vocem, lucrum. Lucrum igitur qui intēdit, vel accipere, vel exigere, vltra principale, vsuram admittit.

Cõtingit autem esse lucrum vltra sortem, sed non exactum neque intentum ex aliquo pacto, vel tacito, vel expresso, & tunc non est vsura, aliquid recipere lucrari vltra sortem, vt si mutuans liberaliter dat mutuo, at mutuarius rependens eidem mutui officium, aliquid offert vltra sortem, non tanquam exactus, sed solum ex liberali dono, tunc recipere illud donum non esset vsura, quia non recipit vt sibi debitum ex mutui officio, sed tanquã sibi donatū ex amicitie officio. Et hac ratione sperare aliquid vltra sortem ex amicitie, & gratitudinis officio solum, non est vsura, quia non speratur vt debitum ex obligatione ciuili, seu

Tracta. de vsuris.

Diffinitio Melanctho. de vsura nõ est bona.

Vsura est vsuræ.

Diuisio vsuræ in varia membra.

Lucratoriã vsura recompensatoriã vsura, punitoriã vsura

ex pacto aliquo, tacito vel manifesto, sed solum ex debito naturali, ex quo homines solent sibi præstita rependere officia.

Idem qui propter damnum emergens, aut lucrum cessans aliquid accipit vltra sortem, & hoc idem accipere intendens, non est vsurarius, quoniam, nihil lucratur vltra sortem, quoniam, tunc mutuantur rependitur, quod sibi debetur. Quippe mutuans saluo suo capitali mutuat, at si lucrum cessat, aut damnum patitur ex dilatione solutionis mutui, iam legitur in sua substantia.

Porro S. Tho. q. de malo. q. 13. ar. 4. & 2. 2. q. 78. arti. 1. aliter finiuit vsuram dicens, esse pretium pecuniæ mutuatae, vel cuiuscunq; rei quæ vsu consumitur, et si q. de malo indicata. ar. 1. dicat esse pretium vsus rei mutuatae. At vero, fieri potest, quod quis mutuet eo animo, vt sibi detur aliquid vltra sortem, non propter vsum pecuniæ, sed propter beneficium mutui, iam tunc est vsura, at vero, nõ est pretium vsus rei mutuatae. Et rursus pretium non est vsura, quia pretium est pecunia, vel æquipollens, at vero pecunia non est peccatum, cum pecunia sit bona, & peccatum sit malum, vnde videtur, quod huiusmodi diffinitio explicat materiam vsuræ, non tamen formam, vt supra dicebam.

Vsurã porro Hebræi vocant morsum à verbo, *lâsar*, momordit. Amos. 5. & nu. 21. vnde translatum est nomen ad significandum fœnus siue vsuram siquidem vsurarius, est ceu morsus coluber & mutuarius est tanquã demorsus, quia corrāditur ex vsura eius substantia, & vsuraria iniuria, est veluti demorsio Ezech. 28. & Exodi. 22. Et aptissime vsura appellatur metaphoricè morsus, namque morsus est læsio, & detractio, cuiusdam à demorso, & ad eundem modum vsuraria exactio est detractio iniusta, ab ipso mutuuario. Siquidem illam debet, quã soluit & satis concinnè sancti, morsus aspidis conferunt vsurariã exactio nem, siquidem morsus ab aspide, ridendo exhalant animam, ita & oppressi vsuris, ridendo, suas facultates amittunt. Putant enim satis sibi esse, subuenire suis indigentibus præsentibus ex vsura vnde leguntur in præsentia, postea flent, quando se exhaustos sentiunt. Et item vt tere-

do, paulatim corrodens lignum, ipsum comminuit ita vsuraria exactio. Accipit autem vsura nomina varia, apud Romanos. Namque illis aliæ erant vsuræ semisses, aliæ trientales, aliæ bestiæ, aliæ quadrantales, aliæ centesimæ. Aduertas autem, morem fuisse Romanis, suas ad mensum constituere vsuras vt nobis est mos, annuos constituere census, & Romanorum supputatio erat ad. 12. quippe est numerus perfectus, diuisibilis enim est in partes aliquotas, vt in quatuor partes reddentes totum, & in tres partes, idem facientes & in duas itemdem. Nam quater tria, & ter quatuor, & bis sex. 12. constituunt. Quare, vsura erat semissis quando singulo quoque mense, pro centum aureis datis, soluebatur dimidium ducatus. Habita tamen ratione vnius ducati ad. 12. regalia nostra. Quia tunc valet sex regalia vnde in anno integro, qui accipiebat centum aureos, tenebat soluere. 6. aureos, vnde serè tranfactis. 16. annis vsurabat capitale. Quod si dabatur ducenti ducati ad semissem vsuram, eadem ratio obseruabatur. Siquidem semper erat ad dimidium pro centum, si centum erant mutuo data, aut ad dimidium pro ducentis, &c. Quia cum erant ducenti tunc duplicis ducati habebatur ratio, scilicet, vt singulis quoque mensibus dimidium duorum ducatorum penderetur in solutionem, videlicet. 12. regalia.

Vsura vero trientalis appellabatur, vsura trientalis, quæ tertiam partem ducati exigebat talis, pro singulis mensibus & hæc non erat ad dimidium pro centum, sed ad tertiam partem pro centum & proportionabiliter, si augetur mutuum, vnde quia tertia pars, sunt quatuor, duodecim, quatuor regalia erant vsura trientalis. Quod si ducenti ducati dabatur ad hanc vsuram trientalem, duorum ducatorum tertia pars dabatur singulo quoque mense, videlicet octo regalia. Quadrantalit vsura, soluebat pro centum singulo quoque mense quartam partem ducati, videlicet regalia tria. Vsura vero bestis, soluebat pro centum duas partes ducati, scilicet octo regalia.

Demum, ceterissima vsura, soluebat, pro centum ducatis, singulis quoque mensibus ducatum integram, scilicet duodecim regalia.

Vsura quadrantalit, vsura bestis, vsura centesima.

lia, vnde fiebat, vt in centum mensibus, focus & quarec fortem. Istæ autem vsuræ centesima: erant grauisimæ omnium, leuissimæ erant quadrantes, proximè post centesimas erant besales à besse, quod significat, secundum Festum bis triens, id est octo, vnde Cicero ad Atticiū, fœnus ex triente erat besibus, id est ex duabus trientibus, quæ erant beses. 12. Erant quoque vsuræ dictæ nauticæ. l. 1. C. de nau. fœno. aut. de vsu. nau. §. 1. & l. 1. ff. de nau. fœno. & l. pericu. ff. eo. dabatur enim vsura quædam, continuo atq; nauis salua appelleret in portū, siue morosa, siue cita esset appulsio. Alia vero erat vsura nautica ex appulsione, saluoque regressu, vnde discesserat. Istæ autem erant differentia: accidentaria, & non sunt essentialis differentia: vsuræ, qualis est differentia, vsuræ propriæ, ab vsuris recompenfatorijs, vel punitorijs.

Vsura nautica.

CAP. SECVNDVM.

An vsura accepta proprie, sit ex se mala.

Quædam mala quæ prohibita quædam quia mala prohibita.

Peccatorum distinctionem, omnes norunt esse, quod videlicet quædam ex se sunt mala & ideo prohibita, quia mala, vt mendacium, adulterium, furtum, alia vero, non esse ex se mala, sed ex lege prohibente positua, vt in tempesta nocte deferre arma, Quæ sunt primi generis à naturali iure prohibentur. Quippe quæ ex natura sua sunt mala, quæ vero sunt secundi generis non sunt ex natura mala, sed vel ex lege diuina positua vel humana contrahunt malitiã, quia prohibita sunt, vt non baptizari, non habet ex natura sua malitiam, at ex lege euangelica quia iustum est, vt omnes baptizentur, est malum. Item vesci carnibus, non est ex natura sua malum, at ex lege canonica fit quadragesimæ malum. Hęc igitur iam dubitatio est, si vsura ex natura sua habet malitiam moralem, an solū ex lege positua, vel diuina, vel humana. Et quidem Aristot. 1. Politic. 7. vsuram esse ex natura sua malam testatur clarè sub nomine numulariæ eam significans. Artè nanque corradendi vsuras, numulariam

appellat ibidem. Vnde ait, duplicem esse artem acquisitiuam, aliam numulariam, aliam disciplinam rei familiaris, & hæc quidem necessaria, & laudabilis, illa vero translaticia, & merito improbanda: quia non secundum naturam, sed ab hominibus acquiruntur: rationabiliter habetur odio ipsa numularia. Quoniã à numo ipsa facit acquisitionem, & non ad quod ipse inductus est. Commutationis enim causa numus inductus est, fœnus autem se ipsum maius facit, vnde & nomen venit. Quoniam illa quæ pariuntur, similia gignentibus sunt. In fœnore autem, numus numum parit. Quare maximè præter naturam est hic acquirendi modus, hætenus Aristot. Vbi perspicuum est, sensisse artè fœneratoriam, siue modum vsurariū, esse non artè, nisi translaticiam, quia potius est astutia quædam, ad expilandum aliorum pecunias quam vera ars, & item non esse huc fœneratoriū modum secundum naturam, sed præter naturam. Numi enim natura, non est quod pariat numum, sed quod mediã te illo, fiat rerum venalium commutatio.

Fœnus dicitur à fœno, quia fœnus est pars pecunie vt hic insinuat Aristot.

Est item & alia ratio probans idem: quia in rebus vsu consumptibilibus, vsus rei, non distinguitur à rei proprietate, & possessione, vnde, qui alteri cõcedit olei, vel pecuniæ suæ vsum, concedit ipso facto, & proprietatē, & possessionem, igitur cum per mutuum concedatur alteri pecuniæ mutuatæ vsus, illi etiã cõceditur proprietatē & possessio. Qui ergo supra fortè accipit lucrum propter mutuum hic fecerit vsum, à proprietate in huiusmodi rebus. Et ideo mutuas vsurarius pecuniæ transferens dominiū in alterum vsum pecuniæ videtur locare, vt qui vsum iumentū sui alteri locat pro quodam pretio. At vero isti duo contractus inuicem pugnant locatio, & mutuum. Nanque locatio non transfert neque proprietatem, neque possessionem rei locatæ, sed tantum concedit vsum ad tēpus, & hoc propter pretiū, at mutuum, trãsfert, & proprietatē, & possessionem rei mutuatæ, igitur si mutuas propter mutuatæ vsum pecuniæ refert lucrum, refert lucrum ex locatione, at locatio expellit mutuum, igitur, non est mutuanus, sed locans, at non est locans quia est mutuas, igitur est mutuanus, & non mutuanus. Tertio, augetur hoc idem quia quis non videt esse contra rationem naturalem aper-

Secunda ratio.

tertio, apertissimè, quod quis pro re cuius habet plenam proprietatem, & possessionem, & vsum, alteri pendat tributum? vt si quis det in mutuo olei, vel vini metretam alteri, sed hac interveniente pactio, quod pro vsu olei mutuati, vel potu vini quod est bibiturus, exhibeat pretium, an non qui sic mutuo daret alteri vel vinum, vel oleum, vel quodlibet aliud diceretur insanus, aut iniuissimus? utiq;. Etenim, qui oleum mutuo dat, vel vinum, eandem rem dat vsum, nã ad hoc dat mutuo vt eis vtantur pro suo arbitrio, nempe re sua. Talis autem est vsurarius, dans mutuo pecuniam, & pro vsu eius ultra fortem exigens lucrum. Quarto, nullus pro vsu lucrum rei, quicquam debet alteri, ergo cum mutuatarius pecuniam mutuatã, habeat in suam, pro vsu illius, nihil debet mutuantis. Consentiant doctores Theologi, esse vsuram contra ius naturale, vt est videre apud Tho. 2. 2. q. 78. ar. 1. & Scotum dist. 15. 4. q. 1. & apud ceteros in. 4. dist. commemorata. & in. 3. sent. dist. 3.

Quarta ratio.

In lege autem illa vetusta Dei Exod. 22. idem traditur esse iniquam vsuram. Vsura inquit, non opprimes eum. & 25. Nec accipies vsuram ab eo. Et apud Nemiã, vsuram ne singuli à fratribus vestris exigatis. Et Psal. 24. Qui non dedit pecuniam suam ad vsuram. & 54. Non defecit de plateis eius vsura & dolus, & Ezzech. 28. & 2. vbi vsura vocatur super abundantiam. Hæc autem præcepta cum non erant iudicialia, aut cæremonialia, videtur esse naturalia, ergo vsura est contra naturam. Quod si obieceris Matthei. 25. Veniens ego recepissem quod meum est cum vsuris. Et Luc. 19. Quare non de disti pecuniam meam ad mensam, ego veniens utiq; cum vsuris exegissem illud vnde videtur probatas esse ex euangelicis literis vsuras. Respondetur, in diuinis literis sepe mala trahuntur ad significationem bonorum, vt adulterium Betsee, significabat conianctionem gentium, cum Christo, vnde ex vsura pecuniæ, Christus demonstrat aliam vsuram non pecuniæ, sed sanctorum operum, quæ est vsura spiritualis, ex vsura igitur culpabiliter trahit nos, ad vsuram bonam, vt sicut mercatores, propter pecuniæ lucellum, fœnerantur diligentissimè ita & nos pro

In sancta scriptura mala non nunquam bona significant.

pter regnum caelorum negotiemur sollicitè in spiritualibus rebus habere incrementa, quæ sunt fœnus spirituale. Namq; vt hoc est studium vsurariorum pecunias suas ex pecunijs augere, ita nostram oportet esse ex gratia Dei, gratiam Dei augere & sancta opera, nouis superadditis cumulare, id quod vsura est spiritualis. In euangelicis autem literis, damnatur etiam vsura apud Lucam. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. Porro autem, aduersus dogma hoc catholicum, egregius Iuriscōsultus Carolus Molinæus in suo tractatu de vsuris & commercijs. num. 1. 1. & 1. 2. multa commentatur, quæ à catholico dogmate videntur abhorrere. Enimvero vsuram propriè captam, non esse semper malam testatur, sed aliquam esse meritoriam vsuram. Distinguit enim vsuram propriè captam, quandam asserens esse contra charitatem, aliam vero secundum charitatem proximi. Priorem autem esse malam, posteriorem vero bonam, non formidat asserere. Et quauis prius dixerit, vsuram esse ex natura sua malam, & ideo prohibitam, & non contra eam mala, quod prohibita, subinde moderatur falso moderamine, quod vero prius dixerat dicta mine. Quippe, vsuram soluentem proximi charitatē, hæc putat esse ex natura sua mala non soluentē, minime. Et ex eam plū proponit bonæ vsuræ. Sit aliquis, qui mutuet pecuniã suam alicui mercatori vt emat merces, in quibus negotiis hoc pacto tamē, quod si superlucetur in negotiatione, modicã portionem ex lucro, rependat mutuati. Hanc cõmendat vsuram Carolus hic quia credit mutuante, non soluere, imo augere officium charitatis dās mutuo suam pecuniam homini pauperi, vt si superlucetur, modicum referat mutuas quia dedit pecuniã, ex qua. v. g. multum mutuatarius lucrum reportauit, igitur, si propter hoc beneficium, cõsequens ad mutuatam pecuniã pactum sit, de impartienda modica portione, non est contra charitatē. Magis enim esset cõtra charitatem, huic pauperi non mutuo, vnde tantum lucrum esset reportaturus. Et adducit in suffragium sui placiti autores Iuriscōsultos eximios, vt fidè faciat nobis. At verò, quia illi à tergo impendit verbū domini. Mutuum date, nihil inde sperantes, ideo cõfesseludere

Vsura spiritualis.

Error Caroli Molinæi.

eludere sensum catholicum horum verborum, & nouū excogitat sensum dicēs, dominiū uerbis istis non intendere quicquā de usuris, sed sensum esse hunc. Nihil uos moretur, ab officio exhibēdo mutui, quod de speretis uobis restituendū, imo tunc indigentibus mutuum date, quia si ab ipsis fuerit non repensum mutuum, à Deo dependet uobis, diuitibus autem dandum est mutuum, sperando restitutionē. Quia hoc non tollit uerbum domini, quia speremus restitutionē, à potētibus restituere non potentibus uero, dandum docet, nihil inde sperando. ¶ Quod si hic esset germanus sensus, utiq; nō haberemus ex euangelicis literis, unde damnaretur usura. At uero ex hoc loco, extra de usuris, c. cōsuluit, Urbanus Papa usuram damnat, & usurarium obligat ad restitutionem. Et in c. quia. & c. super eo, perspicue traditur ex utraq; testamenti pagina, damnatam esse usuram. Et alius in euangelicis literis non extat locus, nisi prācitatus, si ergo hunc locum peruertimus, & eius sensum legitimū violamus, unde colligemus euangelium usurā damnare certe nullibi.

¶ Ad hęc, quia si damus mutuo, nihil inde restitutionis sperando, quia extreme miseris mutuumus, utique istud non est mutuum, sed elemosyna, at uero si de elemosyna dominus texere sermonem uoluisse, utiq; non ex uerbo mutui uolisset eā significare, cū aliud sit mutuum, aliud elemosyna, elemosyna enim est gratuita donatio, mutuum autē et si gratis datur, at eū onere restituēdi, datur. Quid quod alibi iam monuerat, elemosynam debere esse gratuitam, Luc. 14. dicens, cū facis prandium, uel coenam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; uicinos, neq; diuites, ne forte ipsi reuinent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium uoca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus gr̄s. Quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in retributione iustorum. ¶ Porro autem, quia Iudæi erant propensissimi ad usuras, dominus etiam & huius uitij reprehensionem, non debuisse prāmittere, ut non prātermisit, quia uerē textus prāductus, mutua esse faciēda prācipit, sine spe retributionis.

Refellitur Carol. Iuanus.

Elemosyna Deo gratuita est quæ largitur pauperibus sine spe retributionis.

¶ Est autem in gratiam huius rei notandam, quod restitutio pecunie, uel rei alterius mutuatæ, non est retributio, restituit enim debitum, non est retribuere quicquam creditori. Retribuere enim est de nostro, quicquam officij alteri exhibere, cui ex alio officio obligamur, ut restituere, est alienum suo domino conferre. Quocirca dominus dicens, Nihil inde sperantes, non loquitur de spe restitutionis. Nam quod quis speret sibi reddendam, quod suum est, ratio naturalis, persuadet, sed sermo est de spe retributionis. Quia sperans retributionem, non sperat suum, sed alienum sibi exhibendum. Hanc autem retributionis propter mutuum spem, prohibet dominus. Quod si obieceris equid num dominus etiam uetat, quod mutuanus mutuando nō opinetur sibi retribuendam? Nempe, quia mutuat, homini timorato, & probo, qui gratiam se exhibet, sibi beneficiis, utique dominus non prohibet sub hac opinione mutuari. Aliud namq; est sperare retributionem ex mutuo, aliud uero opinari siquidem spes, est expectatio certa de uentura retributione propter mutuum, opinio uero de retributione huiusmodi, incerta est, spem igitur certam dominus in primis uetat dicens, Nihil inde sperates, scilicet, retributionis. Enim uerō huiusmodi spei certitudo, non potest accidere, nisi ex pacto de habēda retributione, siue pacto sit tacitum, siue expressum. Ex huiusmodi enim pacto concipitur spes certa. Hoc autem sub modo penitus pacto, opinio aut coniectura, quod mutuanti retribuetur, non est certa sed incerta satis, quippe non pendet ex aliqua conuentione, siue expressa, siue tacita, sed solum ex arbitrio spontaneo mutuatarij. Igitur spei certitudo in huiusmodi exoritur ex pacto, ex quo nascitur obligatio ciuili, at opinio retributionis, solum pendet ex obligatione naturali, ex qua recipiens beneficium, tenetur ad donationem remuneratoriā, quam uocat antidora. Verum quia hæc obligatio solum resultat ex uirtute animi, suscipientis beneficium non ex aliquo pacto, ideo incerta est opinio, quæ ex illa pendet siquidem non an unquam accidit huiusmodi, esse gratos suis benefactoribus, & plerūq; esse ingratisimos.

Quo-

Vsura ex spe mutuatæ est certa de retributione.

Quocirca qui mutuat, sperando retributionem ex mutuo, usurarius est. Neque enim potest habere spem quæ certa sibi sit spes, nisi fundetur in pacto claro, uel subintellecto, quia hoc modo erit certa sibi spes, quia certitudinem sibi conciliat ex pacto. Verum si habet opinionē solum de retributione, & nullo pacto siue tacito, siue expresso interueniente, ad huc distinguendum est, quia si sic opinādo mutuat, ita opinatur retributionem, quod si non opinaretur, non mutualet, aut sic opinatur retributionem, quod etiam citra illam opinionem mutualet. Et signum prioris opinionis, est quia exigit retributionem, etiam si non deduxit in pactū, si autē nihil exigit, neq; intendit exigere, quod sibi retributionis offertur libenter suscipit, signum certum uidetur, quod et si mutuanus, opinionem conceptam tenebat de retributione, non tamen opinio huiusmodi ab eo concepta erat causa mutui, ideoq; hic non est censendus usurarius, igitur si propter solum intentionem lucri, quam homo habet ex mutuo, est iudicandus usurarius in foro cōscientiæ ex de usura, c. cōsuluit. quia mutuat, ex mutuo intendens lucrū, aliās non mutualetur, quomodo Carolus hic dicit, quod si pacisci de lucro, ex mutuo habendo, modo modicum sit non esse usurarium si sola intentio coinquinat, opus nō ne etiam coinquinabit? ¶ Præterea Carolus ingenue fatetur usuram malam esse, quia pecunia non potest parere pecuniam, at uero in casu suo, pecunia parit pecuniam. Si quidem, mutuantur exhibetur pecunia, propter suam pecuniam. ¶ Quod si dixerit, tunc in casu suo pecuniam non dari mutuanti, propter pecuniam mutuatam, sed propter lucrum, quod consecutus fuit mutuatarius ex pecunia mutuatā, unde si nihil lucri est consecutus, nihil ab eo exigitur. Neq; ille tenetur pro mutuo quicquam amplius retribuere, quam restituere capitale. Et hoc est columen Caroli, unde sibi fabricauit suam placitam. Et addit, quod quia mutuanus fuit causa lucri, causa, scilicet, efficiens, quam uocant inquit, causam sine qua non, ideo nihil criminis committit, si portionem modicam exigit lucri supra sortem.

Vsura ex sola opinione de retributione.

De re hac cap. 3. uide infra.

¶ At uero, ut pridem tradebam, usura etiam committitur, si forti quicquam accedat, etiam propter mutui beneficium receptum, etiam si non exigatur propter usum pecuniæ, usurarij enim nihil inter est, referre lucrum siue propter usum pecuniæ, siue propter beneficium mutui, modo ipse corradat lucrum, ueniat unde decumq; sua non interest. Et dominus ait, Date mutuum nihil inde sperantes, inde retributionem, id est, ex mutuo, qui autem sperat quicquam propter beneficium mutui, iam ex mutuo aliquid sperat, igitur agit contra domini præceptū siue speret pecuniam, siue munuscula, siue beneficia ecclesiastica, siue fauorem, uel alia hoc genus, quæ uel pecuniam includunt ut beneficia, aut pecunia sunt æstimabilia, ut reliqua, uniuersa autem hæc Dei uerbum excludit, dicens, Date mutuum nihil inde sperantes, Luca. 6.

Accedit etiā illis, quia diuisio illa usuræ, proprie sumptæ, in usuram contra charitatem, & secundam charitatem, est inutilis, & inepta satis diuisio. Primo quidem, quia contractus ex iustitia est libratus, & non ex charitate, contractus enim si iusti sunt librantur ex sua æqualitate, quia si sit æqualitas pronuntiamus esse iustos si autem sint inæquales pronuntiamus esse iniustos, ut ex r. Jib. & 2. satis dilucidum est, cum ergo usura uicium quæ si proprie sumatur, semper est contractus inæqualis igitur semper est iniustus. Et hoc patet, quia in casu proposito à Carolo, mutuatarius dat portionem lucri, mutuanti ex pacto, hoc autem pactum est iniustum, quia est de reportando alieno, siquidem lucrum totum est mutuatarij, cur ergo obligandus est, ut imparciatur mutuanti? Neque iuuat, quod mutuo fuit causa lucri, imo nō fuit causa efficiens lucri mutuum, sed industria & diligentia mutuatarij. Nam pecunia illa mutuatā, si sola esset, non pareret aut efficieret lucrum. Nam si esset bona industria, mutuum non pareret lucrum, quia sæpè contingit perditio, si ergo nihil mutuanus demit, si factura contigerit mutui, cur ergo, sibi exigit aliquid ex lucro accedere? an non hæc est inæqualitas contrahentium, ut mutuanus tutum habeat lucrum, & mutuanus, non tutum.

Vsura est si accedit aliquid ultra sortem siue propter usum pecuniæ siue propter beneficium mutui.

Distinctio usuræ refellitur excogitata à Carolo.

P 5 tutum,

tutum, nam si accidat iactura, totam sibi imputabit, & principale solidum restituet, mutuanti.

¶ Præterea si mutans casu retento, maiorem partem lucri sibi ascriberet esse vsuram, aperte fateretur Carolus, cur ergo si modicum exigit inficiatur esse vsuram, quandoquidem multum, & paucū non variant speciem. Dicit igitur si modicum exigit lucrum, esse modicam vsuram, & si magnum, magnam vt furtum oboli furtum ex suo genere est, & malū. Rursus, & casu retento modicam lucri portionem exigere est contra charitatem proximi, namq; mutuatarius, cogitur dare, quod non debet mutuanti. Nam lucrum totum est suum, & suæ industriæ imputandum, quanuis mutuum est causa sine qua non, at non est efficiens lucrum, vt referatio fenestæ est causa sine qua non lux illuminaret cubiculum, non tamen est causa efficiens lumē, quia poterunt esse diu referatæ, sine illustratione cubiculi, vt noctu accidit, contra charitatem igitur proximi est frui sudoribus alienis. Et quamuis mutuatarius profiteatur se potiri beneficio, ex mutuo, at coactus hoc beneficium suscipit, quia alias suam indigentiam leuare nequit, vt is qui projicit merces in mare, vt vitæ suæ illis proiectis consulat, vnde & si videtur officium charitatis, est nihilominus tegumentum iniquitatis. Quid quod hic autor in posteriora dirigit oculum, & non ad primam causam erigit mentem. Siquidem debuisset expendere contractum si est contra legem Dei, & non solum considerare, si beneficium præstat proximo. Quid enim si beneficium confert proximo, vt hoc illi interim donaremus, si istud beneficium confert contra legem Dei prohibentem omnem vsuram proprie dictam.

¶ Dixerim ergo contractum à Carolo approbatum esse contra iustitiam quia non seruat in contrahentibus æqualitatem, & esse contra charitatem proximi, quia beneficium mutui, illi confert, cum onere soluendi, quod alioqui soluere non tenetur, nisi ad soluendum ex pacto teneretur iniquo, ideoq; soluere cogitur, quod non debet. Et est contra Dei charitatem, quia qui non seruat Dei mandata, agit contra charitatem, vos inquit, Sal

uator orbis Ioan. 15. amici mei estis, si feceritis omnia quæ præcipio vobis, & rursus Matth. 7. Non omnis qui mihi dicit Domine, Domine introibit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in caelis est. Cum ergo diuina lex naturalis, veteri lege exposta, & in noua non suppressa, reprobet vsuras, qui eas admittit facit contra Dei charitatem.

C A P V T. III.

Naturam vsuræ, & eius prohibitio. nem rursus inculcans.



Suram formalem esse intendere accipere ex crescentiam aliquam vel accessionem temporalem, vltra sortem, superioris tradidimus. Adiecit autem esse necessarium hanc accessionem intendere propter mutui officium vt sit formalis vsura. Est item necessum vt hæc accessio, seu commodum sit temporale, siue sit prorsus temporale, siue annexum habeat temporale. Nam que si quis mutuat, quia consilij est euangelici mutuo dare Matthæ. 5. volenti mutuari à te da ei & Lucæ. 9. Mutuum date, nihil in de sperantes, vnde est meritorium opus, quippe promeretur mutuans gloriæ sempiternæ incrementum. Et ideo qui hoc animo mutuat & incrementa spiritalis lucri intendit, vsurarius quidem est, non infernalis, vt pecuniarij vsurarij, sed potius celestis. Siquidem cum Deo foeneratur, non cum hominibus. Deus autem quæ est eius infinita liberalitas, imò infinita magnificentia, ad has vsuras exercendas suos fideles hortatur, Matth. 25. vt alias pecuniarias abominandas præcipit. Intendere igitur accessionem boni spiritalis, non est vsura proprie, sed metaphorice spiritalia enim non sunt pretio comparabilia.

¶ At obijcies forsitan, ecquid ergo, si mutuat Petrus Ioanni sacerdoti, centum argenteos, modo pro Petro celebret. 20. missas vltro sortem hoc accepturus, nonne hoc vsura est, etiam si sit accessio ex bono spiritali, nam missa spiritalis bonum

vsura vocat in sua rationem superabundantiam temporalis boni.

spiritualia que habent annexa temporalia non possunt deduci in pactum vsuræ vicio dandum est. ¶ Similiter, autem & mutuarie episcopo centum aureos, aut mille, vt inde assequatur mutuans beneficium vsura est. Nam que beneficium, habet annexa temporalia. Atq; mutuarie, vt ex mutuo quispiam conciliet sibi fauores apud principes, vel alios magnates, pro assequendis præfaturis, vel officijs publicis, &c. item vsurarium est. Quoniam præfatura ista & officia bona temporalia sunt, quæ à regibus venduntur sæpe, vt modo videmus vendi: ideoq; huiusmodi sub pecunia comprehenduntur.

¶ Cæterum, si sola benevolentia mutuatarij intendatur, & amicitia eius, tunc mutuans hoc intendens non est vsurarius siquidem amicitia sola, non reputatur ex pecunia. Quia non est vendibilis, aut emibilis interna benevolentia quæ bonum spirituale est, verum quia officia amicitie sunt promouere amicos in bonis, ideo si ob hoc mutuans mutuat vt officia amicitie demereatur, apud amicum suum, scilicet, vt loquatür regi, vel principi pro præfatura obtinenda est alia consideratio tenenda, si hoc scilicet, deducitur in pactum, expressum, vel insinuatum, vel solum speratur ex liberalitate mutuatarij vt sub hæc dicemus.

¶ Est igitur vt clarius rem agamus, vt præ dicebamus, vsura quædam materialis, alia vero formalis. Materialis est ipsa actio exterior recipiendi lucrum vltra sortem formalis vero, intentio recipiendi huiusmodi lucrum. Porro aliud est desiderium recipiendi hoc lucrum, aliud intentio. Siquidem potest desiderium afficere, sine intentione. Multa namq; desideramus, quæ non intendimus, vt pote qui desiderat episcopatum, aut diuitias, quas non intendit, quia sibi non futura aduertit. Desiderium igitur lucri vltra sortem vsura est mentalis, sicut enim qui videt mulierem alienam ad concupiscendum eam iam est mechatus in corde suo ita similiter, qui lucrum vsurarium habere concupiscit est vsurarius, mentaliter,

Aliud est desiderium aliud intentio lucri vltra sortem.

et si huiusmodi, non sit obnoxius restitutioni, quippe nihil vsuræ cepit.

¶ Intendere autem lucrum vltra sortem bifariam accidit, aut efficaciter, aut inefficaciter, inefficaciter ille intendit, qui volens tale lucrū, non apponit tamen media necessaria, lucro huiusmodi assequendo, sunt porro media, pactum interueniens, siue tacitū siue expressum, aut si hoc non interueniat, exactio lucri adeft siquidem si nullo pacto interueniente, mutuans mutuet, at vero postmodum exegerit lucrum signum est, vt voluisse efficaciterque intendisse hoc lucrum, is namque efficaciter intendit, qui consequendo fini, media prosequitur necessaria alias inefficax est intentio, vt quivult potiri beatitudine, alioqui deses, in Dei mandatis.

¶ Rursus intendere huiusmodi lucrum bifariam accidere potest, aut intendendo illud tanquam debitum, quasi ex iustitia, siue quod idem est quasi ex obligatione ciuili, aut tanquam debitum non quasi ex iustitia, sed ex pura donantis liberalitate.

¶ Iam igitur iuxta has distinctiones, fit conclusio; desiderium vsurarij lucri vsura est mentis libera ab omni restitutione qualis etiam est simonia mentalis, hæc ex paulo ante dictis se prodit.

¶ Secunda conclusio, intentio inefficax lucri vsurarij item potest appellari vsura mentalis, non tamen adeo proprie, vt prædicta. Namque hæc habere potest actum exteriorem, & non in solis nudis affectibus residet. Etenim si accipit lucrum vltra sortem accipit, iam se prodit in actum exteriorem, quia tamen potest sepulta in corde iacere, quia cum nullum prosequatur medium ad habendum lucrum vltra sortem, non enim pacificatur vllatenus, non exigit, sed solum expectat liberalitatem mutuatarij, si hæc se prosperit, recipit lucrum, si non se prosperit secum contenta conuiescit.

¶ Tertia conclusio, huiusmodi intentio lucri vltra sortem non est vsuraria. Probat, quia est intentio inefficax, & ideo sine medio aliquo iniusto, sperat non propter mutuum, sed propter liberalitatem, & gratitudinem mutuatarij lucrum vltra sortem, neque exigit aut persequitur alium: vnde infero, quod est sic inefficaciter

Intento lucri vltra sortem duplex

Debitū ex iustitia & ex liberalitate.

1. Conclus.

2. Conclus.

3. Conclus.

Omni vsura propria est contra iustitiam & contra Deum & proximi charitatem.

ficaciter intendens lucrum huiusmodi, ita intendere, quod si non intendi scet lucrum, non mutuet, quod non esset usurarius, propter rationem praedictam, quia huiusmodi mutans inefficaciter intendit, & illud ideo lucrum quod intendit, non intendit, tanquam sibi debitum civiliter sed solum ut debitum naturaliter. Quod sane debitum exigere non potest, quippe subiacet arbitrio dantis. Et haec videtur fuisse sententia S. Thomae opusculo. 73. c. 3. vbi ait, illa superabundantia quae ex collatione gratuita accidit, non habet vicium & Almain in. 4. d. 15. q. 2. vbi indicat Tho. 17. q. alias. q. 13. art. 3. de malodicecentem, quod spes etiam principalis aliquid recipiendi ultra sortem, non ex vi mutui, sed ex benevolentia mutuatarij, itaq; si non speraret, quod gratanter & liberaliter aliquid daretur, non mutuet non facit usuram. Et sunt rationes, quae videntur hanc suadere sententiam.

S. Th. opusculi de mal. q. 13. ar. 3.

1. Ratio.

¶ Prima quia cum mutuum debeat esse gratuitum, quid quid non tollit hoc, quod esse gratuitum, non inficit mutuum usuraria labe, at vero sic sperare ex benevolentia mutuatarij affectu, gratiae acceptae relationem, ita quod submotā hac spe, non mutuet mutans, non tollit rationem gratuiti, ergo non est usuraria illa spes principalis seu intentio. Probatur minor, quia maior prompta est. Enimvero, nulla est exactio, nullumq; pactum sed relatio acceptae gratiae, in arbitrio est mutuatarij sica.

2. Ratio.

¶ Secunda, licitum est mutuantem, quando mutuat principaliter sperare benevolentiam, & gratum affectum mutuatarij, ad eam rationem, quod nunquam mutuet, nisi sic speraret, ergo fas erit mutuantem sperare principaliter gratitiam aliquam collationem rei temporalis ab ipso mutuatario. Probo consequentiam, quia ex affectu beneuolenti procedit, relatio gratiae, igitur si licet primum, cur non secundum.

3. Ratio.

¶ Tertia, mutuatarius naturaliter obligatur, ad antidor, id est, ad referendum gratiam benefactori, igitur si mutuatarius ad hoc obligatur naturaliter, cur non licebit mutuantem sperare principaliter, illud quod mutuatarius, naturaliter obligatus est? Etenim, qui sic expectat

gratiosam collationem, non expectat aliquid ultra debitum, sed expectat sortem, & sibi debitam gratificationem. Et confirmatur, quia si Petro debentur ex mutuo centum, quae sibi acquirere nequit, nisi mutuando etiam alia decem, ut sibi restituatur centum manifestum est, quod nulla in huiusmodi contractibus est usura. Quoniam etsi mutuator recipit aliquid ultra sortem est illud sibi debitum civiliter, ex alio mutuo. Quippe hic sunt duo mutua, decem igitur, quae recipit ultra centum, non sunt interesse mutui prioris, sed sunt obligatio mutui posterioris. Et iuste, qui non poterat recipere mutuata primo, rursus mutuata, alia ut vtrumq; recipiat. Et tam debitum est civile, restituere, primum quam secundum, si igitur recipere ultra centum decem, quia recipitur debitum, non est usura, recipere ultra sortem debitum naturale seu debitum amicitiae, & hoc intendere non erit usura.

¶ Sunt qui hoc, quod diximus de duobus mutuis limitent, ut Ioan. à Methi. in tractatu de usuris, quod primi contractus sunt liciti si expresse dicat mutans, tibi mutuabo decem, modo mihi simul restituas vtrumq; scilicet, centum & decem, itaq; non putat fas esse, nisi exprimat ista conuentio. A vero, in foro conscientiae vbi veritas exigitur, nihil opus facto, hoc exprimere, sed sufficit, quod ita sit.

¶ Adhuc confirmatur quae dicebamus, finge duos esse contententes mutuum à Petro, videlicet Ioannes & Paulus, scit que Petrus Ioanni quod, si mutuo det, quod Ioannes erit sibi gratus, id quod de Paulo, non credit, num si Petrus mutuo dederit ob eam causam, & negauerit Paulo dices ne usurarium esse Petrus & supponamus, quod non potest subuenire vtrique. Equidem nulla ratio cogit, ut ita asseramus, sed potius Petrum recte facere, & quod potius est dandum mutuum, creditori grato, quam non grato. Imo si addas, quod non exhiberet mutuum, nisi crederet mutuatarium gratum futurum. In eandem sententiam reperio Gabrielem in. 4. dist. 15. q. 11. non longe à principio vbi idem testatur fas esse mutuarere alteri sperando eius gratificationem, alias non mutuatarius. Et vocat in eandem

Confirmatio priorum.

eandem sententiam Panorm. super. c. cōsuluit de usuris. Et S. Thom. in. 2. 2. q. 78. art. 2. respon. ad. 2. & 3. & 4. affirmat. Quod licet recompensationem propter beneficium mutui datum alteri, sperare, & exigere & expetere, cui subscripsit Caic. ibidem & in opusculo de usuris. q. 2. Quippe recipiens beneficium, tenetur ex. 5. ethi. ad recompensandum beneficium, obligatione videlicet naturali, non tamen civili, vnde haec obligatio civilis procedit ex pacto vel manifesto, vel insinuato, ideo hanc recompensationem, nefas est deducere in pactum. Quia iam tunc mutuatarius tenetur civiliter, ad recompensandum quod est contra iustitiam. Nam illa obligatio civilis est pecunia aestimabilis, & ideo si deducitur in pactum recompensatio, tunc mutuatarius ad aliquid obligatur soluendum quod secundum iustitiam soluere non debet.

Fas est mutuantem sperare recompensationem mutui.

Foran obijcies mihi Thomam, solum dixisse fas esse sperare recompensationem mutui, non tamen dixisse, hoc fas esse, quando spes recompensationis est, causa mutui, sed eam intelligendum, quando spes huiusmodi non est causa, ut pote, quando illa non extante nihilominus mutuator mutuet.

¶ At vero Tho. absolute loquitur, & nihil expressit siue sit causa, siue non causa, sed solum exclusit, quando spes haec deducitur in pactum, vnde exoritur civilis obligatio. Porro, etiam si spes haec recompensationis sit causa mutui, potest esse etiam sine civili obligatione.

Spes recompensationis potest esse causa mutui, si ne aliqua civilis obligatio.

¶ Forte quaeret aliquis, cur Thom. dixit fas etiam esse exigere recompensationem, cum neget fas esse deducere illam in pactum? Quandoquidem exactio ex pacto sortitur ortum ut supra dicebam Respond. Thom. non usurpasse exactionem ad sensum iuristicon sultorum, quae est exactio coram iudice, vnde qui non habet actionem contra alium, neq; exactionem, sed mutans non habet actionem cessante pacto, vnde neque exactio nem.

¶ Verum accepit exigere pro eo quod est amicaliter petere recompensationem, ut si mutans eget aliqua opera mutuatarij, poterit illi dicere ego leuavi mea opera tuam indigentiam, leua mo-

do meam, &c. ¶ Porro autem, ut non superstitiosus, contra ea quae dixi de intentione lucri inefficaci. Quia continuo insultabit forsitan aliquis dicens, illa intentio est causa mutui, ut supponimus, quia de re hac est tota quaestio, quia quando non est causa lucri ultra sortem, cessat omnis ambiguitas, si ergo est causa, quo modo est inefficax? Praeterea intentio etiam inefficax adulterij, &c. est crimen ergo intentio inefficax lucri huius etiam erit culpanda.

Exigere pro priquitate

Declaratio doctrinae antehabete

¶ Respondetur primo, quod huiusmodi intentio relata ad mutuum est, causa eius efficax, quia per illam mutans mutuat in casu proposito. At vero est inefficax causa lucri siquidem mutans, per hanc intentionem, nihil habet actionis contra mutuatarium ut aliquid propter mutuum soluat; neq; ab eo proprie potest aliquid exigere, siquidem id temporis recompensatio, quam lucrum modo nominamus, pendet ex voluntate mutuatarij, si volet recompensabit, & si nolet nihil eum coget.

¶ Secundo respond. quod voluntas inefficax ad peccandum est peccatum vnde de voluntas etiam inefficax habendi lucrum extra sortem, ex vi mutui est, usura peccatum.

¶ Ceterum quando dicebamus intentionem habendi lucrum extra sortem, non esse culpam, habendum est, dictum nostrum, de intentione habendi lucrum, non ex vi mutui, sed aliunde, ut pote ex voluntate spontanea mutuatarij, vel ex alia iusta causa.

¶ Vocavi autem intentionem huiusmodi inefficacem, quia mutans ex hac intentione, nullam inducit in mutuatario civilem obligationem, ex alio pacto, tacto, vel expresso, vel ex actione propria quae sunt media ad consequendum lucrum ex vi mutui.

¶ Est igitur inefficax, non relata ad mutuum sed collata ad lucrum ex vi mutui.

¶ Vnde. 14. q. 3. c. v. supra traditur. Quid quid ultra sortem exigitur est usura, igitur exactio sola accensionis ad sortem, est usuraria. Non ergo, si accessio, sit dono data vbi nulla est exactio. Etiam si D. Ambro. ibidem. c. Plerique, videatur dare de usura, quidquid accedit, fortis etiam si

etiam si gratis accedat, vnde Guido Papa tractatu donationis, sic censuit, etiam gratiosam donationem, vltra sortem, esse vsuram, propter verba Ambrosij, dudum relata.

Exponitur Ambrosius. ¶ At vero, quod ait, Ambrosius. 14. q. 3. c. Plerique, vsurarium esse, quidquid accedit vltra sortem, et si gratis detur quia ait, si quis in laurandum conuiuium putat, ad negociatorem mittat, vt absinthiaci cupellam deferat, sibi gratis. Ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum, aut Tyriacum requirat, &c. vnde videtur, quod nihil sit vltra sortem recipiendum et si gratis donetur, verum oportet intellegere, pactum sibi fuisse, siue expressum seu tacitum, vt glossa intellexit. Et quod ait, gratis intellige quod negociator, sine pretio sibi parat, vltra sortem, siue vinum, siue quoduis aliud, non tamen sine pacto, id quod vsurarium est. ¶ Huic autem

sententia, quam duco esse veram, reclamant, non pauci ex theologis, & iurisconsultis. Etenim Conradus. q. 23. de contractibus, conclu. 2. ei refragatur. Et Maior in 4. dist. 15. q. 29. respondens. 1. arg. & quidam alij, vt Ioan. à Methina. tract. de vsu. c. 1. & Nauarrus, in com. resolu. de vsu. nu. 12. qui putat esse receptum ab omnibus vsuramentalem, obligare, mutuatem ad restitutionem. At per mentalem intellexit, quando mutans habet intentionem principalem ad lucrum, quod à mutuario sperat. ¶ Verum non exponit ibidem, quid subaudiatur per intentionem principalem, nisi quod res est patens. Autores enim vocant intentionem principalem, quando ipsa est causa mutui: quaeque subducta, mutuo non daretur.

¶ Hancq; intentionem, non sociatam pacto aliquo, vel claro vel insinuato, appellat mentalem vsuram. Et ille obnoxiam credit esse restitutioni, omnem receptionem lucri vltra sortem. ¶ Et videtur conuenire huic placito ex. de vsuris. c. consuluit vbi Urbanus docet, intentionem principalem lucri, etiam cessante omni conuentione, obnoxiam reddere vsurarii restitutioni. Et Syluester in verbo vsura. 6. q. 3. varias de re hac vtroq; citoque indicat sententias, & tandem haeret Archidiaconi, qui credit, quod si mutuatarius, porrigit, aliquid vltra sortem, non

exactus, sed quia credit, quod mutans liberali mutauit animo, & ideo vt rependat vicem gratuiti mutui, ille porrigit aliquid vltra sortem, mutans, liber est à restitutione accepta accessione, secus si mutans, quod mutuatarius porrigit lucrum, ceu exactus & non liberaliter credit exactus, quibusdam, vel ex relatione aliorum restituere mutuario superabundantiam, quam recepit propter mutuum, ceterum haec doctrina maiori indiget elucidatione, intentionem enim principaliter habere ad lucrum bifariam contingit. Aut quod sit principalis lucri habendi intentio, non ex vi mutui, sed ex voluntate mutuatarii libera, & spontanea, & nullatenus coacta, vel quod sit intentio principalis ad lucrum, ex vi mutui, vt verbi gratia si fingamus mutuantem, citra pactum aliquod mutuasit, quia tenebatur hac ignorantia, quod mutuatarius etiam sine villo pacto, tenebatur obligatione cuius ad exhibendum aliquid vltra sortem, aut quia putabat, quod mutuatarius citra vllum pactum erat propter mutuum, ita facturus.

¶ Si igitur primo modo intelligamus principalem esse intentionem ad lucrum, nulla est obligatio restituendi, etiam si mutuatarius conferret aliquid vltra sortem, quia errore deceptus credebat quod sibi non fuit datum mutuum liberaliter. Etenim haec deceptio, non obligat innoxium, mutuantem, ad restituendum, qui alloqui liberaliter mutauit. Quod si dixeris, deceptio haec facit inuoluntarium, igitur, non transiit sponte dominium lucri in mutuantem. Dicendum mutuatarium, teneri ex obligatione naturali, recompensationem beneficij facere, ideoq; tenebatur transferre dominium ex hac obligatione, & circa hoc, non erat deceptus. Si autem fuit deceptus, quantum ad hoc quod putabat se teneri ciuilitate, non fuit deceptus simpliciter, quia circa obligationem naturalem non fuit deceptus. Et ideo tenetur deponere aliam deceptionem, cui mutans nullam obiecit occasionem. Quia circa translationem dominij rata est, & mutuator restituere non tenetur, talem excrecentiam, quae alloqui sibi debita erat. Et qui potitur sibi debito, restituere illud non tenetur.

¶ At

Sensus germanus. c. consuluit de vsuris.

¶ Haec diligenter observa de vsura me fall.

Ioannes à Methina dicitur scribitur & c. fellitur.

¶ At vero, si principalis lucri huiusmodi intentio erat ex vi mutui, quia animus mutuantis, etiam si non se pandebat, aliquatenus erat tamen contrahendi quicquam ex vi mutui, tunc sane tenetur ad restitutionem.

¶ Et causa haec est, quia tunc non gratis mutuabat, quo circa mutuatarius, non tenebatur vilatenus ad recompensationem. Siquidem vbi nulla est gratia, nulla est expectanda gratia: recompensatio, recompensatio enim est retributio gratiae factae. Porro mutans animo predicto, nullam exhibuit gratiam mutuario, ideoque mutuatarius, ad recompensam non tenetur vt naturaliter, vel ciuilitate, cum igitur non teneatur, exhibere, si exhibuerit, mutans tenetur restituere, siquidem nullo modo est sibi debitum, quod recipit, & recipit nihilominus tanquam debitum, sed quid si mutuatarius credens mutuantem liberali affectu dedisse mutuum, recompensationem liberaliter illi exhibuit, utiq; etiam mutans restituere tenetur. Siquidem ignorantia mutuatarii inuoluntariam fecit recompensationem, siquidem si illi constitisset de prauatione mutuantis animus, nunquam illi recompensationem porrexisset, quia ob animi illius deprauationem non debebat, si vero deprauatio haec prius corrigatur, quam mutuatarius recompensationem acciperet. Ex istis perspicuus est locus ille. c. finalis. de vsuris qui alioqui videtur difficilis.

¶ Contra tamen huiusmodi decisionem Ioannes à Methina. tracta. de vsuris. c. 1. differit quaedam dicens, nunquam posse dari mutuum, recompensationem intendendo ex mutuario etiam si intendat ex amicitia, vel ex beneuolentia. Distinctum autem inter speratum lucrum, & intentum. Quia censet sperare non esse intendere. Quippe multa speramus, quae non intendimus, vnde intendere lucrum, nunquam licet ex mutuo, bene tamen sperare propter amicitiam. Distinctum rursus lucrum, posse bifariam considerari, aut quatenus est causa finalis, aut quatenus est causa impulsiva. Nati haec distingui valent, vt liquet de canonico, concedenti in ecclesiam propter distributiones quotidianas. Cuius alloqui

finis non est distributio illa, sed est causa illum mouens, & causa sine qua non.

¶ Ait igitur, si lucrum est finalis causa mutuandi, semper est vsuraria mutatio si vero non est causa finalis, quia non intendit mutans lucrum, sed intendit amicitiam, vel beneuolentiam, & haec sunt finis nihilominus est causa impulsiva, quia non mutuaret, nisi speraret aliquid temporale ex lucro, tunc non esse vsuram testatur.

¶ Vnde infertur. 1. quod qui concedit hanc, fas est mutuantis sperare lucrum, ex gratitudine mutuatarii, cogitur concedere istam, fas est mutuantis sperare lucrum ex mutuo. Quia illa particula, Ex, causam lucri importat. Modo lucrum quod est causa gratitudinis consequenter est causa lucri ex gratitudine sperati. Infert. 2. solam spem lucri seclusis omnibus alijs, scilicet, pacto exteriori, & exactione sufficere ad viciandam mutuationem: & eam vsurariam reddendam iuxta. c. consuluit de vsuris, & iuxta verbum Christi Luca. 6. mutuum date nihil inde sperantes. Infert. 3. fas esse clerico suae operae sacre stipendium sperare, at nefas est mutuario sui mutui recompensationem sperare.

At vero, haec sententia non legitime se fulcit muniminibus. Et primo quidem falsum est, quod qui sperat non intendit, & ideo aliud esse constitetur intendere, aliud sperare lucrum. Siquidem spes sine signi ficet passionem, siue virtutem, siue virtutis actum est de fine obtinendo principaliter, vt sperat spes Christiana vitam aeternam. Et omnes qui sperant intendunt, assequi quod sperant, vnde spes etiam est de obtinendis medijs ad finem adipiscendum. Quoniam spes Theologica primo figit suam aciem in vitam aeternam, & sub haec in gratiam Dei, se profert vt medium ad vitam aeternam obtinendam necessarium, sane desiderium non est intentio, quia multa desideramus, quae non intendimus, vnde dixit Aristot. voluntatem esse impossibilibus, at impossibilia nemo aut intendit, aut sperat.

¶ Quocirca si secundum hunc autorem fas est sperare lucrum, sed non intendere, utiq; ipsa propositio sese iugulat: nam si fas est sperare, cum sperare licet intendere, utiq;

Spes est de fine principaliter, & de medijs secundo dario.

re, utiq; fas est intendere lucrum, aut si hoc nefas illud non erit fas. Ad hæc paulo post subnectit aliam propositionem aduersariam modo concessã, videlicet. Qui concedit licere sperare lucrum ex gratitudine, debet concedere licere sperare lucrum ex mutuo. At ipse primum concessit paulo antè, dicens non licere intendere, sed licere sperare lucrum ex gratitudine mutui vnde quod ait, lucrum non posse esse causam finalem mutui sine vicio. vsura, bene tamen potest lucrum speratum esse causam mutui impulsiuam, ruit ex prioribus, quæ colligebam, aduersari eum. Si quidem si potest sperari lucrum per te, igitur intendi. Quia etiam finis est causa impulsiva. Ex fine enim impellimur ad querenda media. Conradus vero, sibi habuit persuasum licere intendere lucrum, cum sit mutuum non tanquam ex causa principali, sed sicut ex causa minus principali. Nam si causa principalis sit amicitia, quæ mouet ad mutuum tunc ceu ex causa minus principali potest sperare lucrum, vt supra tangebam, sed equidem, etsi amicitia moueat principaliter ad mutuum & non lucrum, poterit esse vsuraria mutuatio. Nam sicut qui non erat venditurus domum, vel quodcumq; aliud nisi ex amicitia alterius, & precibus cogere, nihilominus vendit domum pro suo pretio ita fieri potest, quod non esset mutuatarius Petrus Ioanni, nisi vrgeret amicitia, & rogatio, nihilominus, si eum obligat, opere, vel affectu ad recompensam vsura est. Methina vero induxit ea, consuluit pro sua sententia, quem pridem ego dilucidauit, & minime illi suffragatur inducit quoq; euagelicum oraculum. Mutuum date, & c. verum obliuisci istum locum indicat, si quidem, ipse dixerat, non licet intendere lucrum ex mutuo, at licet sperare gratitudinem mutui. Quo circa licet aduertere dominum verba illa protulisse, contra Iudæos, & in personam eorum illa produxit contra omnes vsurarios. Quorum sane mos est, qui erat & est Iudæorum, scilicet, sperare ex mutuo lucrum ex vi mutui, id est, quod credebant mutuatarios obligatos esse ciuilibiter ad soluendum vsuras. Hæc autem obligatio fiebat vel scriptis, aut verbis, aut aliis vnde dominus per Esaiam, hunc pessimum

Methina sibi obuians.

ad an...
...
...
...
...

morem insinuans, & carpens, capis 8. fol. uo, ait, fasciculos deprimentes, id quod aiebat dominus, quia Iudæi ex nimia auaritia scriptis obligabant & deprimebant alios Iudæos vt vsuras eis soluerent. Porro equitas & gratia mutui, non violatur si speratur recompensatio, non ex vi mutui, sed ex liberalitate mutuatarij. Neq; hanc recompensationem sperare, non ex obligatione ciuili sed ex obligatione naturali viciat mutui contractum. Neq; Christus, hoc intendit sermone suo, vt homines non referant gratiã, facienti bus sibi gratiã, cum hoc sit virtutis moralis. Quod scilicet, referre gratiã cur nõ licet sperare referendã, sed solum voluit ne speremus ex vi mutui, id quod mutuum viciat, scilicet, recompensationem ex ciuili obligatione. Quoniã qui hoc sperat, nõ gratis mutuat, & ideo sibi nihil recompensationis debetur quã si acceperit, restitue re tenetur vt dudũ admonebã. Et probantur amplius hæc omnia, quia licet, vnicuiq; debiti sibi solutionem sperare, vni cuiq; secundũ rationẽ sibi debiti, vt si debetur aliquid ex iustitia, sperare ex iustitia, iustum est, vt operarius qui sperat ex suo labore iustitiã mercedem, iustus sperat dignus est enim operarius mercede sua. Quia operi ex iustitia, correspondet merces ex iustitia, ergo similiter qui gratiam alteri cõfert, sperare poterit aliã gratiã sibi debitã, non secundũ iustitiã sed secundũ naturalẽ equitatẽ & gratiosam remunerationẽ. Nã quæ proportio est horum debitorum. Quam obrem, non solum minus principaliter, imo principali intentione licet mutuantibus intendere recompensationem, vt sibi ex naturali æquitate debita, quia actus hic obiectum habet, quod est sibi debitum, cur ergo viciõsus erit? Dixi tamen supra hanc intentionem debere esse inefficacẽ, si quidẽ ex ea non debet mutuantibus intendere, iudicialiter petere, aut pactũ inire verbo, vel scripto vel nutibus, quia hæc essent vsuraria. Et si S. Tho. testetur posse mutuantẽ exigere & expetere hoc debitũ vt supra ex 2. 2. q. 7. 8. ar. 1. cõmonefaciebã, verũ, vt annotabã, hæc exactio, non est propria. Neq; illatio illa est peremptoria, fas est sperare recompensationem ex gratitudine mutui igitur fas est sperare lucrum ex mutuo seu recompensationẽ (promiscue enim vtriusq;

Iudæi scripturis vsurarijs deprimentes alios Iudæos, quæ ab Esa. vocatur fasciculus deprimentes Hispanice ligajos de scripturas.

Vnusquisq; potest sperare ex intentione principali recipere quod sibi debetur.

...

vtraq; voce modo) si quidem propositio hæc licet sperare lucrum ex mutuo, multiplex est, aut enim denotat propositio, ex vim mutui seu obligationem ciuile, aut naturalem. Si primo modo intelligatur, est falsa propositio, & ideo neganda illatio, nam ex gratia infert debitum ciuile, si vero secundo modo intelligatur vera est, & sufficiens est illatio vt patet ex dictis. ¶ Quarta cõclusio, quãuis verum sit fas esse sperare ex gratitudine mutuatarij recompensationẽ, at nefas est hanc recompensationem deducere in pactũ. Hæc conclusio est contra Ioannẽ à Methina vbi dudũ, qui credit argumentũ esse cui dens, si licet sperare ex gratitudine, ergo licebit hoc deducere in pactum. Et item contra Ioannẽ Maiorẽ. d. 1. 5. 4. q. 1. præcitata. Qui credit fas esse recompensationẽ istam deducere in pactum, non amplius obligando mutuatarium, quam ex debito naturali, obligatus tenebatur. ¶ Sed reuera, esset hoc pactum palliatio vsurarium. Et præterea quia pactum inducit ciuilem obligationem, etsi hanc nõ inducit, non est pactum. Nam iustitia hoc præcipit vt pactis iustis stemus, vnde hoc pactum superueniens, solueret naturam gratiosam remunerationis, & faceret contractum vsurarium, vnde si pactum superadderetur, pactum esset nomine tenus pactũ, itidem nomine tenus gratiosa diceretur remuneratio, etsi exprimeretur quod Maior ait. Quãdoquidem procedens ex pacto, non est gratiosa ideo collectio Methinæ est insufficientis, & opinio Maior. non probanda, etsi Maior. non asseueranter opinetur. ¶ Quinta conclusio corollaria priorum, omnis mutui contractus mutui, vbi efficaciter intenditur recompensatio sunt vsurarij & obnoxij restitutioni. Hæc prompta est, quia per efficaciter intendere, intelleximus, ex actione, vel pacto, vel saltem nutibus intendere, remunerationem. ¶ At vero animo solo intendere, ex vi mutui habere recompensationem, etsi non sit efficaciter intendere recompensationem, quia media ex teriora non sequuntur, at vero est vsurarius nihilominus animus iste, ideo & si dicatur vsuramentalis, obnoxia tamen est restitutioni, si hoc animo mutuantis persistens,

4. Concluf.

Methina, & Ioã. Maior. nõ probat.

5. Concluf.

recipit recompensationem, restituere tenetur id quod dicta patefaciunt priora, vnde infertur aliud esse efficaciter intendere, aliud principaliter intendere. Nãq; vsurarius vsura hac prædicta, quã vocat mentalem, non efficaciter intendit lucrum, nihilominus principaliter intendit, collectio igitur firma est, efficaciter intendit, igitur principaliter intendit, non tamen contra, quia hæc duo non dicuntur ad conuertentiam. ¶ Sexta conclusio, qui principaliter intendit remunerationem, non ex vi mutui, sed ex gratia mutuatarij solum, si in Dei charitate sit mereretur ex mutuo, nisi aliunde merito obtinetur. Hæc est contra Gabrielem loco iam prænotato. Qui credit huiusmodi mutuatorem, non peccare, neque etiam mereri. Nam dominus ait, Luca. 6. Etsi munus dederitis, his à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? nam & peccatores, peccatoribus foenerantur. ¶ Porro locus hic solum agit, vt diximus supra contra foeneratores, quibus mos est foenus recipere à mutuatarijs, ex obligatione ciuili, & non ex gratia mutuatarij. Si quidem foeneratores, nolebant tunc, neque modo volunt versari in incerto, vt ij versantur, qui gratiam alterius expectant. Si quidem bona pars mutuatiorum, non correspondet gratiã mutuantis, imo deludunt illam sepius. ¶ Quare vsurarij, certa amantes lucra, & non incerta teneri spe, intendunt obligare mutuatarios, vnde Proverb. 22. Qui recipit mutuum seruus est. Et quidem hoc est intentum vsurarij premere mutuatarium hac seruitute reddendi foenus. Et qui liber est ab hac intentione inferenda seruitutis, quando mutuat non est vsurarius. Quippe qui gratis mutuat, & gratiam expectat, non ciuile debitum. At quis dicit non esse actum bonum ex genere suo gratis mutuarẽ, & gratiam pro gratia expectare? Si ergo ex se bonus est moraliter, si charitate formetur erit meritorius. Est autem obseruandum, quod non nunquam mutuarẽ est necessariz virtutis, vt patienti extremam indigentiam, & tum non oportet expectare gratiã, pro gratia, sed paratum habere animũ, quod etsi nulla

6. Concluf.

Gabriel. re scilicet.

Mutui dare aliquãdo tenemur non tamen semper.

Q. correspon.

correspondat gratia, ad mutuandum. At vero aliquando est consilij Matth. 7. volenti mutuari a te da ei, & tunc, non viciat contractum, si gratia expectetur pro gratia, etiam alias non esset mutans mutaturus.

7. Conclus. ¶ Septima conclusio, vsura crimen non est grauisimum. Hæc est contra quosdã qui censent esse grauisimum cum graui⁹ sit hereseos, aut odij in Deum, aut delationis, aut homicidij, &c. crimẽ, imo & furtum ex genere suo est grauius vsuris, cæteris enim paribus grauius peccat, fur, quam vsurarius, ideoq; à tota specie grauius peccatum est furtum, quã vsura.

Vsura est leuior furto.

¶ Ratio est prompta quoniam, fur furatur profrus inuito domino rei, quam furatur: at vero vsurarius, capit vsuram, nõ profrus inuito domino, siquidẽ hic simpliciter vult foenus porrigere propter mutuum, tametsi est inuoluntarius secũdum quid, qui est alioqui voluntarius simpliciter: vt is qui proiecit merces in mare, vnde furtum suspensio punitur, nõ tamen vsurarius. Esti vsurarius est, quidam fur occultus, spoliã dominum pecuniã suauiter, & citra sensum. Esti simpliciter vsurã crimẽ non est furtum propter præactam rationem. Et præterea furtum habet patientiorem maliciã, quam vsura. Namq; furtum habet per se notam cunctis sapientibus, & insipientibus maliciã, non item vsura. Nam si eius iniquitas fulsit sub crimine naturali, non tamen omnibus sed sapientissimis quibusq; vt Philosophis, atque poetis, vt Arist. 1. poli. & Luca. li. 1. bel. ciui. Hinc vsura vorax audiq; in tempore foenus. Idem Aulo. in eclog. de ambig. vitæ elig. si turpia lucra foenoris, & velox inopes vsura trucidat.

¶ Nihilominus concedebatur in iure ciuili vsurã sublatio seu foenus, modo non excessisset centesimam. Nã vsura vsurum semper fuit prohibita. Quam vt intelligas scito vsuram fuisse antiquis duplicem, & terrestrem, & nauticam, de quibus supra mentionem fecimus, nunc vero vberius paulo prosequemur terrestris erat mensura, quia singulo quoq; mense foenus exhibebatur. Et in. 1. 2. species secundum duodecim assis, siue libræ partes diuidebatur. Habet enim libra duodecim vncias. Et triens est tertia pars

ideft. 4. vncie & quadrãs est, quarta pars, ideft tres vncie, & semis est dimidia pars libræ, & besis; duæ tertiæ partes, id est, octo vnciæ, &c. secundum igitur omnes partes libræ diuidebantur olim vsuræ, vnde quædam trientalis, &c. vt supra dicebam. Nam si computes ducatum ad rationẽ libræ, videlicet ad valorem duodecim regalium, facile est videre, nomina harum vsurum. Nam quæ soluebat pro centum ducatis singulis mensibus tres argenteos, erat quadrantal vsura, quæ vero. 4. argenteos erat trientalis, &c. quæ vero ducatum integrum, centesima, quia centesimis calendis, ideft centesimo mense, hoc post. 8. annos, & 4. menses æquabat accessio vsuræ fortem, itidẽ poterat nun cupari dodrantalis vsura, quia. 9. partes scilicet, regalia singulis mensibus soluebat. Et hæc vsura erat nautica, non terrestris: huius nauticæ vsuræ meminit. l. si dies. ff. Quãdo quadrantal vsura & in. l. centesimis. ff. de verbo. obligationibus. Accurcius autem voluit eam esse centesimã vsuram, quæ anno vno æquabat fortẽ vt si dedisti mutuo duodecim ducatos, pro vsura mensura vnus ducatus. Quam sententiam suppressio auctore sectatur Conradus. q. 22. conclusio. 9. & ante eum S. Tho. opuscu. 73. c. 2. de vsuris. At vero, quid hoc ad centesimam vsuram? ideo rectius intellexerunt Budeus de asse, & Hermolaus Barbarus in castigationibus ad Plinium. Similiter & in ceteris vsurarum relatis modis ab scopoveritatis deuiat.

¶ Hæc autem centesima vsura, & si concessarum à iure erat grauisima, cæteriã concedebatur, ppter maris ingetia, & inopinata pericula, & infelicissimos casus & rursum quia mutuã suscipiebat in se periculũ mutuata pecuniã liquet. ex infra dicẽdis de Amphoteroplo, & hæc vsura erat ex pecuniã traiectitia ideft quæ vltra mare vchitur, & mensura nõ erat, vt terrestris. Et hæc duplex erat, vt supra commemorabã. Altera quidẽ quæ in alterã tantũ navigationẽ statuebatur, vt si mutuo Petro Rhodum nauigaturo aureos mille, statim vt peruenisset Petrus Rhodum sospes, debebatur mihi vsura centesima, neq; vterius prorogabatur conditio. l. 1. C. de nautico foenore. In authen. de vsu nautico. §. 1. alijsque multis

De vsura centesima.

Quid Antiochinos Cicero.

Ius comune nõ solũ permittebat sed & concedebat vsuras.

Alitissimi non probatur.

multis in locis, ideoq; Græcis dicebatur etereopius, quasi in alterã navigationẽ taxata. Alia vero vsura nautica siue marina, ita contrahebatur, vt nõ aliter deberetur neq; ipsa, neq; fors eius, quã si nauis cũ mercibus domum sospes, redisset, cuius mentionẽ facit. Modestinus lib. 1. de nautico foenore. Hæc Græcis amphoteropius, quasi in cõmeatum remeatũq; taxata idem habetur ad. l. periculi. ff. de nautico foenore. Et hæc tenus de nautica vsura. ¶ Terrestris vero, erat duplex altera, quæ duodenis annis ducebat: alia vero cũ annuifario vsurã additamẽto renouabatur, vt mutuabat aliquis alteri centũ aureos in annum vsq; cũ vsura de cẽ, ea tamen conditione quod si nõ solueret centũ, & de cẽ, ad diẽ præscriptũ, solueret centũ, & 1. 2. & ita deinceps, & hæc vocatur vsura vsurarũ à iuriscõsultis. Cicero vero hæc vocat antiochimon, ideft annuifariã vsurã reponationẽ. Et hæc vsurã ius ciuile non probauit, vt in. l. eos C. de vsuris, item vsurã excedentẽ centesimã, phibet vnde ait, super vsurarũ vero quãtitate generalẽ cautionẽ facere, necessariũ esse duclimms, veterẽ, & grauisimã earum molẽ, ad mediocritatẽ reducẽ res, ideo sancimus, &c. & infra subdit, loquens de centesima eã vero quantitatẽ vsurarum, etiã in alijs omnibus casibus, nullomodo ampliare, in quibus etiã cõtra stipulationẽ vsuræ exigi solẽt. Neq; etiã iudici liceat memoratã augere taxatio nem, occasione consuetudinis in regione obtinentis. Si quis aut cõtra modũ cõstitutionis, aliquid fecerit, nullã penitus, de superfluo habeat actionem: sed si accepit, hoc in fortẽ imputare cõpellitur. ¶ Ex quibus verbis patet contra Alitissimi lib. 3. tract. 26. q. 3. vsuras quãdã esse nõ solum permissas, sed ex iure concessas. siquidem ex iure cõpetebat actio vsurario, contra debitorem vsurarum. Esti in vsura vsurarum, & ia vsura supra centesimam, nõ cõpetebat actio. ¶ Item tu obseruabis, vsuras ius ciuile commemoratum, non reputatẽ esse malas ex genere suo, sed solũ eas expecebat, secundũ excessum super excrementa, vnde, quæ nimium excedebant prohibebat: cæteras vero, quæ mitiores erant, vt trientalẽ, quadrantalẽ, semissem, centesimam, &c. concedebat. Vnde satis conspicuum

est, quod paulo ante aduertebã malitiã vsurarum, non esse omnibus per se notã vt est furti iniquitas, quippe non perturbat vsura pacem, & tranquillitatẽ ciuiũ sicut iniquitas furti, aut rapina.

Ius ciuile nõ reputat vsuras malas ex suo genere, sed ex exce dẽti intereste.

¶ Porro, consultius ius canonicũ animaduertit in vsurarios omnes, ducentes vsuram esse ex suo genere malã, vt sunt furtum, & homicidium & alia hoc genus criminosa. Et equidem secundum veram philosophiam moralem ex suo genere esse malam vsuram supra conclusum est.

¶ Vsura autem canonica plurimum grauant vsurarios pœnis, & censuris, vt traditur. 1. 4. q. 4. c. 1. 2. & 4. & 7. & 47. dist. c. 2. 1. 4. vbi statuitur depositionis pœna contra vsurarios clericos, itemque excommunicationis censuram contra eos dicitur esse fulminandam. Et 46. dist. c. nullus, & c. Ne hoc. Et extra de vsuris. c. Quia in omnibus, & c. consuluat. Item in lib. 6. titulo de vsuris contra seculares cõstituitur pœna, vt in. c. Quia in omnibus puniendos vsurarios hocce decernitur

pena & cõtriplici pœna, scilicet, ne in sacram cõmunionem admittantur, ne sepultura ecclesiastica donentur, & ne eorum oblatio ad altare recipiatur, istæ autem grauissimæ pœnæ statuuntur, vt quod ex ratione naturali insipientibus nõ est per se notum, ex pœnarum acerbitate graue esse crimen vsuram discant, & ab ea longissimẽ arceantur excedenda. Et fuit sanẽ opportunum tantis grauare, & clericos, & profanos pœnis, quia ius ciuile concedebat eas, vnde nisi ius canonicum vetaret quis non exereret vsuras.

pena & cõtriplici pœna, scilicet, ne in sacram cõmunionem admittantur, ne sepultura ecclesiastica donentur, & ne eorum oblatio ad altare recipiatur, istæ autem grauissimæ pœnæ statuuntur, vt quod ex ratione naturali insipientibus nõ est per se notum, ex pœnarum acerbitate graue esse crimen vsuram discant, & ab ea longissimẽ arceantur excedenda. Et fuit sanẽ opportunum tantis grauare, & clericos, & profanos pœnis, quia ius ciuile concedebat eas, vnde nisi ius canonicum vetaret quis non exereret vsuras.

Maximẽ, cum pacem ciuium non perturbent, neq; repugnantibus contrahẽtibus ideft mutuatarijs corradatur, ideo ius canonicum hærens diuino iuri, eas in terdixit fidelibus omnibus.

¶ Octaua conclusio, mutui contractus, si non formaliter, certe virtualiter se immiscet, alijs contractibus, vnde & in alijs contractibus est virtualem reperiri vsuram.

¶ Hæc prompta est. Quandoquidem in contractu emptiõis & venditiõis, se insinuat sæpe vsura. Nãq; non nunquam vendens in diem, ob temporis dilationẽ vendit cum vsura, quippe ob dilatum solutionis tempus, pluris vendit excedens latitudinem iusti pretij, quam

8. Conclus.

si ex pecunia numerata vendidisset. Et tunc est quedam virtualis vsura. Quando quidem vsura est vicium vendere tempus. Et perinde est atque si mutuo dedisset frumentum, vel aliquid quoduis & ob moram temporis, vsuram retulisset. Et itidem, qui anticipata pecunia emit multo vilius quam sit latitudo iusti pretij. Quippe tum etiam est vsura virtualis: quoniam perinde est atque si mutuo dedisset pecuniam, & ob datam pecuniam, accessione exigeret tempore solutionis.

¶ Verū necessum, vt sit vsura est, quod dilatio sit causa accessione, aut anticipatio. Quippe si hæc non sunt causa, non erit vsura, si quidem si tempore solutionis probabile est frumenta valitura amplius, quam tempore quo venduntur, & erant alioqui vendenda, sub tempore quo ducitur plaris valitura, qui in diem tunc vendit, & plaris vendit, non est vsurarius iuxta decisionem cap. Nauiganti extra de vsuris. Similiter si ex dilatione solutionis, timetur damnum, vel subtrahitur lucrum, si vendit plaris, non est vsura. Tunc sane non venditur plaris, ex dilatione, sed sub dilatione, quia dubium est, an plaris valebit frumentum, vel oleū &c. aut, vt vendens seruet se indemnem. Itidem si anticipatur pecunia, etenim si ex anticipata venditione, vilius emitur frumentum, quia speratur tempore exhibitionis frumenti, vilius valitarum non est vsuræ vicio dandum. Namq; tunc non ratione anticipationis, sed ratione dubij, vilius emitur. Æqua enim ratio est venditoris, & emptoris, vt enim ille: quia dubitat, quod valebit frumentum, aut quæuis alia merces, carius tempore soluendæ pecuniae, poterit in diem, ratione huius dubij carius vendere, quam modo valeant, ita & qui emit, anticipando pecuniam propter idem dubium, poterit vilius emere, si tempore rei tradendæ ab venditore, speratur, aut dubitatur vilius valituram, oportet enim esse æqualitatem in contractibus, vnde glossa extra de vsuris, super verbo, textus Nauiganti. Dubitatur, inquit, an emptor, quam venditor, commodum, vel incommodum ex dilatione expectare debet, & idem dicere poterat ex anticipatione. Dubius igitur debet esse euentus pretij veteri neque magis stare debet venditori, quā emptori, vt

Dilatationem vendere aut anticipatio nem vsuram est.

Dilatio & anticipatio in venditionibus vt iustitiam conservent contractum.

vendendo in diem, vendatur carius, aut emendo anticipata pecunia, emat vilius.

¶ Corollarium accipe ad hanc conclusionem, semper nefas est vendere carius, in diem quam ex pecunia numerata. Et patet, quia si fas esset, quod tunc vsura non esset crimen, quæ est accessio supra sortem ex mora solutionis, sunt autem argumenta quæ videtur impetere hoc corollarium.

¶ Primum, quia merces in diem venditæ ex communi consuetudine carius venduntur, at in venditionibus consuetudo est sectanda.

¶ Secundo, paucitas emptorum, facit rem viliozem venalem, vt multitudo emptorum, promouet rerum venalium pretia, at vero, si venalia numerata pecunia venduntur pauciores habent emptores, quam si in diem vendantur.

¶ Tertio res venalis statim tradita emptori plaris fit, quā si eius traditio in diem differatur, ergo à contrario pecunia statim tradita, magis valebit, & ideo res venalis pecunia numerata, minori pretio est vendenda, quam si in diem vendatur. Si quidem pecunia præfens, plus valet, quam futura. Præfentia enim plurifunt, quia sunt certissima, quam futura quæ incertitudine semper laborant. Et fulcrum mercatorum excusantium secum vendunt carius in diem, quam ad statim est præmissum.

¶ Porro aut, si hæc vera esset excusatio vsuris ob eundis latissimus pateret campus. Nam hoc se argumento, arnuent vsurarij, quod scilicet, pecunia præfens, quia certa est, plaris est faciēda quā futura, ceterū hæc & cōsimilia si velis soluere argumenta, recollito id quod supra memoratū est, venalia habere pretij latitudinē, scilicet, ex infimo, mediocri, & supremo, vnde argumenta hæc solū colligunt, res venales in diē posse vendi carius, quā si numeratā vendantur pecunia. Ceterū non excedendo totā latitudinē iusti pretij. Poterunt itē emi vilius ex anticipata pecunia, itē subsistēdo intra latitudinē iusti pretij.

¶ Porro pecunia cū ipsa sit pretium, ideo quādo mutuatur, nō pōt propter morā, mutuas, quicquā lucri reportare. Si quidem ipsa pretij est, & pretij nō est pretij, secus tamen si deponeret rationē pretij & indueret rationē venalis rei, tunc enim perinde de illa censeto, quod de alijs venalibus rebus.

¶ Venalia igitur quia in diem venduntur,

Corollarium

Rationes mercatorum vendentium in diē carius, quā numerata pecunia

venduntur, id, quod est quædā tacita mutatio, possunt augere pretiū, non transgrediendo iustum rigidū, sed sub illo consistendo. Et hoc probant rationes formatae, quia præfentia plaris sunt, &c. Ceterū pecunia mutuata, non pōt augere pretium, propter solā soluendi morā, quia ipsa est pretiū, & pretij non est pretium. Quod si obieceris certiorē esse præfentē pecuniam futura fateor, verū obid mutuas beneficiū mutui, quia gratis est exhibēdū, ideo est beneficiū, vnde si mutuas sibi timet de infidelitate mutuatarij facile est ei nō mutare, nisi tēpus necessitatis ad id præstandū contingat. Tunc nāq; infidelitas nō est timēda, sed necessitas, præcepti implenda. Aut mutuas petat sibi sufficiens pignus, aut certū fidei iussorem. Quod si sibi nō cauerit, & amiserit mutuū, sibi imputet.

¶ Secundū corollarium, præter dicta, etiā aliās, emere ex anticipata pecunia, vilius, quā ex numerata contingere pōt, sine vicio vsuræ. Hæc patet quia sicut, quādo vendit in diē fieri pōt venditio sub cariore pretio, sine vicio vsuræ videlicet, vel ex damno resultate, vel ex luero cessante, vt dictū est, ita etiā fieri pōt quādo anticipatur emptio. Nāq; contingere pōt, quod qui anticipat pecuniā, rogatus à venditore, vt emat, anticipado, ex anticipatione pecuniae, patitur danū, quia aliās erat tunc soluturus sua debita, vel aliās soluturus filiae dotē, &c. Aut erat expensurus huiusmodi pecuniā: in merces aliās sibi tunc comodiores. At vero, quādo hæc cōtingūt, venditor rogat anticipationē, non emptor. Et quādo emptor offert, anticipationē, vsurariū esse opus animū, facile est iudicatu, itē etiā cōtingere pōt, quod si reivenditor emptori huiusmodi anticipanti, donet quod pluris valebat. Et hoc fieri pōt, quādo venditor, & emptor sunt consanguinei vel amici, & venditor est opulentior, quam emptor & scit venditor, quod pluris valet res quam vendit, quam sibi rogatur ex anticipata pecunia, nihilominus, vel ob consanguinitatem, vel quia intercedit vetus, vel noua amicitia, &c. diuinitur unum pretium recipit, sciens, & volens. Aut quia venditor aliās est debitor emptoris, & vult recōpensare, modo diminuedo iustū pretiū, vt debitū suū soluat, q; debebat emptori cessantibus aut istis, aut cōsimilibus causis, anticipatio solutionis, ex diminuto pretio, vsurā esse iudicabis. Nā perinde se habet anticipas, sicut mutuas, decē, & postmodū recipies vnde cum. Tunc enim recipit plus quā dedit, quādo res à venditore tradit sine fruges sint, siue frumenta, siue quæ malueris alia.

¶ Vnde fit, vt cōtractus mox subdudus sit vsurarij. Est mercator lanarū, qui à dño gregis, emit anticipata pecunia lanas sub tēpore detōsionis lanarū sibi tradēdas. Et hic, quā anticipat, diminit à iusto pretio. v.g. ex quouis pondere regale vnū vel duo scit tamē tēpore traditionis lanarū valitura, ad regalia. 14. Verū quā anticipatur pecunia, venduntur ad. 1. & veli 13. regalia pro quouis pōdere tunc exhibendo, quod Hispanē dicitur Arroua. Et fit cōtractus, quod si forte, pro tempore detōsionis, non extabant tot pōdera lanarum, quot emuntur, in sequentem annum, persistat obligatio, absoluedi huiusmodi pondera. Et hic est cōtractus vsurarius, nisi oblent prædicta. Quoniam, perinde est ac si mutuo tūc dedisset centū aureos, pro centū pōderibus lanarū, dño lanarū, & postmodū, recepisset, cū tradunt lanæ, totidē ducatos, & amplius bis centū regalia, id quod vsurariū est. Quādoquidē propter solā temporis morā, plus recipit, quā dedit, & ideo inæqualitas est in cōtractu, vnde iniustus est. Quod si dixeris, hic cōtractus iuuat do minum lanarum, quia habet promptas pecunias vnde suos possit, pascere passores & greges & ideo ipsi dñi gregū nō detrectat huiusmodi anticipationes imō de siderat. Dico, etiā pecuniā ad vsurā capiētes, capere desiderat quādo aliter sibi subuenire nequeūt. Malūt enim patl iacturā ex vsura quā soluūt, quā maioribus, suis nō subuenire indigētis ita quoq; de dñis gregū, dico verū multo velleēt magis sua viderere iusto pretio, & mutuū habere gratis sine vsuris. hæc est cōis sententia.

¶ Est porro quidā iuriscōsultus, qui li. 2. de cōtract. tit. 16. Del precio coprador, q; huiusmodi cōtractū nō solū dicit esse iniustum, sed prorsus nullum, quia propter, etiam si exornetur circumstantijs præfatis, quæ ipsum posse iustificare concessimus, nihilominus, ipse oblectatur placito ferē omnium theologorum, & iu-

Cur venalia in diē diuinita augent pretiū, at pecunia mutuata nō augere potest.

2. Corol.

Anticipatio quādo fit sine vicio vsuræ.

Albornoze scilicet.

& iurifconsultorum, contendens non esse contractum, nisi nomine tenus. ¶ Argumentum primum, quia maxime esset contractus venditionis, at hoc minime. Quandoquidem in hoc contractu, aliquid est, quod emitur, verum, qui emit lanas nacturas emit, quod non est: ut etiam qui vendit frumenta nondum nata, nihil vendit igitur non est vel emptio, vel venditio.

¶ Secundo, quia precium se accommodare debet qualitati rei, at vero quod non est non habet qualitatem.

¶ Tertio, quia si res non est praesens, latebit eius valor. ¶ Sed qua ratione iste autor respondebit legi illi. 17. titul. 11. part. 5. qui emit ait, frumentum anticipa te, non potest emere, minori pretio, quam valeat, in capite loci, ubi emitur. 15. diebus antea, vel post natalia virginis, ubi emitur id quod non est, sed proximum est quod sit. Et l. 15. tit. 5. par. 3. Quando venditur partus equae, aut ancillae sterilitium, vel fructus vineae vel arboris, non fraterium venditio valet, ceterum venditor tenetur, emptori exhibere valorem partus vel fructus, &c. igitur contractus venditionis de re qua non est raturus est, & non est nullus ut hic autor contendit quam rem nos suscipimus. 2. lib. differuimus, idcirco modo breui calamo eam transcurramus. ¶ Argumenta autem eius propterea habet solutionem. ¶ Primo dices, quod non venditur quod nihil est omnino, sed quod actu nihil est, at in potentia natura est, & ius quod habet dominus in illa qua nascetur, illud vendit emptori.

¶ Secundo dices, quod pretium correspondere debet qualitati rei qua est in potentia, & ex alijs natis frumentis, quae hoc erit frumentum probabiliter scitur. Quid quod si frumenta non proveniunt venditor restituere obligatur, quod accepit de nacturis vt. l. parti. docuit.

¶ Tertio dices, quod valor rei futurae, ex alijs qua fuerunt praesentes utcumque; coactatur, & hoc sufficit ad contractum, unde in c. Navigati extra de usuris expresse contractus anticipatae emptionis approbatur ratione dubij, si fuerit, scilicet, quod res qua modo emitur soluta pecunia tempore traditionis, plus vel minus valebit, unde ait, ille qui dat decem solidos, ut alio tempore totidem sibi, graui, vini, vel olei, mensura reddantur,

qua licet tunc plus valeant, utrum plus, vel minus solutionis tempore, fuerint valiturae verisimiliter dubitatur. non debet ex hoc vsurarius reputari. En tibi ut anticipata emptio ratione dubij, ista est, si minoris ematur, quam valeat tunc quando emitur, en tibi etiam ut id quod non est, emi potest. Quomodo igitur hic audeat inficiari, quod sedes Apostolica sua decretali epistola probat. Et quidem si anticipare emptionem non licet, neque venditionem anticipare licebit. Porro in c. in ciuitate, item approbatur contractus, anticipatae venditionis, quando venditor in diem vendit, pluris, quam tunc valeat, quando ipse vendit, & approbatio est, si dubium est, merces huiusmodi, tempore solutionis pecuniae, plus minus esse valiturae.

Hoc explorato placito, etiamnum superest, non nihil differere communem praefatam sententiam de anticipata venditione lanarum, quoniam autor libelli de casibus conscientiae Hispano sermone conscripti. q. 87. contractum probat, & iustum esse credit emere lanas ex anticipata pecunia vilius, quam sunt valiturae tempore traditionis lanarum suo tempore videlicet, Iunio mense. Nam emantur sub festo diui Michaelis, & sub carnis primum & traduntur mense Iunio. Et probat iustum esse contractum, si verbi gratia, sub temporibus commemoratis ematur pro. 103. argenteis quodlibet lanarum pondus, quod valet 14. aut. 15. sub Iunio. Probat primo, quia semper ferè est exiguus excessus sub tempore traditionis, ad valorem earundem sub tempore emptionis. ¶ Secundo, quia res abfens minoris penditur, quam praesens, unde qui emit fructus terrae nondum extantes, minoris emit, quippe, adhuc subsunt periculo fiderationis, & breuio, & locustae obnoxia sunt, & labor adesse incolligendo, &c. ergo similiter dicendum erit de lanis. ¶ Tertio quia haec anticipata emptio, est necessaria, & emptoribus & venditoribus. Emptoribus quidem, quia nisi anticipasset pecunia non possent diu greges illis exhibere lanas sub mense Iunio, locustas mudas, & bene praeparatas in suis sacis. Quonia diu lanarum non empta non praeparasset ita sedulo, ut quae iam empta sunt, & tradeda suo tempore, Hispanice. Desquil vocatur venditoribus autem ite est necesse

Anticipatio venditionis iustificatur ex eodem verisimili dubio.

Communis sententia de venditione lanarum anticipata amplius differunt.

Vendit potest res quae non est.

Anticipatio emptionis ex minori pretio iustificatur ex verisimili dubio.

haec frui anticipationem pecuniae. Namque haec ratione poterunt sibi bene consulere, & suis. Siquidem compotes pecuniae, officiales contentos habebunt, soluendo illis pensum suum. Et bona sua alias cogentur distrahere, vt inde parat pecunias. ¶ Quarto, quia sic diminuendo pretium, propter pecuniae anticipationem habebunt emptores multos, quod si non diminuissent, non possent vendere suas lanas, nisi tarde, & magno suorum dispendio. ¶ Quinto, quia saepe isti anticipantes pecuniam, patiuntur in merce tradenda illis in suo tempore fraudem, quia nacturatur illis integra, neque; talis, qualis erat tradenda. Et vt cogant emptores ad restituendum dominis lanarum quod debent, ex non traditis lanis, integre, vt tenebatur emergunt lites, & expense fiunt multae, igitur propter haec omnia videtur, non esse iniustum, pretium iustum diminuere.

¶ Sexto, quia domini lanarum videtur consentire, proorsus in hac diminutione pretij. Quia optimè, cum illis agitur, quia si ad iustum vendere curarent, non haberent emptores, nec possent lanas suo tempore emptoribus exhibere. ¶ Septimo, quia huiusmodi contractus est utilis reipublicae, & contractus huiusmodi, non sunt facile damnandi, quando non se prodit eorum iniquitas, vt S. Tho. ait. 9. quod li. 1. 5. Et Ioannes Gerso. de vita spiritali Corol. 11. & 13. igitur iste contractus non est damnandus, quem ecclesia non reprobatur. ¶ Et si Tho. in quodli. praecitato non loquatur, de contractu, sed de peccati mortalis quaestione, quam dicit esse difficilem diffinitum.

Refellit Frater Ant. Cordubensis

¶ Haec sunt argumenta, quae ego collegi pro fulcro huius placiti unde autor ipse, quatuor absoluit quae sunt uncias. Prima an fas sit, emere lanas anticipata pecunia minoris, quam valeant, tempore traditionis, & hanc absoluit asserendo.

¶ Secunda est an fas sit emptoribus, quas emerunt venditori in Italiam, vel Flandriam, vendere illas carius in diem, quam numerata pecunia. Et hanc absoluit, valde inclinans in asserionem, & tantum non videtur affirmare fas esse vendere in diem pluris, quam numerata pecunia. Quandoquidem vendere in diem est valde reipublicae vile. Nam vendendo in diem, multi numerantur emptores,

at multis extantibus emptoribus merces proveniunt abundantiores, unde fit, vt vilescant eorum pretia, id quod est ad fauorem popularium, quod potius tur mercibus multis, & vili pretio.

¶ Si fas est has lanas ex anticipata pecunia emptas, rursus vendere maiori pretio, quam fuerint emptae, & haec facilem habet solutionem, quia si maius pretium est iustum pretium nihil eas ibi, vel alibi vendere maiori pretio. Quartam merito, quia nihil ad rem. Ego vero vt rem facile edisseram istam, annotandum duxi in primis, venditionem anticipatam, esse diuersam ab emptione anticipata siquidem venditio huiusmodi, habet quidem rem praesentem, & pecuniam abfentem, vt qui in diem vendit sua frumenta, tradit frumenta, & expectat pecuniam. At vero in emptione anticipata contra est, quippe pecunia est praesens, & res est abfens, vt ex casu prehabito lanarum, non est acclue intelligere.

1. Annotat.

2. Annot.

¶ Secundo est notandum, quod necessitas venditoris, non est iusta causa diminuendi totum pretium iustum, neque; necessitas emptoris est, causa augendi pretium, verbi gratia, si venditor lanarum eget pecunijs ad alendos officiales, non est causa haec iusta emptori ad diminuendum totum iustum pretium. Siquidem haec necessitas non tollit totum iustum rei valorem, et si est causa vendendi. Itè de necessitate emptoris, quippe haec necessitas est emptoris, ideo non potest vendi, a venditore. Nisi esset communis necessitas, quia haec praecedat ex paucitate mercium, & ea ratione auget pretium, vt. 2. li. praedicti est. ¶ Verum est tamen esse aliquando rem necessariam venditori, & tum poterit augere pretium, si emptor illam amat habere, quia tunc vendit, non necessitate vendendi, imo necessitate quodam modo vendendi sua. quippe qui sibi oppido utilis est, & ideo vendendo sua utilitate, poterit augere pretium, sed quando necesse habet ea vendere, non ideo qui ob hoc diminuto, & iniusto pretio emit, excusat a peccato quippe tunc venditor coactus vendit, unde emptor tenebitur restituere, coactio autem haec valorem rei non dimittit ad sensum mox praescribendum.

3. Annot.

¶ Tertio annotandum est, quod huiusmodi necessitates, siue ex parte vendentis, siue ex parte

Q 4

ex parte ementis, possunt quadamtenus ratione, vel diminueri, vel augere pretium, puta si viderit vendens, emptori esse necesse emere, poterit augere pretium, vsq; ad rigidum pretium sub latitudine tamen iusti pretij, item si viderit emptor venditorē egere, & necesse habere vendere rem poterit ipse diminueri pretium, vsq; ad infimum obseruata semper latitudine iusti pretij vnde in prenotato casu lanarum, si emptores anticipando ad infimum vsq; diminuant de pretio, sub iusto tamen pretio nihil criminis admittunt, venditores autē lanarum, diminuetes de pretio etiā iusto, non sunt arguendi, vt neq; recipientes ad vsurā pecuniā isti enim veluti coacti hoc faciunt, scientes, aliter sibi non esse subueniendum.

¶ Annotat. ¶ Quarto notabis, quod supposito, quod tā vendentibus, quam ementibus lanas sit quasi necessarium (vt opinator prefatus inquit) anticipata pecunia contractū fieri, non tamē inde sufficiens colligitur, contractum esse iustum, minori quam iustum est emendo pretio. Hoc perspicuum est, quippe si æqua est necessitas, ex vtraq; contrahentium parte, ergo nō est diminuendum ob hoc. pretium iustū, sed potius pretium etiam oportet esse æquale, ergo & iustum.

¶ Quinto annotandum est, quod vt prædiximus, ex. c. Nauiganti anticipatio solutionis potest diminuere pretium, quando dubium verisimile adest, si plus, vel minus valebunt merces, tempore traditionis, vnde si mercatores lanarum, ob hanc rationem diminuunt, contractus est iustus. Et quidē accidere hoc potest, secundum quod ex anni dispositione, aduertitur, vel plures, vel pauciores lanas futuras. Siquidem dispositio anni valde frigida, & sicca gregibus obstat, ne velleribus opimis vestiantur, & etiam valde humida, illis est ægra, vt cæteris animalibus. ¶ Item accidit plures credere, futuros emptores, aut pauciores, &c. ¶ Vnde inferitur, quod cessante casu capituli præcitati & alijs causis supra prenotatis in conclusionibus prioribus, si minoris ematur, quam sit tota latitudo iusti pretij, contractum esse vsurarium. Potest autem, vt diximus, emptor lanarum ex anticipata pecunia, diminueri ex latitudine iusti pretij, non tamen, illam præterire, vt si latitudo sit, inter. 14.

¶ Illo contra autorem præcitatam.

& c. 16. regalla, si emerit ad. 14. nō est vsurarius contractus, si vero ad. 13. & vel. 12. &c. non excusatur ab vsura tacite contracta quia ibi est quedam tacita mutatio vt explanatum fuit superiori sermone. ¶ Vnde autem autor prenotatus, si hoc voluit dicere, docens contractum esse iustū, cur se fatetur declinare, à cōmuni placito? si autem nō hoc, sed potius, quod propter anticipationem pecuniæ in casu lanarum, fas esse iustum præterire pretium discedendo, à tota latitudine, vtiq; vsurarium contractum probat. Quod si quaeris quod erit iustum pretium? consules, quæ fusc tradidimus in. 2. lib. Reliquum est absolueri argumenta huius opinionis. Primo enim dices quod quado non est notabilis excessus, nulla est disputatio, quia modici non habetur ratio.

¶ Secundo dices, primo quod si argumētū colligeret bene, possem tibi probare, vsuram non esse crimen, siquidem si pecunia præsens, est pluris pendēda, quam absens, plus debet fieri pecunia mutuatis, quippe quæ præsens est, quam ipsa quam dabit mutuarius, quæ est absens, vnde conficeretur, quod propter maiorem valorem pecuniæ mutuantis, posset referre vltra fortem lucrum, quod erit falsum. ¶ Cæterum, magis ex re erit aliter respondere, videlicet, quod emptor lanarum, dat quidem pecuniam anticipatam præsentem, pro lanis non quatenus sunt absentes, & non sunt, sed quatenus suo tempore erunt præsentēs. Et quidem venditio istarum lanarum bifariam poterit contingere, aut quod emptor suscipiat in se periculum lanarum futurarum. Et hac ratione colligitur bene, quod quia præsens est certius quā quod absens, ideo est diminuere de pretio iusto quādo emuntur ad prædictā rationem ex anticipata pecunia. Siquidē latet emptorem si proueniat lanæ, aut nō proueniet. Et ideo si solum dubij verisimile, si valebit plus, vel minus, sat est diminuēdo pretio emptori, quidquod dubij de prouentu, iustū est vt valde diminuatur de iusto pretio. Dubius nāq; euentus mercis, mercis soluit pretij iusti leges. ¶ Porro aliter posuit emi videlicet, quādo nō suscepit emens periculum, puerit mercis, sed residet apud venditorē, & obligat, tot pōdera lanæ mūdē, & bene preparatē, sub mēse lunio tradere

tradere emptori. Et tunc sanē, etsi absens est merx, cæterū tenetur venditor illam facere suo tempore præsentem, ideo secundum obligationem vendentis præsens est.

¶ Ad tertium. ¶ Tertio dices, quod si est necessaria vtriusque contrahentibus anticipatio, vt argumentum præfert, inde cōsequitur, quod iustum est seruandum, & nihil diminuendum à iusto, siquidem ex vtraque parte, contrahentibus, est necessarius, seu utilis contractus.

¶ Ad quartum. ¶ Quarto dices, quod venditores, sine periculo animæ, possunt diminuere pretium suarum rerum, quando sic facere, sibi viderint esse necessarium, & emptores, citra iustum ementes, non excusantur, siquidem venditores coacti, sua vendunt, citra illud iustum pretium vt prædiximus. Verum est tamen, quod si contingat, nullum extare emptorem, qui aliter velit emere, nisi citra iustum pretium, & hoc accidit sine fraude monopolij, quod tunc emptores, sospite conscientia emūt, etsi aliās plures estimabat merx, cæterum sufficit, quod pro tempore sub quo venditur, alio non donetur pretio.

¶ Ad quintum. ¶ Quinto dices, quod si huiusmodi ementes ex anticipata pecunia, patiuntur dispendium, illud tenentur restituere venditores. Nisi emptores rem emerint suscipientes in se periculum, & hoc casu, vt sæpe dictum est, poterit emptor diminuere iustum pretium. Non tamen propter primum, siquidē dispendia que patitur emptor, in huiusmodi emptione, ipse præuidere debet. emptor, & illa deducere in pactum, quod si acciderint non ex culpa sua sint imputanda venditori & emptor teneatur illa resarcire, etiā sine pacto, vt ex. c. sequenti patebit.

¶ Ad sextum. ¶ Sexto dices, quod domini lanarū, nunquam plenē consentiunt, maxime quādo valde deicitur pretium à iusto, verū ferunt dispendia pretij, coacti nē maiora subeant, vendendo suam substantiam, minori pretio, vt suis provideant: & vt sua officia sustentent: vt sæpe induximus exemplum Aristotelicum, de proieciente merces in mare.

¶ Septimo dices, quod contractus huiusmodi non sunt pendendi ex utilitate accidentali proueniente, vel emptoribus, vel venditoribus, vel reipublice, sed ex

natura ipsorum, cum ergo contractus huiusmodi emendi ex anticipata pecunia, sit exceptis casibus, supra positis & limitatione ecclesiæ, scilicet ex dubio verisimili, sit contractus æquiualeuter vsurarius, ideo damnandus est. Quinimo est in iniuriam venditoris, qui multo minoris vendit lanas suas, ex anticipata pecunia, quā vendidisset ex numerata. Quidquod sæpe emptores, sibi conueniunt, non emere lanas, nisi ex iniusto pretio, vnde cogitur venditor vendere, ad arbitrium emptorum id quod est monopolio, & obligationem inducit ad restituendum, quod deest ad implendum iustum pretium. Et demum vt non licet ex anticipata venditione, plus referre, quam sit iustum pretium secundum iusti pretij latitudinem, ex capit. in ciuitate præindicato, ita neque ex anticipatione. Neq; Tho. aliud sapit, quoniam ipse, vt annotabam supra, solum inquit questionem, de peccato mortali esse valde difficilem at vero nō est valde difficile scitu, quod omnes sciunt, aut tenentur scire. Ac exploratissimum est, ob solam anticipationem temporis, aut dilationem, nihil consequendum esse commodi, quippe istud vsurarium esse, perspicuum est. Et demū pro colophone, hoc dixerim quod si isti mercatores, non lucrarentur ex hac anticipata emptione, non eam anticiparent. Siquidem, vt suo tempore, exhiberentur eis lanæ preparatæ, sat erat emptionis arrhabonem dominis lanarum tradere. Dices non sufficit dominis lanarum solus arrhabo, vt suis provideant, vtiq; si hoc non sufficit, suffecisset illis cōtenti equidem essent, si potuissent habere iustum infimumque pretium ex anticipata pecunia, quod si iustum hoc pretium, non sat est venditoribus lanarum, vt sibi, & suis provideant, minus sufficere iniustum pretium, quod est minus infimo iusto, quod propter anticipationem illis offerunt emptores lanarum. Quod tamē ipsi coacti non spontanei suscipiunt, quia vel iustum infimum, illis non datur ab emptoribus. Nam si forte datur, omnis questio de emptione ista lanarum, absoluta est emptores malunt iniustum anticipatumque porrigere pretium, quam arrhabonē pro vel minimo iusto pretio. ¶ Porro autem, quia illas duas decreta-

les, in ciuitate. & nauiganti. sepe induxi-
mus, non ab re erit, vt maiori luce do-
nentur disert, eisdem amplius elucidare.
Enimvero non suat ad modum prom-
pte. Siquidem Caiet. in Summula, verbo
vsura exterior. loquens de vsura implica-
ta, docet, si quis vendiderit modo verbi
gratia in mense Maio piper aut cinnamo-
mum, pro octo, quæ alioqui modo non
tanti constant, & sperantur, tanti vel plu-
ris, vel minoris constituta in mense Se-
ptembri, casum non esse vsurarium, ven-
dendo pro octo, quæ nunc valent sex,
quia tempore solutionis pecuniæ dubiū
est, quod valebunt octo, plus, minusve
excusatur. inquit vendens istiusmodi à
decretali in ciuitate. Et rationē assignat,
quia venditio non consummatum modo
in mense Maio, vsque in mensem Septē-
brem, tunc enim vtrunque consumma-
tur, quando soluēda venit pecunia. Nūc
vero venditio inchoatur, & solum in cō-
tractu sunt, venditio & emptio. At vero
huic decreto plurimum videtur obsta-
re. c. nauiganti. vbi traditur, quod si hu-
iusmodi vendens erat seruaturus mer-
ces in posterum vt frumenta pro. mense
Maio vendenda, tunc non est vsura ven-
dere plus quam sit modo frumentorum
pretium currens, ergo idem videtur dicē-
dum, in casu. c. in ciuitate. cum sit idem
casus esse, scilicet, subaudiendum. si erat
vendens seruaturus sua aromata vsq; in
tempus solutionis, quando dubium est
plus minusve valitura.

¶ Vnde Ioannes à Methina. q. 38. de re-
sti. rebus. cap. de. 5. causa carius venden-
di, ob hoc reprehendit Caietanum, &
equidem si commemoratum capitulum,
docet hunc contractum, de quo est sermo,
non esse secundum formam vsura-
rium: esse nihilominus culpandum, nisi
ratione dubij excusetur. At vtique si so-
lummodo dubium excusat cur non ex-
cusabit dubium de futuro euentu, casum
capituli nauiganti. cum sint idem? at ve-
ro solum dubium non excusat casum
huius cap. à culpa, sed asseruatio mercis
in posterum.

¶ Ad hæc dicit venditionem, & emptio-
nem, non esse consummata, sed esse in-
choata, etiam ego dicerem in casu capit.
nauiganti. nõ esse emptionem consum-
matam.

Exponitur
duæ decre-
tales in ci-
uitate. & nau-
iganti. de
vsuris.

¶ Id quod vt palam faciam, reducēdum
est in memoriam, id quod supra aiebam
in casu cap. in ciuitate. videlicet esse rem
traditam, esse pecuniam promissam sol-
uendam in suo tempore, esse venditionē
huiusmodi anticipatam: quippe vendi-
tur res in diem siue ad creditum, & non
solutam pecuniam.

¶ At vero in casu. c. nauiganti. oppositū
refertur, quando quidē, vbi pecunia sol-
uitur, & res traditur, at traditur, iuxta id
quod exillimatur res quæ traditur vali-
tura tempore Maij, secundum quod pre-
tium soluitur, ideoq; dici potest emptio
anticipata.

¶ Est autem obseruandum emptionem
anticipatam bifariā accidere posse. Aut
enim solum pecunia, traditur & non res,
siue sit pecunia tota, seu maior pars eius,
animoque emēdi soluitur pecunia. Dis-
fertur autem rei emptæ traditio, vsque
in certum tempus, vt accidit in emptio-
ne lanarum, cuius meminimus supra.

¶ Aut secundo dici potest anticipata,
quando res traditur, & pecunia soluitur,
habitata tamen ratione, dubij euentus, pro
tempore, quo res vendenda asseruaba-
tur, quæ alioqui modo venditur: & hic
est casus. c. nauiganti.

¶ Quocirca iuxta Caietanum, oportebit
fateri nullibi in casibus capitulorum cō-
memoratorum, esse contractum con-
summatum, sed vtrouique esse inchoa-
tum. Siquidem, vt in capit. in ciuitate. est
anticipatio venditionis, ita in. c. nauigan-
ti. est anticipatio emptionis secūdo mo-
do iam relato. Nanque sit emptio ex pre-
tium anticipato, iuxta rationem futuri qui
speratur euentus in mense Maio, in quē
mensē asseruabatur frumentum ven-
dendum.

¶ Ex quo fit, quod si ratio Caiet. est suffi-
ciens nihil factu opus erat, exprimere, in
capit. nauiganti. si erat asseruaturus, qui
modo vendit. Sed satis erat huic capitu-
lo dicere, non tunc consummari contra-
ctum, pro tempore, pro quo venditio in-
ditur primo inter contrahentes, sed pro
tempore sub quo erat faciēda vēditio.
Ideoque pro tempore, pro quo erant vē-
denda frumenta, vel pro quo esset sol-
uenda pecunia, esse contractum celebra-
tū, & secundū illud tēpus, vendendo ca-
rius quam modo esse licitum contractū.

Ego

Casus. c. na-
uiganti. &
in ciuitate.
explicatur.

Caiet. disse-
rtur.

¶ Ego vero dixerim contractus hosce,
esse consummatos, secundum essentias
suas, etiam ante tempus Maij, vt in. c. nau-
iganti. vel traditionis rei, vt in. c. in ciui-
tate. Siquidem venditio, & emptio, tunc
consummantur, quando vendens à se
abdicat, dominium rei, quam in ius em-
ptoris, transfert. Nam quanuis non con-
tinuo transeat in possessionem empto-
ris sufficit, quod statim à venditione, trā-
sit in illius ius. Quippe tenetur ei rem tra-
dere tunc, quando apud illos cōuentum
fuerit. Item que emptio tunc consumma-
tur quando pretium pro re traditur, etsi
tunc res non traditur, vt accidit in em-
ptione anticipata, primo modo vt præ-
dictum est, ceterum si res traditur, in po-
testatem emptoris, sub præscripto pre-
tium in diem tradendo, item est cōsumma-
ta venditio, etsi anticipata. Quia in pri-
mo casu et res non tradatur, traditur
ius in rem, que potest exigij ab emptore,
tanquam sua succedente termino: at ven-
ditor tenetur illam restituere emptori,
& quando diu detinet inuito domino, est tā
quam fur arguendus.

¶ Et similiter in secundo casu, si res tradi-
tur, & non pecunia vēditor termino trā-
sistit, poterit exigere pecuniam tanquā
suam, igitur consummati sunt cōtractus
isti, siquidem ex illis oritur actio plena.

Dixi tamen obseruante secundū essen-
tiam, quia accidentalē quædam cōsum-
matio est, quando vel res traditur vt in
primo casu, aut pecunia soluitur vt in
secundo casu. Porro de hac re multa ha-
bes, disertā in superiori. 2. lib.

¶ Sed adhuc rursus colligo contra Caiet-
tanum, & vrgentius, quam prius. Siquidem
si fingamus, quod aromata, de qui-
bus sit mentio in. c. in ciuitate. quæ ven-
duntur tunc pro octo, alioqui non æsti-
manda pro tempore quo venduntur, nisi
pro. 6. in Maio, scilicet, ceterum propter
dubium, licita est venditio, fingamus igitur,
quod sub mense Septembri non va-
leant. 8. sed solum valēt. 6. nunquid quia
non valent tunc. 8. vt verisimiliter dubi-
tabatur, venditio prior redditur iniusta,
aut qui propter dubium futuri euentus
ea vēdit, pro octo, restituet. 2. quæ ex-
cedunt valorem. 6. neutiquam, siquidem,
etsi demus quod valeret tunc. 8. non te-
netur tunc vēditor restituere excessum,

Cōtractus
habent du-
plicem perfic-
tionem &
essentialem
& accidenti-
alem.
2. arg. con-
tra Caieta.

siquidem ratione verisimilis dubij, iuste
accepit illa duo excedentia currens aro-
matum illorum, precij sub tēpore, quo
vendebantur in diem, vt etiam, si exce-
derent valorem octo, emptor nihil tene-
batur restituere vēditori. Nam æqua de-
bet esse contrahentium conditio. Quo-
modo igitur, non est consummatum con-
tractus qui nihil iam habet dependentie
ad futurum euentum? Habuit quidem
dependentiam, tantisperdum iniretur,
quia initur propter dubium aliter quam
iniretur, si dubium non esset. Nanque ha-
bita ratione dubij iuste venditur piper
vel cinnamomum, carius mense Maio
verbi gratia quam venderetur, si dubiū
non esset, quod mense Septembri, quan-
do soluendum est pretium, putantur ca-
rius valitura. Itaque ad celebrandū con-
tractum habetur ratio dubij, verum iam
celebrato, etiam si oppositum cōtingat,
quia dubitabatur, videlicet, quod merx
minoris valet tempore solutionis pecu-
niæ, quam tempore traditionis putaba-
tur, tum consummatum erat contractus,
& non inchoatus, vt credit Caiet.

¶ Sit ergo iam noua conclusio, in decisio-
nem huius dubij, & ad priorum declara-
tionem, omnes contractus, qui non ser-
uant æqualitatem inter contrahentes,
sunt iniusti, vnde sequitur, quod si ex cō-
tractu alter contrahentium sit repositus
in tuto, & alter versatur non in tuto, sed
in periculo, seu iactura suorum, semper
est iniustus in contractu. hæc prompta
est ex lib. 1.

¶ Decima conclusio, contractus qui re-
fertur in. c. in ciuitate. & contractus qui
describitur cap. nauiganti. sunt diuersi,
conclusio contra Methinam patet, quia
alter est venditio anticipata, alter vero,
est emptio anticipata, secundo modo an-
ticipationis iam prænotato.

¶ Rursus contractus. c. nauiganti. petit
iustificationem ex duabus causis, scilicet,
et ex dubio euentu valoris futuri mer-
cis, & ex eo quod venditor erat mercem
asseruaturus in tempus, quo est verisimi-
le, rem plus æstimandā, cuius tamē vē-
ditione in ipse anticipat, rogatus. At ve-
ro casus cap. in ciuitate. vnam solum ex-
promittit iustificatē causam, scilicet, du-
bium verisimile vt ex dictis non est am-
biguum.

Aliud est
quod con-
tractus quā-
do celebra-
tur, pēdeat
à dubio fu-
turi euen-
tus, aliter
peracta ce-
lebratione.

Nona con-
clusio.

Cetera. re-
solvitur.

Decima cō-
clusio.

Methina re-
solvitur.

¶ Præter

¶ Præter hæc in cap. in ciuitate, exhibetur res emptori, & non soluitur pecunia: sed huius solutio differtur. ¶ In. c. tamen nauiganti. vtrumque fit, & frumenta traduntur verbi causa, & pecunia soluitur solū est anticipatio, in magnitudine pretij, quod soluitur, pro ratione venturi temporis, ideoque est anticipatio solum in magnitudine pretij.

Vndecima conclusio.

¶ Vndecima conclusio, dubium de futuro valore mercium est duplex, vt in ceteris contingentibus rebus ex Arist. lib. 1. Periherme. ca. de futuris contingentibus. Est enim alterum dubium, quod magis certum est pro parte vna, quam altera, aliud vero quod est dubium verisimile ad vtrumlibet, vnde, dubium an frumenta verbi causa, valebūt pluris mensis Maio, est dubium, quod est magis determinatum ad partē affirmatiuam: quia plerumque, tunc est inopia frumentorum, apud regiones nostras, quia consumptæ iam sunt collectæ fruges. At vero quod minoris sicut sub tempore collectionis, scilicet, sub mensis Augusto, aut Septembri, item est magis certum quam oppositum. De aromatibus vero quæ exempli gratia venduntur sub Maio, si pluris sicut sub mensis Septembri potest esse dubium contingens ad vtrumlibet, si plus minusue valebunt tunc, aut potest esse dubium, magis determinatum, ad id quod pluris valebunt, aut determinatum, ad id quod est minus valebunt.

¶ Quibus exploratis facile est intellectum, quod casus cap. nauiganti. eget duabus causis ibidem expressis in sui iustificatio nem. Item cum certū magis sit, quod mensis Maio, fruges pluris sicut, si quis vendidisset anticipando Maij pretiū, & non secundum pretium currens sub Ianuario verbi gratia sub quo vendit, utique esset contractus iniustus, quia ipse vendens se constituit in tuto, vendens pluris, anticipando pretij magnitudinē, & ementis potest esse iactura, si quidem poterit minoris vendi, & tunc iacturam patietur illius, quod excessit pretiū currens. Et implicitē est mutuum vsurariū, hæc anticipata venditio, quia vendens dat quod minus est. Scilicet frumentum quod valet, o. exempli causa sub Ianuario, & accipit plus scilicet. 1. vt sub Maio solum ob dilationem temporis. Neq;

iuuat, quod forte minoris fiet tunc frumentum, quia etsi possibile est, non tamen est vero simile, cum non sit contingens ad vtrumlibet, sed magis determinatum, ad maiorem valorem.

¶ Porro, si ille vendens, non erat venditurus modo, sed in tempus Maij asseruabat, sub quo est certius plus frumenta, quam Ianuario mensis, tunc æqualitas est in contractu quia perinde est ac si in Maio vendidisset. Nam etsi tunc poterit contingere descensio in pretio, est tamen rarum.

¶ At vero si vt casum capit. in ciuitate. edisseramus, sanè si certum esset magis, quod aromata de quibus meminit cap. præcitatum erant valitura pluris tempore solutionis pecuniarum, quam contrarium, casus capituli huius esset vsurarius, etsi non secundum formam, id est clarè, hoc enim sibi vult quod ait, secundum formam non vsurarium esse tamen implicitè vsurarius est casus. Si quidem vendens, se constituat in tuto, & emens versabatur in dubio. Et demum vendens minus dabat, & plus recipiebat, vt ex præhabitis liquidum est. Quæ ob rem capitulum iustificans contractū propter dubiū intellexit, de dubio æqui libri, contingenti scilicet ad vtrumlibet. Nanque tunc, vendens non magis agit in tuto, quam emens, aut contra, quia dubius euentus valoris, stat vtrique contractantium ex æquo, siue ad lucrum, siue ad damnum, ideoque non est necesse subintelligere in hoc casu, causam illam si erat seruaturus aromata contra sententiam Methinz. Neque. c. illam expressit.

CAP. QVARTVM.

Quid sibi velit, habere plus ex vi mutui, & lucro cessante, & damno emergente.

Memini me dixisse non semel superiori sermone, habere accessionē ex vi mutui, esse vsurariū. At vero, ne quis in hoc verbo hereat, cogitans apud se quid sibi velit vis mutui, ideo nunc breuiter enodabimus, vis autē iā significat violentiā, vnde extat titulus decretaliū epistolariū, de his quæ vi, metusue causa fiunt.

¶ Porro

¶ Porro hæc significantia, non est nobis modo necessaria, sed & aliter significat obligationem civilem, vnde dicitur communiter verba hæc, vel illa vim habent, aut non habent obligandi, idem igitur est ex vi mutui, id est ex obligatione contracta est mutuo, vel propter mutuum. Qui enim aliū obligat tacitè, vel expressè, vel intendit obligare, vt aliquid porrigat ultra mutuatum pecuniam, hic intendit ex vi mutui plus habere ultra sortē, quam debet habere, & quod mutuatarium, minus habeat propter mutui vim, quam debuisset habere. Et quauis coram Deo, & secundum veritatem nulla exoriatur obligatio ex mutuo ad soluendum aliquid ultra sortem propter mutuum, cæterum vsurarius hoc intendit, vel interius vt in vsura metali, aut exterius vt in vsura externa obligare mutuatarium, ad id quod secundum Deum legem, & ecclesiæ sanctiones nequit obligare. Porro autem quædam nonnullam veniunt in obligationem, quæ ultra sortem sunt debita, & hæc soluenda sunt, & soluens, nō ob id censetur vsurarius. Quippe non ex vi mutui, sed ob alias causas debentur. Vnde vulgo doctores duas primarias enumerant, & dantur emens, & lucrum cessans. Et hæc sane duo vocantur interesse, distinguuntur autem, quia damnum emergens, est de bonis iam partis, at vero lucrum cessans de bonis paradisi. Seu quod idem est damnum emergens, est læsio bonorū actualium, at lucrum cessans, est iactura bonorū, quæ sunt in potentia. Vtrūque autem vulgus vocat damnum, nisi quod illud est actuale damnum, hoc vero damnum eius quod erat acquisitio lucri. Aristot. autem in 5. Ethic. c. 4. damnum vocat, quando aliquis contrahentium minus habet, quam debuisset habere, ex opera alterius contrahentis: lucrum vero cessans est, quado quis non lucratur, quod debuisset lucrari. Est autem duplex cessatio lucri, aut cum quis non lucratur, quod potuisset lucrari, si voluisset ex pecunia sua negotiari, vt qui habet pecuniam in theca reconditam, mavult autem eam asseruare, quam negotiationis committere quam aliqui si commisisset lucrari potuisset. Et huiusmodi lucrum item vocauit supra lucrum in pot-

tentia, & non est propria acceptio hæc, vt postmodum aperietur. Aliter autem est etiam cessatio à lucro quando quis, habens pecuniam ex qua ipse solet negotiari, & lucrari, cæterū vt subueniat proximo, qui pecunijs eget ad sibi necessaria, cessat à suo lucro, vt proximi necessitatibus provideat. Et istud est quasi actuale lucrum, vt opponitur priori modo. Quia prior cessatio est, à lucro quod solum poterat esse, hæc vero ab eo, quod promptum erat vt esset, & non solum erat pura potentia lucri. Et adhuc iste secundus modus bi partitus est, etenim quis poterit cessare ab hoc lucro quasi actuali, aut violentia alterius, qui tollit ab eo pecunias quas habet exponendas in negotiationem lucratiuam, vt si rex eas vi tollat, aut communitas, aut quævis persona alia particularis, vel vi, vel fraude has pecunias ad lucrandum expositas extorqueat. Aut poterit accidere citra vim, vel fraudem, sed precibus, vel sponte, vt verbi causa, si quis rogatus vt mutuet, pecunias quas habet expositas ad lucrandum, Hispanæ, *Que lastrae en trato*, aut si etiam non rogatus, ipse offert mutuare alteri suas pecunias, quas habet expositas, vel mox exponendas, videna videlicet alterum eis indigere, ad suam subuentionem, & quod forte detinetur pudore, ne petat, at præueniens mutuans ait, tibi mutuo dabo pecunias has, &c. vel etiam non ex pudore detinetur, & nihilominus inuitatur, vt pecunias mutuo suscipiat, si vult ad subuentionem suam.

Lucrum cessans multas faciam est distinguendum.

Damnum emergens sic differt à lucro cessante.

¶ Damnum igitur emergens est longe diuersum ab hoc lucro, nam hoc, nō est de bonis iam conquisitis, sed de ijs quæ sunt in proximo paranda, ex negotiatione, vel ex fructibus agri vel vineæ, vel ex locatione, vel censu, &c. At vero illud est læsio bonorum iam partorum, vt si accipi pecunias ad vsuram vt tibi mutuet, tu mutuatarium teneris, etiam solve re vsuras mihi, quas ego solui gratia tui. Non enim tunc aliquid recipio ultra sortem, sed totum quod recipio est meum capitale. Similiter, habens necessariam pecuniam reparandam, iam collapsuræ domui, si tibi mutuo dederim, teneris, domum erigere aut reparare tuo impedio, quippe hoc damnum pertulit mutuans propter mutuum, & ideo se se potest afferere

serere ab hoc damno ex alterius pecunia, scilicet, mutuatarij. Et in hanc sententiam omnes consentiunt. Vtrumq; autem horum venit intelligendum sub appellatione interesse, vt diserte exponit Iurifconsultus in. l. si commissi. rem rata habe. ibi in quantum mea interfuit, id est quantum mihi abest, quantumq; lucrari potui. Adde textum in. l. 3. in fine. de eo quod cer. loc. l. vnica ad fin. de sententia, quæ pro eo quod interest. l. quidquid. c. arbit. & de vtroque prius cõstare debet antequam in foro exteriori adiudicetur, vt rectè docent Iurifconsulti vt habes ex Bal. etiam. colla. 2. de executio. rei iudicatæ. Ex actior autem ratio habenda est damni incurri, quam lucri cessantis quia lucrum cessans non exigit æqualem recompensationem, sed ad arbitriũ iudicis, vel arbitrarij, vel ordinarij, at vero damnum incursum exigit æqualem recompensationem, secundum iustitiam commutatiuam, vt quantum læsionis fuit susceptum, tantundem resarciatur. Et ideo dicunt Iurifconsulti, quod regulariter non est par habenda ratio, & damni incurri, & lucri cessantis. l. fin. C. de iure deliberan. l. Proculus, in fine.

¶ Quia igitur interesse, est debitum ex iusta causa descendens, vsura proprie si loquaris non est interesse, siquidem vsura non est debita nisi ex falsa opinione creditoris sceneratij, qui ex sua auaritia opinatur sibi esse debitam cum alioqui non sit debita, imo vsura est plus habere, vel intendere habere, quam sit debitũ ex vi mutui. At vero lucrum cessans, & damnum incursum sunt debita verè, & qui exigit hæc à debitore iustè exigit, & qui habet horum recompensatione, hæc non habet, plusquam debet habere, imo habet, quæ debet habere. Aduertendum autem, quod cessare à lucro, est quiescere à lucrando, quia autem. 3. Phisic. omnis quies præsupponit motum, vt priuatio omnis habitum, necesse est, quod is dicatur cessare à lucrando, qui aliàs lucrabatur, & iã non lucratur, vel qui aliàs erat lucraturus, & nõ lucratur. Qui enim nunquam motus fuit, aut non habet in prospectu moueri, non dicitur quiescere, vt neque cecus, qui nunquam habuit visum, neque ex ratione nature, debebat habere, ideo diximus supra, cessare à lu-

Lucrum cessans & damnum emergens appellatur in iure interesse.

Interesse est debitum.

Cessare à lucro proprie quid.

cro, proprio sermone, esse quiescere, à lucro quod debuisset aliquis habere, siue non lucrari, quod paratum vel in promptu erat vt lucraretur, ex pecunia, quam mutuat alteri. Quod si quæsieris, quid ergo si negotiator habet pecuniam, quandam paratam negotiationi lucratiuæ, & habet alteram, ad alios vsus referuatam & ex hac altera, fit mutuum, & non ex prima. Nunquid poterit pacisci de hac super lucro cessante? vtique si hæc pecunia non est exposita, vel innox exponenda, lucro deportando, pactum de cessante lucro, esset iniustum, imo videtur esse vsurariũ. Siquidem ex illa pecunia nihil lucrabatur possidens eam, ceterũ si hæc pecunia proficiebat eidem alijs vsibus, vt alendis gregibus, vel colendis vineis, reparandis domibus, dotandis filiabus, & alijs hoc genus, damnum incurrendũ ex mutuo potest deduci in pactum. Sed quid si possidens hanc pecuniam, illam iam vult traducere ad negotiationem, & submouere à priori statu? tunc clarũ est, esse pecuniam iam repositam in statu lucratiuo verum si pecunia, erat recondita, & in nullum vsus destinata non potest deduci in pactum lucrum cessans, siquidem lucrum quod nec fuit, nec erit verisimiliter non potest dici cessare proprie.

¶ Istis igitur præstructis, obseruandum iam duximus, in hac re, esse duas disputationes, altera nanque est, si damnum incurrendum propter mutuũ, debeat accedere sorti. Altera est, si lucrũ cessans potest, item reportari vltra sortem. Et in. 1. disputatione, nullus est qui hæreat, sed omnes doctores agminatim asserunt, vt liquet, ex glossa ad capit. conquestus. de vsuris. & in cap. dilecti. de foro competenti. damna soluenda esse iubetur, idem de fideiusoribus. c. peruenit. Et ratio prompta est ex regula iuris. Nam qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. At mutuatarius, qui, quia potitur pecunia mutuantis, causa est damni mutuantis, ideo damnum intulisse videtur, quo circa, hoc quod intulit, resarcire damnum tenetur. Item quia officium suum nulli debet esse damnosum. ff. de furt. si seruus communis. §. quod vero. &. 4. q. 3. §. venturis. & ff. ad Velleianũ. l. 2. §. 1. vnde officium mutui nulli debet esse damnosum,

Concordia de damno incurrido quod sit interesse & discordia de lucro cessante.

nosum, cum sit liberale officium. Et contra nullum debet præmium cõsequi, vnde quispiam penam meretur. 1. 6. quæst. 1. legi. vnde vsurario, non debetur vsura propter mutuum, quia debetur pœna propter flagitium;

¶ Porro autem, de lucro cessante, nõ omnes sibi conueniunt, siquidem pleriq; auctores, insiciantur esse interesse creditoris, lucrum cessans. Maxime, vbi, mercator mutuat, non vi, vel fraude cõpulsus, sed sponte. Nam si vi, vel fraude, vel minis compulsus mutuat, & desistit à suo lucro, tunc etiam conueniunt, compellentem teneri ad refundendum lucrum proventurũ, aut damnum incursum, vt is, qui iniuste detinet irriguum, ne irriget, vel arborea, vel vineas alterius, tenetur penuriam satisfacere fructuum, quia impediunt iniuste, ne rigantur aqua illis debita: sterilitas igitur illa est exoluenda ab impediente. Quod videtur esse lucrum cessans, etsi Quod Molin. q. 74. de vsuris. voluit pertinere impedimentum hoc fructuum ad damnum emergens. Ceterum, quia damnum hoc, est de iam paratis, & fructus non erant parti, sed sperabantur proventuri potius videtur hoc impedimentum referendum sub damno emergenti. Nisi velis etiam sterilitatem, qua iam afficiuntur arbores, comprehendere sub damno emergenti, quia hoc damnum iam afficit arbores, ex carentia irrigantium aquarum. Et prius est hæc mala affectio, quam sit orbitas fructuum, quia illud est causa huius.

¶ Similiter oportet conuenire auctores, in subdendo dogmate, videlicet, si pretia eorum quæ venduntur, sunt taxata, lucrum cessans non potest taxationem excedere, nã si sunt taxata, non pluris sunt vendenda, in diem, quam in numeratam pecuniam, ideo que si est mercator, qui vendens pannos, vel linthea, &c. habet in promptu ementè ad numeratã pecuniã, & alius eum sollicitat, vt det ei mutuo pecunias, & quod ipse satisfaciat, lucrum cessans, si iam mercator ille volebat expẽdere pecunias prædictas in alios panes nõs vnde habebat paratum lucrum, vtique lucrum cessans non potest esse, nisi habita ratione taxationis pretij mercij. Quia excedere non licet hanc taxationem. Et tunc si inuit ratio expensarum,

An fructus & proventus impediti ex alteri causa sint recedendi interdana emergentia an inter lucra cessantia.

& laboris, & periculi, in transactione mercium, & taxationis pretij, forte erit exiguum lucrum cessans.

¶ At vero, quod deducitur in controuersiam est, quando mutuo accipiens pecuniam iam expositam lucro, non fuit causa, quod sibi mutuo detur, neque causa impellens vi, vel metu, vel fraude, vel precibus, itaque nullatenus est impediens lucrum alterius sed ipse negotiator, sponte voluntate, non ductus alieno vehiculo ipse se profert, ad mutuantum alteri, etiam antequam sit in mora soluendi is qui accipit, cum pacto tamen lucrũ cessantis, aut damni emergentis. Et visum est Innocentio. 4. c. fina. de vsuris. nõ esse licitum pactum, sed esse vsurarium. Quem est imitatus Soto de iusti. & iure. lib. 6. q. 1. art. 3. Et alij moderni idem sapiunt qui scripserunt lingua Hispanã vbi Frater Mercado in suo opus. de tractibus & contractibus. lib. 1. cap. 13. & Frater Antonius Cordubensis, in suo libello de casibus conscientie. q. 84. isti enim censent, quod citati, videlicet si mercator non rogatus, sed vltro mutuat, nullo impellent ad mutuantum, quod nõ potest pacisci de lucro cessante, etiam si habebat paratam pecuniam ad negotiationem, vnde certa vel probabilis erat lucris spes. Et probant, quia tunc si hic non lucratus est ipse viderit, quia nullus est causa impediens, eius lucrum, ideo que si nullus est causa impediens, siue ex vi, siue ex amicitia, nam preces amicorum, etsi quadamgenus ratione videtur compelle re, ipse ergo mercator, si cessat à lucro vltro facit, & ideo alter mutuatarius, scilicet non tenetur rescindere hoc, seu rescindere lucrum, cuius cessationis ipse non fuit causa, sed si cessat à lucro ipse sibi impudet. Et suffragatur istis, quia videtur hoc placitum antiquum. Nam S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. ad. 1. ait, ille qui mutuum dat potest in pactum deducere, cum eo qui mutuum accepit, recompensatione damni, per quod subtrahit sibi aliquid quod debet habere. Hoc enim nõ est vendere vsus pecuniarum, sed damnum vitare. Et potest esse quod accipiens mutuum maius damnum euitet, quam dans incurrat, vnde accipiens mutuum cum sua utilitate, damnum alterius recompensat. Recompensationem vero damni, quod cõsidera-

An lucrum cessans possit deducti in pactum.

sidera-

sideratur, in hoc quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum deducere, quia non habet vendere, id quod nondum habet, & potest impediri multipliciter ab habendo.

¶ Rursus Durandus in 3. sententia dist. 37. quaest. 2. respondens primo argumento, idem docet ferè iisdem verbis, etsi brevioribus. Et Scotus in 4. sententia dist. 15. artic. 2. Tripliciter explicat posse recipi aliquid ultra fortem, aut ex poena conventionali, quæ imposita est mutuatio, nisi certo die soluat mutuum, modo non fiat in fraudem vsurarum. Aut secundo propter interesse creditoris debitor enim ex cuius non solutione, creditor notabiliter damnificatur, tenetur in foro conscientiarum, etiam sine pacto, suo creditori damnum satisfacere, & nihil loquitur de lucro cessante, vel. 3. quando capitale, & accessio ponuntur in incerto ex cap. naviganti.

¶ Verum vt ab Scoto exordiamur, damnum non solum significat, apud Theologos læsione in bonis acquisitis, sed vsurpatur etiam abusuè vt denotet, cessationem à lucro, quod promptè poterat parari, vt dudum dixerat Tho. damnum dicens, quod consideratur ex hoc quod, ex pecunia non lucratur. Vnde Scotus, hoc damnum etiam comprehendit, sub illo sermone debitor ex cuius non solutione creditor damnificatur notabiliter, &c. Nā sicut potest esse notabile danū, quod à creditore subtrahatur ex sua substantia, quod non debebat, propter debitorem, ita etiam videtur posse notabile esse damnum (extendendo vocabulum hoc) quod lucrum creditori non addatur, propter debitorem, quod illi tamen erat addendum lucrando.

¶ Vel secundo respondetur Scotum idē intellexisse, quod placitum commune arbitrat. Siquidem in tertio modo, indicat cap. naviganti. At vero in hoc cap. expressè docetur, esse licitum deducere in pactum lucrum cessans, id quod communis censet opinio. Etenim qui erat servaturus merces in tempus vendendas, quando creditor plus fiendas, tradit posse eas vendere, carius, quam pro pretio currenti. Et hoc, propter lucrum, quod sperabat. Hunc igitur casum volens insinuare Scotus, induxit. cap. naviganti. Du-

randus autem ad eam venit intelligēdas rationem, ad quam Tho. Carterū S. Tho. in 2. 2. quaest. 62. art. 4. expressè quoad aliquid testatur, quod cōmunis assertio, indubitatum habet, idem esse censendū de damno, quod de lucro, vnde verba sunt. Quicumque damnificat alium videtur ei auferre id in quo eam damnificat. Damnum enim dicitur, ex eo quod aliquis minus habet, quam debet habere, secundum Philosophum. 5. Ethic. Et ideo homo tenetur, ad restitutionem eius in quo aliquem damnificavit. Sed aliquis damnificatur dupliciter vno modo, quia auferitur ei, quod actu habet, & tale damnum est semper restituendum, secundū recompensationem æqualis. Puta si aliquis damnificet aliquem, quantum domū eius, tenetur ad tantum, quantum valeat domus. Alio modo si damnificet aliquē, impediendo, ne adipiscatur quod erat, in via habendi. Et tale damnum nō oportet recompensare ex æquo, quia minus est habere, aliquid in virtute, quam habere actu. Qui autem est via adipiscendi aliquid, habet illud solum secundum virtutem, vel potestatem, & ideo si redderetur ei, vt haberet hoc actu restitueretur ei, non simpliciter, sed multiplicatū, quod non est de necessitate restitutionis. Syluester verbo vsura. 1. q. 19. S. Tho. putat credere, quod communis opinio, de hac re affirmat. Quod videlicet non solum interesse damni emergentis, sed etiā interesse lucri cessantis, potest deduci in pactum, in quam sententia. Conradus de contractu. q. 30. conclusi. 4. Et Syluester loco prænotato indicant ex Iurisconsultis nō paucos doctores. At verbum S. Thom. quod supra induximus ex quaest. 78. ipse exponit ex sententia Nicolai cuiusdā, esse intelligendum de lucro in incerto, non tamen de probabili lucro, de quo assertitur vulgò à doctoribus, posse deduci in pactū. ¶ Porro autē, si res hæc libratū peditur S. Thom. in loco proximè citato solum inquit esse quoddam danū, quod cōsideratur quia quis impedit alium ne adipiscatur, quod erat in via habendi, at qui tunc etsi non sit necessaria recōpensatio secundum æquivalentem, at verò est necessaria alioqui restituito pensatis circumstantijs, eius lucri, secundum casum est in via cōsiderat, & non in termino.

¶ Hoc

¶ Hoc autem dogma est commune, non mercatoribus solum, quando sunt in via ad parandum sibi lucrum ex negotiatio ne, & impeditur alioqui, sed etiam omnibus alijs, qui sunt in via, ad beneficia ecclesiarum, vel officia secularia, vel legata ex testamentis obtinenda, &c. ¶ Est autem considerandum, impedire alium ne assequatur bonum, quod ei est promptum assequi siue quia collator beneficii, illum vult promouere ad beneficium, siue rex vult promouere ad regiū officium, siue testator vult admittere ad hæreditatem, vel eum donare legato, & alia hoc genus contingit quadrifariam, aut iuste, aut maligne, aut iniuste, aut non maligne. Iuste sane, vt si vera narrat impediens, esse indignum beneficio, vel officio, vel legato is qui erat in via vt haberet, aut si iudex ex causa iusta mercatorem adornantem viam in nundinas, vt ibi negotiaretur vt moris erat, conieceret in carcerem, vnde impeditur quominus lucrum quod promptum habebat certitudine morali, quæ est de vt in plurimum accidētibus, iudex non tenebitur, de cessatione huius lucri, quippe qui iuste impediuit vt supponimus. Et idem est de omnibus alijs iuste impediētibus ne alij promoueantur, ad ecclesiastica beneficia, vel profana beneficia. Maligne vero impedit, qui ex odio impedit, nulla tamē fraude, aut mendacio, aut violentia, aut iniurijs vtēs, sed solum blandis sermonibus, aut persuasionibus, siue pollicitationibus veris vtens, pellicit alium ne benefaciat alteri, videlicet, ne officium erga alium facturus, faciat & istud profequitur, quia alterum odio habet, & ei non vult bonum, sed potius malum, vel. 4. sine malitia, sed quia fortassis mauult vt officia huiusmodi publica, vel legata, &c. conferantur alteri magis amico, aut forte, quia sibi timet malum, si alter ad huiusmodi promoueatur, aut ex alio manus bonū sperat, ideoque curat non obstante promouendi dignitate, & capacitate supra alium quem ipse vult, ipsum remouere, ab assequendo bono, quod sperabat.

¶ Tertio modo iniuste is impedit qui dolit, vel minus, vel fraudibus, aut quibus volēs alijs iniurijs dignum impedit ne assequatur bona quæ diximus. Et clarum est hoc vitium esse iniustum, eū

qui iam habet vel ius in re, vel ius ad rem, quod est ius imperfectum vt primum est ius perfectum remouere à suo iure, illum cauiose & mendose impedire. Et huiusmodi teneri impediētē ad restitutionem, nullus est qui ambigat: siquidem iniustitiam committit, remouendo iniuste eum qui vtique habet ius, à suo iure exequendo. Et si idē dicamus de eo, qui impedit iniuste mercatorem, adornantem iam iter, in nundinas vt lucraretur, vt solebat ex sua negotiatione, vel cum incarcerando, aut eum ledendo, aut decipiendo, &c. nullus est qui in dubium vertat, impediētē teneri, ad restitutionem huius cessantis lucri, ex iniusto impedimento.

¶ Quandoquidem istud commune est dogma accommodandum omnibus impediētibus iniuste, ius aliorum siue perfectum quod est in re, aut imperfectum quod est ad rem. Quale etiā est ius quod habet mercator ad lucrum quod habet secundum verisimilem spem suam. Et est argum. ex l. 1. & 2. C. si quis. aliquid testa. prohibet. & l. fina. de hære. instituta. ¶ Quauis de secundo modo impediendi, non omnibus cōuentum est, quibusdam asserentibus, alijs inficiantibus impediētē obligari ad restitutionem. Asserit S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4. Quod si ex odio, vel in vindictam alterius, quis impedit ne alter assequatur bonū, quod erat assecturus nisi impediētur, cuius ipse erat dignus, tenetur ad restitutionem, alij negant, quippe nulla sit iniustitia, siquidē ius quod habebat huiusmodi siue perfectum, siue imperfectum, non fuit ablatum, siquidem non impediētur per media iniqua, sed solum precibus blandisque suasionibus. Et hæc sententia est mihi admodum probabilis.

¶ Odium enim solum est crimen, contra charitatem proximi, nihilominus non inducit restitutionem. Quippe odium non est contra iustitiam, vel distributiua, quæ est in partendis honoribus, iuxta meritum pondus. Neque est contra iustitiam commutatiua, quæ consistit in æqualitate inter contrahētes. Et sit cōtra iustitiam legale, quia hæc cōprehendit omnē virtutē cuius necessaria, at vero amicitia, cui opponitur odium, est necessaria cuius, vt in pace ciuilitate viuant.

R ¶ Preces

Omnes im
pediētes bo
nū alterius
iniuste re
nuntior ad
restitutio
nem.

¶ Quandoquidem istud commune est dogma accommodandum omnibus impediētibus iniuste, ius aliorum siue perfectum quod est in re, aut imperfectum quod est ad rem. Quale etiā est ius quod habet mercator ad lucrum quod habet secundum verisimilem spem suam. Et est argum. ex l. 1. & 2. C. si quis. aliquid testa. prohibet. & l. fina. de hære. instituta.

Iustitia di
stributiua,
iustitia cō
mutatiua,
iustitia le
gale.

Quadrifariam cōtingit alium impediēre à bono quod paratum erat iam vt haberet.

Multifariam quis potest impediēre bonum alterius.

¶ Preces ite sola non possunt inducere obligationem, igitur neque preces ex odio, coniuncta si sint scilicet hac duo, odium & preces, non possunt afferre obligationem ad restituendum.

¶ Vnde si paratam haberem elemosynam porrige dam Petro inopi, & forsan amicus meus, hoc aduertens, odio habes Petrum inopem, ex odio precatur, ne illi porrigam elemosynam, sed alteri potius non tenetur amicus restituere Petro, elemosynam, quam suis precibus perdidit. Si quidem vt supponitur, nihil mali obicit Petro, mentiendo, vt hac fraude, se si mendacio, elemosynam, non assequeretur Petrus, sed solum rogando obtinuit. ¶ Vt etiam si amore alterius, pauperis & que pauperis faceret, nulla resulabat obligatio restituendi, imo et si omnino propter preces, nulli porrigeretur elemosyna. ¶ Vnde si Petrus erat futurus beneficiarius, & ego ex odio impedio, ne beneficium assequatur, et si alioqui dignus, item non teneor, si quidem precibus tantum obtinui, non mendacio conficto, vel fraude.

¶ Odium nanq; solum, vel facere quicquam ex odio, vel impedire cessantibus dolis, & fraudibus, non inducit obligationem, ad restituendum. Sicut neq; contra aliquid facere ex amore tollit obligationem restituendi, vt ubi gratia, quia seruus meus, mihi ex amore seruit, non ideo non teneor ei stipendium famulatus reddere.

¶ Nisi quod ob stare videtur. I. Proculus. ff. de damno infecto. & l. 2. §. denique. ff. de aqua pluuiar. arcen. vbi traditur, quod si quis vt sit tediolus, vicino suo, fodit puteum in domo sua, vt aqua putei vicini, qui altior est, ad suum decliuore decurrant, vtique inde exhauriatur vicini puteus, id temporis datur facultas vicino, de fossionem impedire noui putei, qui ppetui ex odio, decliuore defodiebat puteum. ¶ Porro si iustam leges suffragantur nihil, quando quidem et si ad impedidum nouum puteum, datur actio, non tamen ad restituendum aquam defluxam ex puteo, sublimiori, ad decliuorem. Et rursus alia ratio est de puteo, qui adest iam & exhauritur a plenitudine aqua, alia de beneficio obtinendo, quod nodu est, quod solis precib; impeditur.

¶ Verum de re hac satis, & ad priora currat oratio. Dixerim igitur Thomiam, non haestasse, iniuste impediendum, alio rursus lucrum iure restitutionis cōstringi, habita ratione, quod potentia proxima est, non tamen actu, vt etiam contra iustitiam impediens aliorum lucra, vt rex, vel iudex, non tenentur ad restitutionem.

¶ Verum quod vertitur in dubium, non de iustis, aut iniustis impediendis, sed solum, de amicabili impedimento, vt videlicet, si mercator cessat à suo lucro, quod apparabat habere, quia suas pecunias rogatus alijs mutauit, aut tam fas erit deducere in pactum lucrum cessans, de hac enim re nihil loquitur Tho. ¶ Et rursus quia si mercator vltro offerat mutuum, sed cū pacto de lucro cessante. Et recentiores autores credunt, quod si vltro mercator mutuo dederit lucrum cessans, non potest tūc licite deduci in pactum, vt supra commemorabam, hocq; dogma ascribunt S. Tho. sed meo iudicio temere. Nam que Tho. 2. 2. q. 62. art. 4. solum ait, quod is qui iniuste lucrum impedit alterius, quod est in via, teneri ad restitutionem lucri huius quod in via, & in proximo est, vt ad sit. Et ibidē. q. 78. art. 1. ait, damnum quod cōsideratur, secundum quod aliquis non lucratur ex sua pecunia, non esse deducendum in pactum, quia nemo potest vendere quod non est. ¶ Igitur cum duplex sit lucrum, aliud quod est in fieri, aliud quod est in facto esse, & poteris addere tertium, quod neq; est in fieri, neque in facto esse, sed solum in potentia. Discernere oportebit, de quo horū lucrorū sit Tho. intelligendus. Et quidē quantum arbitror de lucro possibili, solum est audiendus. Quandoquidē lucrum huiusmodi, est lucrum, quod nullatenus est, & ideo recte docet S. Tho. hoc lucrum esse deducendum in pactum, quia non est, sed quid est non est? id est neq; est fieri, neq; est in facto. Nanq; de lucro, quod erat in via, supra dixerat, si iniuste impediatur impediētē teneri ad restituendum. Sanē si solum esset lucrum possibile, nihil esset, quod illud impedit et si quidem, solum est possibile & impedimentū non est respectu possibilium, ceterum lucrum quod est in via, quia iam habet aliquantulum esse, ideo impedi potest ne totaliter habeat suū esse ad quod habendum, est in proximo. Quamobrē,

Triplex est lucrum alterum in actu, aliud quasi in actu, aliud in potentia.

Lucrum cessans S. Th. & Scotus sol uendū esse tractantur cōtra Thomiam quod dam & Scotus listas.

malē censuerunt Tho. familiares quidā credēdo Tho. placitum esse inficians lucrum cessans posse duci in pactum, vt etiam Almain. in. 4. sentent. censuit dist. 15. q. 2. & Adria. in. 4. sentent. de restit. que. quā incipit, quia actum est qui reputat Scotum in. 4. dist. 17. q. 2. ar. 2. negasse lucrum cessans. ¶ Porro Scotus ait, absolute debitorum tenentur ad interesse soluenda, vltra sortem. Per inter esse autem in iure, vtunque subauditur, & damna emergens, & lucrum cessans, vnde videtur, quod Adrianus non apte tribuit Scotus to dogma prædictum, videlicet vt neq; esse necessarium, referre vltra sortem, vel damnum emergens, vel lucrum cessans, quippe hoc dogma falsum esse dixit Scotus. ¶ Porro autem si altius hanc cupis penetrare obseruato, contractus naturam non ab extrinsecis esse pendendam, sed solum ex sua intrinseca ratione. Quocirca vendere id quod non est in actu perfecto, at vero est in fieri, est diuersus contractus, ab ipso mutuo. Quocirca si habet agricola frumenta deputata seminari, si fortassis quispiam illa furatur, non faciet satis, si totidem reddat, sed habenda est ratio, valoris eorum secundum deputationem seminariis, vnde quia plus valent apud agricolam, seminaturum, quam apud me non seminaturum, non fiet æqualis ei restitutio, nisi damnum ex non seminando, sit rependeretur, vnde si rogatus ea vendere, posset hanc deputationem, & spem fructus deducere in pactum. Nam tamen si mea si plus valent apud alterum, id est emptorem non ideo plus ea facere possim, ac si mihi plus valeat plus ea facere, pliusque vendere iustitia non vetat. Vnde si frumenta agricolæ, quæ iam sunt deputata seminariis emptori minus valeant, quia ex illa fructus ipse non debet percipere, sed solum illa emit, eius, ceterum, quia apud agricolam habent statum fructiferam, quippe seminanda sunt, vnde fructus agricola tollit; ideo plus ea vendere iuste potest. Quia tunc non solum vendit frumenta, secundum statum naturalem quem habent, sed secundum etiam statum quem habent ex sua industria & labore seminaturus ea, vt ex factis fructum opportunum referat.

Observa

¶ Secundo obseruabis, quod est nonnulli

hil. augeat vel minuat valorem mercis, quod rogatus vendas, vel vltro, ceterum siue rogatus, siue vltro ne vendas, iustū exigere pretium iure poteris. ¶ Tertio obseruabis, quod quando alter cator cessat à lucro, vt mutuet duos ex mutui venditionis est, ex quo mercator vendit spem probabilem quam habet lucri, siue quod idem est secundum quod vendit lucrum suum, non quod est possibile solum, sed quod est in via, id est quod est non adiu est in actu perfecto, est tamen in actu imperfecto, secundum quod d. Aristot. 3. Physic. dicit motum esse actum entis in potentia, secundum quod est in potentia. Quia motus est actus non perfectus, siquidem est ipsum fieri restit. Hinc igitur actum imperfectum, quænti habet lucrum vendere fas est, & si in via est vendere eum, tanquam actum imperfectum quod est in actu solum imperfecto; siquidem est solum in fieri. Mutuum autem non est contractus iustus. Si quidem per mutuum mutuat pecunia, que habet actum perfectum, & non est in fieri, sed in facto esse. Vnde perspicua est differentia horū contractuum. Vnde quantum pecunia, que mutuat, sit mercatoris ad lucrum in instrumentum, quia sine ipsa non auidit lucrum, nihilominus formaliter non est ipsum lucrum, vt est in via vt prædictum est. Quia ergo in venditione, accidit, quod rogatus, vel vltro neus quis vendat, vt dudum aiebam, sequitur, quod si mercator vltro offerat alteri, se cessaturum à suo lucro in gratiam eius, habita tamen ratione lucri secundum quod est in fieri. ¶ Vnde in mutuo, siue quis rogatus, siue vltro neus mutuet, gratis debet mutuate. In venditione autem, siue rogatus, siue vltro neus vendat quispiam, ex pretio debet vendere, & hoc exiget essentia vnus contractus. Quauis, qui mutuat non gratis, verē mutuet, et si male mutuat, sed qui vendit gratis non vendit, sed donat, ideoq; venditio debet fieri non gratis, ex quo fit, quod mercator vendens suum lucrum quod habet in fieri, recte facit, & est impertinens; siue hoc rogatus, siue vltro neus faciat: quia istud non spectat ad iustam venditionem. Mutuando tamen, gratis debet mutuat.

3. Obserua

Obserua

non potest

Lucrum quod est in fieri vendi potest.

re. Neque hæc pugnant modo si quidem cum contractus illi sint diversi vt anno- tauius dudum quilibet eorum suã debet seruare naturam.

¶ Porro autem, accideret potest, quod veditio commemorata sit ficta, & non vera & tunc celebrabitur in fraudem vsarum, vt verbi gratia si mercator, qui dis- sponerat iam proficisci, ad suam nego- tiationem, reuocat apud se sententiã, vel quia forte, se languidum aduertit aut, quia timebat hoste occurrurum in via, vel aliam, tuncq; vltro offert mutuum al-

Cessatio a lucro dedu- et potest in pactu si fiat in gratiam mutuatarij

teri, modo satisfaciãt cessationẽ a lu- cro. ¶ In pactu quoque, si sit contractus esse- ntialis. Quando quidem, non in gra- tiam alterius desinit a lucro, sed in gratiã suã, quod si sit obligatio, tunc ergo per- tinet ad alterum non suã, sed ad se- ceptum esse, tunc, quod a lucro cessa- tio in gratiam cessantis, sed in gratiam eius, quiã cepit mutuum. Tunc equi- potest deduci in pactum, quia in gratiam ab- terius non suã, sed a lucro cessat. Non ergo cessat a lucro, quod impeditur a lu- cran- do, ab altero. Vt Caiet. in summa. a videtur significare, sed sufficit, quod ipse in gra- tiam alterius cesset a lucro, & non in gra- tiam sui. Namque si faber aliquis, se vltro offert, in mea obsequia, atque ex ben- dia ipse non se esse idoneum, offert au- tem se ea ratione, quod cessatio a fabri- libus operibus, illi rependatur, utique si- suã obsequia probata habuerit, etiam si ego nõ sui autor, quod ipse cessaret, quia se vltro neum exhibuit, nihilominus, te- neor de cessatione ita in præsentia.

¶ Unde non est operosum, diiudicare, quid nam sit sentiendum de duabus con- ditionibus, quas Caiet. in summa. verbo vsura, constituit necessarias deducendo pacto super cessatione lucri. Prima est, quod ab alio impediatur hoc lucrum, unde si nõ impeditur, negat deductionẽ pa- cti. Indeg, inquit si mercator, habet alia pecuniam, præsertim, quam mutat non posse deducere in pactum huiusmo- di cessationem, quia non impeditur a lu- cro, si quidem potest, aliam pecuniam quam non habet expostam mutare.

¶ Secunda conditio est, quod non perin- de lucratur atque si iam lucrum fuisset consummatum. Et quidem prior harum conditio non est necessaria, si quidem vt

Caiet. non probatur.

prædiximus, istud nõ est necessarium, quod lucrum impediatur. Et inde etiã pa- tet non esse necessariam aliam conditio- nem, quam Mechi. q. 3. 8. & tract. de vsu- ris. de restitutione. & alij adiungunt, que est eadem cum priorẽ, videlicet quod alter scilicet mutuatarius sit causa cessationis lucri, vt patet etiã ex prædictis. ¶ Et nota nõ verum, quod cum alius impedit, vel est causa quod effectetur a lucro promptã esse iustitiam contractus. Mutuatarius nihilominus non oportet quod sic causa effectus cessationis a lucro, sed est ne- cessaria, quod sit causa finalis, quod scilicet in gratiam eius, & propter bonum eius mercator cesset a lucro, & quod malit, ipse aut saltem sibi in differens est, aut suo incumbere lucrum; aut cessare ab illo, vt mutuo alteri det, ceterũ eo mutat quo- aliter consulat, aut offerendo mutuum,

aut aliu mensuratis. ¶ Quid quod, etiam nõullo extante mutuo, poterit contingere cessatio a lucro, fac enim vt rem ca- piat, quod mercator qui habet lucrum in se, sit amicus magnatis alicuius, & habet amicum qui eget opera mercato- ris coram hoc magnate. Et hoc aduertit mercator, & si ego rogatus, siue vltro me fac vt dicat amico, scio te ego opera mea coram tali magnate hoc, si vis fieri illa, præstabo tibi, & erum scis me habere lucri in manibus, non est æquum, vt officium amicitie sit mihi onerosum, si repederis, pro sua ratione lucrum quod habeo paratum, iunabo te. Vtiq; pactũ istud iustum est, vbi est sola venditio lu- eti sine mutuo, igitur isti contractus sunt diversi. ¶ Secunda porro conditio est cer- ta, quia nihil quod est in fieri, tantũ as- sumatur, quantum est in facto esse. Do- mus enim quando sit, non tantũ sit, quã- ti cõsummata. ¶ Conradus autẽ q. 30. iam indicata nõ cõtētus paucis conditioib; illas ampliat, credens septẽ vel octo con- ditiones esse necessarias, ad hoc vt lucrum cessans, possit deduci in pactũ. Verum, quia plures earũ nõ habet necessitatem, vel ex ratione, vel ex iure, ideo nõ oportet, eto est, illas huc vocare. ¶ Sufficiat, dixi- se, quod si lucrum est in fieri, & est vera & nõ ficta venditio eius, in fauorẽ alterius, siue mutuum interueniat, siue nõ sed pro- pter alias causas cessatur a lucro: & si ha- beatur ratio vt vendatur illa spes lucri,

Cessatio a lucro potest deduci in pactum non interueniente mutuo.

Cessatio a lucro potest deduci in pactum etiam non interueniente mutuo.

quatenus est spes lucri, & non quatenus est fructio lucri, tunc sanẽ lucrum potest deduci in pactum, deductis tamẽ expen- sis, & laboribus, & periculis. Nam pauca sine expensis labore, & periculo eligibi- lia sunt, quã multa cũ laboribus expen- sis, & periculis quod vero hæc sint dedu- cenda, habetur ex l. 1. c. de fructu. & lit. ex pe. & fructus. ff. solu. matri. ¶ Ad dicitur ta- mẽ conditio alia, scilicet, modo mutans, nõ teneatur mutare. Nã si tenetur præ- stare officium mutui, nihil lucri cessantis reportare potest. Hæc nõ; conditio est generalis omnibus, cõtractibus. Quia is qui tenetur præstare officium, nõ potest re- portare pretiũ ex vsu officij, vt testis cui incũbit tẽ esse in causa aliqua, non po- test propter testimonium referre mercedẽ 14. q. 7. c. non sanẽ. itẽ iudex propter sen- tentiã. ¶ Hęc conditio nõ probatam habet Conradus. q. præindizata. Et Syluester verbo vsura. 1. q. 19. & alijs doctoribus etiã probatur. ¶ At meo iudicio consulti- us scripsere, qui illã expungũt. Quando quidẽ, vel qui indiget mutuo, est extre- mã patiens indigentia, vel nõ hæc patitur, sed grauissimã. Quod si primum, maior premit obligatio, potẽtẽ subuenire, quã sit mutui obligatio. Si quidem premit obligatio donãdi, illud ex quo extrema illa leuabitur necessitas. Et plus est obli- gari ad donandũ, quã ad mutuanãdũ. Et hoc est perspicuũ, quia tenetur tũ ele- mosynã porrigere proximo. Eleemosyna autẽ, est donatio, nõ mutuum. Sin vero, nõ est extrema pressus indigentia, tunc id tẽporis si tenetur mutuanẽ, id vn de sibi subueniat proximus nõ sicut, at vero non subinde sequitur quod nefas sit, ratione lucri cessantis, aut dãm emergẽtis, paci- sci, etiam si teneamur mutuanẽ. Quod vt peruenim sit notato quãdã esse charitatis officia, alia vero iustitiã. Prima sunt, vt eleemosynã porrigere, infirmos curare, clientulis patrocinia ferre, cõiectis in car- cerẽ opitulari, aut alios defectus proxi- morũ subleuare. Secunda vero sunt testi- moniũ ferre veritatis, & sententiã ferre equitatis & hoc genº alia plura. Ad prio- ra nemo tenetur gratis prestãda nisi ex- tremã admoncat patiens indigentia. Nã; neq; medicus tenetur infirmum curare gratis, neq; aduocatus ferre patrocinũ gratis neq; alios supplere defectus gra-

Eligibili- ra sunt pau- ca sine expen- sis labo- ribus & pe- riculis quã multa cum laborib; & pe- riculis.

Charitatis officia & iu- stitiã offi- cia.

tis, quia ad hoc nõ obligat charitatis præ- ceptũ, nisi tunc solũ quãdo articulus ex- tremẽ necessitatis se se obtulerit. ¶ Por- rò posteriora officia, quæ iustitiã sunt, te- nemur gratis conferre, si quidẽ testis te- stimonium veritatis tenetur gratis ferre etiam si illi laborãdũ est, vt illud ferat, aut expẽsã sunt faciẽdã, &c. nõ hæc gra- tis tenetur prestare, itẽ gratis iudex iustã ferre sententiã. Quod si iusti nõ gratis hæc

Iudex si su- bornatº fer- rat senten- tiam iustã, tenetur re- stituere, itẽ testimonium verum.

prestitierint restituere tenentur, quod pro- pter hæc acceperunt, verum est quod te- stis nõ semper de iustitia tenetur ferre te- stimoniũ, & tunc cõduci potest, vt ferat testimonium, at vero vt dicat veritatem, nõ potest cõduci, quia hoc iustitiã offi- cium est, item sacerdos parochus, gratis te- netur celebrare, & administrare sacramẽ- ta suis subditis: quia secundum iustitiam debet suis, qui ad hoc munus exhiben- dũ, aliter & cõducitur. Mutuare autem est inter officia charitatis, connumerandũ. Et quanuis sit præcepti aliquando, at- vero nunquã vim suã habet, quando vr- get extrema necessitas. Quia tunc cedit maiori præcepto, scilicet, de donãda elee- mosyna. Ceterũ tum est præceptũ quan- do grauissima aliã cõstringit necessitas. Et tunc sanẽ, tenemur mutuanẽ, at vero si speratur à mutuanẽ, quod mutuatarius, poterit cum soluerit totum, etiam posse soluere & interesse, illud potest deduci in pactum, secus si creditor, futuram ino- piam, impedituram esse solutionem in- teresse. At de damno emergenti, non ea- dem ratio videtur. Non enim si mihi ex mutuo damnum imminet de mutuo, te- neor pati damnum, vt subueniam graui necessitati fratris. Etiam si maior neces- sitas esset fratris, quã damnum quod ego possem pati, nisi adeo esset leue, quod il- lius nulla ratio esset habenda. Verum si patiens hæc necessitatẽ, accipit mutuum soluturus ad terminum, modo tamen, quod si interim damnum ingruerit, ipse soluet in cursum damnum, si certum ha- bet mutuanẽ, quod erit soluendo, & ex- cautione, vel si de iussione, vel aliã quod soluet, tũ tenebitur mutuanẽ quia nullo malo suo, benefacit proximo subueniens illiº grauissimẽ necessitati qualis esset, si esset soluẽdus ex captiuitate infidelium, aut si grauissimã pateretur infirmitatẽ, &c. cum omnibus istis sit, quod omnis

R 3 fratris

fratris necessitas, cui ego possum subuenire ex solo mutuo, non teneor subuenire ex donatione, unde non semper est necessaria illatio, teneor subuenire, igitur gratis teneor, vel si non gratis, saltem sine cessatione lucri solutione, &c. teneor: vt ex præhabitis non est obscurum intelligere. Et demum si non teneor extra necessitate extremam gratis mutua-re, quia possum exigere fortem, quid ni possum exigere interesse, vel ex damno emergente, vel ex lucro cessante? Nam si necessitas fratris, non eam incutit obligationem, ex qua gratis illi donem, sed fat est si mutuem, cur obligabor, ad cedendum iurimico de exigendo interesse non ex vi mutui sed propter lucrum cessans, aut damnum emergens, si aduerto tamē, quod poterit, mutuatarius aliquādo mihi de illis satis, facere? vt si verbi gratia, expectat ille hereditate ex testamento, aut expectat sibi debitorum solutionem vel alia hoc genus, quæ quotidie contingūt, quæ prius quam adueniant solet premere homines grandis indigentia. Dices hu-iusmodi non patiuntur grauisimam indigentiam, quia tandem sibi poterunt subuenire. Bene quidem, verū tantisperdum non sibi subueniant, illam patiuntur. Quod si dixeris adhuc, faciamus hu-iusmodi, alicunde, non posse vquam sibi opem sperare, tunc sanē si neque fortem est soluendo, quid quod neq; interesse? Tunc sanē si mutuas habet superflua & naturæ & statui probabile est, quod tenebitur, non mutua-re, sed donare. Adhuc insit et aliquis, ecquid dicens, si pecuniā habet mercator expositam, ad negotia-tionem, tunc non habet superfluum, liqui-dem ex pecunia negotiatur, & lucratur, quomodo ergo erit iuste appellanda su-perflua? Respondetur, quod si lucrum quod est parandum, est necessariū ad ali-moniam vitæ, vel ad decentiam status, non est superfluum lucrum. Quibus tamē cessantibus est superfluum lucrum, & superuacanea isthæc negotiatio. Et vide-tur iniquū, quod pluris faciat mercator, lucrum superfluum proflus quam grauisi-mæ inopiæ proximi cōsulare gratis, quādo huiusmodi inopia impedit solutionē fortis, quid quod & interesse. Secus autē si lucrum hoc non esset superfluum, verū de his hæc tenus, quia cōcernunt materia

Lucrum su-perfluum, quod.

elemosynæ, quā in. 4. abudē differui? ¶ Porro autē, vt hæc exactius cōsequaris annectere nō pigebit, dubia quedā, quorum hoc esto primū. Nūquid necesse est quod hoc lucrum cessans verē sit futurum, expectandumq; sit tēpus in quo hoc lu-crum aderit? Itaq; mutuans mercator si pacificatur de lucro cessante, ea ratione pacificatur, si lucrum verē fuerit, tali tēpo-re prouenturū, quod id tēporis mutuata-rius sit obnoxius solutioni: verbi gratia, mercator negotiabatur vedēdo linthea, vel pannos, vel quas alias voles merces, vt & alij mercatores in eisdē negotian-tur, an sit necessarium expectare lucrum quod reportabunt alij similes mercato-res, ex simili negotiatione, & ex simili pecunia, vt iuxta rationē lucri illius veri, intelligatur, quāto lucro cessatum est ab hoc alio mercatore mutua-te, & secundū illius rationē, capere interesse lucri ces-santis. ¶ Conradus in. q. nō semel indica-ta, annuere videt. Quippe in cōditionū catalogo, iustificatiū huiusmodi contra-ctū, primā cōstituit, quod a parte rei, mu-tuas ita sit quod patiatur illud interesse ratione cui? vltra capitale aliquid exigit. Et quidē si de dāno emergenti solū que-stio verteretur, nō esset ab simile valde à vero. Quippe, videtur quod nemo tenea-tur, dānum refarcire, donec ab ipso sit il-latum, quia damnū, cuius homo non est autor, cur refarciat? verū antequam eue-niat, non habet autorē, quia nō est. At si hoc annuis idē de lucro cessante, dicere cogaris. Siquidē lucrum cessans est etiam sua ratione damnū quoddā, vt supra me-morātū est. Et quidē in re hac, quoddam est apertū, quod cōtractus huiusmodi bl-faria celebrari valēt. Aut sub hac ratione videlicet, pecunias quas habeo expositas vel mox exponēdas negotiationi lucrati-ue, tibi, in tui gratiā mutua-bō modo, ob-seruetur ratio lucri venturi, quod proue-niet, ab alia simili negotiatione. Quod si successerit lucrum, totū mihi repēdas, qua-le successerit, si multū, multum, si modicū, modicū, si mediocre, medioere, sub-ducta semper ratione laboris expēsarū, &c. Si autē nullū successerit de nullo ti-bi incumbet facere mihi satis. Itē de dam-no si dānum incurro, iatisfacies, ad ple-nū, quātum fuerit incursum, si vero nul-lum affecerit, liber eris à satisfactione, lo-lumq;

Dubia dif-feruntur cir-ca predicta.

Conradus explicatur.

lumi; teneberis, capitale mihi soluere. ¶ Et quidē cōtractus huiusmodi à macu-la vstræ liber est, neq; cōditionibus iu-stificatiōis eget, quia ipse suā iustitiam pro-dit. Quod si hanc mercatores in con-tractando rationē semper subire voluif-sent, nō exhibuissent tantū doctis homi-nibus negotiū in extricandis tricis suorū contractū, quantum exhibēt, & quidē tot sepe tricis, totque meandris, suos in-oluunt mercatores grossi qui dicuntur, suos cōtractus, vt Dedalici labyrinthis, non sint ab similes. ¶ Porro est alius mo-dus in eundi contractus, habita ratione dubij, non expectata veri euentus cōtin-gentia, & profecto, huiusmodi contra-ctus, si damnus damnamus ecclesie catholicæ decreta, quod impium esset. Quando quidē vt sepe supra tradidimus ex. c. in ciuitate. & ex cap. nauiganti. con-tractus iustificatur quidā ratione dubij lucrificā antequā lucrum verū & certū accedat si dubij est tamē verisimile pro-uenturū, iuxta rationē dubij certū lu-crum recipere, probatur ibidē, vt satis su-perq; superiori sermone expositum est. Vnde etiā qui merces logius erat delatu-rus, vbi verisimile est, plus lucri proue-niturū si cogitur vedere alibi, vbi minus va-lent, vedere poterit secundū rationem lu-cri, nō præsentis sed sperati. Itemq; gene-ro, si nō soluitur illi pecunia dotalis quā ille erat expensurus in negotiationē lu-cratiuā, quando nō soluitur, poterit, pro-incerto lucro, lucrum certū reportare. Si quidē certitudo qua feuitur lucri, est pro-pter spē lucri, quā impedit focer, nō dan-do pecuniam dotalem, idē quoq; sepe cōtingit, quod si Ioānes verbi causa ad-uerit Petrus ex quadā negotiatione rela-turū, magnū lucrum, Ioānes accedit ad eū & ait, quātū lucrum totum quod speras ex negotiatione mihi vedes; & ego emā. Pe-trus cōuenit cum Ioāne, vendā tibi pro-decē, aut pro tērum; &c. iuxta qualitatem negotiationis, utiq; est pretiū certū est, & lucrum est incertū, quippe quod cōtin-gēs est, nihilominus cōtractus iustus est. Nō obligatur incertū dāno lucri, &c. tē-tudini præcipue exhibēdas: ita tū, si quidē tu nō vendidit, quod nō est minimo, sed id quod actū habet impertitū, & sumy ef-ficet in se, & quia Petrus dāno iurifoiū & petere certū ex tēra pnceffione

In cōtractu b' ratio du-bij euentus in lucro vel damno ob-seruari po-est.

Varij con-tractus.

pretiū. Quāobrē, si duo cōtrahāt, siue de dāno, siue de lucro, mutua mihi pecuniā hāc quā in negotiationē occupas, & dā-nū quod verisimile credis & ego credo ti-bi ex mutuo successurū, vel lucrum quod speras tibi euenturum ego statim satisfa-cia, eo modo tamē, quod si maius fuerit damnum, ego ad amplius nō tenear, sed præsentī pecunia sit tibi satisfactū, etiā si illa nō sat fuerit tibi refarcendo tuo dam-no quod pro me sustinere te arbitraris, si vero minus fuerit damnū, nihil tu te-nearis recōpescere. Hic cōtractus item est iustus, quia ratione dubij, siue in lucro, siue in dāno, æquantur cōtrahētes liqui-dē si maius dānum fortē erit bene habet soluens modo pecuniā, si vero minus, be-ne habebit recipiens. ¶ Ex quibus explo-ratissimum est, Cōradi conditionē, si ad hāc rationē subaudiamus, quod necesse sit expectare realē euentū lucri, vel dāni vt cōtractus iustificetur nō esse verā. Si- quidē, vedetur ius quod habetur in lucro habēte esse in fieri, & veditō, non exigit certitudinē futuri lucri, sed probabilem spē vt sepe dictū est. Si autē subaudiam; esse habedā rationē futuri lucri, nō vt ex-pectetur futurū lucrum, sed ad hoc, vt taxa-tur lucrum quod est modo in fieri, iuxta id quod in plurimū accidit in euentū futuri lucri, vt si in plurimū reducēdo potentiā lucri, ad actū, est magnum lucrum, magna etiā taxetur lucri repēso, si vero parua, parua, &c. hoc igitur pacto, vera est cōdi-tio quā Conradus scripsit, & ad hāc quo-que libellū subaudire oportebit, secunda quā attexuit conditionē, videlicet, quod id quod ratione interesse vltra sortē exi-gitur, non excedat ipsū interesse, quia ait, nam si excedit, esset vsura, vt si ipsum interesse verē erunt decē, & mutuans exi-git pro hoc interesse vnde decim. Hæc sanē conditio pendet ex priori. Nam que vt di-cebam, ipsum intarisse, quod futurū est, nō est expectandum, sed id quod de il-lo verisimile creditur futurum taxandū est, interesse quod exigitur. Namq; si ex-pectandus est euentus, nunquā fas esset certū aliquid pro interesse vetero exige-re, cuius nō trariū se pssimē tradidimus. Vnde oportet, quod id quod exigit pro interesse, non debet excedere ipsum lu-crum verisimile sed iuxta rationem dubij quod habetur rationem præfribendum

Cōditio. 2. Cōradi exa-minatur.

mutuo d. 1. q. 1. no. 1.

est. Quod si forte acciderit excedere ipsum interesse per accidens est, quia etiam forte accidere poterit, quod superabitur exactum, ab ipso quod erit interesse. Et sufficit hoc, vt a qualitate obseruet contractus, et si Conradus tract. 2. conclu. 1. quaest. 30. non hos sensus praetendit vt patebit dubio. 3.

Secundum dubium.

¶ Secundum dubium est, quem animu tenetur mutuans, in hoc praedicto contra ctu habere. An scilicet teneatur inuitus mutuare quia mallet negotiari? Multi enim ita opinantur. Quoniam si mauult, mutuare, & habere salu suum interesse, dormiens in lecto suo, quam negotiari videtur animus hic inquinatus vltra aspergine, scilicet, quia vult ex vi mutui vl tra sortem sibi non nihil concillare.

¶ Porro autem, vt praediximus exigere aliquid ultra sortem, etiam accidere potest, citra mutuarii officium, & homini non negotiatori, vt qui cessat a proprio vnde victatur munere, in gratiam alterius, & hic sine vltroneus sine non vltroneus cesset, potest pacisci, de interesse. Si militer arbitror non necessarium quod negotiator veluti inuitus cesset a suo quod in manibus putat habere lucro, vt referat aliquid ultra sorte, sed fat est si in gratiam alterius hoc praestet. Siquidem si in gratiam alterius se damno subdit, poterit se feruare indemne ab hoc damno.

Tertium dubium.

¶ Tertium dubium an possit mutuas huiusmodi, pacisci de illico soluendo damno, vel lucro cessante, an potius expectandum sit tempus veri & realis interesse, quod patietur mutuans. Hoc dubiu mouetur quia Conradus septimam constituens conditionem conclusio. tract. 2. q. 30. annuit, in haec verba, septima conditio, quod exactio quam tempore mutuationis facit, non sit ad hoc quod mutuatarius teneatur refundere interesse, iam illico in ipsa mutuatione, cum mutuator nondum in ipsa mutuatione patiatur actu interesse, quamuis postea passurus sit, ante moram mutuatarij haec ille. Vnde videtur probatum fuisse Conrado: quod necesse sit expectare tempus actualis interesse, quod habebit in suo esse, perfecto. Et hoc idem praetendit, in. 1. eoditio ne, & 2. vt nos supra dicebamus. Et nos explicauimus, vt veritatem huiusmodi conditiones habere possunt, si ad sensum

Conradus non probatur.

nostru eas habeamus, et si ad sensum Contradi quem eius verba faciunt falsae sunt, quia non necessariae. Et argumenta alia exquirere factio non est opus praeter posita. Siquidem in huiusmodi contractibus, est duplex ratio contractuum, altera est mutui, altera est venditionis, ex qua venditur vel ius praesens quod habet mutuans ad lucrandum, vel ad euitandum damnu quod verisimile sibi euenturum formidat, hoc autem ius, et si moderandum sit secundum probabilem rationem euentus scilicet lucri vel damni, caeterum non venditur futurum quod non est, sed ius ad futurum, & ius hoc est, vt colligitur ex. l. si iactum retis. ff. de acti. emp. & venditi. vbi venditio est licita solus probabilis spei, & idem de partu futuro. l. nec emptio. ff. de contrahe. emptio. vt in. 2. lib. 4. fulius egimus. Hoc autem ius est aestimabile pecunia, & non tenetur mutuans cedere huic suo iuri gratis. ¶ Quia obrem, cum sit venditionis contractus obstat nihil quod illico exigatur pecunia, a vendete. Habita tamen consideratione, quod excusat expensas, laboris, pericula, & quod luere, venturum, et si probabile habet spe, non tamen omnino certum, vt sepe est dictum, vnde argumentu Contradi corrui. Ait enim mutuatarius non tenetur soluere interesse, pro tempore quo nondum est. Responso est prompta quod non soluit interesse quod nondum est, sed ius ad illud interesse habendum, iam est, & hoc tenetur soluere. ¶ Et miru est cur Ioanes a Methina tracta. de vsuris, credet quod veru est conditiones Conradus. 1. & 2. non esse necessarias, ista septima probata habuerit, cum tamen haec septima est corollaria. 1. & 2. Est porro argumentu Methina, ex quo suffragat se primae conditioni praefate hoc, sequeretur, si illico esset soluendum, quod mutuatarius cogere tur soluere ratione interesse minoris, quantum pro interesse maioris. Nam fac, quod mutuas ex. 1. 15. esset lucraturus. 15. petit mutuatarius. 15. mutuo, mutuatarius, illa illico soluens quinque que erant interesse lucris cessantis. Quare remanent apud mutuatariu, solui. 15. utat vero ratio ne mutui, nam ut mutuo accepit, tenebit in termino soluere. 15. quod idem mutuo accepit, & pecunia de est ac firmutuarii de co accepit, & soluet. 15. vnde sequit, quod tantu interesse soluit pro. 15. quod ius pro

Ioan. a Methina non refellitur.

pro decem, Respondeatur, falsum esse tantumdem esse soluens 15. pro interesse achi accepisset decem, quia si accepisset, non solueret. 15. pro interesse. Et quidem mutuans qui est lucraturus. 15. ex. 15. quando mutuat. 15. vtiq; mutuo. 15. in valore, exhibet. 20. scilicet. 15. quae actu mutuat. & 15. quae vendit lucris cessantis vel damni emergentis, & mutuatarius, exhibens. 15. hanc spem, vel hoc ius emit. Et si accipit. 15. & ex eis dat. 15. est quia emit spem lucris. Vt ille qui emerit a piscatore, quos extraxerit ex fluuio pilces ex se mel iacto rete, vt supra dictum est. Et omnis mutuatarius, qui hanc spem emit non emit temere, sed quia, per illa. 15. quae dat mutuanti, fit dominus mutuatari pecunia ex qua maius commodum sibi parare, aut incommodum vitare putat, quam sit illa pecunia, qua emit ius ad futurum lucrum. Nempe quia sic sibi & suis maxime consulere putat, ideo emit, ius alterius ad lucrum, &c. Quapropter si ipse mutuatarius vult mutuo. 15. & soluere lucris, hoc ideo est, quia ex decem sibi remanentibus pro tempore, quo illis est vsurus putat sibi valde consulturum. At si fieri potest secundum temporis varietatem quod ex decem speretur maius lucrum, aut ex. 15. in alio tempore & ideo nihil inconuenit, quod ex minori pecunia, aliquando tantumdem interesse speretur, quantum aliis ex maiori. At vero caeteris seruatis paribus, ex minori minus lucrum est sperandum, quam ex maiori, vnde potest accidere quod mutuatarius acciperet mutuo decem, soluaturus pro mutuo; & interesse 15. si verbi gratia, ea esset dispositio temporis, quod ex decem quis tantum lucraturus, scilicet. 15. vt in alio tempore ex. 15. lucraretur alia. 15. verum quia caeteris paribus, hoc non potest accidere, ideo, non perinde est accipere. 10. mutuo, & soluere illorum lucrum cessans, & accipere. 15. quia illud lucrum erit minus, quam hoc lucrum, vt praedictum est. Secundum etiam argumentum idem non habet efficacia, si cum. 15. lucraretur Petrus 15. & Ioannes acciperet mutuo. 15. teneatur ad soluendum 15. & ita nihil remaneret apud eum, & teneatur in termino. 15. lucris cessantis, & in superiusum mutuum, cum tamen apud ipsu

Qui emit lucris, quod alter habet non facit temere, sed vt sibi consulat & Maius re poterit commodu ex mutuo quam in comodum ex solutione lucris venisimilis.

Caeteris paribus ex maiori pecunia maius interesse sperat.

fortis nihil super sit. At vero, quis tam uecors esset, quod huiusmodi mutua reciperet, & ideo hic casus est extra argumentum. Et quidem si venditio huius lucris verisimilis est iusta venditio, quia est venditio spei, seu iuris quod habet mutuantis ad lucrum est hoc ius est imperfectum, vtiq; non viciat ipsam, quod illico ematur, neque ob id iustificatur, si in die ematur. Etenim ad venditionis essentia impertinens, quod ad praesens solutio pretium iustum, siue differatur in terminum, modo iustum sit pretium. Imo si valorem hanc habent argumenta, eadem incommoda consequerentur, si non illico, vt si illico exigeretur pecunia, vt liquet.

¶ Quartu dubium est, si huiusmodi stipulatio de lucro cessante, & de damno emergente locum habeat solum postquam debitor fuerit in mora, est autem debitor in mora, quando remoratur solutionem, & tunc demum remoratur solutionem, quando non soluit, quod debet in termino inter ipsum, & suum creditoru constituto, vt si ad decem dies conuenit inter ipsos, de soluendo, transactis decem diebus iam tum est debitor in mora.

¶ Hoc dubium ex eo vocatur huius, quia iuris consulti, quidam credunt stipulationem commemoratam, solum habere locum, postquam debitor est in mora, non autem antequam sit in mora. Et Adrianus in. 4. de restitutione citat Ioannem Andream in. c. Nauiganti. Et Antonius in. c. salubriter. extra de vsuris. Imo & Theologos quosdam vocat in hanc sententiam nempe. D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. Et Scotum in. 4. d. 15. ar. 2. itaque secundum istos vt Adria existimat ante moram, nullu est interesse. Quod si creditor, ex postulat de interesse, debitor non tenetur, satisfacere. Quia creditor potuisset non mutuare, quia sibi liberum erat, si vero mutuauit gratis, sustinebit detrimentu, ad quod sustinendum nullus eum cogit, ideo sibi imputabit, vel damna, vel lucris cessationem, caeterum & si nullus cogat ad mutuum, propria coactio ne, at si amicus in iacta in mutuet est quae si coactio. Nos autem multa de re huc supra induximus. Afferbamus enim Thom non fuisse huius placiti, quam loquitur

Quid est esse debitor in mora.

De moris debitoris.

quitur de lucro possibili, & non de qua-
si actuali, imo neq; Scotum. Quidquid
sit de iuriconsultis istis, multi alij sunt
magnæ autoritatis, vt Petrus de Ancar.
in. c. salubriter de vsuris, & Anto. ibidem.
Et Panor. in cap. conquestus ibidem, &
Syluest. in verbo vsura. l. 1. §. 19, qui diuer-
sum senserunt vt ex dictis patet.

Stipulatio
de interesse
in mora &
ante moram
habet locū.

¶ Dicamus igitur stipulationem de inte-
resse, habere locum siue post moram, si-
ue ante moram. Quando enim post mo-
ram sit, res confessā est, siquidem si mo-
ra debitoris est causa damni creditoris,
ex iure naturæ tenetur damnnum refarci-
re. Etiam sine pacto preiuro, vnde rectē d-
xit Scotus, in hoc casu si creditor nō pos-
set habere contra debitorem actionem
in foro exteriori vt pote, quia non sunt
pacta, aut iuramenta, tamen in foro con-
scientiæ, debitor tenetur vltra sortem in
foro conscientiæ. Post moram enim inui-
tus est creditor. Post moram demum, iā
debitor detinet alienum inuito domino,
ideo que tenetur moræ satisfacere que in-
teresse cuius ipse fuit causa. Quia qui cau-
sam damni dat, damnū dedisse videtur.
Et hoc sanē verum est, quando mora de-
bitoris fuit causa interesse, nam si non
fuit, ipse, etsi malefaciat detinendo pecu-
niam inuito domino, tamen non est ob-
noxius ad interesse soluendum, cuius ip-
se non soluendo in termino fuit causa.

Quando mo-
ra, moroso
debitori im-
putanda &
quando nō.

Nam si creditor ex sua negligentia, vel
ex sua imprudentia, fuit sibi causa dam-
ni, aut alius quiuis, & non debitor, istud
debitoris non est vicium, ideoq; sibi non
imputandum. ¶ Indicat Adrianus in. 4.
de resti. Bernardinum de Butrio, sermo-
ne. 42. limitantem, doctrinam hanc, de
mora debitoris. Namq; si culpa sua debi-
tor fuit morosus, tunc tenetur moræ: at
vero si egestate compulsus nequieuit
soluere, ad terminum conuentum, tunc
non tenetur moræ: neque tenetur ad inte-
teresse: sed satis est si sortem persoluat.
Et idem dicit, si morbo correptus, non
potuit officio suo fungi, vnde pararet pe-
cunias ad soluendum.

Adri. in. 4.
de resti. q.
quæ incipit
quia tactū
est de inte-
resse.

¶ Hæc autem limitatio Adrianō nō pro-
batur, etsi eadem in eam deueniat. Quia
potior debet inquit, esse conditio gra-
tiam præstantis, quam suscipientis, &
ideo nulla ratio, suscipientem excusare
poterit, quamuis, non teneatur ad sup-

portanda damna creditoris, quæ ex mu-
tuo, illi obenerunt. Nisi solum in casu,
quo mutuatarius incidere in eam ege-
statem, sub qua mutuanus teneretur, mu-
tuare gratis, ex diuino iure. Quod si for-
tem tenetur gratis tunc mutuare, nullū
interesse poterit reportare, mutuator.

¶ At vero supra aiebam, si mutuanus tene-
tur sortem gratis dare, istud non est mu-
tuare, sed donare, si autem sortem ex eo
gratis dicitur mutuare, quia potest re-
petere sortem, sine interesse tamen, aut
recompensatione damni vel lucri, vtiq;
nulla ratio ad hoc cogit, quod si potest
repetere sortem, non habeat tunc actio-
nem ad interesse: nisi casu quod neque
est modo: neque erit postea soluendo.
Et id temporis, sicut aliquando donare
tenetur sortem, extrema debitorem pre-
mente inopia, ita tunc ex grauissima
urgente necessitate, & desperata eius re-
paratione, tenebitur donare etiam in-
teresse, ex mutuo procedens, siquidem
ad impossibile, neino obligatur, vnde vt
detur rationi consentaneum, quod quid
quid impotentem reddit debitorem ad-
soluendum in termino, nō ex culpa sua,
sed vel ex aduersa fortuna, & inopinato
euentu, aut ex nature vicio, vt morbus
vehemens, vel aliud huius generis, quod
illud etiam absoluat à peccato moræ, &
ab stipulatione interesse, quia vbi culpa
non extat pœnæ nō est locus. C. de pen-
s. sancimus lege Sylue. in verbo vsura. l.
q. 28. Neq; quia melior debet esse condi-
tio gratiam præstantis, quam suscipien-
tis, ideo necessario subditur debitor ad
ferenda creditoris damna, quæ ex suo
mutuo resularunt sufficit enim, quod
subdatur ferendis damnis, quando ipse
verè fuit in culpa, at si impotens citracul-
pam est effectus ad soluendum in termi-
no; cur de culpa est arguendus: at si cul-
pavacat, cur tenebitur ad damna: verum
est tamen, quod in foro exteriori nō ab-
solueretur, nisi contestatissima esset in-
nocentia debitoris. At in foro animæ, reo
crediti, quia conscientia est, plusquā mille
testes. Porro vt interesse exigere liceat
ante moram necesse est vt pactū interue-
niant, nā citra pactū nō licet. Ante moram
igit verū interesse in pactū heredit deduc-
ere quia etiā ante moram mutui potest esse
suo causa veri interesse mutuatius vt patet

Aliquando
mutuū ver-
tatur neces-
sario in do-
num, tā quo
ad sortem
quā, quo ad
interesse.

¶ Quintum

5. Dubium
de pretextu
bus mercato-
rum.

¶ Quintum dubium, an iusta sit excusa-
tio, quam excusant mercatores, venden-
tes in diem, pluris, quam ex numerato,
lucrum cessans, aut damnnum emergens.
Siquidem istis duobus se muniunt, ad-
uersus obloquentes illis, vltoras dicentes
eos committere. Etenim aiunt illi si ex
numerato venderemus esset nobis prom-
pta pecunia, ad alias merces emendas, vn-
de lucrum pararem nobis, quo lucro
orbamur, quippe pecuniam debitam no-
bis expectamus.

Friuola sūt
excusatio-
nes mercato-
rum ad ven-
dēdū in die
carius quam
ex numerato

¶ Ad hæc in recuperatione nostrorum
debitorum, expensas facimus, & detri-
mentum patimur itineris, & sæpe iudi-
ciorum, quæ omnia euaderemus damna
si in promptu suppeditaretur nobis pe-
cunia.

¶ Porro autem, vt sæpe dictum est, non
cessatio lucri possibilis est obseruanda,
quia hoc lucrum mota, sed tantum est
in potentia remota, sed solum lucri cessa-
tio, quod est in fieri. Namq; hoc lucrum
dicitur cessare, quia iam erat in via, vel
actu imperfecto, vt esset possibile autem
lucrum non cessat, quia nunquam cepit,
quod vero non incepit esse, quomodo
cessat vt superius arguebatur. Quamob-
rem, cum illi mercatores merces quas
habent, vere habent expostas, ad ven-
dendationem quacumq; ratione veniunt
dari poterint, siue in diem, siue ex nu-
merato. Et optime sibi consultum iū pu-
tant, si in diem venundent, quia certō
sciūt, non aliter posse commercia confer-
uari, nisi vendendo in diem, & ideo ex
maxima parte ad eam vendunt rationē,
ideo lucrum quod allegant se habituros
ex numerato si daretur eis pecunia est
lucrum possibile, non tamen in actu im-
perfecto, iam incipiens esse, quia rarissi-
ma est eis huius lucri cessatio: ex pecunia
numerata, quando quidem, quod illis est
familiarissimum, & consuetissimum est
vendere in diem vt dictum est. Etsi con-
stituerent solum vendere ex numerato,
merces apud ipsos vetustate conficerent
tur priusquam venderetur, ideo sufficit
illis, quod vendendo in diem possunt ve-
dere ad rigidum precium. Damna autē,
quæ allegant, item sunt friuola, quia ex
maiori parte vendunt in diem, & recu-
perant sibi debita nullis expensis, quia
si vendunt merces in multa quantitate,

illustribus vicinis, aut potentibus ven-
dunt, vnde recuperant sine expensis, ac si
si has timent fideiussores idoneos reci-
pant, aut expensas petat in iudicio, & in-
dex damnabit, debitores ad soluendas
expensas huiusmodi. Et equidem pre-
tium iustum excedentes vendendo in
diem excedunt etiam expensas si quas
facerent in recuperando debita, ideo hæc
vana excusatio.

¶ Fortan obijcies, fas esse vendere carius
quando venditur in diem, tum quia pec-
unia præfens pluris æstimabilis est quā
futura, igitur pecunia numerata statim
pluris valet quam credita, ergo fas, id
quod modo si solueretur valet. 10. ven-
dere pro vndecim venturis: quia tanti
sunt decem modo, quantis 11. ventura
iuxta vulgatum proverbium. *Mas vale pa-
xaro en mano que buyre volando.* Aut mel-
lius est ouem præfens, quam gallina
ventura.

Argumenta
elucidanda
materiā de
vendēdo ex
dilatione
pluris, quā
ex numerato.

¶ Præterea, quia si nefas hoc esset, maxi-
mè esset, quia tempus non esset vendibi-
le, nam ideo traditur, neque dilationem
temporis in venditore augere posse pre-
tium, neq; anticipationem in emptore,
at vero hoc videtur falsum fundamen-
tum, nisi distinguatur, tempus enim, vel
vsurpatur, pro mensura primi motus se-
cundum prius, & posterius, & hæc ratio
ne promptum est esse inuendibile, at ve-
ro est alia acceptio temporis, pro mora
alicuius rei in particulari, secundum per-
tinet ad vsum particularem, vt dicimus
meum tempus, tuum tempus, &c. vt a-
nus equi mihi seruientis & mihi acco-
modati, dicitur meus, &c. si ergo huius-
modi mora particularis, quæ cedit tunc
vsui, est mea, videtur quod sit à me ven-
dibilis. Hæc distinctio est. Geraldus Oldo-
nen. quem indicat Bernardinus Badius,
vt est videre apud Adrianum in. 4. de re-
stitu. q. quæ incipit, occurrit in super du-
bium vnde isti respondent, hunc casum
quem mox subdemus, non esse iniustū,
videlicet. Est Petrus qui debet Ioanni,
verbi gratia, hinc ad duos menses, cen-
tum ducatos. ait. Petrus Ioanni dabo ti-
bi statim. 90. si relaxaueris debitum ex
centum. Enimvero aiunt isti, quod Pe-
trus cedit suo tempori, quod habet in
suum vsum, scilicet, duobus mensibus
cedit, ideoq; propter hanc cessionem tē-
poris,

poris, quod erat suum, quia eo uti poterat, non soluendo si ergo accipit. i. o. v. g. ut priuatur suo tempore licebit, unde infertur, iuxta hos anticipationem temporis vendere non esse usurarium. Siquidem illud tempus est ementis vel quasi ementis, ideo potest illud vendere. Quod si anticipatio est vendibilis, item & dilatio propter eandem causam. Porro. c. conuestus, & c. consuluit. & c. Naviganti, & c. in ciuitate supra sunt indicata, quae omnino hoc decretum infringunt. Et equidem friuola est horum distinctio, de tempore, ut est mensura motus primi; aut secundum quod est, appropriatum, huic vel illi, siquidem tempus nullus potest vocare in suum. Quauis enim hoc die ego utar ad aliquod inuicis peragendum, quod mihi peragere in hoc die incumbit, ceterum hic dies communis est toti orbi. Ut etiam si ego utar sole, ad me calefaciendum, non propterea, sol est mihi proprius siquidem usus meus, non distrahit solem aut tempus ne alij utantur eodem ut perspicuum est: quod si ut nullatenus fas sit vendere tempus, sed qui hoc vendit, plurius rem vendens ex dilatione, aut paucioris emens ex anticipatione negotiationem usurariam laruatam admittant. Et omnis opinio, contrarium decernens, est aliena a veritate.

¶ Ex causa autem prima sunt qui putant contractum mox subdendum non esse usurarium videlicet est Petrus, qui mutuauit Ioanni, ad annum centum aureos & Paulus, conuenit cum Petro dicens, da mihi debitum, quod tibi debet ad annum Ioannes, & ego continuo tibi numerabo. 90. ducatos, sunt ergo qui existimant hunc ut dicebam contractum esse immaculatum, siquidem in hoc contractu non est mutuum sunt enim apud hos hic in hoc casu duo contractus. Primus mutui iustus inter Ioannem, & Petrum secundus vero est contractus iniustus inter Petrum, & Paulum, qui non est contractus mutui, sed est contractus venditionis. Namque Paulus emit a Petro actionem quam habet in Ioannem; ex mutuo unde ex contractu hoc fit dominus actionis Paulus in Ioannem; uterque autem horum contractus videtur licitus nam contractus mutui licitus est; item & alter contractus, quia est venditionis,

Tempus quia
omnibus, &
nullus potest
distrahit
cre est non
venale.

si autem dixeris, imo esse non iustum, quia pretio. 90. emit centum, respondet fautores huius contractus allegantes causam commemoratam quod pecunia pretens plurius sit, quam ventura. Et ita quia si esset maculatus iste contractus esset vel maxime, quia est mutuum & non venditio. At vero quod non sit mutuum probant, primo quia mutuum, vel quod mutuo datur, reuocari potest, at vero, postquam Paulus dedit Petro. 90. reuocationi non est locus. Secundo in mutuo est actio vigens in mutuante, contra mutuatarium ad exigendam sortem, at vero Paulus non habebat actionem contra Petrum ad exigendam praefatam sortem. Tertio, quia in mutuo periculum sortis est penes mutuatarium solum, at vero periculum huius sortis iam non residet apud Petrum, sed apud Paulum, quia si Ioannes perit aut uiuit, sine facultate soluetur, Paulus est, qui non erit compos solutionis debiti, & solus ipse ea fraudabitur. Addunt etiam, quia in redditibus censualibus, contingit sepe, quod plus soluit, censualista, quam emens censum dedit. Nam si in longum tempus differret redemptio census, accidere potest, quod pro. 14. fruatur. 30. ergo itidem, est Paulus plus recipiat, quia recipiat centum, & minus dederit, quia dedit solum. 90. non ob hanc causam erit iniustus contractus.

¶ In hac autem re considerandum est in primis, an mutuans centum Petrus praefatus indigentia numerorum vel quia correptus morbo, non habet pecunias, ut sibi medeatur, aut quia emere sibi occurrit mercedem, unde habet paratum lucrum, vel ex alia quauis opportunitate, vel indigentia, & ideo precatur Ioannem, ut det sibi. 90. quia illis oppido indiget, & non potest, sine damno suo praestolari terminum conuentum. Quod si Ioannes tum annuens, votis Petri, exhibet. 90. forte videtur non esse usurarium. Siquidem perinde est ac si tum dedit centum, quia cum illis 90. Petrus, vel sibi medetur & euitat impendentem mortem, vel lucratur decem vel amplius, ideo quae tunc non videtur iniustus contractus, & equidem non est, si ipse Petrus instanter petens. 90. qui est dominus debiti, donat decem, aut clare intelligitur donasse illa decem,

in casu
necesse est

decem, quae vel ex euitatione damni, vel consecutione tantumdem lucri, ex. 90. praesentibus sibi reseruit. At vero si secundum casum praesentem Petrus, aduersus quod Ioannes, non vult. 90. exhibere ante terminum praescriptum, quarrit Paulus, ut sibi subueniat, ex pecunia praesenti. 90. quibus in praesentia valde eget. Et Paulus ut subueniat, dat ei, utique res est extra controuersiam, si Paulus aduerit, futurum esse negotium, in solutione debiti praedictorum centum, cum Ioanne, quia est homo litigiosus, vel est homo eiusmodi conditionis cui non superpetit numerorum facultas, & propter huiusmodi incertitudinem solutionis dat minus, quia incertum est an recipiet quod dedit, an plus ideo dat. 90. pro centum, esse contractum iustum, ratione dabit, quia. 90. certa tanti vel pluris sunt, quae centum sub lite soluenda; aut quae incertam habent solutionem, si videlicet sub termino conditio, aut multo post, aut forte nunquam soluentur. Idemque dicitur si expense sunt faciendae ut frauet Paulus solutione centum, si vero faciamus, quod Petrus allecuret Paulo debitum centum, praedictorum, quia alias Paulus sine huiusmodi allecuratione non vult dare. 90. tunc sane aperta est iniquitas contractus, quia minus dat, & plus certo recipit. Neque est dicere quod recipit decem Paulus ultra propter periculum, quia periculum suscipit in se Petrus ipse. Neque est dicere, quod. 90. in praesentia praestant centum in futuro. Siquidem pecunia, ex tempore praesenti, non auget suum legalem valorem, neque ex futuro, illum minuit. Est, quia ex praesenti pecunia, praesentaneum est nobis ad nos illa curanda remedium ideo dicitur plus valere. Est hoc donaremus, quod est maioris valoris praesens, quam quae speratur, amplissimam rimulam, patefacere minus usurarijs, ad euadendas accusationes contra suas usuras ut supra diximus.

¶ Sed quid si Petrus eget istis. 90. modo, propter lucrum quod ex illis modo paratum habet, & in posteram elabatur, aut ad euitandum damnum praesens, nunquid si tunc auidus pecuniae, propter urgentem, & incidentem necessitatem, allecuraret, debitum, quod illi debet Ioannes, esset ne usura? Forte dices

non esse usuram. Siquidem. 90. tunc mutuant valent centum, & perinde est ac si centum receperit, & ideo si dat actionem ad alia centum, iustus videtur contractus. Et Petrus, emit actionem ad centum exhibens in aestimatione Petri centum, etiam si quae exhibet realiter sunt. 90. Et ideo iusta videtur venditio, & equalitas in contractu.

¶ Porro adhuc videtur contractus hic palliata usura siquidem, hic qui exhibet. 90. substituitur a mutuante in suo iure, illique subrogatur, & est veluti mutuas, unde recipiens centum pro. 90. recipit ultra sortem ex vi mutui, igitur usura quod si respondetur, quod in aestimatione ille dedit centum, & si secundum valorem legalem erant tantum. 90.

¶ Obijciam tibi, quia, si Paulus istis. 90. quae exhibet Petro, egisset vel ad alterum, quod habet in manibus, vel ad damnum euitandum, ut in augeret haec. 90. aestimationem suam quia dominus eorum eget eis & ideo non esset contractus iniustus, imo iustus, illa scilicet, exhibere, pro centum, etiam inante periculo; apud Petrum, siquidem illa decem, quae suscipiet, non ex vi mutui, sed propter lucrum cessans, aut damnum emergens suscipit. Ceterum quod lucrum ex casu non est Pauli, vel damnum, sed solum Petri, ideo videtur quod aestimatio maior Petri horum. 90. non auget illorum aestimationem, ut neque necessitas ementis, auget pretium rei venalis, quia necessitas alterius, non est a me vendibilis est propria sit vendibilis, & haec ideo auget pretium.

¶ Concludendo igitur dicamus, quod in huiusmodi casu, sunt duo mutua alterum est apertum, ex quo Petrus mutuauit Ioanni centum in annum, vel mensem soluenda. Alterum est mutuum implicitum scilicet contractum inter Paulum, & Petrum. Namque Paulus exhibens. 90. Petro implice illa mutuauit, sub pacto, recipiendi a Ioanne debitore Petri centum. Namque refert nihil, quod Petrus soluat sub termino centum, aut quod soluat Ioannes loco Petri. Brenium nomine Petri soluit, & perinde est ac si Petrus pro. 90. receptis modo, soluat centum postea id quod est usurarium, est habet usuram operam mortis caligine. Neque refert, siue

in casu
necesse est

Decisio ca-
sus.

Mutua ex-
plicita & im-
plicita.

CAP. QUINTVM.

De alijs duabus causis iustificanti-
bus accessionem ultra fortem.

Praeter commemoratas cau-
sas ex quibus accessio ad
fortem iusta redditur, sunt
& aliae commemoranda,
quae item istam accessionem iustificanti-
& vsuram impediunt videlicet conuen-
tionalis poena, & item donatio. Est autem
poena triplex vt est vulgatissima diduc-
tio, quantum attinet nostro proposito.
Quia sunt & aliae diuisiones poenae, quae
nam corporalem, & spirituale, quae mo-
do non sunt discutenda, est ergo poena
conventionalis vt finitur. l. 3. tit. 1. par.
5. quae additur in contractu ex partu e-
o sensu, vt si non solueris stato die centu,
da bis penas ex. 5. Ait autem. predicta quod
quise obligauit ad exoluedam hanc poe-
nam, no tenetur praestare, & promissum
& penam, sed alterutrum horum malae-
rit, vt si tibi promitto donare equum
hinc ad mensem, quod si non donauero,
mihi impono poenam 50. ducatorum.
In hoc contractu est poena conuentio-
nalis, ex partium consensu, quoniam
si is cui sit promissio non approbasset
poenam, non esset conventionalis poena,
neque obligatio exoriretur ex hac im-
positione poenae, si ergo exacto mense,
ego non donauero equum teneor poe-
nae at liberum est mihi, vel equum dona-
re, vel poenam soluere nisi aliud expri-
matur in contractu, videlicet toties quo-
ties non implerero promissum, soluen-
da poenae, toties me obligo. Tunc tenetur
semper, ad alterutrum, quoties pro-
missum, non absoluerit, vt si pro te non
orauero toties quoties non orauero in
hoc mense, sit mihi in poenam ducatus
vnu.

¶ Est quidam iuriconsultus, qui tradit
poenam bifariam esse considerandam,
aut secundum quod est interesse, aut se-
cundum quod poena tantum est. Secun-
dum quod poena est interesse soluenda
venit, at vero quatenus poena non est
debita eam potest exigere, is in cuius fa-
uorem adiecta est, quia ait esset plura
vsurarium, ita censuit Albornotus.

Pena triplex

Albornotus
refellit.

Pecunia vt
pecunia no
est venalis.

Reddens ce
sualis.

Censuista
cui soluitur
interesse ce
suale.

sue rogatus Paulus exhibeat sine vltro-
ngus, ad iustificandum contractum. Quia
est qui vedit rogatus, angere potest pre-
tium seruata latitudine tamen iusti pre-
tj, at vero mutans sine rogatus, sine ro-
gans nihil potest referre ex vi mutui ul-
tra fortem, vnde non est emptio in hoc
casu actionis, est videtur quod Petrus
vendit suam actionem sed reuera, si con-
tendis esse venditionem, vt videtur, & quod
dum aiebamus non est nisi mutuum oc-
cultum, vnde Petrus ex mutuantem, respec-
tu Ioannis, sit mutuatarius, respectu
Pauli, vt predictum est. Et equidem Pau-
lus nisi centum haberet iusuram, scilicet,
decem non exhiberet Petro, 90, ante ter-
minum in numerata pecunia, hoc autem
lucrum non est ratione lucri cessantis,
nec ratione alioru vt supponimus, est er-
go, sit ratione mutui, videtur esse vsura-
rium, & turpissimum. Quando quidem
pecuniam emere, aut vendere pecuniam,
pro pecunia est sane vsurarium. Et hoc
est quod accidit in casu proposito, quia
ex non agnata ducatis ementur in diem
centum, si contendis adhuc esse hunc co-
tractum venditionis. At vero si pecunia
non sit vendibilis vt pecunia, est nomen
huic contractui. indideris venditionis,
nihilominus vsura est. Neque iurat, si di-
xeris, quod veditur actio ad centu, quia
actio ad centum, computatur cum ipsa
pecunia quae est centum. Na actio sequi-
tur rem ad quam est actio. Ex quibus no
est difficile argumenta diluere, quae pro-
babant huiusmodi contractum esse licitum.
Nam ex distinctionibus praehabitis,
satis liquet, eius iustitia, aut iniustitia.
¶ Illud aut argumentum, de redditibus
censualibus efficit etiam nihil. Namque li-
berum est ei qui vendit huiusmodi cen-
sum, redimere quando sibi visum fuerit,
Ideo si contingat, quod interesse ex-
cedat capitale, illud est per accidens. Quip-
pe nullo cogente institutor census soluit
illud interesse censualiter. Quid quod si
exacte res haec consideretur horum red-
dituum, non venditur pecunia pro pecu-
nia vt in casu superiori, sed veditur actio
ad habendam domum, vel agrum, &c.
super quibus huiusmodi redditus censua-
lis, fundatur pro hac enim actione, solui-
tur redditus, de qua re Christo duce, post
haec agetur.

de contract. lib. i. sed re vera, hic aut
decipitur. Siquidem poena vt poena, im-
ponitur propter culpam, non implentis
promissum aut quia fuit in mora debi-
tor. Namque poena vt poena respicit cul-
pam, vt autem est interesse, aut illud in-
cludit non est semper poena. Siquidem
interesse potest deduci in pactum,
citra aliquam culpam, vt quando deducit
ratione culpa, sed quia, is qui mutuum,
verbi gratia, dedit, ex mutatione, vel ti-
met sibi damnum, vel lucri cessationem,
verum sane est aliquando posse ratione
poenae subire interesse, vt verbi gratia, si
debitor fuit in mora, tunc soluere tenetur
interesse, si quod accidit, mutuantem
post moram. Tunc sane debetur interes-
se, quia debitor fuit morosus, ideo id tem-
poris interesse in dicit rationem poenae.
Ceterum ex sua natura ratione, non exi-
git culpam, vt sit necessario eius poena.
At poena vt poena praexigit culpam. Si
quidem poena est, castigatio culpa: quo-
fit vt nulla sit vsura frui huiusmodi poe-
na conuentionali, imo liberat contra-
ctum ab vsura, vt mox patebit. Poena au-
tem iudicialis est, quae est imposita a iu-
dice, vt iudicialis, quae a lege, vel statuto.
Huiusmodi autem poenae possunt sane
esse idem subiectivae, nam vetat nihil, si
poena conuentionalis sit eadem quae a iu-
dice exequitur, & a lege constituitur. At
vero differunt ratione, siquidem est co-
nventionalis, vt respicit contrahentes, ex
quorum consensu interponitur, & dicitur
iudicialis, vt a iudice, executionis ma-
datur. Et est legalis vt a lege constituitur.
Quia autem, possunt in idem conue-
nire, & partes contrahentes & iudex, &
lex, ideo diximus has poenas esse idem
subiectivae, vt album & dulce, quae simul
reperiuntur in lacte, est alia ratio sit al-
bi, alia dulcis.

Vulgatum est autem poenam conue-
tionalem, tribus esse vestientiam condi-
tionibus, vt iuste fruatur illa in cuius fa-
uorem imponitur. Prima est, quod mu-
tuans, mallet suam pecuniam, habere in
termino constituto, quam gaudere poe-
na. Secunda quod ex hac afflictione poe-
nae, non consequatur infamia, aut scan-
dalum. Tertia, quod alias non teneatur
mutuans mutuari, quia si casus sese de-

Interesse no
habet ratio-
nem semper
ratione poe-
nae.

Non est vsu-
rariu frui poe-
na conuentio-
nali.

derit, vbi mutuans tenetur ad mutuum, no
potest poena hac gaudere. Nam si forte
tunc, tenetur relaxare, multo fortius obli-
gationem ad poenam.

¶ Prior autem conditio istarum, si ad pu-
rum excoquitur, vtique non est necessa-
ria. Siquidem non tenetur mutuans im-
ponendo poenam, expresse illum ani-
mum habere, quem docet conditio, nam
satis est, quod ipse poenam imponat, vt
timore poenae, mutuatarius sedulo soluat.
Neque animus eius sit imponere poenam
in fraudem vsurarum, id quod praferret,
si ex industria modicam admodum poe-
nam imposuisset, hoc intendens quod
mutuatarius, illam pili faciens exoluet,
vnde ipse reportabit accessionem ultra
fortem. Aut etiam, sciens quod mutua-
tarius modicam poenam spernens, sepe
mutuo ab eo accipiet non soluturus, pre-
fixo die fortem. Aut sciens, quod mutua-
tarius est admodum pressus vtgeti in op-
pia, & quod quamlibet poenam accepta
bit, vt sibi subueniat ex mutuo, ideo illi
imponit grauiorem, quam mora requi-
reret. Aut demum quouis alio modo sit
imposita in fraudem vsurarum, poena
haec conuentionalis, tunc esset nomine
tenus poena, cum aliqui esset vsuraria
accessio lauari habens poenae, glossa por-
ro. l. 4. q. 3. ad. c. Plerique aliquid fieri in
fraudem legis est obseruatis verbis legis
ex cortice, sensum legis circumuenire,
vt. ff. de leg. fraus. sit autem fraus legi qua-
tuor modis. Primo de re, ad rem, vt in ne-
gocio vsurarum lex praecipit, propter
mutuatam pecuniam, pecuniam non ca-
pere, est porro qui non capit pecuniam,
at capit donaria, vel munuscula. Hic facit
in fraudem legis prohibentis vsuras.
Siquidem est pecunia non sit munuscu-
lum, censetur tamen esse pecunia, id quod
pecunia est aestimabile, vnde eadem ca.
& q. c. Putant sic habetur. Putant quida

4. Modis fraus
legi.

Ezech. 22.
Deut. 33.

vsuras tantum esse pecuniam, quod pro-
uidens diuina scriptura, omnis rei auferit
superabundantiam, idem habetur. c. Ple-
rique generaliter igitur, quando prohi-
betur ne propter pecuniam mutuatam,
pecunia recipiatur, nomine pecuniae sub-
auditur quidquid possidetur, quod est
pecunia aestimabile. l. q. 3. totum, vnde
huiusmodi, qui munuscula, vel obsequia
vel fauores, &c. accipit propter mutuum
fraus

Pecunia est generale nomen significans quicquid est pecunie estimabile.

fraudem inserti legi prohibenti vsuras.
 ¶ Vnde etiam doctrina hereticorum est in fraudem sanctarum scripturarum, quantum retinentes mordicus verba sensum earum peruertunt syncerum.
 ¶ Secundo vero, modo fit de persona ad personam vt si quis sub persona alterius exercet vsuram vt. 46. dist. sicut non suo, sicut si quis mutuo daret alicui, ea ratione, vt modicam elemosynam daret pauperi. Et hoc modo maritus non potest aliquid donare vxori, supponit aliam personam cui donet, donaturam vxori vt. ff. de donatio. inter virum, & vxorem hanc ratio. §. vltimo. 3. modo de vno contractu, in alium contractum fit fraus, vt in presentia, qui non potest ex mutuo, aliquid vltra sortem reportare excogitat imponere poenam mutuario in fraudem vsurarum, vt quod non potest ex contractu mutui referre, possit ex nouo contractu poenae conuentionalis subripere, idem praestant camplores iniqui, palliantes mutuum, sub contractu cambij, vt ex nomine secundi contractu, id subripiat, honesta forma, quod illis ex mutuo subripere esset inhonestissimum, & infame, idem fit, si mulier cum non possit aliquid donare viro fingit se vendere, illud viro, quod donare praetendit vt. ff. de dona. inter virum, & vxorem si sponsus. §. circa. contractum igitur donationis fraudant, vententes illum in contractum venditionis.
 ¶ Quarto ex vno contractu, in alium fit fraus alia ratione tamen, quam praedicta vt cum mulier non possit fideiubere constituit se principalem debitorem, vt. ff. ad Velleia. quamuis. Et. 3. q. 3. Mulierem.
 ¶ Hanc eodicta puta, quod perspicuum fit poenam huiusmodi, aliquando imponi ad tegendas vsuras. Tuncq; non esse iustam sed iniustam poenam. Quippe quae praetextu mutui non soluti in tempore constituto imponitur. Hoc est praetextu mora verum non eo animo imponitur, sed potius, vt mutans aliquid corradat vltra sortem. Et exploratus esset factis huius mutantis animus iniquus, si interrogatus, vtrum gratus esset illi, quod mutuatarius, solueret in tempore, conuento, vt nuda sortem obtineret, an potius quod praetextu tempus, vt praeter sortem accessione potiretur. Diceretq; primu affe-

ctare magis, secus si indifferenter se gesserit, & ad vtrumq; se habeat. Praesumitur autem semper contra hominem asuetum vsuris, quod malo animo imponit poenam, & de huiusmodi intellige quod dudum dicebam, quod exploratus esset eius animus, si interrogatus, &c. Namq; non assuetus vsuris facile credi potest, bono animo imposuisse poenam, secus de assuetis, na qui semel malus semper praesumitur malus.
 ¶ Porro Conradus. q. 31. non simpliciter verum affirmavit dicens, esse signum animi vsurarij, si mutuas quando imponit poenam more mutuatarij mallet corradere poenam, quam nuda sortem. Porro, non hoc diximus esse verum simpliciter. Quandoquidem si ipse mauult poenam, non propter mutuum, sed propter moram, non hoc est animi vsurarij.
 ¶ Addiderim tamen, quod si Petrus, mutuo Ioanni imponit illi poenam, quod si non soluerit tempore condicto, quod si soluat vltra sortem decem, vel. 5. scit nihilominus Petrus quod Ioannes tempore condicto, non poterit soluere, id temporis, contractum hunc sapere vsuram.
 ¶ Secundam autem, si libet ex eutere condictionem, dicere oportebit, scandalum passiuum, esse contemnendum, actiuum autem esse deuitandum, vt in. 4. sen. nos vberius sumus prosecuti. Item infamia si ex odio sparsa est, non ob infamiam, a contractu est abstinentum.
 ¶ Imo neq; infamia, neq; scandalum subortum, contractus naturam, possunt mutare, vt ex non vsurario, reddatur vsurarius, siquidem docete Arist. in lib. Perisher, propter nostrum affirmare, vel negare nihil mutatur in re.
 ¶ Sunt sane huiusmodi circumstantiae obseruandae vt deuitentur, quando ex rationabili causa procedunt: & non ex nequitia videntium, aut audientium.
 ¶ Ceterum si vsurarius, qui poenam imposuit, in fraudem vsurarum, penitens, quod sic fecerit, mutat animam, & solam moram intendit, & mallet, quod fors nuda illi daretur, &c. quamlibet alij qui ignorante, eius animam, obmurmurent, non propterea ille est vsurarius, neq; in foro conscientiae, quicquam tenetur restituere.
 ¶ Porro vt scandalum fratrum conuincat,

Poenae alia distinctio.

Poenae in fraudem vsurarum.

cat, & honori suo consulat, sufficit patefacere animum suum syncerum esse in mutuo. Neq; omnibus hoc tenetur proflare, sed fati esse probabilioribus.
 ¶ De tertia conditione, multa. c. 4. tradidimus quando, scilicet, teneamur mutua re, & quando donare tenemur interesse si quod acciderit, ideo de ea haftenus.
 ¶ Nam vero ex istis collige tibi assertoria conclusionem poenam conuentionalem esse iustam, si ea moderata sit, & non in fraudem vsurarum imposita qua probare est promptum siquidem mutans iuste imponit poenam detinenti quod suum est, ipso inuito, verum cum mutuatarius est in mora detinet alienum, inuito mutuantem, vnde iusta est interpositio poenae ob iniustam detentionem alieni, vnde habetur. ff. de regulis iuris. quod a quodam poenae nomine exactum est, illud eidem restituere nemo cogitur, vnde in foro contentioso exigi potest poena hanc conuentionalis, modo sit moderata, quia excelsiua poena, quia iniusta est in nullo foro debetur. Nam poena debet esse congruens delicto, ideo si non soluenti decem in termino, imponitur poena aliorum decem iniusta est, quia excelsiua est, ideo a iudice moderanda.
 ¶ Porro autem si in foro conscientiae hanc poenam debetur conuentionalis, non est priorus liquidum. Est conuentum fit, postquam a iudice adiudicatur, in foro conscientiae esse soluendam. Glossa ad. c. quae conque. 2. q. 2. distinctio. 2. dicitur poenam, vt nos etiam supra tradidimus, aliam esse dicens, poenam ob contumaciam, aliam loco interesse, aliam deniq; in fraudem vsurarum, de priore inquit, si reus noluerit soluere debitum cum possit; index cum potest compellere, vt rem, & poenam praestet. ff. de col. l. 2. §. si cum duobus. & ff. de tab. ex hib. locum §. condemnatio si vero est apposita loco interesse, tunc potest agere, quanti sua interest. ff. de actio. emptio. Pradia, sed si in fraudem vsurarum non potest, vt extra de emptio. & venditio. ad notam. Et. ff. de actio. empt. & vendi. l. hancus; id Ioanni vnde videtur, secundum glossam, quod debetur poena conuentionalis, vel esse debitam secundum iustitiam, quadoquidem index compellere potest non soluentem hanc poenam

vt soluat. Nam ait, si noluerit soluere debitum cum possit, & rem & poenam praestabitur tenetur soluere poenam ob contumaciam, est autem contumacia termino praefixo, non solvens sortem, iam enim tunc est in mora, & ideo contumacia est, non solvens sortem suo tempore, & ob hanc contumaciam iniusta est illi indicta poena, ideoq; videtur quod tenetur in foro conscientiae illam soluere, etiam ante condemnationem iudicis. Esti glossa non faciat mentionem de iniustis huiusmodi poenae conuentionalis, sed de poena legali. Hanc autem non obligat in foro conscientiae, ante condemnationem iudicis. Et capitulum praedictatum, de poena legali loquitur, quae imponitur violentibus, priuilegia ecclesiastica. Porro, quia de poena hac non est quod vertamus in dubium, an haec obliget reum eam subire, ante iudiciali condemnationem, si quidem omnibus confessum est, neminem tenetur poenam subire legalem, priusquam iudicis sententia, vltima condemnetur, dixi obseruare finali sententia. Namq; condemnatus a iudice inferiori recursum habet ad superiorem, ideoq; ad supremum tribunal. Neq; enim tenetur reus probatam habere poenam ad quam subuandam a iudice inferiore adiudicatur, siquidem potest vt omnibus remedijs sibi a iure concessis, appellando supplicando, & recusando, &c. Quis sit poena a iure lata, qua in curat reus ipso iure, vnde in l. a. o. t. i. o. lib. 5. recopit. traditur, quod si alter coniugum lapsus fuerit in quodam delicto, letian si sit haereticus, reus non perdat bona sibi competentia siue sine lucra matrimonio lia, siue quaeuis alia, donec iudicis sententia declaretur reum coniugem, illa bona ex delicto amisisse, etiam si delictum ipsum sit talis conditionis, quod ipso iure habet poenam impositam, & est lex. 77. inter leges Tauri. Porro Frater Alfonso de Castro in lib. 2. de lege penales. §. immerito, diuersam conatur ab hac lege defendere sententiam, videlicet, quod si poena sit lata ab ipso iure, in foro conscientiae ante condemnationem ex iudicis sententia, hominem reum ligat ad executionem. Adrian. autem quod lib. 11. respond. ad. 2. cum alijs Theologis, discedit ab hoc dogmate, credit enim reum

Castro scilicet,

reum ante condemnationem, non tene-
ri ad solutionem poenae impositae à lege
in foro conscientiae, quia de foro exteriori
dubitatur nemo. Et quia de spiritualibus
penis, nulla est dubitatio, has enim subit
reus, si sunt ipso iure latae ante condem-
nationem, ut ex communicationem, &
alias iuris censuras, & poenas, ideo de cor-
poralibus solum res haec est intelligenda,
excommunicationem enim & suspensionem, & c.
sunt poenae impositae, ideo non egent exe-
cutione, sed ipso iure rei illas incurrunt, ut
etiam lex civilis ipso iure priuat nobilitate
filios haereticorum, has igitur poenae im-
positas poenas lex ipsa exequitur, & execu-
torem non vocat alium at vero poenas alias
& si priuatiue sunt ut est poenatio domi-
nij rerum temporalium, vel poenatio, ut
verberatio, incarcerationis, & hoc genus
pleraque, alia ex se non subit reus in foro
conscientiae, sed eget executione extrinseca,
quia nullus tenetur se verberare, aut
incarcerare, aut suspendere: etsi lex has
imponat poenas pro varietate delictorum.
Neque de istis Calstro intellexit ut puto,
quia istae non latae sunt à iure, sed ferendae.
Non enim sunt ipso iure est suspensus in
patibulo, sed suspendendus, & ita de reli-
quis quae hoc genus à iure ferendae docentur
poenae. Poenae enim non censentur ipso
iure impositae per verba de futuro, ut
si dicat, innotetur, sed per verba de praeterito
sit innotatus, vel priuatus. At vero neque
disputatio ista est de poenis satisfactorijs,
quas poenitentis per seipsum exequi tenetur,
postquam probatas habuit à suo confessario
iniunctas. Namque istae poenae non sunt
legales, sed sacramentales poenae pertinent enim
ad sacramenti poenitentiae integritatem. Porro, ca.
secundum leges de haereticis lib. 6. sancit
bona haereticorum ipso iure esse fisci
verum fiscus non potest illa capere donec
sit declaratus reus tanquam haereticus,
unde ante condemnationem potest tute uti
reus fructibus suorum bonorum saltem pro
sua necessitate, etsi nequit ea alienare ex
communione sententia, idem est de homicida
cuius bona ipso facto sunt fisci. Porro nunc
de legali poena ista non agitur, sed de poena
conventionali, an videlicet haec exigat iudicis,
ut obliget, ut S. Thomas dixit de poena legali
2. 2. quae sit, 6. 2. ar. 3. in corpore, & est vul-

Poenae poenae
tuae & poenae
tuae.

Lex quae ipso
iure ligat
verberare
bis de praeterito
rito.

gata Theologorum sententia, quidquid
senferit praeonomiatus autor in foro
conscientiae poenae à iure latae ligare citra iudicis
sententiam, unde secundum eum
haereticus non potest esse occultus
secundum conscientiam, imo peccat fructibus
suorum bonorum pro sua necessitate
utens, id quod falsum est ut ex praedictis
patet.

¶ Et equidem recte decernit commune
placitum. Siquidem leges ut Arist. saepe
proclamat feruntur in vniuersali. Legislator
enim, cum sit homo, & non Deus non
potuit prauidere omnes casus, &
circumstantias factorum venturorum:
sed huiusmodi obseruare, erit iudicium,
qui sunt lex viua. Quia accidere potest,
quod fur, verbi gratia, quem lex adiudicat
morti, loquens vniuersaliter, in parti-
culari ex causa sit aequum eum morti non
adiudicare, ex particularibus circumstantijs,
quas iudicij, arbitradas lex relinquit,
ideo poena legalis, committitur iudicij
exequenda exceptis ijs, quae dudum dicebamus
de poenis priuatiuis, spiritualibus &
corporalibus, & equidem durissima
esset lex, quae haereticum occultum
mercenarium, qui ex mercede sui laboris
daturat viuit priuaret in foro conscientiae,
ne posset vscij & vti necessarijs ex
suo labore, quod sequitur ad praefatam
opinionem, siquidem secundum eam haereticus
iste occultus non est dominus mercedis
quam reportat ex suo labore, ideo neque
ipse neque familia sua ex illa possunt
victitare, emendo sibi necessaria victui &
vestitui: & non est sermo de occulto
metali, sed de haeretico, cuius haeresis non
est deducta ad iudicium exigitur iudicis
condemnatio. ¶ Unde infero, quod lex illa
5. tit. 9. lib. 5. recopila. Quae sic habet mulier,
quae relicta viduitate luxuriose vixit,
amittat bona parua sub matrimonio,
& deuoluantur in haereses defuncti mariti,
lex inquam haec quia poenalis est, &
corporalis, non incurritur ipso iure sed
necessaria videtur iudicis condemnatio
postquam, scilicet, probatum sit, & declaratum
à iudice, ipsam viduam luxuriose vixisse.
Neque ipsa tenetur exequi legem
hanc contra se ipsam. Namque viuere luxuriose,
poterit esse caute, & citra notam
suae personae, aut potest esse cum nota. Et
istud declarare spectat ad iudicem, id quod lex
non

Lex lata contra
viduas factas.

non expressit. Rursus, si ipsa viuente marito,
adulterium admisit, non orbatur iure
dotis suae quousque à iudice damnetur,
cur ergo orbabit ipsa seipsum bonis
partis sub matrimonio, quae sunt bona
sua, viuens luxuriose: ante iudicis
condemnationem? Dices, quia tenetur restituere
& lex est ad restitutionem, quid ergo
sua tenetur mulier restituere? Imo est
lex poenalis, ad correctionem viduarum
spectans, constituens poenam suae salacitatis,
quoniam etsi istae leges sancirent
ipso facto, aut ipso ut prius dicebamus
erat necessaria iudicis finalis sententia.

¶ Secus est autem de poenis testamentorum,
ut verbi gratia, vir instituit haereditatem
mulierem superstitem, modo vitam
caste duxerit, aut si alteri viro non
nupserit, utique huiusmodi mulieres non
obseruantes conditiones haereditariae
instituitiois, sine iudicis condemnatione
tenentur restituere. Si quidem institutio,
hanc habuit conditionem, ideo potius
sunt institutiones conditionales, quam
poenales, ut dixit Pano. in c. Raynaldus
num. 25. de testam. cui subscripsit Caiet.
in summam. in c. de poenis. Non melius
tenet, quemdam iuriconsultum diuersum
docuisse, videlicet mulierem viduam
luxuriose viuente amittere omnia parua
sub matrimonio, & quod lex praefata
ipso iure obligat, verum haec & alia, quae
ipse fidelissimè asserit, nullo legitimo
videtur probare fundamentum.

Instituto-
nes conditio-
nales non ob-
seruata con-
ditione obli-
gat in foro
conscientiae an-
te condem-
nationem.

Albor. tit. 20
li. 2. de arte
contra.

¶ Immo vero ut ad nos redeamus, poena
conventionalis apud quosdam non ad
rationem expendenda venit, ad quam le-
galis poena. Siquidem conventionalis,
non exigit iudicem executorem, sed ante
damnationem obligat in foro conscientiae.
Siquidem, ipse qui voluit hanc
iniungi poenam ipse se obligauit ad exe-
cutionem eius, sine iudicis opera, sicut
etiam poena quae subit rationem inter-
esse postquam constat de interesse, non
egret iudicij iudicis, sed obligat ad repa-
randum interese, non ante iudicem.

In hoc
iudicio
de poena
conventionali
variis
sententia.

¶ In hanc sententiam fere Collinque.
de poena conditio. num. 23. & Darius,
ibidem num. 20. in quoque huiusmodi
¶ At vero contra hoc est, quia istae poenae
conventionales extant, & sunt quae
frequissimè in omnibus contractibus,
& in scripturis de contractibus fere

per adduntur, & nihilominus, poenitent-
es coram confessario de non soluedis
istis poenis, vel de non solutis, nunquam
dolent, neque illarum restitutione à confes-
sarijs iniungitur, ergo indigent condem-
natione iudicis, ut debitores earum teneantur
illas exoluere. Adde, quia istae poenae
non sunt maioris vigoris in obligando,
quam poenae ob contumaciam, ac huius
modi poenae, egent iudice condemnante,
ut patuit ex superioribus. Et equidem
est mihi admodum probabilis haec opi-
nio, si moderatur ut sub haec moderabatur,
& motius alterius placiti respondeatur,
quod is qui se obligat ad hanc soluedam
conventionali poenam non se obligat
ad exequendum, si quidem est sponte
se obligauit, non sponte exequetur
ipse contra se ipsum. Quinimo poenitent-
es ubi res est liquidior, qui tenentur ad
explendam satisfactionem sibi iniunctam
secundum verisimiliorem opinionem,
egerrimè illam explent, itaque sat est, se
obligare, ut in foro contentiois exactas
à iudice teneatur exoluere poenam. Neque
ultra videtur protelanda horum inten-
tio. Nisi ad detur iuramentum, quod sa-
ne obligaret ad exolutionem poenae, nul-
lo iudicantis seu damnantis. ¶ Secundo di-
ces, quod in interese debetur in foro
conscientiae, similitasque, vel de iure cessante,
vel de damno emergente confiterit. Est
enim alia ratio interese, alia vero poenae
conventionalis. Interese enim pertinet
ad obligationem rei principalis. Siqui-
dem contractus est iniustus, si quod datur
in bonum minus contrahentis, praedudat
ret in damnationem alterius, id quod dicitur
interese non solueretur in iudicio eo
demonstrante, tunc enim in iniuriam eius
qui patitur damnari, cuius interese est, se
contracta seruare, indemnem. ¶ At vero poena
conventionalis, quae non est iniusta, quae
do ipsa non subit rationem interese, non
est huiusmodi, quia haec solum impositur
ad debitam solutionem, siro tempore
prestantiam. Et ut possit compelli à
iudice ad implendam poenam, non
¶ At obstat adhuc, quia pactis est stan-
dum in foro conscientiae, & datae fides
implenda, in bene promissis, ut poena
conventionalis procedat ex hoc pacto,
igitur in foro conscientiae est implenda
nullo etiam damnante, id quod dicitur

Interesse sol-
uendum est in
foro conscientiae.

¶ Ad hæc hæc poena conventionalis bifariam expendi potest, aut eoim est poena conventionalis, quia est constituta poena inter contrahentes, ad hunc modum, quousi non seruauerit istud pactum, vel violauerit, alteri soluat non violanti, centum verbi gratia. Alio modo, quando poena interposita, solum ligat alterum contrahentium, vt fit in mutuo, aut alijs debitis civilibus, si non solueris, scilicet, die condicto, tenearis soluere decem supra capitale. In primo casu ambo contrahentes sese obligant ad poenam, si violatio adfuerit. In 2. vero casu solus est vnus, qui se obligat ad poenam, si in mora fuerit. Et in hoc casu. 2. poena est iustissimè imposita, quia vt dicebam, qui est in mora, soluendi vel mutuū, vel debitum, detinet alienum inuito domino, vnde videtur quod imposita illi poena, ob iniustam detentionem; obliget in foro conscientie. Est enim in star furti detinere alienum. Inuito domino rationaliter, & ideo poena ob furtum iuste imponitur, & iuste soluitur. Neq; ratio supra scripta, modo videtur locum, dicebam enim, quod poena legalis, quia in vniuersum fertur, eget consideratione particularium circumstantium, vt executioni mandetur, at verò modo, ipse qui illam debet in particulari sibi eam imponit, ergo non est necessaria iudicis compellentis autoritas. In priore vero casu, non est tanta iustificatio poenæ, ideo mirum si operam desideret iudicis. Et enim hæc poena vtrumq; contrahentem obligat, quia interponitur super refacienda, aut non facienda vtriq; contrahentium, ideo referenda est ad iudicem qui si condemnat, tenebitur damnatus iudicatum soluere, vnde dixerim, poenam conventionalem, iuxta rationem secundi casus ligare in foro conscientie, propter rationem assignatam, etiam ante iudicis condemnationem, non tamen iuxta priorem casum.

¶ Sed quid si poena hæc non exigatur, à creditore, quia indecens reputatur ab hominibus huiusmodi exigere poenas, quia ducitur satis esse, si debitum soluat. Dixerim, quod si non exigat creditor, quod non exigere interpretatur esse remittere in foro conscientie. Quia si non exigit, istud sponte facit, quia indecens,

sibi hoc facere esse existimat, verumtamen si neglecta indecentia exigeret arbitror quod debitor teneretur prestare in foro conscientie, quia de foro conscientioso nihil est ambiguitatis, quod creditor potest compellere debitorem, vt poenam conventionalem soluat. Quod si debitor etiam non exactus soluerit, creditor non tenetur restituere vt supra dictum est, vnde hanc poenam, qui vltra fortem acceperit, non est vsurarius, quia non ex contractu mutui sed ex alio contractu poenæ conventionalis sibi eam adquirit, vt is, qui alias sibi debiti solutionem mutuando deducit in pactum, non est vsurarius, vt supra commemoratum est.

¶ Hactenus de poena conventionali, iam de donatione accessionis attendendus est sermo. Et quidem in hac re difficultas nulla est si vera sit donatio. Siquidem, si mutuatarius accessionem, mutuanti donat, mutuanus non tenetur restituere illam mutuatario. Quia satisfactum intelligitur, qualitercumq; faciat satis. ff. qui mo. pig. vel hypo. sol. l. item liberatur in princ. ff. de accusatio. si rem. s. satisfactum. Quando mutuatarius remittit accessionem mutuanti, mutuanus non tenetur restituere. Quoniam propter liberalem remissionem, quæ est vt donatio, mutuanus intelligitur satisfecisse. Porro autem est sæpè donatio facta verbis tantum habens esse donationis quæ alioquin non est donatio. Nam accidit sæpè, quod nobilissimè quiq; presbi indigentia, non habentes vnde famulorum, vel militum si sunt principes, vel aliorum stipendia soluant. Quia verè sciunt quod si mutuo petant à mercatoribus, soluturi sine accessione, non eis dabitur mutuū, item que aduerbunt mercatores sub nomine vsuræ, non esse receptuos vltra fortem accessionem, vsuræ vt vitent infamiam, ideoq; hac arte vtuntur, scilicet, petendi mutuū, & simul donandi accessionem vltra fortem quam se soluturos pollicentur. Hæc autem donatio est sic coacta, quia isti proceres, non sponte faciunt, sed superati indigentia propterea isti mercatores restituere tenentur, quidquid accessionis vltra fortem receperint. Et quamuis recipiant tanquam donatum, proceres verò non donant, nisi

Donatio accessionis.

Donatio accessionis.

Donatio accessionis.

Contra donatio non si bene accessione.

verbo, sed est verè vsura, quia ratione mutui, recipiunt vltra fortem. ¶ Verū est tamen, quod si postquam mutuū dederint, & accessionem, ipsi mercatoribus verè volentibus restituere ipsi nolunt recipere accessionem, sed liberaliter remittunt, tunc sanè præsumitur vera donatio. Siquidem iam non faciunt coacti, vt mutuentur, si quidem iam receperunt mutuū, & ideo illis liberum est accessio nese petere, quam dederant mercatoribus, vt assequerentur mutuū, igitur cum iam non indigeant sed habeant ius ad petendam accessionem vsurariam, si ipsi cedunt iuri suo liberaliter, & sponte, neq; cedentes suo iuri, vt mercatores habent iterum promptos ad noua mutuua, vel ob aliam causam, quæ videatur eos, vt suo, cedere iuri cogere, tunc sanè est donatio vsuræ veræ, & liberat à restitutione vsurarium, sed e quidem rara erit hæc exera donatio, maxime si vsuræ sunt in magna quantitate.

¶ Hæc istis facile decidet casus aliquot, qui possunt accidere quærit enim aliquis forte, num casus sequens sit vsurarius respectus labæ? Est quidam, pecunias habens, at vero summe egens panem ad vitam, est alius, qui panem habens, pecunijs maxime eget, num si potens pecunijs, & indigens pane, alteri habenti panem, mutuet pecuniam, vt det sibi panem, an sit vsura? Almain. ex sententia Alexandri, asserit dist. 15. q. 4. quæst. 2. non esse vsuram. Quippe, quando ratione mutui, datur quod alias est debitum, non est vsura, si quidem mutuanus ex hoc mutuo nihil refert commodi, sed solum acquirit, propter mutuū, quod sibi alijs debitum erat. Nunc vero panis iste est debitus ex casu, propter extremam panis necessitatem. Secundus casus, ad eundem modum apud commoratum autorem resolutus, verbi gratia, est molendinarius, qui mutuat pistori centum argenteos, vt deferat frumenta sua in molendinum illius, & dclator pistori frumenti soluit iustum stipendium, & non amplius molendinario, num est vsurarium? Respondet nihil labis vsurariæ admitti in contractu. Siquidem ex hoc mutuo, nihil refert molendinarius accessionis, sed iustum solum reportat stipendium. Idem di-

Casuum resolutio.

Contra donatio non si bene accessione.

cet, si furnarius pistori, mutuet, vt panes quos subigit, in suum coquendos deferat furnum. Idem dicit, de Magistro regenti, si mutuæ scholasticæ, vt illius ferula manuum subducatur, modo contentus sit suo stipendio magister, & aliud ratione mutui non exigat, idem dicit, de eo qui mutuæ alicui domino temporali cuius est dispensare reipublicæ officia, vt sibi concedat officium aliquod publicum, quia nihil reportat ex mutuo, vnde non videtur vsurarium.

¶ Ceterum resolutio hæc non videtur probanda imo potius reiicienda, etsi habet fautores, quia doctor iuriconfultus à me non se, si iudicatus, illi suffragatur, imo non putat se suffragari, sed nouam & veram ex cogitasse sententiam, & ridet commune contra degenens placitum.

¶ At enim fundamentum esse obseruandum in iudicandis vsuris, si enim nullum mutuanus refert ex mutuo lucrum, neque mutuatarius damnum, nulla est vsura. Et sanè rectè hoc si rectè accipiatur, at vero subsumit, non rectè, nullum lucrum in casu molendini, molendinarius referre lucrum. Enimvero si nullum retulisset lucrum, non obligasset mutuatarius pistorem, ad molendum in suo molendino. Quidquod poterit esse, quod alia sunt molendina, propinquiora, & vbi æque bona, vel melior farina excernitur, quam in suo molendino, & obligare pistorem, vt hunc subeat laborem, vel damnum, est lucrum molendinarii, & damnum pistoris. Quod si dixeris facias, esse molendinum æque propinquum, & æque bonam firmitatem, excernere, vtique neque sic emundatur vsura. Quia obligatio hæc quando cetera ad sunt paria, est accessio ex mutuo. Siquidem propter mutuū pistori priuatur sua libertate concedendi in molendinum, quod sibi liberit, & quia huius priuatio libertatis, est estimabilis pecunia, virtualiter ex mutuo reportat accessionem pecunie, ideo est vsura. Et hæc opinio est communis, quam testatur Guido Papa, tractatu de vsuris, & Caietan. in summula. Syluester autem in verbo vsura. 1. quæstione. 7. variis de re. hac. refert opiniones, quibusdam

Li. 2. de contrati. 16.

dam afferentibus, alijs inficiantibus esse contractum vsurarium, & isti placitū suū muniunt, quibusdam non concludentibus intentum suum rationibus.

¶ Primo, quia nullum lucrum reportat mutuans, ex hoc mutuo, sed solum suilla boris iustam mercedem.

¶ Secundo, quia esset faciendi huius vsuræ restitutio, at nulli videtur facienda. Si quidem mutuario nihil aufertur, ergo nihil est illi restituendum.

¶ Tertio, quoniam in obligatis quos vocant, ad providendum reipublicæ victualia Hispani, *obligados de la carne, del pescado, &c.* Sepè datur mutuo ab ipsius reipublicæ rectoribus, vt provideant victualia. Et ipsi mutuantes, citra vsuram hoc faciunt vt patet, quia istud est familiare ciuitatibus, & oppidis, & vicis id quod non esset si vsura esset.

¶ Quarto quoniam, si alicui colono, vel agricolæ iniungo, vt colat agrum meum, & ipse petit mutuo pecunias ad hoc vt colat, & ego mutuo illi ea ratione vt colat sine vsura, si tamen soluerit illi iustam laboris retributionem. Nā que si ego mutuo, & ratione mutui, ego demo non nihil ex iusta mercede, iam vsurarium est, quia hoc refero ultra sortem. Aut si volo locare Hispani arrendar, vineas meas, vel fundos meos, & paciscor, hac ratione, quod qui meum fundum conduxerit, supra quam est iustum pretium, quod illi mutuabo cētum, &c. item est vsura propter eandem rationem, siquidem mutuans, quod excessit iustum pretium, hanc ex mutuo refert in accessione. At vero si iusto pretio tantum locat, & paciscatur hoc modo, ego tibi mutuo dabo centum, verbi gratia, si arrendaueris, vt ita dicant duxeris meum fundum ex iusto pretio, videtur quod non sit vsura ergo similiter in casu nostro vnde infertur secundum hoc placitum, item non esse vsurarium, si conduxero operarios, sub hoc pacto, si colueritis vineam meam, vel fundum meum, vel edificaueritis domum meam, ego vobis mutuo dabo, vestram mercedem, antequam colatis, quia hic casus est is qui prius.

¶ Porro autem isti autores aspexerunt solum ad superficialia, non introinspicientes, rationem vsuræ. Enimvero, su-

perficie tenus, namque summopere est expendenda obligatio, qua se obligat propter mutuum, mutuarius. Si quidem si obligatio hæc includeretur in alio contractu præter mutuum, equidē esset æstimabilis pecunia, verbi gratia, si obligo agricolam, vt colat fundum meum aliquanto tempore propter hanc obligationem, cui ipse se se subiecit, potest referre pretium. Et similiter si quivis alius operarius obligatur mihi, ad ali- quod faciendum opus obligatio illa est æstimabilis pretio, sicut etiam concedere alicui officium seculare, illa obligatio ad concessionem æstimabilis est pecunia, quocirca omnes præhabiti casus, vel alij similes vbi mutuans vsura sortem, vel ultra iustam sui laboris mercedem reportat obligationem mutuatarij, sunt vsurarij, ideoque si molendinarius, pistorem obligat ad suum molendinum etiā si nihil referat ultra iustum pretium, hoc tamen amplius refert, obligationem, scilicet, pistoris vt in suo molat frumenta molendino, idem de pistore, & furnario, idem de operario quovis alio obligato, ad ædificandum, vel operandum alicuius opera ex mutuo. Si quidem obligatio est privatio libertatis pro præ & non parui refert, se privare libertate, ideo est æstimabile pecunia.

¶ Vnde primo argumento responde, quod magnum lucrum ex huiusmodi mutuo reportat mutuans, habens sine pretio obligatum mutuatarium ad molendum in suo molendino, & quo ad plures dies se porrexerit obligatio, eo maioris est pretij. Et equidem, si nihil referret, sic habere eum obligatum, non obligasset ex suo mutuo sanè mutuarius tenetur, obligatione naturali, referre gratiam mutui, mutuanti, verum quod chuiliter ex pacto obligetur propter mutuum vsurarium est vt prædiximus.

¶ Secundo respondebis, quod ei faciendā est restitutio, qui est ex contractu minus habens, & hic est mutuarius, si quidem mutuans plus habet, scilicet, obligationem mutuatarij non debitam ei, & hoc est eius lucrum, igitur damnū est mutuatarij, quod iniuste fuerit obligatus. Quocirca, est hæc obligatio qualifanda, à mutuante, & pro dāno obli-

Responso
arguunt.

obligationis iniusta, quod est perpeffus ei est satisfaciendum, aut ex pecunia, aut alias.

¶ Tertio respondetur, esse dissimilem casum. Siquidē ijs qui obligant ad victualia non traditur mutuum, à rectoribus popularum, vt obligentur ad devehenda victualia, sed vt implere possint suam obligationem. Etenim si est necessaria multa summa pecuniæ ad devehendum victualia, quia obligati carent, non est iniustum, (siquidem iam sunt obligati huic muneris exequendo) mutuo illis dare, vt possint hoc præstare, ad quod se constrinxerūt, si vero mutuum illis daretur, vt se obligarent esset vsura propter rationem sæpe commemoratam. Si quidem si quis mutuat communitati eo pacto, vt tantisperdum soluit mutuum communitas, releuetur ipse à pensione, vel tributo quod vocant Itali Gabellam, & nostri Alcauala, vel pecho, vtiq; est vsurarius hic contractus. Quandoquidem ex vi mutui, mutuans reportat lucrum, scilicet, intermissione, vel relaxationem obligationis ad Gabellas soluendas, verumtamen si quis iam exstitit obligatus ad aliquod præstandum opus, quod illi mutuo detur vt possit exequi suam obligationem mutuo antiquiorem immunis est ab vsura. Exemplum accipe, est mihi agricola obligatus ad colendum rura mea, casus incidit inopia, quia non habet pecunias, ex quibus emat boues, & aratra & alia utensilia colendis ruribus meis necessaria, si ego mutuo vt emat vsuram non committo, secus autē, si ante obligationem, ego mutua rem vt eum obligarem ad colendum rura mea, etiam ex iusta alioqui conductum mercede, quia esset vsura, vt prædiximus, de molendinario, vnde iam patet responso. 4. argumento. Item dicendum, de eo qui mutuat alicui domino, vel principi temporali, vt sibi concedat seculare aliquod officium, siquidem qui mutuat, iam tenetur vendere officium ex pacto mutui, aut si non vendit tenetur concedere officium, ideo vsura est, quia huiusmodi obligatio, vt non semel diximus est æstimabilis pe-

unia, Syluester tamen verbo vsura, i. quæst. 18. distinguit ex aliorum quam ipse probat sententia, vel iste mutuans, intendit principaliter lucrum ex officio, vel honorem, si primum tunc est vsura, si vero secundum, tunc non est vsura, quia principaliter non intendit lucrum. At vero, siue intendat principaliter, siue non, nihil refert in proposito, siquidem satis est, quod reportat lucrum ex vi mutui. Quid quod si donamos nihil officij huiusmodi habere lucri, sed solum honoris prerogatiua fulgere, honos huiusmodi, item est æstimabilis pecunia. Multi enim vt nobilitentur à rege, multum pecuniæ solent expendere. Et aliquando apud nostrates nobilitas, quæ vocatur Hispani, *hidalgia*, vendebatur, multa pecuniæ exhausta summa, verumtamen, etsi hic contractus est vsurarius, quod iste promotus ad officium, lucratur ex suo officio, nulli est obnoxium restituendum, quia merces est suæ administrationis, vt etiam, quod molendinarius, ex opera sua parauit molendino frumenta suum fecit.

¶ Cæterum vt obligatio mutuatarij pistoris, est quæ obligat mutuante, ad restitutionem iuxta arbitrium boni viri, ita & obligatio ad concedendum officium ex qua vel dominus particularis, vel princeps, vel reipublica, fuit obligata ex mutuo, (quia est iniusta obligatio,) resarcienda est eius iniuria, à mutuante, vel pecunia, vel quovis alio aptiore modo, quo viri boni duxerint, aut modo quo ipse obligatus, sibi factum satis, commodius esse duxerit. Quod si hæc obligatio perpetua statuatur, soluenda est eius perpetuitas: cæterum si non fuit nisi vt semel concedat officium, non eget solutore, quia se soluit, transeundo. Si querit aliquis num qui officium vsurarie accepit tenebitur resignare? Siquidem vsura restituenda venit, igitur & officium ex vsura prædicta partum resignandum. Respond. quod si pactura fuit expressum, aut tacitum, resignandum est item si credit mutuans, quod sibi datur ex obligatione mutui. Secus si ex obligatione naturali.

¶ Sed quid si quispiam mutuat agricolæ vt obligetur ad annum, vel ad biennium, vel ad aliud tēporis spaciū, & ipse

Nobilitas
pecunia paratur ideo
pecunia est
æstimabilis.

mutuans etiam se obligat, per idem tem-
poris spacium retinendi cum in sua, agri-
cultura? Nunquid istud est vsura? non ar-
bitror. Siquidem æqualitas est in contra-
ctu isto. Namq; obligatio est vtrumq; &
altera, alteram æquat. Quocirca mutuans
nihil reportat lucri ex obligatione agri-
colæ, quia si hic orbatur libertate ad col-
endum alia rura vnde forte victitet me-
lius, ite & ille orbatur sua libertate, vt nõ
possit, aliam agricolam forte meliorem
sibi parare, aut cessare a cultura agri, se-
cus longe est in alijs casibus relatis vbi
obligatio solum est in mutuuario.

¶ Et quidem, si officiu esset sacrum, qui
mutuo daret episcopo, vt cõcederet etiã
digno beneficium, vel ordinem vtiq; ef-
fet simonia, vnde videtur in presentia,
quod item sit vsurarius contractus præ-
habitus.

Differitur
contractus
primo pro-
positus.

¶ Porro, contractus primo propositus
mihi videtur vsurarius, contra Almain-
iam citatum, siquidem, qui habet panẽ
non tenetur gratis illi dare panẽ, neque
propter mutuum, quia sufficit ei vende-
re panem habenti pecunias vnde emat,
ad mitigandam suam famem. At forsan
alius casus vrgeret vehementius, videli-
cet. Accepi à Petro, centum mutuo, solu-
tus horum centum accessione, scilicet
decem, deinde in stat Paulus, vt illa
centum sibi etiam mutua dẽ. At ego nõ
mutuabo, nisi eo modo, quo accepi mu-
tuum, vnde dicam Paulo, mutuabo qui-
dem, sed soluẽ illa centum cum sua vsu-
ra. Siquidem ego sum soluturus, quia eo
pacto accepi, quo vsuram decem essem
soluturus, casus hic est quibusdam solu-
tu difficilis, at vero mihi videtur non ad-
modum dubius. Siquidem reputo hunc
casum non esse vsurarium. Namq; Pau-
lo si ego do mutuo centum, possum me
seruare incolumem, seu indemnem ex
mutuo. Nullus enim tenetur mutua-
re suo damno. At vero, si ego dans mutuo
Paulo centum & sine vsura, à Petro mi-
hi imposita, damnum patior, quia soluo
vsuram, & non fruor mutuo. Quando-
quidem si fructus fuisset mutuo, quod
soluerẽ vsuram, esset vtrumq; ferendum
quia patior damnum vsuræ, propter so-
lamen mutui. Si autem mutuum transfe-
ro in Paulum, quod ille soluat vsuram,
nullũ grauamen illi infero, quia ea ratio

Casus qui re-
putatur dif-
ficilis.

ne mutuo, quia accepi mutuum. ¶ Obij-
cies, igitur qui accepi pecuniam ad vsu-
ram, poterit sicut accepi, ita dare, vtiq;
non sequitur, quod si accipio ad vsuram
liceat dare ad vsuram, sed quod si eadem
pecunia, quæ à me accepta est ad vsurã
alteri mutuetur, potest mutuari cum suo
onere, quod illi iniunxit mutuans, siqui-
dem ex hoc contractu nihil lucri repor-
tat mutuans. Nam decem quæ sunt vsu-
ra, non ego qui mutuo accipio, sed Pe-
trus, qui mihi mutuo dedit.

¶ Porro obseruandum est, quod in con-
tractu hoc nõ nihil veneni latere potest,
vt ex illis inã Alma. & alij apud Syluest.
ver. vsura. q. 20. Nãq; si ego Paulo mu-
tuo, obligando eum vt teneatur illa cen-
tum, quæ ego mutuo à Petro accepi, cũ
vsura sua, det Petro, tunc videtur vsura-
rium, quia ego refero ex vi mutui, obli-
gationem quam impono Paulo restitue-
di mutuum, cum vsura.

¶ Ceterum mihi huius veneni latentia
non patet namq; stipulatio hæc, vt ait
Archidi. non est vt vsurarum, sed vt dan-
num, euitet mutuans in. c. vsura. 1. 4. q. 3.
supponimus enim quod non facit mu-
tuans ex alio respectu & ratio est, siqui-
dem si obligationem impono Paulo, solu-
endi mutuum cum vsura Petro, tollo
ab eodẽ obligationem soluendi mihi, ideo
ex hoc nihil damni suscipit, quia permu-
tatur obligatio: forsan hæsitat, obligatio
mutui dicens, certa est, quia mutuarius
tenetur reddere quod mutuo accepit, at
obligatio ad vsuram est iniusta, igitur
non est iniungenda. Respon. quod obli-
gatio ad soluendum mutuum cum vsura
non est iniusta, quia hoc accipere ad vsu-
ram non dare, vnde quia obligatio quæ
imponitur est ad soluendum, ideo non
est iniusta.

¶ Etiamnum hæsitat aliquis, & quid si
mutuat quispiam, & in securitate mu-
tuit, quia nihil fidei mutuuario, petit
pignora & deinde pro cultu pignorum,
& pro conseruatione, & custodia exi-
git aliquid vltra sortem? Namque vide-
tur hic contractus abhorrens ab vsura.
Siquidem, non ex vi mutui referet mu-
tuans vltra sortem, sed solum propter cu-
stodiam pignorum, & eorum conserua-
tionẽ, à fure, à tinea, &c. Resp. distinquen-
do quædã esse pignora non fructifera vt
vasa

In. 4. d. 15.
q. 2.

De mutuo
sub pigno-
re.

vasa aurea, vel argentea, vel pretiosa ve-
stes, & alia his similia. Alia vero sunt fru-
ctifera, vt vinea, agri, pomifereque arbor-
res, & alia hoc genus fructus feracia. Et
quidem de primis pignoribus mihi esse
confessum videtur, esse propositum casum
vsurarium. Etenim et si mutuans pro-
fiteatur, non ex vi mutui esse recipere vltra
sortem, re vera recipit. Quandoqui-
dem, propter custodiam pignorum ni-
hil reterre potest. Nanque sibi incumbit
ca illata asseruare. Quia in pignoribus
illis constituta est securitas mutui. Quæ
maior est ex pignoribus, quam ex fide-
iussoribus vt supra indicabam, quando
de monte pietatis differabatur. Cum igitur
sibi hoc incumbat, non poterit ali-
quid referre eo quod sua interest pigno-
ra seruare. Quod si obieceris, quid ergo
differendo de monte pietatis, diximus,
ministros montis, propter asseruationẽ
pignorum mutuatariõrũ posse aliquid
spondij deferre. Dicendum contractũ
montis esse diuersum ab hoc. Quia illic
ministri custodientes pignora seruati
non sibi, sed bono publico, ideo mercedem
referre possunt, nunc autem, custo-
diens suam rem agit, non boni publici, si
vero fructifera sunt pignora, tunc vulga-
ta est distinctio, si fructus cõputantur in
sortem, & id temporis, non est vsura, aut
non computantur, sed mutuans potitur
fructibus pignoris, & item forte tunc ma-
nifesta est vsura, siquidem capit fructus
vltra sortem vt liquet ex cap. cõquestus.
de vsuris. id quod intelligi debet dedu-
ctis expensis. Nam si mihi pro centum,
quos mutuo dedi datur in pignus vinea
totum quod expensum est in culturam
vineæ deducendum est, cuius loco fru-
ctus sunt computandi vltra sortem, quia
ista computatio est ratione expensarũ.
Et hac ratione glossa intellexit capitulũ
præfatum conquestus. in. l. autem. 5. tit.
6. lib. 8. Recopil. de re hac ita decernitur.
Ducatur pro cõtractu vsurario qui emit
rem aliquam, pro certo pretio, cum pa-
cto de retro vendendo, id est reddendi
eandem rem quando idem pretium red-
datur hoc enim vocatur pactum de re-
tro vendendo sub hac tamen conditio-
ne, quod rei possessor tantisperdũ possi-
det fruatur fructibus eius, & quod non
possit res hæc semel empta, auferri intra

Custodia
pignoris p
mutuo non
semper de-
meret ac-
cessionẽ.

certum tempus. Cui legi continuo se of-
fert obiectio, etenim in. l. 4. tit. 5. Pat. 5.
pactum retro vendendi probatur, tan-
quam licitum. Igitur si Petrus vendidit
Paulo fundum suum, ea lege, vt quando
reddiderit pretium, redeat quoque fun-
dus in suam possessionem, et iustus con-
tractus, & oblato pretio, regreditur pos-
sessio in primum dominũ, vt olim apud
Iudeos erat regressio possessionum di-
stractarum in primos dominos sub an-
no iubilæi. Si ergo contractus cum pa-
cto de retro vendendo probatur legib;,
& est iustæ venditionis contractus si iu-
stum pretium non excedit consequens
est, fructus huius fundi sine vsuræ vitio
decerpendos esse à domino secundo sua-
di, quandiu est dominus eius, siquidem
fuit contractus venditionis, & venditio
transfert dominium in emptorem, et si
dominus rei est, si non quo ad directum
dominium certè quo ad vtile, igitur fru-
ctus facit suos, quia igitur ratione, decer-
nit lex primo relata, esse vsurarium: Res-
pond. Quia casus primæ legis indicatæ,
et si videatur contractus de retro vendẽ-
do, non est tamen, nisi contractus pigno-
rationis. Et ideo est ficta venditio, & em-
ptio. Emptor enim huiusmodi non intẽ-
dit emere rem, sed potiri fructibus eius,
vnde contractus habet, quod emptor
quandiu possidet, possit potiri fructib;
eius, & quod rei possessio, non possit re-
dimi, nisi vsque ad certum tempus vnde
videtur esse cõtractus pignorationis ve-
rius, quam emptionis contractus. Quo-
circa contractus huiusmodi apte re-
probatur ceu vsurarius, siquidem fructus
pignoris, recipit emptor vltra capitale.
Et in huiusmodi cõtractibus pignora-
tionis, sæpe occultitur vsuræ vitium, vt verbi
gratia, si quis recipit mutuo centum, &
in pignus dat domum suam, valentẽ cen-
tum & decem, at ea ratione suscipitur in
pignus à mutuaute, quod si elapso anno
mutuarius non soluerit receptis fructi-
bus vltra sortem, domus transeat in do-
minium mutuantis. Qui contractus secũ-
dum se illicitus est. At si fructus subdu-
cuntur cõtractus licitus est, quia ex pec-
na conuentionali decem debentur, ex
quibus domus valor, superat mutuum
supponimus enim domum solum valere
centum & decem. At vero, potest iste

Cõtractus
de retro ven-
dendo pro-
batur.

Leuit. 15.
Num. 36.

Il. quarun-
dam cõcor-
dia.

contractus iniuri in fraudem vsurarum. Nanque si acciderit, quod mutuans bene nouit quod mutuarius non erit sol uendo, ideo hanc imposuit poenam, est contractus vsurarius. Item contractus est vsurarius, si fructus domus, non com putauit in sortem vt prax diximus.

Casus de pignoris do talibus.

De pignoribus autem dotalibus am pla est quaestio, an si focer, genero in pi gnus non soluat dotis, tradit vinea, vel fundum, &c. gener faciat pignoris fru ctus suos, tantisperdum non soluitur illi constituta dos. Etenim cap. salubriter. ex tra de vsuris, licitum esse contractum vi detur decreuisse, tribuens rationem, istud licere in fauorem matrimonij ad susten tando onera eius, scilicet, ad alendum vxo rem, & familiam: vero. c. conquestus. ibidem fructus pignoris esse computan dos in sortem facile decreuerat, vt dudum tradebamus extra casum feudi. Et quide difficile videtur decretum capit. salubri ter. siquidem dos assignatur propter onera matrimonij. Et generi interest, discerne re, si dos sat est pro huiusmodi ferendis oneribus, an non sat sit. Quod si non sat est, ipse tamen fuit contentus & ab solutus, sibi imputet, quod si sat est, quorum fructus leuabit pignoris ex isto enim videtur nouam velle sibi pa rare dotem siue geminam ferre do tem, cum tamen vnica dote, non dua bus sit inuendum matrimonium. Dice re autem vt Iurisconsulti quidam credunt istud esse priuilegium matrimonij vt ait, Bal. qui in rubrica. C. de vsuris. Dubitans enim, an si aliquis, det genero summam pecuniae, quam illi debebat, focer & gener det illi pignus dotale quod ex focero habebat an ille tertius itidem referre possit fructus pignoris, sicut & gener re ferebat. Siquidem videtur, quod fruatur ille tertius, eodem priuilegio, quo & gener fruatur ex fructibus pignoris.

Baldus no probatur.

Respon. in sciendo. Quoniam mutata persona mutatur priuilegium, quoties persona est causa immediata priuilegij. l. i. c. de impo. lucra. deser. Porro autem, contra Baldum est, quia si referre fructus est priuilegium generi, igitur est priuilegium generi duplicem referre dotem, si quidem saepe fructus etiam superant do tem.

Impignora tio transfert dominium.

Præterea, impignoratio est contra ctus, non transferens dominium. Quan

do dominium directum & vtile pignoris semper relidet apud dominum pignoris. Vnde qui habet rem sub pignore, ea no potest vti ad suos vsus, vt fauente Chri stio, suo loco quando de pignoribus, se infinuet tractatio differret, cum ergo pignus huiusmodi, sit focer, & non geni eri, necesse est quod fructus sint focer, & non generi, siquidem fructus rei illius sunt qui habet dominium saltem vtile supra re, quid quod si vtrumque habet, & directum & vtile. Præterea Papa in. c. salu briter. non videtur ex priuilegio dixisse generum facere fructus suos pignoris, neque enim ibi de priuilegio agitur, aut priuilegium conceditur. Imo, genero esse debitos potius insinuat, ad ferenda onera matrimonij, si ergo sunt debiti, ppter onera matrimonij, ex iustitia debentur, no ergo ex priuilegio, vnde neq; proba quod Ioannes a Methina in opusculo de vsuris ait, quod gener fructus rei pignoratæ facit suos, quia præsumitur focerum eos donasse. Quandoquidem ca pitulum indicatum insinuat hos esse debitos propter onera matrimonij, si sunt debiti, siquidem vir ex debito tenetur alere vxorem & familiam, non ergo do nantur, quia quod debitum est ex iusti tia non eget donatione. Syluester verbo vsura. 3. q. 1. fas esse genero fructus re ferre pignoris concedit, si quatuor ob seruentur.

Methina re fellitur.

Primò quod gener sustineat onera ma trimonij, quia si non sustinet, non alen do vxorem, & familiam, nefas est.

cap. salubri ter. de vsu ris. limita tur iuxta conditiones.

Secundò quod promissa sit dos abso lute. Nanque si promittitur ad terminum certum, manifestum est, quod focer non soluendo non est in mora. Neque ante terminum debetur solutio dotis gene ro, vnde neque potest referre fructus ex pignore, si forte illi conceditur haben dum, pro tempore solutionis, si non soluatur.

Tertiò quod fructus pignoris onera non excedant, quia si excedunt vsurarium est, referre huiusmodi fructus. Siquidem causa cessante cessat effectus, at fructus conceduntur, propter onera, si ergo ex cedunt fructus onera obnoxij sunt resti tutioni.

Quartò, quod fructus sint incerti, & subditi fortunæ casibus. Verumtamen

Sylue-

Syluester. q. 2. non hanc vi tam habuit conditionem, sed illam indi cat ex Ioanne Andrea, & alijs Iurifcon sultis, quos ibi citat, quibus fuit confes sum non licere cum focero pacisci gene rum, quandiu non soluitur dotis pecu nia, vt detur sibi certa per centum esse lu crum hoc pensiois, at vt ro cap. salubri ter. de fructibus possessio num loquitur, qui suat dubij, quia multis casibus sub duntur. Nam vineæ sepere vredine mar cescunt, & agri sterileseunt, & domus rui nam patitur, aut diu ma net sine locante habitatore, ideoque propter hoc dubium ait, præcitatum capitulum, quod fructus non sufficiunt frequenter ad ferendum matrimonialia onera, de qua re sub hæc differret. Adrianus autem. q. de restit. in. 4. in cap. illo cui est iniuria, sed dubium videtur, item hanc reprehendit Ioan. An dra. sententiam à qua alij Theologi etiã discedunt. Verumtamen, si a aliis prio res conditiones, reducimur, stylum, vti que eas non esse æquabiles reperimus. Enimvero prior conditio vera esset pa cta quæ iniuri possunt, inter focerum & generum, de non ferendis fructibus pi gnoris essent iniustas, quia diceret gener, non esse standum pacto, quia fructus sunt sibi debiti ad ferenda onera matrimonij, nisi ipse expressè cessisset suo iuri.

timam proba alijs Iurifcon sultis fuit confes sum non licere cum focero pacisci gene rum, quandiu non soluitur dotis pecu nia, vt detur sibi certa per centum esse lu crum hoc pensiois, at vt ro cap. salubri ter. de fructibus possessio num loquitur, qui suat dubij, quia multis casibus sub duntur. Nam vineæ sepere vredine mar cescunt, & agri sterileseunt, & domus rui nam patitur, aut diu ma net sine locante habitatore, ideoque propter hoc dubium ait, præcitatum capitulum, quod fructus non sufficiunt frequenter ad ferendum matrimonialia onera, de qua re sub hæc differret. Adrianus autem. q. de restit. in. 4. in cap. illo cui est iniuria, sed dubium videtur, item hanc reprehendit Ioan. An dra. sententiam à qua alij Theologi etiã discedunt. Verumtamen, si a aliis prio res conditiones, reducimur, stylum, vti que eas non esse æquabiles reperimus. Enimvero prior conditio vera esset pa cta quæ iniuri possunt, inter focerum & generum, de non ferendis fructibus pi gnoris essent iniustas, quia diceret gener, non esse standum pacto, quia fructus sunt sibi debiti ad ferenda onera matrimonij, nisi ipse expressè cessisset suo iuri.

Rursus, dos ad hoc assignatur videli cet ad alendam vxorem, & prolem, igitur fructus pignoris no est necesse quod ad hoc debeantur. Præterea si dixeris, quod forte dos no sat est, obijciam quia vel gener sciens, & volens dote huiusmodi fuit contentus, & ita non poterit proferre malus in fru ctus pignoris sed ipse tenebitur suo labo re ferre onera matrimonij. Quandoqui dem scienter, & spontè voluit dotem no sibi sufficientem. Nanque si sponte acci peret vxorem non dotatam, vt Lacedæ monijs erat in vsu. 2. Polit. c. 6. tenebatur eam alere ex suo patrimonio, vel labore. Siquidem hoc est Aristoteli. 2. œcono. cap. 4. iustum œconomicum, quod vir paret suo labore quæ sunt necessaria do mu alenda, & quod vxor ea seruet, & ideo vxori vt seruatrici, debentur alimē ta, & non solum hoc, sed etiam ex partis à viro bonis medieta. Si vero, dos suffi ciens est ad alimenta iniuste facit, acci piens fructus pignoris. Quod si dixeris bene colligi, si continuo daretur dos, at casus est si differatur, & tunc vera vide tur conditio, vti que vera si fructus gener carpens, computat in sortem: siquidem in vt diximus pignus est focer, ergo illi fru ctificat, & non genero, nisi expressè fru ctus donaret genero focer, quandiu non soluitur dos.

fit.

fit, duo millia tenetur dare solummodo, ergo si ad duo millia se produxerant fructus pignoris, istis debet esse contentus gener. Quod si iam consumpsit, cum tenetur ad reddendam dotem, dabit vxori allunde ex bonis lucrativis sub matrimonio vel alias & isti implenti dotem satisfacti fuerit. Neque officit, quod tenetur dotem integram soluere siquidem, integre soluere potest computando fructus. Si vero non implet, quod deficit ex fructibus, pignoris, supplebit ex erumena. Quod si dixeris, si duo millia continuo darentur, posset gener emere possessiones fructiferas, aut negotiari, & lucrari, at quia non est soluta dos accepit pecunias gener, ad usuram pro supplenda indigentia, unde damnata est passus, & propterea poterit capere fructus pignoris, & non computare in sortem, vt se in dampnem seruet. Hoc sane verum est, & hoc est quod communis decernit opinio; ob has causas fas esse genero facere fructus pignoris suos. Quantum tamen exigit ratio lucri, vel damni, & non amplius. Et hoc modo intelletum voluit Theologi capite salubriter. Quamvis si volebat emere possessiones fructiferas, si tantundem ex fructibus reportat pignoris, non fit illi iniuria.

q. 31. de cō
tract. d. 1. §.
q. 11. d.
§. 4. q. 2.
in 4. de re
stitu.

¶ Porro autem, etsi videam, hanc esse Theologorum Conradi, Gabrieli, Almaini, Adria. communē intelligentiam, non tamen video, apte ex hac intelligentia satisfactū istis, capiti commemorato. Siquidem cum in eod. tit. c. conquestus, fructus pignorum esse deducendos in sortem, tradatur, & dein in c. salubriter, cum de matrimonio agitur, non esse computandos in sortem, doceatur quod Hispanē dicitur: *Que no se han de descontar*, videtur ex collatione horum textuum, aliquā specialitatem esse in pignoribus fructiferis dotalibus, quæ in alijs pignoribus non extat. Erratio specialitatis exhibetur in textu, quia frequenter fructus dotis non sufficienti ferendis oneribus matrimonij, Quod autem interesse, sit soluendum vltra capitale omnibus contractibus est commune, si interesse in illis interueniat. Quid quod ratio textus aliquid speciale docet, scilicet, quia frequenter dotis fructus non sufficienti, &c. quæ ratio in alijs

contractibus, non habet locum, in quibus matrimonij onera non sunt ferenda. Guido autem Papa tractatu de usuris numero. 7. loquitur de huiusmodi casu dicit, quod gener pro dote non soluta potest referre pignoris fructus, & subdit, & ibi debentur fructus pro interesse, & non pro usura, unde videtur idem sapere, atque Theologi, quod debentur pro interesse. Eciuri sciuilis consulti, probulē dicunt, quod fructus quanticumque sint debentur, & cedūt lucro mafiti, pro oneribus matrimonij. pro oneribus. C. de iure dota. At vero Carolus Molinensis, hoc verum esse credit de fructibus, non tamen usuris conuentis dotalibus in libro de contract. usura. & commerciorū. Nu. 374. Distinguit enim hum. 495. inter usuram dotalem & fructus fructus enim, procedunt ex corpore, at usura est accessoria, quia solum procedit ex obligatione, factetur igitur quod fructus quanticumque debentur, non tamen usura quanticumque conuentæ, sed solum, beses, verbi gratia, promittitur in dotem alicui mille ducentorum summa, nō soluitur interim quod est in soluta, paciscitur socer cum genero, quod dabit, ad rationem octo pro centenario quæ est usura hæc putat esse licita, quippe quæ cōcessa est, ex lege Romana. At vero, cum sine fructus sine usura, vt hic doctor loquitur nō sunt referenda à genero, nisi pro oneribus matrimonij & onera sunt differentia, nam tempore quodam, maioris sumptus sunt onera, quam alio tempore, & vt ita dixerim sunt onerosiora, conseqens est, quod, si aliquando satis est, ad rationem octo pro centum, ad ferenda onera, alio tempore quando venalia sunt cariora, non sufficit vnde videtur, quod pari passu currant, & usura ista & fructus, vocat usuras, impropre, vt modo est in vsu solum malas appellitare usuras, at consuetæ diffinitio Romani sermonis (vt supra ditum est) etiam quamcumque accessio nem usuram appellare. Ceterum vt res hæc tibi sit promptior primam accipe conclusionem.

Prima conclusio.

¶ Prima conclusio, gener pro ratione interesse, potest referre fructus, & nō computare eos in sortem, hæc est aperta præhabitis.

¶ Secunda

Secunda conclusio.

¶ Secunda conclusio, gener ex pœna cōventionali, si non sit solum in termino, potest præter capitale pignoris referre fructus, vt si cōueniant inuicem socer, & gener, si intra annum non soluero dotem tibi, fructus pignoris tuos esse facito, quousque soluam, hæc item aperta est ex præhabitis.

Tertia conclusio.

¶ Tertia conclusio, fructus pignoris, possunt non computari in sortem, quando expensæ factæ sunt in colendis pignoribus fructiferis, item hæc est perspicua. Nam expensæ huiusmodi, non debent fieri gratis, sed ex fructibus pignoris colendum est pignus.

Quarta conclusio.

¶ Quarta conclusio, item si pignus egeat alia quavis administratione, vt verbi causa si princeps, tradens nuptui filiam, illa dotauit, magna pecunie summa, & interim quod est insoluta, genero dat pro pignore oppidum aliquod. Si hoc oppidū iustitiæ administrationem sortitur à genero fructus oppidi computabit in suos, & non deducit eos in sortem. Nanque propter opus administrationis, & regiminis curam, tributa dantur principibus, & propter defensionem, & tutelam ab hostibus fructus igitur oppidi, vel census, seu redditus qui constituti sunt propter huiusmodi regimen, tribuendi rectori, aut principi hæc poterit referre gener, si tamen tota administratio illi incumbit. Si vero pars incumbit, referre pro rata licebit. Nanque hic gener non refert fructus propter dotis dilationem, sed propter administrationis laborem. Sicut etiam, si mutuauit princeps principi, magnam numerum copiam, & quandiu esset insoluta, esset illi in pignus oppidum quoddam si administrat mutuanus oppidum huiusmodi potest sane referre oppidi redditus constitutos pro administratione, quos solebat mutuarius referre. Et iste contractus liber est ab usura. Quia fructus non sunt pretium mutui, sed laboris. Quod si conuentum fuisset ad hanc rationem, constituto tempore non fuerit in solutum mutuum, oppidum sit tuū idem potest esse contractus iustus, modo oppidum non multo ex celsu excedat mutuum. Tunc enim pœna esset valde iniusta, & inter iniusta. Nam si mutuum summa data centum, in illa ducatorum, & oppidi valor, est tercentum

¶ Quinta conclusio.

¶ Sexta conclusio.

Pignoris fructus licet referre, propter pignoris regimen si illo eger.

¶ Septima conclusio.

millia, contractus factus est in fraudem usurarum, aut est iniusta venditio vt ex dictis patet.

¶ Quinta conclusio, propter solam dilationem solutionis dotis, gener referre potest nihil. Hæc item est promptissima quia neque anticipatio temporis, neque dilatio sola promerentur inter usurarium, id est, commodum aliquod, temporale: esset enim hoc inter usurarium, vsurarium. Istud autem inter usurarium seu interesse, vel accessio, quoddam vocant iurisperiti momentaneum, quod nunquam debetur nisi ex mora debitoris, quæ sit culpabilis mora. Aliud vocant promiscuū, & successiuum, quod citra moram, & culpam, seu dolum debitoris debetur ex pacto, vt quando pactum est inter mutuam, & mutuatarium, vt mutuo dabo tibi, si tamen lucrum quod est mihi paratum, cessaturum ex tua causa, solue ris mihi. Item ex pacto soceri, & generi, &c. Primum inter usurarium tradunt habere locum in contractibus stricti iuris, & bonæ fidei, secundum dicunt non habere locum in obligationibus stricti iuris, nisi ex pacto.

¶ Quinta conclusio.

Inter usurarium interesse accessio commodi temporale.

¶ Sexta conclusio, gener potest referre fructus pignoris fructuosos, non deducendo eos in sortem, quando dotis insufficientia illud postulat, hæc videtur colligi ex cap. salubriter, indicato iam. De cuius intelligentia, magna est doctorum dissensio, vt est videre apud Doctorem Nauarri in comm. suis de usura, pag. 37. numeris multis vsque ad 77. quæ referre piget quia ipse luculenter profæquitur.

¶ Porro, illis misis, mihi plana capitis prædicti intelligentia hæc est, videlicet si socer tantum soluit dotis partem genero suo, & pro residua soluenda, pignus tradit vtendum fructiferum genero suo, vt inde suppleat dotis defectum, vt possit ex parte dotis soluta & ex fructibus pignoris, quandiu reliqua dos non soluitur, se & vxorem & familiam alere, tunc fructus huiusmodi, supplet vicem dotis soluendæ, ideo non debent computari in sortem. Nanque vt fructibus, dotis potest frui gener. Alia tamen dotis quippe quæ integra debet perseruare, ita etiam poterit fructibus pignoris frui, salua dote. Atqui si computarentur in sortem, iam dos non esset salua, sed potius dimi-

Intelligentia textus salubriter.

¶ Quinta conclusio.

¶ Sexta conclusio.

diminuta. Quia igitur dotem maritus non potest diminuire, sed incolumem obligatur seruare: inde est, quod fructus huiusmodi non sunt extrahendi ex dote. Ideo ait cap. quia frequenter fructus dotis non sufficiunt ferendis oneribus matrimonij, ideo fructus pignoris computandos in sortem non credimus. Vnde infertur, quod si tota dos conceditur de qua contentus est gener pignus non esse necessarium, vnde si primo datum erat pignus fructiferum ex dotis insufficientia, dein vero si soluta dote, adhuc gener referat fructus, quos non computat in sortem, restitueret tenetur quod plus tulit.

¶ Porro autem, adhuc est obseruandum dotem non nunquam constitui; in pecunijs, aliquid in fundis, iam vero in vitro que. Præterea considerandum, huiusmodi dotes, si differantur & non soluantur ad tempus placitam, ex dilatione accidit saepe deponere suum priorem valorem. Namque si fundus, vel domus signatur in dotem, & non exhibentur continuo; aut tempore statuto, sed dilatatur & prolongatur solutio, accidet forte quod tempore solutionis, quod valebat mille, valeat minoris multo, idem de pecunijs censeto, si tempore statuto soluerentur ex illis poterat gener negotiari, si negotiator est, & parare sibi lucra vnde sufficienter sibi & suis consuleret: at vero, quia tempore condicto non sunt soluta, forte ad usuram accepit ad negotiationem ut sibi prouideret, & huiusmodi interosse ex pignoris fructibus poterit referre: quia seruare poterit in dote.

¶ Aut si non hoc accidit, poterit interim ex fructibus pignoris onera supportare matrimonij, salua tamen sibi promissa dote, vnde de matrimonio l. 1. §. 1. dicitur: *si non est negotiator gener, sed otiosus legit, si tempore condicto aut statim soluerentur dotalis pecunie, posset ex eisdem emere vineas, vel oliueta, aut domos, villas, prætios, quam quando soluntur, vnde damnus fit quod suffinet ex dilatione solutionis dotalis, quia focer est in mora soluendi, restitueret tenetur damnus, quod ex fructibus pignoris, poterit etiam gener hoc damnum reparare adempto de cessante iero. At huiusmodi damna aliam habent rationem,*

quam matrimonij onera, & ideo non solum pro supportandis illis fructus pignoris non sunt computandi in sortem, ad dotis supplementum, sed etiam pro reparandis illis, si aliunde non reparatur. Porro de damno agi non potest, tantisper dum non in mora est focer solutionis dotalis: at vero de alimentis & oneribus, supportandis statim agitur ab initio matrimonio, ideo, si pro non soluta dote, exhibitum est interim fructuosum pignus ferendis oneribus matrimonij, tunc licebit fructus pignoris non computare in sortem, quantum sat fuerit pro oneribus supportandis prædictis. Quibus supportandis dos est instituta. C. de iur. do. pro oneribus. Quod si in principio putata fuit insufficientis, nihilominus gener ut precibus foceri annueret, eam suscepit, etiam tunc poterit leuare gener fructus pignoris, ut quibusdam aridet, siquidem dotem habuit insufficientem, quam non sponte suscepit, sed ad preces foceri, & ad hanc rationem, verba capituli prædicti referri etiam possunt, at vero ego non video, qualiter hoc verum sit. Namque si duxit gener esse dotem sufficientem, quæ aliàs erat insufficientis, verum propter preces foceri, eam probauit esse sufficientem, nullum igitur fuit datum pignus ad supplementum dotis insufficientiam.

¶ Septima conclusio, si pactum interueniat, quod ob nullam rationem gener ex pignore fructus referat, aut si retulerit deducat in sortem seruandum est pactum, nisi ex dolo factum fuisse comprobetur. Et quod de genero traditur, intelligas, de quouis marito, qui ab alio dotatur ut uxorem ducat, et si non sit pater vxoris. Nam is qui dotat, sit qui libet, ad hoc se obligat, dotando sceminam, ut exhibeat vnde matrimonialia onera ferantur. ¶ Quod si diuortium pronuntiatum ex mariti culpa, quæret forsitan aliquis, num separata vxor referet fructus pignoris ad supplementum insufficientiam dotis, utique referet, si tamen maritus non prestitit alimenta.

¶ Octaua conclusio, ex illis apparet specialitas quædam in matrimonij contractu, quæ in alijs contractibus non extat, siquidem in alijs nefas est, fructus pignoris fructiferi, non deducere in sortem, siquidem est usurarium: verum in matrimonio

Septima conclusio.

Octaua conclusio.

monio fas est ex dotis insufficientia. ¶ Porro autem si dos sufficeret, ex verbis cap. præcitatis, videtur generum non posse fructus facere suos præter sortem, ut etiam Syluester insinuat verbo vsura. 3. §. 2. Tertia inquit conditio: ut possunt referri fructus ultra sortem est, modo fructus onera non excedant: igitur si oneribus supportandis sat sunt. 50. at fructus sunt vt. 100. utique. 50. quæ restant non possunt referri ex pignore fructifero. Quapropter si gener illa retulerit, ultra referet quam sit oneribus exigentia, ideo tenebitur focero, aut hæredibus eius restituere, nisi focer expresset, aut tacite genero illa donauerit. Non autem est vsura si ex dotis insufficientia, referantur fructus, & non deducantur in sortem. Quoniam non referuntur ratione mutui, sed propter onera matrimonij. Verum si generum vellet focer alere & filiam, tunc cessat ratio referendorum fructuum ex pignore. ff. de dot. ex cep. l. pater. in principio. Cæterum si soluta fuit dos, & reputata fuit sine dolo, sufficiens, post modum vero ex casu post solutionem reddita fuit insufficientis, immunis est focer vel dotans.

¶ Nona conclusio ex pacto, vel ex patriæ consuetudine, aut statuto, mulier etiam defuncto viro, poterit ex pignore referre fructus non computando in sortem, donec dos sit illi persoluta, si tamen vidua mallet suam dotem sibi persolui quæ hocce referre fructus. Hæc est contra Ioan. de Lignano indicante. Adria. in. 4. de restitu. loco prænotato, nam ille credit in Clemen. vnica de vsura. tale statutum esse iniustum. Namque vidua defuncto viro, non fert onera matrimonij. Pater autem in cap. salubriter. verum esse credit non esse tunc referendos fructus, si casu accidat, mulierem tunc alendam fore ab hæredibus mariti defuncti. Et de munum quæ soluenda est dos integrè viduz, ab hæredibus mariti defuncti sine liberis, quando non fuerit soluta fructus poterit non deducere in sortem. Dos enim est vxoris, quando igitur non persoluitur integra, aut est alenda à iure hæredibus, aut ex fructibus pignoris donec ab hæredibus soluat illi constituta dos, illud pactum est iustum, & fas est referre fructus, & relatos non computare in sortem.

¶ Usurarius videtur animus viduz volentis magis referre fructus pignoris quam dotis solutionem.

¶ Quod si dixerit aliquis, & quid non fat erunt viduz vt se alat lucra quæ sibi contigerunt ex matrimonio: igitur non debet referre pignoris fructus non deducendo eos in sortem. Respon. lucra sibi deberi, quia sunt veluti patrimonium eius. At vero dos item sibi debetur à marito quo defuncto si non fuit dum viueret plenè soluta, hæredes viri eam soluere tenentur. Quocirca vel hæredes alere eam tenentur, si nolunt quod referat fructus pignoris, aut soluere dotem integrè. Quod si fructus computarentur in sortem illa computatio diminueret dotem quam integrè hæredes persoluere obligatur, & forte nulla sunt lucra vnde alatur vidua, aut si sunt ex eis non potest ali sufficienter pro ratione sui status at si sufficerent, non video vt fructus pignoris non esse tunc deducendos in sortem. ad argumentum Ioan. respondetur defuncto viro hoc restat oneris alendæ viduz ex sua dote.

¶ Similiter si pactum sit, quod tantisper dum non fuerit soluta dos defuncto marito, quod exigatur ad octo pro cætu, vel minus, vel amplius vt conuentum fuerit, quando dos constituta fuit in pecunijs, idem potest exigi, & exactum soluendum est.

¶ Hæc conclusio sulcitur in pœna conuenientiali, ex qua in pœnam culpe, quæ est ex mora debitoris contracta fas est huiusmodi intersuria referre, huic conclusioni subscribunt Innocen. & Hostiæ. in. c. salubriter. & Theologi idem testantur vt Adria. loco indicato, & Maior in 4. d. 15. q. 31. Gabriel. d. 15. 4. q. 1. idem videtur insinuare.

¶ At vero, quia cap. salubriter. solum loquitur, quando contractus dotis est inter generum & focerum, inde forsitan non est inutilis dubitatio, & quid si aliquis qui non est pater, vel auus puellæ dotata, dotauerit eam, siue ex consanguinitate, quia patruus est, aut ex amicitia, aut ex charitate, pauperem volens sceminam, tradere nuptui? num isti si in præsentem non habent pecunias tradendas marito à tempore consummationis matrimonij, & ideo illi hypothecant in pignus soluenda pecunie, vel domum, vel agros, num huiusmodi mariti, qui non sunt generi siquidem non sunt mariti filiarum, vt supponimus, vel neptis siquidem, & hæc

¶ si sufficiat dos ferendis matrimonij oneribus computandos in sortem fructus pignoris.

¶ Dicitur emergentia, & lucra cessantia ex dilatione dotis ex fructibus pignoris referri possunt.

¶ Sexta conclusio, si pactum interueniat, quod ob nullam rationem gener ex pignore fructus referat, aut si retulerit deducat in sortem seruandum est pactum, nisi ex dolo factum fuisse comprobetur.

¶ Octaua conclusio, ex illis apparet specialitas quædam in matrimonij contractu, quæ in alijs contractibus non extat, siquidem in alijs nefas est, fructus pignoris fructiferi, non deducere in sortem, siquidem est usurarium: verum in matrimonio

recensetur in sillam, num itidem referre fructus poterit, vltra sortem in casu insufficientiæ dotis prænotato?

¶ Sunt Iurifconsulti vt Fortunius, qui in sciuntur Innixus verbis capituli, referentibus solum generum, & focerum, sunt qui asserant, vt Nauarrus loco superius commemorato. At mihi Fortunij placitum, quod ipse Nauarrus indicat mihi est plausibilis. Si quidem si quis ex charitate dotat feminam ad matrimoniu, hoc sanctæ est elemosynæ opus neque tenetur, ad abundantiore elemosynâ, qui etiam ad priorem exhibendam non tenebatur, vt supponimus. Vnde non quia dotauit, tenetur ad ampliora, scilicet ad suppleendam insufficientiam dotis, ex fructibus pignoris, nisi aliud fuerit expressum ex pacto.

Decima conclusio.

¶ Decima conclusio, non solum gener potest aliquando iuxta prænotata in. 6. conclusione leuare fructus hypothecæ seu pignoris frugiferi, citra vsuræ labem, quin iuxta vulgatum iurisconsultorum placitum, dominus directus feudi, si receperit in pignus hereditatem, quam dedit suo vasallo in feudum, pro pecunia mutata, interim quod vasallus, non soluerit in tuto acceptum, potest dominus directus fructus hereditatis sibi parare, idemque in emphyteosi.

Quid sit feudum.

¶ Hæc conclusio poscit declarationem horum terminorum, feudum, & emphyteosis. Est autem feudum pensio quædam ex qua hereditas, vel fundus, &c. oneratur in professionem subiectionis ex qua manet subiectus, qui huiusmodi possessionem in feudum accepit, vt si dixerit dominus alicuius oppidi vel fundi, alteri, ego hoc tibi concedo & hæredibus tuis in perpetuam possessionem, modo tamen mihi pensionem, vel tributum quoddam tribuas in recognitionem mei dominij supra tibi traditam possessionem. Illa igitur pensio perpetua dicitur feudum, & extat titulus quidam de feudis in decretalibus pontificum epistolis.

¶ Est igitur feudum census quidam, vel tributum vel pensio perpetua, quæ penditur quotannis, siue ex vino, siue ex oleo, siue ex frumeto, siue ex quouis alia re, vt conuenit inter dominum, possessionis, & feudatarium. Ex quo contractu dominus feudi manet dominus prin-

cipalis, habens dominium directum in possessionem feudo obnoxiam, & feudatarius eiusdem possessionis habet dominium vtile.

¶ Est autem hoc dominium facultas percipiendi fructus ex huiusmodi possessione feudo obnoxia, directum vero dominium, est facultas priuandi feudatarium, dominio vtili si intra certum tempus, non pendit tributum, quod domino principali pendere tenetur. Item si feudatarius non præbet domino principali auxiliu, & fauorem, & consilium quando opus fuerit, imo obligatio ad hæc seruitia, Bal. lib. de consue. feu. putat esse propriu feudum. Aut si aliquid egerit contra dominum honorem aut dixerit, vt si coierit cum vxore domini, aut filiam coierit aut famam horum denigravit, &c. est tum facultas priuandi feudatarium beneficio sibi concessio, vt extat libro. de feudis.

Dominium directum dominium vtile.

Feudus propriu est personale seruitium.

Emphyteosis vero, idem est, quod impletio, vel potius in fitio, à verbo *emphiteosis* id est infero. Nanque huiusmodi contractus est quidam census insertus rebus immobilibus, siue fundis, siue domibus, siue hoc genus rebus. Nanque emphyteosis, semper constituitur super immobilia bona, & non super mobilia. Est igitur emphyteosis, contractus vt finitur. l. 28. tit. 8. Par. 5. Pactum super rebus immobilibus, vel re immobili, exhibito ad censum certum, quotannis per totum spatium vitæ eius qui recipit huiusmodi rem immobilem, vel etiam pro hæredibus eius, secundu quod inter dantem ad emphyteosim, & emphyteotâ conuentum est. Et demum est hic census perpetuus, vel ad vitam solum emphyteotâ, vel perpetuus etiam delatus ad hæredes emphyteotâ. Est autem emphyteota, cuius est soluere censum hunc, vel pensionem, vel tributum, vel aliâs vt malueris appellare. Sicut feudatarius est, qui soluit feudu. Differunt valde isti duo contractus, siquidem feudi contractus, non pertinet ad venditionem, quia si venditur feudum, non est feudum, oportet enim, esse feudum liberum à venditione, & emptione. At emphyteosis etiam videatur esse contractus locationis perpetuæ, quia datur fundus verbi causa ad emphyteosim, pro pensione quâdam pecuniæ perpetua quotannis soluenda vt si loco alicui librum

Conuentio, & diffinitio inter emphyteosim, & feudum.

in mensum, pro denario, cæterum, non est locatio sed potius venditio, quia emphyteosis transfert dominium, sicut venditio rei quæ venditur: non tamen locatio.

¶ Conueniunt autem & feudi contractus & emphyteosis. Quonia vtrobique, dominium solum vtile residet penes feudatarium, & emphyteotâ. Dominium autem directum residet penes dominum emphyteosis, & feudi. Si quidem in emphyteosi emphyteota potest re quæ habet sub emphyteosi vendere, vel distrahere, modo tamen, resciscat, hoc idem, dominus rei qui eam dedit ad emphyteosim. Nam hic postquam rescierit emphyteotâ velle distrahere rem quæ habet sub emphyteosi intra bimestre spatium, poterit arbitrari, si vult re habere eandem rem, quod si noluerit eam iteru habere, poterit emphyteota illa distrahere, modo, persona cui venditur vel distrahitur non fit potens, aut exemptus, ita vt dominus principalis ab illo non valebit, suam recipere pensionem: sed fit persona ex qua facile recipi potest. Tunc ex noua scriptura venditionis nouum pactu, instituitur, cum nouo emptore & tenetur emphyteota certam partem pecuniæ principali domino tribuere propter nouum pactu. Hæc ex. l. 29. vbi supra contractus vero feudi non est venditionis, siquidem emptor non tenetur ad seruitiu aliquod personale exhibendu venditori, ratione emptionis ad quod tenetur feudatarius vt diximus supra eum teneri, ad auxiliu & fauorem cum eo egerit præstandum suo domino principali. Rursus, contractus emptionis non obligat, ad honorandum venditorem verbo, & opere, sed contractus feudi ad hoc obligat, vt supra dictum est: vnde non est contractus emptionis. Accedit eodem quod feudatarius, propter suam ingratitudinem priuari potest à domino principali fundo sibi concessio in feudum porro, in contractu emptionis, non exigitur gratitudo sed iustum pretium. Indeque hæc omnia desiderantur in feudo, vbi nullum interuenit pretium, sed potius seruitium personale ad quod præstandum obstrictus est feudatarius quod diximus, est propriu feudum. In emphyteosi vero non personale obsequium, sed reale solum ex pecunia certa soluenda exigitur, ideoque

Contractus feudi non est contractus venditionis.

Feudum est propriu seruitium personale.

venditio potius est emphyteosis quam locatio, quia et si vtrobique, & in locatio ne, & in venditione interueniat pecunia, nihilominus emphyteosis transfert dominium vtile super rem, & non locatio, vnde emphyteota potest vendere rem quam habet ad emphyteosim, primum requisito domino, si hic noluerit eandem habere rem, at vero conductor non potest.

¶ Cæterum, contractus feudi, non est recensendus, inter contractus gratiosos, quippe qui est contractus onerosus, nanque datur fundus non gratis, quia esset donatio, & non est donatio, siquidem anaximum onus obsequij personalis, id quod aliquando potest pluri fieri quæ omnes fructus fundi à feudatario percipi, sunt qui dicant esse contractum innominatum scilicet do tibi fundum, vt mihi, & meis auxilium præstes, & verbo, & opere, &c. Cæterum, esse similem locationi personali facile dixerim. Est enim locatio realis, vt tibi loco equum meum in mensum, pro. 30. argenteis, & est locatio personalis vt tibi dabo centum argenteos si curiam regis concedas, & meam ibi egeris causam, & alia hoc genus sunt innumera exempla. Sic ergo feudatarius, propter fundum sibi datum agri verbi gratia, conductus est ad obsequia quædam personalia magni momenti præstanda. Si vero de feudo proprie sit sermo, exoritur obligatio ad quædam obsequia realia, vt prædictum est. Cæterum hæc locatio, diuersa est à locatione communi, quippe hæc est temporalis, illa vero est perpetua, & quia feudatarius habet dominium, seu possessionem civilem, & naturalem, at locatio non hæc fruitur possessione, item locatio non obligat, civiliter ad obsequia personalia exhibenda vt feudum. Nam feudatarius non solum naturaliter, sed etiam civiliter obligatur ad commemorata obsequia exhibenda domino feudi, vt ex dictis patet.

Feudum contractus non est contractus gratiosus sed onerosus.

Feudum est simile locatiõni vt emphyteosis.

¶ Istis ergo prælibatis, quæ exigebat conclusio prælibari ad sui declarationem, sciendum est, quod si casus accideret quod feudatarius fundum quem habet in feudum tradat in pignus propter mutuum domino feudi mutuantis, quod

quod huiusmodi fructus fundi, quæ mutuatarius referebat ex fundo, dominus feudifacit suos quando mutuum non soluitur secundum Iuriconsultos, si tria tamen considerentur obseruanda.

Tres conditiones obseruanda ut dominus feudifacit suos si tria tamen considerentur obseruanda.

¶ Primum est, quod dominus feudi vel emphyteosis, non referat solitam pensionem, sibi debitam ex contractu feudi vel emphyteosis, vel aliorum contractuum similibus. Nisi sponte hanc pensionem, feudatarius aut emphyteota uoluerit gratis donare. ¶ Secundum est, quod huiusmodi fundus, non melius habeat, quam prius habebat, quando sibi fuit traditus. Nam si melius habuerit, ex industria feudatarii, fructus qui ob meliorationem multipliciter proueniunt, sunt feudatarii, & non domini feudi. Intelligit, quantum ad eos fructus, qui proueniunt ex industria & opera feudatarii, etsi ad emphyteosim hoc specto commemorat Syluester verbo feudum. q. 30. Nanque fructus quos referebat prius antequam subderetur fundus feudo, illos dominus feudi facit suos, sed quid dicet aliquis, si dedit terram dominus feudi incultam in feudum, quam feudatarius sua opera fecit frugiferam? nunquid isti fructus erunt domini feudi, quando suscepit hanc terram in pignus? Et mihi videtur, hos fructus non licere referre domino feudi quædo transit in pignus terra hæc, sed tunc solum poterit, suam pensionem leuare, propter terræ traditionem.

¶ Tertia conditio est, quod huiusmodi fundus, libere concessus fuerit feudatario. Nam si feudatarius emit, huiusmodi fundum, fructus sunt feudatarii. Hæc conditio constituitur à Syluestro, verbo feudum. q. 30. ex summa angelica & fertur Nauarrus in suo Manuali cap. 17. nume. 218. verum super uacanea uidetur, si proprie loquamur de feudo, quia si emitur fundus, non est proprio feudo locus, siquidem feudum proprie non est contractus emptionis, ut supra dictum est.

¶ Probat igitur Iuriconsulti fas esse sub predictis conditionibus pignoris huiusmodi, leuare fructus, & quod usura non est in huiusmodi contractu. Quippe dominus feudi, quando recipit in pignus, quod in feudum tradiderat, iam tunc dominus directus sit dominus altero domino, quod se orbauerat propter feudum;

Nanque efficitur dominus ex dominio uti: igitur si leuat tunc quod suum est, leuando fructus non facit feudatarius iniuriam. ¶ Quod si obijciatur, quod si veritate istud constaret, consequens esset, quod durante impignoratione, nullus esset feudatarius, aut vassallus. Siquidem qui habebat feudum, modo sub impignorationis contractu, non habet fundum, neque fructus eius, neque pensionem soluit, aut obsequia præstat, igitur non est feudatarius. ¶ Secundo sequitur, quod non transit tunc fundus in pignus. Patet, quia dominus rei secundum utrumque dominium, & utile, & directum, non habet rem huiusmodi, in pignus. Siquidem habere rem in pignus excludit rei pignorationem dominium. ¶ Hæc argumenta diluuntur ex distinctione actus & potentie. Asserunt enim secundum actum non esse pignus, sed secundum potentiam proximam. Nanque soluto mutuo contractus feudi qui erat quasi ligatus, soluitur, & reuertitur eius operatio. Non est autem hoc placitum omnibus Iuriconsultis probatum. Siquidem Anania in c. 1. de feudis. non prorsus probatur, neq; Barbatio ibidem, etsi Hostien. & Panor. & communis sententia, contractus commemoratos, vsurarios inficietur esse, quædo dominus feudi, aut emphyteosis referunt fructus præter sortem ut ostensum est, quibus Syluester stipulatur, verbo feudum. 1. q. 29. ¶ Porro autem Theologis non est confessum itidem omnibus, esse immune ab usura referre fructus huiusmodi pignoris, non supputando eos in sortem. Siquidem Gabriel in 4. dist. 15. q. 1. ex sententia Henrici de Oita, inficiatur esse iustum huiusmodi leuare fructus non computando eos in sortem, sed potius esse meracam usuram. Nisi quando dominus fundi dedit fundum in feudum, istud deduxerit in pactum, quod quando acciderit, talem fundum propter mutuum in pignus tradidit, quod ipse directus dominus, possit interim frui fructibus, non oblato interea seruitio: iuxta cap. 1. de feudis. In hanc sententiam est Ioannes Maior in 4. dist. 15. quest. 31. & Gabriel loco citato, & Almain. &c. Et ratio est, quia pactum hoc iuste potest imponi, siquidem dominus feudi aut emphyteosis, propter officia feudatarii, ut gratiam referret, illi

Theologorum placitum de fructibus pignoris ex feudo.

concessit fundum sub feudo, & quia qui liber propriæ rei esse moderator & arbiter, concedens fundum ut gratus esset illius officijs, potuit etiam addere conditionem hanc, si uenerit fundus, hic in pignus meum, fructus eius non computabo in sortem. Quandoquidem si poterit, addere condiciones grauiiores, uidelicet, si mihi non præbueris auxilium, si me de honestaueris, &c. priuaberis fundo, cur non poterit etiam & pactum commemoratum constituere? At uero Iuriconsulti, sine huiusmodi pacto testantur fructus huiusmodi non esse computandos in sortem, ut dudum tradebamus.

Decisio.

¶ Et quidem docet cap. 1. de usuris. fructus non esse computandos in sortem, quando laicus detinet iniuste beneficii seu possessionem beneficii. Vnde si huiusmodi possessio, cõcedatur in pignus clerico cuius detinetur possessio propter mutuum, id temporis clericus fructus tales non computabit in sortem, quia percipit quod suum est. Siquidem fructus quos referunt sunt sue possessionis, secus esset si non esset possessio illius, quia tunc usura esset. Idem de laico esse dicendum cuius si possessio vel fundus iniuste ab altero detineretur, quia uidelicet tyrannice illi obtinuit, aut malo titulo possidet, si igitur accidat forte, quod huiusmodi fundus, propter causam mutationis pecunie pignorat, suo iusto domino, tunc poterit referre fructus, præter sortem, sine uitio usuræ. Quoniam refert quod suum est. ¶ In c. autem conquestus. de usuris. pignoris fructus non esse referendos excipiendo sortem tradit, excipitur autem casus, nisi terra sit de feudo vestri monasterij, ubi glossa intellexit fructus non esse computandos in sortem, modo seruitium seu feudum non exigatur.

Pactum esse referendis fructibus ex pignore necessarium ex quorundam sententia.

¶ Vnde uidetur, quod in capitibus istis non fiat mētio de pactis, aut cõuentionibus præcedētib⁹ feudū, imo præfertur quod etiā si pactū non præcedat iuxta Theologorum præcatorū sententiā, modo seruitium non exigatur, referre fructus huiusmodi ultra sortem non esse usuram. ¶ Et si Syluester verbo feudum. q. 29. indicet etiā quorundam sententiā Iuriconsultorū, qui itidē censuerunt non cõputare fructus huiusmodi pignoris in sortem, esse usurarium, nisi antiquā cõtractus feudi celebraretur ad eā rationem esse cõuētū. Cui tamē placito ipse

refragatur: quia cõuentio non potest solueri usuram. ¶ Nam si usura est ex sua natura, cõuentio non tollit naturam usuræ, de iure iurando. c. debitores. verū istud argumentū non est multi ponderis. Si quidem si donamus quod verum est, pacta non soluere usuræ naturam, verum non colligit hoc donato, quod intendit siquidē, referre ex mutui vi, quicquam appetibile pecunia est usurarium: at uero referre ex poena cõuentionali, est contractus citra labem usuræ, quia iam est nouus contractus. ¶ Ad quem in modū, item pignoris huiusmodi referre fructus, ultra sortem, nulla præcedente cõuentione est usura, dicent qui hoc amant placitum, at uero præcedente cõuentione hac, quod si fundus feudo obnoxius transferit in dominum pignus, quod ipse referat fructus ultra sortem, non est usura, transit enim pignus cum hoc onere. Verū neq; responso hæc absoluit exacte dubiū istud nec euacuat. Quoniam cõtinuo se se offert obiectio, si fas est huiusmodi pactum cõstitueri, & propter pactum fructus facit suos dominus feudi, cõsequens esset, quod etiā fas esset deducere in pactum non solum fructus ultra sortem, sed etiam seruitium. Ego probo consequentiā. Quia si pactum licet constituitur quia quilibet propriæ rei esse moderator & arbiter, ut allegat Henricus præcator tatus à Gabriele, igitur licet seruitium etiā referendū, ultra sortem deducere in pactum ob eandē causam id quod falsum est. Siquidem c. 1. de feudis. quædo referantur fructus negat seruitium posse referri. Est sane verū quod quilibet sue rei, est moderator, & arbiter, modo tamē moderatio non obstat legi, ut aiebamus supra, neminem posse frumenta sua vendere, ultra taxationem, quam iam lex taxauit, & ipsa taxante pretia, nullus poterit aliam maiorem taxationem suorum inuicere. Neque etiā ratio Ioan. Maior. præcitata, scilicet, quod sicut feudi dominus, alia maiora grauamina, potest constituere, ita & pactum huiusmodi deferendis fructibus ultra sortem, poterit constituere. Enimvero grauamina illa sunt, ad deterrēdū feudatariū à delicto, quæ iuste patietur, si fuerit reus contra dominum suum: at uero grauamen pacti non est propter delictum, sed potius uidetur ex auaritia usuraria profectum habere.

Ratio Henrici & Gabrielis. quædatur.

Ratio Martini. solutur.

Fru^{ctus} suc- cedant lo- co seruitij.

Ad hæc quia iura scilicet cap. 1. de feudi. & capit. P. de vsuris. & capit. conquestus. ibidem, nunquam meminerunt huius pacti. Neque referre fructus, fas esse decernunt, propter pactum aliquod: sed quia fructus succedunt loco seruitij. Et quia feudatarius postquam tradit in pignus quod habebat in feudo, liber est à seruitio, vel pensione in feudo improprio, ideo quia dominus feudi, non potitur seruitio, sibi debito iustum est, quod fruatur fructibus. Et quidem quod sola conuentio non iustificet huiusmodi contractum, in propatulo est etenim si quis extra casus iuris mutuo daret, alicui mille, & in securitatem mutui, daret frugiferum pignus, si deduceret in pactum se relaturum fructus, ultra sortem, utique esset vsura: sola igitur conuentio, non iustificat contractum.

Quamobrem considerandum est, quod dominus feudi accipiens quod dedit in feudo pro pignore, potest in primis referre fructus, pro cultura pignoris. Enimvero, si vinea vel fundus est quilibet, ut ferat fructum eget cultura: & pro cultura, aut pro administratione si oppidum est, aut pro cura locandi, & reparandi ruinas si domus est, &c. referre fructus iuxta rationem ministerij, & expensarum non est vsurarium, imo est operæ pretium.

Porro autem, quia plerumque fructus solent excedere impensas operas, ideo, restat querere hunc excessum fructuum, unde poterit leuare dominus mutui? Et quidem non ex pacto potest leuare, ad hunc sensum, quod pactum sit tota causa iustificans contractum ut iam supra tradidimus.

Imo ut arbitror præter causam relatam causa altera iustificans est, quia non refert seruitium, vel consuetam pensionem à feudatario exhiberi. Siquidem fructus succedunt loco pensionis, vel seruitij, unde de glossa ad cap. 1. de vsuris. si feudum est ecclesie, ex cap. conquestus. fructus non computabit in sortem, sed seruitia interrim à vassallo recipere non debet de feudis cap. 1.

Itaque ex istis commemoratis causis duabus dominus feudi referre potest fructus pignoris frugiferi quod interim retinet in pignus. Neque obseruandum censeo, si fructus excedunt seruitiura

vel pensionem, siquidem siue excedat, siue non excedat ius non distinxit, siquidem fructus succedunt loco seruitij, & si excedunt propterea curabit mutuarius seu feudatarius, suum redimere pignus quantocyus potuerit quidquod fructus istiusmodi, non habent certam regulam excedendi. Quandoquidem, si aliquando excedunt, ex bona anni dispositione, sæpe etiam non excedunt ex anni sterilitate. Quod si argueris dominus feudi refert ex vi mutui aliquid ultra sortem, igitur est vsurarius, siquidem refert fructus, & ius percipiendi fructus quia mutuauit.

Respondetur, quod non est præcisè causa mutuum, propter quam dominus feudi, refert fructus ex pignore ultra sortem, sed quia non illi præstatur consuetæ pensio in feudo improprio, aut seruitium personale, in feudo proprio siquidem obligatio ad huiusmodi personale seruitium exhibendum sopitur tantisper dum dominus feudi fructibus fruitur pignoris. Neque fas est ei, hoc exigere personale obsequium, aut seruitium, quandiu retinet pro pignore quod dederat in feudo.

Vndecima conclusio. 13. sunt casus, in quibus sine labe vsuræ recipere potest mutuans quicquam ultra sortem.

Hæc conclusio, est velut anacephalosis, omnium prædictarum. Et indicantur à glossa ad cap. conquestus. subque carminibus istis deprehenduntur feuda, fideiusor, pro dote, stipendia clerici, venditio fructus, cui velles iure nocere, vendens sub dubio, pretium post tempora soluens, ne in fraudem, lex commissoria gratis dans socijs pompa, plus sorte datur istis. Primus casus est feuda, & satis egimus de casu isto, unde si ecclesia, mutuatur suo vassallo vel feudatario, & accipit in pignus, quod dederat in feudo ecclesia potest pignoris retinere fructus ut prædictum est. Et æquatio est, de laicis, secundus casus est fideiusio. Nam Petrus mutuatur Ioanni centum, sub fidei iussione Pauli, quod scilicet Ioannes, soluet stato die, at vero quia Ioannes non soluit stato die, cogitur Paulus accipere ad vsuram, verbi gratia, tenebitur Ioannes refundere,

Vndecima conclusio.

13. casus referendi sine vsura aliquid ultra sortem.

refundere, quod Paulus ad vsuram accepit. Rursus rem. tenebitur gratis fideiussore, ideo si pro fideiussione mutuatus aliquid dederit, non est vsura. Cæterum si ipse qui mutuatur suscipit in se periculum mutui, mutuum assuretur, est casus. nautiganti. Et si alius non esset mutuaturus nisi ipse susciperet in se periculum, & ad hanc rationem pariter dicitur sibi mutuo bono modo pro periculo suscepto à me, dederis ultra mutuum, decem verbi gratia vsura est. At vero si hoc pactum non extat neque implicitam, neque explicitam, quia imo mutuarius, precatur, mutuante, ut ipse assureret quod in se mutuo daret, & quod pro assurance dabit duo, vel quatuor, vel decem, &c. tunc non est vsura ut supra dictum est.

Tertius casus est generi cuius in 6. conclusione lata mentionem.

Quartus casus est dudum à me in 10. conclusione expressus, ut si accidat, quod laicus retinet iniuste beneficij possessionem tuam, si transierit hæc possessio in beneficij, pignus, iuste retinet fructus.

Quintus casus si quis vendit fructus ex aliquo fundo proventuros, in decem vel 14. annos exempli causa, transactis illis annis, recipit fundum, & pretium fructuum, est hic casus non est contractus mutui, sed venditionis. Non fundi, sed fructuum & verius est locatio fundi, & non venditio.

Sextus casus, quando quispiam habet debitorem, à quo non potest mutuo illi datum, recipere nisi mutuatur rursus. Hic enim citra labem est vsuræ, quia accipit quod sibi debitum est.

Septimus, qui merces habet & sperat tempus, quando plures fient, si eas modo cogitur vendere, si plures eas vendat, quam sit præsens pretium sine vitio vendit vsuræ.

Octauus, pretium post tempora soluens, in sinuata ratione inter esse fas esse referre aliquid ultra sortem.

Nonus, pena ne in fraudem, ex poena enim conuentionalis fas itidem est referre ultra sortem. ¶ Decimus, lex commissoria gratis, ut quando sit venditio cum pacto de retro vendendo. Qui contractus est præferat vsuram, at immunitus est ab hoc vitio si purus sit, dixerim modo sit contractus purus de retro vendendo.

Quia sit fictus, ad contegendam vsuram, iniustus erit, ut verbi gratia, si verè non vendit, sed est verè mutuum, vocatur autem venditio cum pacto de retro vendendo, ut simuletur mutuum. Et signum erit simulationis, quando multo minus venditur, quam par fuisset. ¶ Secundo requiritur præter hoc, ne accedat hæc contractui de retro vendendo, alius contractus, quod quando vendens redemerit, det emptori aliquid ultra quam ipse emptor dedit ex. c. illo vos. de pignoribus. ubi habetur quod si vsurarius emit rem, eo pacto quod post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid ultra sortem, fructibus tamen in ea computatis, esse contractum vsurarium.

Est igitur huiusmodi contractus licitus, si bene celebretur, & emptor interim quod non redimitur facit fructus suos quia vera est emptio, est enim pacto prædicto, unde emptor est dominus fructuum. Quia huiusmodi fructus non sunt pignoris sed proprie rei, & hæc est communis sententia ex. l. si fundum. l. si à rest. de pactis inter empto. & vendito. & ut diximus supra extat. Levitic. 25. Alij addunt multa, ad iustificandum hunc contractum, quæ nobis præter dicta non videntur necessaria. ¶ Vndecimus casus est societatis, etenim societas hoc habet sibi familiare, & lucrum habere, cum damno comune. De societatis autem contractu suo loco disseretur. ¶ Porro, est casus vnus satis controuersus, an sit vsurarius, an à labe hæc sit alienus, quem præterire non duxi, siquidem de vsuris sermo est institutus. Casus autem hic est, est quidam negotiator, qui in dultius est satis in arte negotiandi, est autem alius non negotiator, cui alioqui suppetunt pecunie. Capiens autem eas non insumere, sed lucrum ex eis reportare ut sibi, & suis subueniat, conciliat societatem cum negotiatore, ad hanc rationem, ut hic operas & industriam suam colloctet in mercimonijs, aut negotiationibus lucratiuis, ille vero pecunias suppetat secundum legem societatis. Et quidem si hic pes fingeretur, nihil dubij offerret casus. Quia lex societatis est, ut lucrum, & damnum sit socijs commune, id quod licet. At vero si addatur contractus alius assurance, ad hanc ratio-

Contractus de retro vendendo non est vsurarius

Contractus, in materia vsurarum difficilis.

nem, si videlicet dicat negotiator, ego volo securum tibi facere tuum capitale, Hispano, *assegurar te quero el caudal*, si dimiseris tamen mihi ex. 2. partibus lucri tibi obuenturis submota hac assicuratio ne, iam extante tamen, tibi leuabis tantum, altera parte, ita que quia suscipio in me periculum capitalis, videlicet, quod si iacturam passus fuero, tuum capitale sit incolumé, iustum est vt ex tuo lucro diminuiam, contractus hic videtur difficilior. Quia prima fronte videtur, istum contractum esse mutui, quia videlicet, negotiator predictus est tanquam mutuarius ex hoc secundo contractu, suscepit enim in se periculum pecunie sibi tradite, à non negotiatore socio. Et ideo videtur, quod is qui non negotiator socius, transfert dominium suæ pecunie in negotiatorem socium. Qua propter, cū negotiator socius, sit dominus pecunie post contractum assicurationis videtur quod lucrum quod reportat ultra sortem, reportat ex vi mutui, & ideo, quod vsuram tacitam seu palliatam comittit, & est argumentum Conradi, quem indicat Maior. & vsus est eodē Soto. Quod si ulterius pergat negotiator & dicat, ne tibi subeat cogitatio mala, quod videlicet, non fideliter tibi ex lucro respondeo, sed potius te defraudo lucro tibi obuenturo, ego volo emere lucrum hoc verisimile quod tibi obueniet supposita assicuratione, & constitutur iustum pretiū, & eam videlicet tibi propter assicurationem, ex decem quæ erāt tuū lucrum verbi gratia, auferuntur tria vel duo, ideo tibi tantum respondebit vt octo. Et quia ego emo hæc octo, quæ sunt lucrū restans verisimile dabo tibi. 4. pro istis octo, quia incertum sunt lucrū, ideo minoris est faciendum, ideo satis est si tibi dem. 4. iam quoq; eadem premit dubitatio an iste annexus tertius contractus sit vsurarius. Et quidem hic tertius videtur contractus vsurarius, quia venditio est lucri incerti, pro certo, ideo mundus nō videtur contractus. Quoniam lucrum vt 4. est certum quod reportat ultra sortē non negotiator ideo lucrum vsurarium, videtur si secundus contractus est vsurarius, quoniam iniustus lucro certa lucra, emere ex incerto lucro. Et sit iniuria venditori, quippe dat pretium certum, pro

lucro incerto, ideo cum non sit equalitas in hoc contractu, item videtur iniustus. Et quidem varia circumferuntur placita super contractu isto societatis nō puro, sed mixto, ex contractu assicurationis, & ex contractu venditionis. Et actestatur varietas opinionum, difficultati contractus. Et refert Ioannes Maior in 4. dist. 15. q. 49. hic contractus, tūc de latius ad sacram Theologorum Parisiensium facultatem, decidendus ibi. Et huiusmodi contractus decisionem expetiuit Ioannes Elcius, à prefata facultate, quæ alijs interim districta negotijs consultationi oraculum non exhibuit, sunt ergo qui contractum omnino reprobent, & credant non esse iustum, sed plane vsurarium. Quauis enim singulis contractus si singulatiim fiant, sunt boni contractus, & iusti si quidem societas per se, recta est, item q; assicurationis contractus, vt & venditionis nullibi reprobantur si singuli singulatiim fiant, at vero si reducantur in vnum contractum societatis, cum quo alij duo miscantur, ita vt ipse qui socius est, ipse assicurator sit contractum esse nequam profitentur, quos indicat Ioann. Maior in 4. dist. 15. q. 48. Quia est alius quispiam posset assurere huiusmodi societatis damnum, at vero socius non potest. In quam sententiā est frater Dominicus à Soto in lib. de iust. & iure. 6. q. 6. artic. 1. Et argumentum eius dudum referebam, suppresso nomine & autore, siquidem illi videbatur, esse ex assicuratione socij, esse mutuum.

¶ Sunt præterea & alia argumenta quæ huic placito suffragantur.

¶ Et primo quia in capit. nauiganti. de vsuris. recipiens assicurationem pro suo mutuo, dampnatur tanquam vsurarius, id quod videtur accidere in præsentī casu, siquidem negotiator est mutuarius, & recipit à nō negotiatore assicurationis, quam ipse facit pretium.

¶ Secundo, quia contractus societatis, hoc habet sibi familiare, quod quilibet sociorum consultit bonis societatis, & hoc cuilibet sociorum incumbit, & ad hoc tenentur ex lege ipsius contractus, igitur si tenentur, si recipiant pretium pro assicuratione, male recipiūt, quippe quilibet ad hoc tenetur.

¶ Tertio

¶ Tertio, nemo potest assurere lucrum alterius, non solum, qui societatis contractus est obstrictus, imo neque quis alter non socius, poterit assurere lucrum sociorum. Quoniam si forte nihil lucratur socij, assuretor qui est extra societatem, nihil potest referre propter lucri assicurationem, siquidem nullum est lucrum, si autem aliquid lucratur, iam tunc, si referat aliquid lucri contractus iste iniustus, siquidem assuretor ex contractu, potest lucrari, & nihil potest perdere. Nam si non lucratur societas, nihil perdit assuretor, si lucratur, datur pretium assicurationis. Istis rationibus motus quidam Iuriconsultus Alborno. libro. 1. de contractib. tit. 1. 4. putat chimericos esse contractus hos, & esse plane vsurarios.

¶ Verum vniuersa hæc argumenta, sunt nullius momenti. Primum namque argumentum. Dominici de Soto, soluitur facile si dixeris, ibi nullum esse mutuum accedente contractu assicurationis. Siquidem etsi periculum sit penes mutuarium, videlicet negotiatorem Petrum recipientem pecuniam, à non negotiatore Paulo tamen male colligitur, periculum est penes Petrum istum, igitur translatum est dominium in eum pecunia: data illi à Paulo non negotiatore.

Frater Dominicus de Soto refellitur.

¶ Enimvero, quauis propter assicurationem, quam Petrus facit de pecunia Pauli sit penes Petrum periculum nihilominus pecunia est Pauli & non Petri. Siquidem vt habetur. l. 1. C. de commodatis. & capit. 1. extra de commo. commo. datum potest fieri cum pacto hoc quod periculum sit penes commodatarium, item capit. fina. de depositis, idem decernitur, accidere posse in depositis, vt si quispiam deponit aliquid apud alium eo pacto quod depositarius suscipiat in se periculum depositi. Manifestum est ergo, in huiusmodi contractibus periculum esse penes eum, qui non est dominus, vel rei commodatae aut rei depositæ.

¶ Item si in mora est reddendi equum, vel vestem, &c. periculum horum est penes morosum restitutorem, & tamen, si debet restituere, non est dominus.

¶ Præterea imperator Insuper. de socij. de illa reprobata opinione Quinti Mutij, approbat opinionem Seruii Sulpitij asserentis, quod societas est licita, etsi alter sociorum assequatur, duas lucri partes, & alter solam vnam partem damni. Quippe poterit esse resilio per æquiualens. Et Imperator ibidem decernit contra eundem Quintum Mutium quod valet pactum societatis, ad eam rationem, vt quispiam sociorum lucrum assequatur, & damni sit expers. Et exponit, hoc fas esse quando aliunde damnum recompenatur. At vero ista damni recompenratio, fit optime per assicurationem. Nam si socius non negotiator, vt securitatem sibi paret damni fortē venturi dat negotiatori, ex duobus, verbi gratia, partibus lucri sibi obuenturis, alteram partem, & sibi solum superest vna. Quia hoc ab industrijs mercatoribus, iustum esse iudicatur pretium pro assicuratione, iam tunc damnum quod ex vna parte declinat, ex altera parte incurrere videtur dimittens lucrum sibi obuenturum, quo ad aliquotam partem eius aut soluens pretium alias pro assicuratione. Et Petrus negotiator damnum cui se exponit asserendo, refarcit, accipiendo assicurationis pretium, vnde videtur in contractu hoc esse æqualitas.

¶ Quocirca considerandum est, quod contractus mutui ex sua natura trāsferat dominium vt supra visum est, at vero in contractu isto societatis non transfertur dominium propter mutuum, quippe nullum est mutuum, sed solum ratione assicurationis, transfertur periculum pecunie mutuatæ, à Paulo non negotiatore in negotiatorem Petrum.

¶ Præter hæc si mutuum esset, nullum lucrum esset impartendum ex hac pecunia Paulo, at vero est illi debitum lucrum, si Petrus lucratur. Et patet antecedens, quia si mutuarius lucratur quicquam lucrum non est mutuantis, sed mutuatarij, at contra est in præsentī casu.

¶ Ad hæc si mutuum esset posset Petrus negotiator pecuniam mutuatam, impendere pro suo arbitrio, in quam voluisset mercem, at vero in præsentia nō potest, sed solum debet pecuniam impendere

T 4 secun-

Soluuntur argumenta iniquitatis contractum supradictū;

secundum quod inter ipsum, & Paulum conuentum est, si enim conuentum est, vt impendatur in emendo vino, vel frumento, &c. in alia non potest distrahi. Quod si distaxerit in aliud mercis genus, potest compelli a iudice, vt reddat pecuniam Paulo, & quod soluatur societatis. l. si conuenerit. & l. si socius. ff. pro socio.

¶ Accedit eodem si esset mutuum, Petrus posset non negociari ex pecunia accepta, at posset illam ludere, aut male alias perdere: quia ex vi mutui solum tenetur ad restitutionem, non ad negotiationem. At vero in presentia, Petrus non tenetur nisi ad negociandum, secundum quod conuentum est inter eum, & Paulum. Quia igitur periculum pecunie est apud Petrum, non quia est mutuarius aut dominus pecunie sibi datae a Paulo, sed ratione noui contractus assicurationis, ideo neutiquam apte collegit Soto, esse mutuum.

Ad 2. arg. ¶ Secundo argumento, Alborn. respondet cap. illud nauiganti. a me fuisse non semel expositum, intelligitur enim quando mutuans cogit mutuatarium, ad hoc quod ille assurecat mutuum, quod dat, at vero in presentia, nullum est mutuum, vt dictum est, & ideo argumentum nullum habet apparentiam. Neque casus est, quod Petrus, nolit esse socius, nisi suscipiat ipse periculum, & quod pro susceptione periculi Paulus det pretium. Et forte neq; sic est v. fura, quia nullum est mutuum.

Ad tertiu. ¶ Argumento tertio respondetur, quod contractus societatis, non ad hoc obligat, vt alter sociorum, sustineat damnum alterius. Etenim lucrum societatis deductur in socios, & damnum itidem. Vnde si damnum aliquod acciderit, vel iactura in negotiatione quilibet, sociorum suam

Nullus sociorum tenetur alterius indemnitate in se suscipere. sustinere damni partem tenetur. Quo circa, cum nullus sociorum teneatur alterius damnum suscipere, qui volet qua propter ipsorum, alterius damnum subire, & socium seruare indemnem, iuste exiget recompensationem propter hanc alterius indemnitatem, cui se sponte subiecit.

¶ Quid quod neque collectio firma est, tenetur hoc subire onus, igitur gratis tenetur, vt diximus quando de mutuis agebatur.

Ad quartu. ¶ Quarto respondetur, quod assicuratio

nis contractus non est de lucro, quis enim poterit assurecare lucrum? sed solum est de damno, de seruando scilicet inderoni socio. Et se obligare ad hoc, si alius tertius optime potest, socius cur non poterit: nunquid quia socius est, non poterit se obligare ad seruandum socium indemnem? imo hoc videtur potius fraternitatis esse opus.

¶ Porro adhuc superest argumentum multo fortius commemoratis. Etenim essenziale videtur societati, habere, vt lucrum, ita & damnum commune, cum ergo in contractu prefato damnum non sit commune, videtur quod non sit societatis contractus.

¶ Respondetur, quod sicut in rebus naturalibus salua saepe essentia rei accidit alteratio, ex quibusdam accidentibus, que etsi puritatem essentiae & perfectionem obscurent, tamen non detrahunt essentiam rei. Exemplum promptum est, homo morbo correptus, aut aestuans valde, aut algens nimium suam essentiam retinet, at vero habet dispositiones contrarias optime valetudini eius, vt aqua calens, vtique aqua est caeterum calor sibi haerens ab extrinseco, alterat ipsam a sua natua dispositione, seruata tamen eiusdem essentia. Quia calor non dissoluit eius compositionem, nisi esset summus. Ita dico quod contractus societatis vt purus sit & perfectus, habet & damna & lucra communia, vt vinum purum, nihil habet aquae ita pura societas, nihil habet ex alijs contractibus admixtum. Caeterum vt aqua mixta vino non tollit essentiam vini, si vera mixtio est, etsi alterat, vinum a sua natua dispositione, quippe mixtio, temperat vini ardorem: ita quoque contractus assicurationis, itemque contractus venditionis, qui miscentur, cum societatis contractu, non tollunt essentiam societatis sed eam quodammodo alterant, a sua naturali dispositione. At dices si societas pura habet damna, & lucra communia, at assicurationis contra eius, hanc communionem tollit, igitur & essentiam societatis, aut oportet explicare, quae alia sit societatis essentia.

¶ Respondetur, quod non est huiusmodi essentia societatis, sed eius perfectio. Sed essentia est quod pecunia quam dedit Paulus non negotiator, Petro negotiatori,

Propria mixtio non tollit naturam mixturam.

Aliud est essentia contractus aliud eius perfectio.

clatori, manet semper Pauli, & illa non potest distrahi a Petro nisi iuxta conuentionem amborum. Et quod Petrus tenetur operam suam adhibere ad negociandum ex illa pecunia iuxta quod inter se & Paulum conuentum est. Hincque sequeretur lucrum, & damnum commune, nisi impediretur haec sequela, ex nouo assurcationis contractu vt dictum est.

¶ Porro restat dubium, qualis est haec assicuratio? Siquidem aut potest esse de capitali, verbi gratia, si conueniant socij, quod propter precium certum, quod Paulus tradit Petro, quod semper pecunia erit salua. Aut potest esse assicuratio de interesse. Est autem interesse vt saepe diximus, siue interuersum duplex, alterum ex lucro cessante, aliud de damno emergenti. Et quidem prima assicuratio est facilis intellectu, & eam esse licitam, etiam miscendo eam cum contractu societatis supra est ostensum. Siquidem Paulus vt saluam habeat suam pecuniam, soluit pretium Petro. Et damnum, quod poterat subire Petrus, non feliciter negociando & inde amittendo partem capitalis, scilicet, pecuniae, hoc recompensat Paulus tradendo illi pretium pro assurcatione pecuniae. Quod si quaesieris, nunquid iusta erit assurcatio, si ad hanc rationem celebretur, videlicet, in omnem euentum etiam fortuitum. Siquidem quibusdam doctoribus, hanc assurcationem non esse aequabilem visum est. Caeterum si contractus assurcationis est licitus, & item licite potest commisceri cum contractu societatis, non video, si fas est assurecare secundum communem cursum accidentia, cur nefas erit in omnem euentum? Quandoquidem si augetur pretium assurcationis, nulli fit iniuria, aut si diminuit valde lucrum quod speratur prouenturum ex societatis negotio, is qui suscipit in se tale periculum.

¶ Verum vt res haec fiat apertior scito, apud iuriconsultos, scilicet, Ioannem Andream, vt recitat Panor. in. c. per vestras de dona. inter virum, & vxorem, & Hostiensem in sua summa confessum esse hunc contractum videlicet societatis, immiscendo pactum hoc, scilicet, quod erit saluum capitale, diminuendo tamen lucrum prouenturum: vt verbi gratia, ex

tribus partibus lacri, si alter sociorum contentus est, duabus vel vna, vt sibi sit saluum capitale, quod ipse exposuit in contractum societatis retinendo commemoratum casum, esse contractum huiusmodi licitum. Quonia, pactum quod est praeter naturam contractus non soluit contraclus. Et item contractus ex conuentione legem accipit de regulis iuris contractus, lib. 6. igitur cum societas sit licita, & pactum accidens non sit contra naturam, id est, essentiam societatis, & ex noua conuentione legem accipiat consequens est hunc contractum esse iustum. Refragatur istis alij diuersum affirmantes contractum esse iniustum, vt Azo. & Accursius vt supra indicabam in margine. Et Anton. in. c. finali de v. ris, & Angelus de Perusi. & Gosfre. & Ioann. Calde. quos indicat Syluester verbo societas. q. 2. & hanc esse Theologorum sententiam asserit & istis suffragatur ibidem Syluester, quia tale pactum est contra legem societatis, cuius natura est quod sint socij aequales, secundum proportionem laboris, & pecuniae. Nam si labor & industria excedunt pecuniam, non est inaequalitas, quod plus laboris plus referat lucri vt liquet. Et. 2. inquit quod etsi licitus esset contractus, esset alioquin inhonesta societas, si quidem qui collocat operas, posset pati detrimentum, & perdens operam & perdens pecuniam. Ad. §. autem in ista supra indicatum respondet Syluester ex Calde. esse intelligendum, non de capitali, quippe hoc semper debet subijci, ita damno, vt lucro sociorum, sed de damnis alijs, & lucris contingentibus. fauet huic placito, glossa ad. c. Plerique. 1. 4. quaest. 3. ad verbum. Negociatoribus vbi inquit quod si quispiam dedit pecuniam negotiatori, vt ipse emptis mercibus ex ea negocietur modo partem lucri ex negotiatione danti pecuniam impartiat hunc contractum negat esse licitum si periculum & damnum incumbat recipienti pecunias, quia tunc ait esse contractum mutui, & ideo illicitus, quia esset v. fura, nam mutuans ex vi mutui, aliquid recipit vltra sortem, verum si inter eos sit contractus, societatis, ita vt periculum, & lucrum sit vtriusque commune, hac ratione contractus est licitus. Caeterum Syluester, do-

Inst. de soci. §. de illa.

et sententiam horum practitorum esse fallacem, si contractus accedat assicurationis, quoniam inquit, si alter sociorum, recepit pretium propter assicurationem, aut conueniunt, quod ex lucro reportando a Paulo, Paulus ipse detrahat partem propter assicurationem, tunc contractus est licitus.

Porro autem, ego non video, cur Syluester negat societatem cum pacto commemorato, videlicet, quod saluum sit capitale vt pote pecunia quam Paulus subministrat, sit eidem semper incolumis, modo detrahatur eidem luci certa pars, quæ erat illi obuentura, & asserit fas esse assicurare. Enimvero pactum commemoratum, quid aliud est quam assicurationis contractus? Namque non aliud sit ex assicuratione quam ex hoc pacto. Et assicuratio hæc pactum est quoddam. Neque argumentum Syluestri quicquam colligit. Etenim donemus illi, pactum omne quod est contra naturam contractus esse iniquum, negamus tamen minorem pactum commemoratum, esse contranaturam societatis. Est quidem præter naturam, non tamen contra naturam: vt supra tradebamus. Et quidem per pactum prædictum hoc solus sit, quod negociator Petrus suscipit in se periculum, propterea quod sibi capite luci partem, quam Paulus esset sibi paraturus ex lege societatis, nisi impediretur, ex iure susceptionis periculi, quem ipse negociator in se suscipit vt incolumem pecuniam seruet. Et quidem suscipere in se periculum est pecunia æstimabile, igitur si alter sociorum vult citra alterius coactionem propter pecuniam suscipere in se periculum pecuniæ, non facit contra ius societatis, aut fraternitatis, legem, quippe qui non gratis tenetur se se obligare, ad seruandum illesum capitale. Nisi intelligat Syluester esse malum quem refert contractum, quando negociator ex eodem vnoque pretio assicuratur capitale, & emit lucrum totum quod Paulus debuisset obtinere, istud enim esse iniquum perspicuum est. Quia tunc confunditur assicuratio cum venditione, at oportet esse diuersos contractus vt prædiximus. Neque glossa nobis of-

ficit, dicens ibi esse contractum illicitum, quia est mutuum, & non societas, siquidem negociator suscipit in se periculum quoniam rectè loqueretur, quando non est nouus contractus, ex nouo pacto assicurationis. Nam tunc si quid accipit mutuatarius vltra sortem, non est ratione mutui, quod in contractu societatis non est, sed propterea quod in se suscipit periculum. At vero in casu glossæ, si est mutuum, est quidem virtuale, verbi gratia, si ego do alteri pecuniam vt ex ea negocietur & ex negociatione impartiat mihi luci partem totam, quæ sibi obuentura est semper capitali saluo.

¶ Quamuis re oculatus expensa, neque modo est mutuum. Si quidem, mutuatarius non tenetur ex mutuo lucrari, vel negociari ex pecunia mutua, & partem luci conferre mutuant. Quinimo solum tenetur ad restitutionem mutui, non tamen ad negociationem, vt supra visum est, vt sit in præsentia, ideo est malæ societatis contractus huiusmodi, verum si accedat pactum nouum, vel assicurationis pactum videlicet, aut aliud illi æquiualens bona est societas, etsi non est puræ societatis contractus.

¶ Vnde infertur, contra Ioannem Andream, quod assicuratio etiam potest se proferre ad casus fortuitos. Quippe casus huiusmodi etiam serpè cadunt in scripturis contractuum sub pacto, vnde si tota pecunia perderetur ex huiusmodi inopinato casu, Petrus negociator, qui eiusdem in se suscipit in omnem euentum periculum, tenetur eam restituere Paulo.

¶ Sit igitur casus huiusmodi decisio talis, contractus commemoratos esse licitos, si cessante fraude fiant, id est, non in fraudem vsurarum. Hanc decisionem habes ex prioribus. Et illam firmat Ioannes Maior. in. 4. distin. 15. questione. 48. & 49. Et Caietan. in opusculo responsionum. 17. respons. 11. & Syluester vbi supra. Quibus doctor Nauarrus subscripsit, in suo Manuali capit. 17. numero. 254. atque in suo commen. de vsuris inscripto resolutorio. numero. 33. itaque isti contractus, sicut cum tertia persona sunt liciti

In contractu societatis nullus locus cogendus vel ad assicurationem, vel ad emptio-nem.

liciti, ita inter duas solum, vt verbi gratia, inter Petrum, & Paulum, non sunt re probandi. Hoc tamen modo. vt primo contractus societatis sit, inuitus tuncque egeri duo contractus, qui cum illo permiscerentur, præter eius naturam, non soluunt essentiam contractus, societatis, vt scilicet, cogatur aliquis sociorum aliquam subite conditionem prædictarum, videlicet vel quod cogatur, ad assicurationem, vel ad emptio-nem. Quandoquidè si coactio est, contractus non est, quippe debet esse voluntarius. Et item quod. assicuratio fiat sub vno pretio, at venditio sub alio, quia debet celebrari sub alio contractu.

¶ Vnde si contrahatur hac ratione, Dabo tibi centum aureos, vt ex illis negocieris, saluo tamen capitali, cõtentus ero, parte certa totius luci, per te reportandi, verbi gratia, si lucrieris centum, contentus ero. Namque, in hoc casu pro cõseruatione capitalis nihil datur, sed solum emitur lucrum: verisimile, ex pretio certo, vnde videtur iniquus contractus. Nisi dixerit negociator, dabis mihi certum pretium pro securitate tui capitalis à me præstanda dabis inquam mihi pro securitate, id quod viri industrii in huiusmodi negocijs agendis duxerint esse precium iustum. Et rursus, pro securitate partis tibi prouenientis ex mea negociatione luci, item dabis, quod prædicti industrii vlti iudicauerint, & dabo tibi certum pretium pro parte tibi contingenti ex proueniente ex mea negociatione lucro, id quod est emere lucrum: Quod si sola assicuratio, & non emptio fiat lucrum verisimile, videlicet, si non ematur lucrum verisimile, sed solum assuretur, vtique, si iustum sit pretium, aut si à socio dematur ex suo lucro, solum id quod promeretur negociator propter assicurationem licitus est cõtractus, vt si lucraturus erat decem & ex societate, proueniebãt sociatio quinque, si demit duo propter assicurationem lucrum licet, quia melius est habere tria certa, quam quinque sub periculo.

¶ Sed nunquid necesse est, dicet aliquis, quod fiant isti contractus diuersis temporibus, casus namque ad eam rationem videtur expensus. ¶ Porro si citra fraudem fiat, refert nihil,

sue contractus isti simul fiant an successiue, quamuis minus suspecti sunt si diuersis temporibus celebrentur.

¶ Hanc autem decisionem probare videtur. c. Per vestras de donationibus. Nam que ibi traditur; quod si forte acciderit, virum esse prodigum timeturque proinde, vxorẽ dotis esse dissipaturum, quod id temporis dos vxoria, mercatori industrio, committatur, qui salua dote lucrũ, quod proueniet ex pecunijs dotalibus, concedat marito, vnde vicitare possit vir, oneraque ferre matrimonij.

¶ Vnde videtur, quod si salua dote lucrum permittitur, cum vsura prohibeatur à iure, nõ potest aliter recte fieri istud nisi per contractum assicurationis, commixta cum contractu societatis, vt dictum est.

¶ Argumentum vero, quod contra hanc decisionem inuentatur, quia iniustum est recipere pretium certum pro lucro incerto solutum est à nobis lib. 3. vbi diximus sat esse, quod lucrum sit vt in pluribus certum. ¶ Decimus tertius casus, quãdo licet recipere vltra sortem, est pompa. Namque, qui alteri pecunias dat vt ostentet diuitem onustum plumis alienis vt cornicula, vt vel sic possit ducere vxorem, aliquid referat, tunc non est vsura. Et quidem in hoc casu, mutui ratio desideratur, quia potius contractum hunc dixeris esse locationem pecuniæ, ad pompam, & ostentationem locatam, vt est consuetum, ad hoc idem opus, vestes & vasa, armillas, & torques, anillos, & mitras, & hoc genus alia non pauca locare.

13. Casus. cõpendi vltra sortem.

CAP. SEXTVM.

An censuales contractus sint vsurarij.



¶ T quidem sunt multa, quæ primo aspectu, & superficie tenus, si considerentur, huiusmodi contractus, tanquã iniquos condemnant. Namque, prima si õte, re inspecta, & non profunde considerata, continuo apparet ex huiusmodi contractibus censualibus, aliquid referri vltra sortem, ex vi mutui, forte illa. ¶ Quan-

¶ Quandoquidem, si de censa perpetuo, non redimibili agatur, qui videtur incul patior reliquis censibus, etiam in illo apparet noxa, & macula, quæ alios maculare census videtur.

¶ Videlicet, quod ex illo, refertur aliquid ultra fortem. Namq; si vendo sub censu perpetuo fundum meum, id est, agrum, vel vineam, vel oliuetum meum, aut domum meam, valentem mille veterbi gratia, pro decem quotaanis, mihi, vel heredibus meis, perpetuo pendendis. Qui fundum, vel domum capit sub hoc perpetuo onere, quotannis seu singulis annis, obligatur soluere decem, at

Argumenta probata, census omnes esse contra Etus vsurarios.

fac ut tranfigatur centesimus annus, in solutione huius census, creditor sit, tunc compositus, aut heredes creditoris, totius pretij quod valebat fundus vel domus, videlicet iam sibi parauit mille quæ sunt vel ut fors, quæ iam salua est, & adhuc, te nebitur debitor, aut eius successores, ad pendenda decem vt prius, id quod est re ferre, aliquid ultra fortem.

¶ In censibus item redimibilibus perpetuis, item res hæc magis apparet. Namq; fac quod quispiam, emat vnum ad censum redimibilem, pro 14. transfactis. 14. annis iam habet 14. quæ dedit in pretium emptionis, & adhuc reportabit ultra vnum, si census, non fuerit redemptus.

¶ Præterea aut census isti redimibiles sunt aut sunt vditionis & emptionis contractus, si primus, igitur planè, sunt vsurarij, at si secundus, dixeris, diuersum esse probabo. Namque vel constituitur census hic super persona nuda, quæ se obligat, quo ad vixerit soluere vnum, pro 14. aut locatur super bonis immobilibus, si primus videtur vsura, ex constitutione Pij V. de creandis censibus. Namq; vel persona hæc est potens soluere censum ex suo labore, vnum, scilicet, pro 14. aut nõ suo labore, sed ex opibus suis. Quod si ex opibus soluere poterit, census, vtique solidus erit, qui constituitur census super personam diuitum, non constituendo illum super bonis immobilibus eius, si quidem vita hominis est, autore Iacobo, vt vapor ad modicum apprensus, & fugit velut vmbra testante lobus.

¶ Quod si solum ex labore, erit soluendo, vtique, cum senectus (nisi præcox sit

mois, & immatura, sit necessaria, quando staccida sunt vires ad laborem, aut morbus sæpè corripit, & impotentem hominem faciat ad parandum lucrum ex labore, vtique tunc iniustum videtur obligare hominem impotentem ad soluendum, vt soluat tunc adhuc vnum, pro 14. imo tyrannidem videtur sapere, id quod non superet si esset venditio.

¶ Sed neq; est venditio, si constituitur census, super re, etiam immobili, & non super persona. Namq; si id temporis est venditio, aut venditur fundus super quo constituitur census, aut venditur eius redditus, aut ipsa pecunia, vt videlicet, vendere vnum aureum pro 14.

¶ Non venditur fundus vel domus, nam vendens censum super fundo, vel domo adhuc manet dominus fundi, vel domus. Siquidem ipse potest ea vendere, nisi excipiat in scriptura, quod huiusmodi, quæ sunt in hypothecam, aut fundamentum census constituti non possint vendi, quando census, non redimatur. Hanc autem scripturam Prius V. irritat, in sua constitutione de forma creandi census.

¶ Quod si adhuc contenderis, vendens censum, dicens non posse vendere fundum, vel domum non habita facultate, censualistæ, si fundus ille vel domus, sit super qua fundatus est census huiusmodi, saltem inficiari nemo poterit, quod constituens censum, super huiusmodi fundo, &c. poterit, vti fructibus vel vineæ, vel agri, vel domus. Et domum hypothecatam censui habitare: aut eam locare, alteri cui volet pro iusto pretio.

¶ Præterea censualista qui fruatur huiusmodi censu, non potest vendere, vel alienare, vel locare, vel donare fundum, vel domum, super quibus constitutus est census, igitur non emit fundum, neq; debitori census vendit. Quod si accidit aliquando, quod creditor, potest vendere fundum, &c. super quo est constitutus census, illud non est quia est dominus, sed in poenam moræ debitoris, deuenit fundus in commissum, at adhuc quatriennale spacium sibi conceditur, vt soluendo debitum censum, se restituat.

¶ Constituens igitur censum est semper dominus, dominio directo, & vtili suis fundi, vel domus, solumq; tenetur ad censum

sum consignatum soluere. ¶ Sed neque redditus venduntur fundi, vel domus, quia aliquando sunt maiores, quam sit census, & aliquando minores, vt si constituitur censum super agro, cuius fructus, valent decem, & census est vnus tantum, manifestum est, quod emens censum, non illos emit, neq; vendens illos vendit esse enim iniustus contractus, item si minores sunt quam pro censu, quippe isti, non satisfaciunt censualistæ. Neque pecunia emitur, id quod videtur accidere redditibus pecuniarijs siue enim constituitur census super nuda persona, siue super re, pecunia non emitur, quippe pecunia vt pecunia vendi non potest cum non sit obiectum sed instrumentum venditionis.

¶ Præterea, quidam sunt census ex antiquo constituti, alij vero, qui noue constituntur, si sermo sit de prioribus, videtur, quod sit contractus iustus venditionis, at noui videntur vsurarij. Probatur quippe, antiqui census si vendantur, venditur aliquid nempe census iam constitutus, at noui si vendantur nihil venditur, quippe, tunc qui emit nihil emit, ergo qui vendit nihil vendit, igitur non est contractus licitus. Quoniam contractus emptionis, & venditionis, est de aliquo ff. de contrah. emptione. l. nec emptio, est argumen. Ioan. Andree.

Ti. de emptione.

¶ In diuersum est, autoritas summorum Pontificum Martini. V. in sua extravagante. 1. Et in 2. Calixt. III. vt mox aperienus.

¶ Disputatio ista, vtique est anfractuosa satis, quam nisi Apostolica autoritas decidisset, etiam num essent, qui contractus hos censuales damnarent, vnde Hæricus Gandensis in quodlib. 8. quæst. 32. ex sua & aliorum sententia, vsurarios esse censuit, huiusmodi contractus, cui suffragantur argumenta iam facta.

Quid census & vnde dicatur.

¶ Et Ioannes Andreas vt commemorat Syluester verbo vsura. 2. q. 12. censuales contractus, qui noue instituuntur, fraudulentos esse duxit, & vsurarios.

¶ In cuius tamen disputationis gratiam, expedere oportet vocem hanc census, quæ derivatur à verbo censeo, & significat, quod Hispanè dicimus renta, vnde census, redditus, tributum æquipollent verum Romanis dicebatur census, æstimatio bonorum facta, secundum quam tributa pendebantur, vnde restè à censeo, quod significat æstimare, aut iudicare trahebatur census, id est æstimatio. In de censum agere, erat recensere hominum facultates, vnde Lucae. 2. Exijt edictum à Cesare Augusto vt censeretur vniversus orbis. Hinc Linius. 1. censum instituit rem saluberrimam, tanto futuro imperio. Porro de lapsa est significatio eius, propter cognationem æstimationis de facultate & substantia, cum ipsa substantia, vt significet etiam redditus ipsos annuos, siue perpetuos siue temporales, vnde Cice. 2. de legi. Protinus ad censum de moribus vltima fiet quæstio. Et Matthæ. 17. & Lucae. 22. pro redditu vsurpatur. A quibus reges inquit dominus capiunt tributum, vel censum. Et rursus Iudæi sciscitantur, nunquid licet censum dare Cesar? Theologi vero distinxerunt vt Conradus (quem Methi. sectatur) lib. de contract. q. 72. dupliciter esse considerandum censum, vel materialiter, & hac ratione, est ipse redditus siue certo constitutus sit, vt si constituatur centum modia tritici, vel ordei, &c. in censum quotannis pendendum, siue constituitur incertus vt videlicet media, vel tertia, vel 4. pars fructuum, vt solet fieri in renunciationibus beneficiorum ecclesiasticorum, reseruando dimidiam, vel tertiam, &c. partem fructuum, et si huiusmodi reseruatio fructuum siue ex certa portione præbendæ, siue ex incerta appelletur vulgo non census, sed pensio. Cæterum census ipse pensio quædam est, seu tributum vt prædictum est.

Cn. de resti. tractatu de censibus. c. 1.

Creditor est emptor census venditor vero est debitor census.

Refellitur Conradus

Diductioe suam

nificandum creditorem. ¶ Ceterū, quia quod materialiter appellatur tale fortiter appellationem, ab eo quod est forma liter tale, ut corpus, quod dicitur album, ab albedine: census autem materialiter dicitur talis, non ab ipso iure quod est in creditore, imo ipsum ius vocatur census ab ipso censu materialiter, ideo videtur distinctio hec non admodum rationi consentanea, sed fatius est dicere, quod huiusmodi dicitur census ab ipso censu vel redditu, & hic à verbo cenſeo, vulgo doctores distinguunt census in perpetuos, & temporales, in reales, & personales, & pecuniarios, in certos, & in incertos. Perpetui habent onus solvendi tributum, quod hæret non solum vni personæ, sed hæredibus, seu successoribus, temporales, qui ad tempus instituuntur, fere similes sunt, istis redimibiles, & non redimibiles, redimibiles, qui possunt redimi à debitore, irredimibiles, qui à debitore redimi non possunt. Etsi reuera ex consensu contrahentium, omnes redimi possunt. Reales dicuntur, qui collocantur, vel constituuntur, super bonis debitoris, seu venditoris census ut super fundo, vel domo, vel alias, isti quoque appellantur prædiales, quia radicantur in prædijs, in quibus quasi suas radices constituunt. Quippe huiusmodi prædia hypothecantur ad securitatem census, & sunt eufidei iussores reales, certa facientes solutionem census. Personales vero dicuntur, quia constituuntur super nuda persona, ut si Petrus se obligat pro. 14. acceptis, quotannis, solvere unum. Pecuniarij vero dicuntur quando emitur non fructus terræ sed obligatio ad soluendam certam pecuniam, pro data pecunia, ut obligatio solvendi unum ducatum pro. 14. ducatis. Et potest fieri ut sit census personalis, & pecuniarius, ut si persona se obligat ad soluendum pro. 14. acceptis, unum quotannis. Et equidem census realis, item potest vocari personalis. Quoniam, in censu reali, etiam obligatur persona, quamvis obligentur simul & sua bona, siue generaliter, siue specialiter, videlicet nominatim exprimendo, hæc vel illa sua bona, vnde si debitor ita tempore, non soluerit censum, à creditore conjicitur in carcerem, id quod non fieret, si persona, non constringeretur

obligatione, verum vocatur realis, quia non obligatur ad persolvendum censum nuda persona, ut in censu personali, accidere tradidimus. Qui dicantur reales contractus, quive personales, quive vero mixti, ex. 1. libro discies. Iam vero in re hac, quod est confessum fere omnibus, istud est videlicet census perpetuos reales, non pecuniarios præsertim si antiqui sunt & iam constituti eos vendere fas esse, quia tunc pura est venditio census iam instituti, ut est mihi census, decem modiorum tritici, super fundo Petri, mihi, & hæredibus meis solvendus, vendere hunc censum licet, quia vendo censum quem habeo, siue potestatem, quam habeo supra Petrum & hæredes eius ad exigendum certos quotannis terræ fructus. Et idem esset si esset census realis temporalis. Nisi quod perpetuus pluri sit, & ideo maiori precio comparatur, quam is qui temporaneus est, verum uterque licitus est. Dixi præsertim antiquitus constituti, quippe ut supra arguendo disputabam, quidam ex iurisconsultis recens institutos non approbant.

¶ Atqui nescio cur magis probant antiquos, quam nove institutos. Quandoquidem, si nove constituti, sunt reprobandi, item & antiquitus constituti. Siquidem qui antiquitus sunt constituti, fuerunt aliquando nove instituti, tunc exquiram, num erat licita eorum constitutio, an non? si erat licita, igitur nove constituti cum sint eiusdem generis, ut suppono modo, (quia solum discrepant, antiquitate constitutionis,) item & nove constituti erunt liciti. Quia ut dixit Aristotel. album unius diei, & multorum dierum sunt eiusdem speciei. Et sic, antiquitas non tollit speciem, ut homo senex & iuuenis eadem gaudent specie, ita & non mutat moris speciem, si autem antiqua institutio fuit mala, quando instituebatur, tractu temporis, non potest rectificari ex regula iuris non firmatur, de regulis iuris in. 6. Non firmatur tractu temporis, quod ab initio iure non subsistit.

¶ Ad hæc census iustificatio est, quia emitur ius ad percipiendum fructus ex fundo debitoris, at vero hæc iuris venditio,

non

Nullus contractus est indifferens.

non est dispar in censu novo, atque veteris est eadem iustificatio vnde arguuntur Ioannis Andree; soluitur dicendo, quod ibi emitur ius præfens ad fructus percipiendos ex fundo debitoris, propter pecuniam illi datam consignatam solui quotannis, vel ut melius conueniant. Neq; est necessarium, quod res sic præfens, satis est quod speretur futura. Emuntur enim fructus venturi, & parus ancillæ vel pecudis. ff. de contrahen. emptio. l. Nec emptio. ut satis disertum est quando in. 2. libro de venditionis contractu agebatur.

¶ Porro autem quod maxime in hac censuali disputatione excitat tragœdias, est contractus censuales pecuniarius vbi videtur pecunia vendi, siue usus illius, & aliquid accipi ultra sortem, vnde hac etate Albornozius in suo libro. 3. de contractibus. cit. 2. primo iustificat causam huius contractus redimibilis, qui Hispanæ appellatur, censo al quitar, o iuros al quitar, dixit esse quia huiusmodi contractus continetur tanquam species sub alterna sub Emphyteosis: & quod iustificat emphyteosim, idem iustificat hunc contractum censualem redimibilem, & idem diceret de non redimibili pecunia, quia isti duo solum differunt in perpetuitate, ob quam non redimibilis, pluri sit quam redimibilis, Siquidem redimibilis est contractus taxam habes pro. 14. unum & non redimibilis pro. 30. unum. Ait ergo, cum Petrus, verbi gratia, exhibet. 14. Paulo, ut hic exhibeat illi quotannis unum super domum suam. Hic fingit lex esse venditionem, cum pacto de retro vendendo, id est, quod Paulus propter. 14. exhibita sibi à Petro vendit Petro domum suam, rursum fingit lex, quod Petrus habens iam domum Pauli pro precio. 14. iterum eam reuendit Paulo, pro pensione vel censu unius, id quod est emphyteosis quædam. Postquam autem hanc iustificatam expresserat causam, non bene sibi constans, subdit huiusmodi pecuniarios redimibilesque census, ex causa iustificante, solum effici non malos, ceterum non sunt boni, vnde secundum eum datur contractus indifferens, neq; bonus neq; malus, id quod est ab omni veritate philosophica abhorrens, siquidem omnis contractus onero-

sus de quo modo est sermo, quia censuali iste contractus onerosus est, igitur vel procedit ex iustitia, comutatus, aut est contra illam, necessario igitur vel est bonus, vel malus.

¶ Rursum non sibi consistens, docet eum esse malum contractum, quia ait, quod omnia sacra oracula reprobantia vsuras, conueniunt contra contractum censualem istum pecuniarium.

¶ Item arguitur ex maximis huiusmodi quæ contingunt reipublicæ, ex introductione huius contractus pecuniarij si quidem substantiæ hominum expilantur, idq; nocenti præstant vtentibus, quod vsura. Post hæc etiam amplius serpit huius doctoris placitum, quia etiam furit in extrauagantes Martini V. & Calixti. III. approbantium huiusmodi census redimibiles pecuniarios. Ait enim, quod huiusmodi extrauagantes peiores fuisse, quam leges Romanæ permittentes vsuras. Quoniam istæ solum approbabant trientalem, & semissem, & cente simam reprobabant, at vero extrauagantes quam abominabantur leges Romanæ, ut pessimam vsuram approbant. Et rursum addit huiusmodi extrauagantes, non constituisse ius, quia non sunt ex iure, quando quidem non sunt de corpore iuris, quia non sunt decretales aut decretum, & quamuis in casu quem decernunt donemus habere autoritatem, at vero decisio non est trahenda ad census pecuniarios.

¶ Hæc summam præstinxit, & defuso huius auctoris sermone. Quæ sanè omnia sunt falsa, & citra fundamentum, ab ipso fallaciter conficta. Et primum ut primū eius dictum refellamus, iustificans censum istū causa ab ipso imaginata, est meracissimū commentum. Etenim emphyteosis non est genus, ad censum istum. Et hic auctor, ut in doctus dialecticus, ait, emphyteosim, & censum huiusmodi, esse diuersos specie contractus, nihilominus habere eandem substantiam. Quæ duo pugnant inuicem, enim uero, si specie differunt cum species sit substantia rei error substantia differunt, sicut homo & equus substantialiter differunt, si ergo substantialiter differunt species diuersæ, obsecro, qua ratione sunt eiusdem substantiæ? Ad hæc si census est species subalterna

Albornoz refellitur

subalterna, sub emphyteosi, ut ipse autumat, ergo emphyteosis est genus ad eum cum autem omne genus prædicetur de sua specie, igitur hæc est vera, census est emphyteosis, si vera ergo non specie differunt, ut ipse commentatur, quia specie diversi, non prædicantur de se inuicem. Rursus si per te emphyteosis est genus ad eum, ergo non specie differt, ab ipsa, siquidem genus non specie differt à sua specie, ut animal, non differt specie, ab equo. Neque tamen opus factum est agere multis contra istud inane huius auctoris commentum. Hic enim auctor fretus suis commentis, ex multis nugatur & in multis fallitur, quia mittit andactorem falcem, in messe alienam, sed iam videmus, quod item in suis differendis fallitur nedum in alienis. Siquidem causa iustificans ab ipso ex cogitata, censusibus istis iustificandis, est nugacissima. Siquidem ex Aristot. lib. 1. Peri. ca. vltimo nouimus, quod propter nostrum affirmare, aut negare, nihil mutari in re. Et silente Aristot. res ipsa clamat. Non enim quia ego, vel quiuis alter, dixerim aurichalcum esse aurum, aut plumbum esse argentum, ideo hæc mutant naturam rei. Vnde Paulus ait, non enim qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Siquidem Dei scientia atque sermo est efficax naturæ conditor, & sanctorum auctor morum, non autem scientia aut sermo noster iam ergo si sermo noster, aut scientia, non mutat rerum naturam, quia natura non pedit à nostra scientia aut sermone, multo minus, mutabit fictio nostra naturam contractus, igitur, quamlibet fingas esse venditionem cum pacto, de retro vendendo, & fingas esse emphyteosim, nihilominus, census iste non mutat naturam ex fictionibus nostris. Quærenda igitur est explorandaque, contractus huius natura, citra fictionem. Non me fugit philosophos, nonnunquam fingere, at hæc fictio, solum est, ut verius rerum exploratam habeant naturam, ut fingentes vacuum esse, quæritant, quid nam se queretur si vacuum esset, & inferunt si vacuum esset, omne mobile per ipsum moueretur in instanti. Itemque, iuriconsulti, fictiones quasdam iuris esse docent non tamen, ita ut ex fictione natura con-

Ex scientia vestra aut sermone aut fictione nihil mutatur rei natura.

tractus pendeat. Quia ut dicebam, ex nostra scientia non pendet contractus natura, tantum abest ut à fictione pendeat nostra. ¶ Accedit eodem, quod valde differunt emphyteosis, & census, ut colligitur ex cap. cõstitutus de religiosis domibus, ubi glossa distinguit inter hæc duo, ait in emphyteosi solum transfertur vile dominium in emphyteotam, manente directo dominio penes dominum emphyteosis. At vero in censu, vtrumque dominium transfertur in censualistam. Verum sanè est glossam non meminisse de censu hoc redimibili pecuniario, de quo vertitur modo disputatio, sed de censu quæ vocamus perpetuum, qualis erat census ille, cui subiecit Ioseph Ægyptum Gen. 47. ut qui habet domum cum pensione perpetua, videlicet duorum, aut trium ducatorum soluendorum Petro, verbi gratia, & heredibus eius. Hic sanè habet vtrumque dominium, & directum, & vile, supra domum hanc, quia fruitur illa, dum eam habitat, vel tradit alteri habitandam, ex locatione. Et illam potest vendere, cum suo onere, transferendo in emptorem quod ipse habet dominium, id quod in emphyteosi non accidit, ut supra est demonstratum, quando de emphyteosi differebatur, sed verum item est laetissimam differentiam esse inter censum redimibilem, de quo iste auctor distulit, & emphyteosim. Siquidem in emphyteosi dominium vile est penes emphyteotam, at vero in censu huiusmodi dominium vile, non est penes censualistam, sed penes venditorem. Item dominium directum est penes eundem venditorem, & si ratione hypothecæ, est veluti ligatum. Non ergo censualista fruitur aliquo dominio, igitur valde distat ab emphyteosi. ¶ Rursus leges regni Castellæ censum prohibent huiusmodi soluendum, vino vel oleo, sed sola pecunia, &c. at de emphyteosi nulla lex hoc tulit. ¶ Ad hæc in emphyteosi, decima soluenda est si fuerit retractus, id quod in censu non extat. ¶ Accedit eodem, quod hic fingit, quod Petrus emit domum, super quam constituit Paulus censum. Itaque cum dat. 14. emit domum propter pretium. 14. sed quid quia emptor census domum non intendit

Emphyteosis est census per petuum census redimibilis pecuniarius.

intendit emere, neque constituens censum vendere instituit. Quoniam saepe fundi super quibus constituntur census sperant valde pecuniam ex qua emitur ius censuale, & ita sepiissime esset venditio iniusta, vnde curans hic auctor iustificare censum, ipsum damnat. ¶ Adde istis, quia si emit domum, transfertur dominium, & vile & directum, in emptorem, cum tamen vtrumque emptor census desiderat. Quoniam manet vtrumque & fructus fundi, & proprietates penes venditorem census. Neque scriptura quæ conditur super censu, sonat venditionem fundi, sed census. ¶ Demum, quod culpæ videtur extrauagantes, non obseruauerunt par fuisse, sed plusquam satis fuisse licentiose loquitur. Extrauagantes enim istæ, non suffragantur vris, imo eas euertunt dum docent contractus redimibilis census esse iuridicos. Est equidem quod non vniuersaliter docent, de omnibus, sed de contractibus super quo consulti sunt ambo pontifices temporis successu. At vero cum contractus de quo consulti sunt præfati pontifices, vere est census redimibilis, cum de similibus sit idem iudicium, decisio de vno apostolica, profertur in similes omnes. Et reuera in corpore iuris ego video eas esse, & si non sunt decretales aut decreta, sunt extrauagantes, quæ sunt in corporate in ipsum ius. Et dicat ipse, aut iusta, & canonica est hæc papalis decisio de censibus, super quibus est consultus, aut non est iusta, si non est iusta, ostendat aliam extrauagantem, quæ doceat esse iniustas huiusmodi de censibus extrauagantes. Imo decisione Martini Calixtus confirmat, tantum abest ut euertat. Et asserere, fauere extrauagantes hæc vsurarijs est valde impium, si vero iustæ sunt decisiones, cur ipse eisdem non acquiescit? At obijcit, quod in casu extrauagantium, non soluens censum, non subditur legi commissoria quod vulgo dicitur, non est in commissio, item quia census ut sit iustus, debet habere limitatum pretium, at vero census ille extrauagantium, non habebat limitatum pretium, lex autem commissoria est. l. 2. tit. 1. §. 1. lib. 3. Recopilat. quæ sic habet, si quis in impositione super sua hereditate censum aliquem, ea ratione, quod si

non soluerit emptor, quod hereditas obnoxia sit commissio, contractus seruetur, & per illum iudicetur limitatio autem pretij continetur. l. 6. tit. 1. §. 1. lib. 3. Recopila. ubi taxatur pretium horum censuum mobilium seu redimibilium, pro vno censuali pensionis. 14. ut pro vno aureo. 14. Porro autem ista obiecta, sunt facilis dilutionis. Enimvero, si casus extrauagantium expenditur, huic commissio subditur. Siquidem ecclesijs Germaniæ Treueris, scilicet, proceres quidam vendentes censum pecuniarium constituerunt hunc censum, super bonis immobilibus suis, hypothecando huiusmodi bona censui, at vero hæc hypotheca, non seruit ad aliud quam ad securitatem census. Et virtualiter etiam non exprimitur, insinuatur tamen lex commissoria. Quid quod, lex indicata solum loquitur sub conditione, scilicet, si contrahentes conuenerint de huiusmodi commissio, quod videtur rationem iustam habere, propter pœnam conuentionalem. Preterea limitatio facta à regibus Hispaniæ, non obligat ecclesijs, aut proceres Germanicos. Imo hæc taxatio est recens, quia facta est ab Imperatore Carolo V. in comitijs ad Regni petitionem, ideo sufficit ubi lex hæc non vrget, aut alia similis, quod taxetur pretium huiusmodi censuum, iuxta patriæ consuetudinem. Et quidem iuxta istum auctorem ecclesiæ germanicæ, si modo recipiunt suos census, iuxta rationem extrauagantium prædictarum essent vsurariæ, & papales extrauagantes essent eis in laqueum sempiternæ damnationis quod est nefas dictum. ¶ Nos sanè, qui subdimur Hispanicis legibus, tenemur huic taxationi morem gerere, etiam clerici simus. Quoniam regis est taxare precia rerum Regni venalium, in suo regno non papa, maxime earum quæ sunt maximi momenti, qualis est taxatio frumentorum, & taxatio frumentorum, fuit edita in fauorem emptorum, taxatio autem huiusmodi censuum, fuit edita in fauorem venditorum, lex enim confulit bono plurium. Nunc autem in re frumentaria plures sunt emptores, quam venditores, nã multi egēt fructibus, & pauci

Leges regie taxantes preciantur venalium etiam obligant clericos & monachos.

& pauci sunt quibus suppetit frumentum ad vendendam. Quocirca plures sunt emptores frumenti, quam venditoris, ideo lex huiusmodi vt consuleret emptoribus, taxauit pretium ad nummum aureum pro mensura quam vocant Hispani, hanega, vnde venditor, non potest hanc excedere, & si potest ab ea deficere, quippe excessus est iniurius emptoribus, defectus vero fauorabilis. Ceterum, quia in re pecuniæ plures sunt qui hac egent, & ideo illam expetunt meliori modo quo possunt, & pauci sunt, qui sunt pecuniarum potentes, inde emersit, vt plures sint qui vendant huiusmodi census, ad subuentionem suam, quam qui emant, quia emere exigit pecuniarum facultatem quæ paucioribus suppetit. Quamobrem lata est lex taxans censuale pretium, scilicet, pro vno aureo. 1. 4. in redimibilibus censibus. Quocirca, cum lex taxationis, edita sit magis in fauorem venditoris huiusmodi reddituum, quam in fauorem emptorum, siquidem, venditores præsumuntur ex cogente necessitate pecuniæ, vendere, quæ necessitas non premit emptorem, imo abundantia pecuniæ fruitur, siquidem emittit redditus huiusmodi, ideo qui emeret censum, seu redditum vnus aurei nummi, pro. 1. 2. vel. 1. 3. vel infra, esset iniusta emptio, quippe quæ exorbitat deficienti ad taxationem reglæ. Et ideo est in grauaem venditoris. Quippe qui cogitur vilius vendere redditum quam est pretium taxationis, nam vilius est pretium 1. 2. quã. 1. 4. Ceterum si, venditor vendere, redditum vnus aurei, pro. 1. 6. aut. 1. 7. &c. tunc non esset iniusta venditio, siquidem taxatio prohibet ne minus ematur quam pro. 1. 4. non tamen prohibet, quod non excedatur. Siquidem vt iacobam, potius consulitur indigentia venditoris huiusmodi reddituum, quam emptoris eorundem abundantia.

¶ Verum est tamen, quod in facultatibus regijs, quas vidi concessis, quibusdam, vt vendant huiusmodi redditus, datur facultas ad vendendum vnum, ea tamen ratione, vt pro. 1. 6. vel. 1. 7. vel. 1. 8. &c. possint vendere vnum, non tamen ultra viginti. Et tunc non licet etiam venditor, vendere ultra viginti. Et quidam sunt census regij, ad hanc rationem

20. venditi. ¶ Porro sæpè gratum est emptoribus illis carius inuito emere, quam pro taxatione. Siquidem hac ratione empti, sunt velati perpetui, quia venditores, siquidem care vendiderunt, redimere non curant, cum tamen possint, aliàs esset vsurarius contractus, at nolunt vt aiebam. Quando autem vilius vendunt, sedulo curant, a se rejicere onus soluendi censum huiusmodi temporalem.

¶ Fertur apud Aragonios, & Valentinos, ab antiquo inoleuisse vsu horum reddituum, indeque dimanasse recenter in regnum Castellæ eorundem vsu. At iam est tam frequentissimus horum vsus vt in omnem irreperit.

¶ Iam vero, postquam explosimus præcitati autoris opinionem, vt ad priora regrediamur, aduertere, non erit iniutile, esse quosdam qui multiplicent conditiones, iustificandis istis redditibus necessariis, quas omnes collectas esse putant, ab extrauagantibus indicatis. Vnde octo necessarias asseuerat Doctor Nauarrus in suo commentario resolutorio, de vsuris. ad caput primum. 14. quæst. 3. quarum. 1. est quod constitutus censum huiusmodi, signabat fundum quendam, vel fundos, super quibus constituebat, huiusmodi redditus.

¶ Secunda conditio, quod huiusmodi fundus solus manebat obnoxius soluendo redditui, super ipsum constituto.

¶ Tertia quod pretium assignetur, & detur competens & iustum secundum temporis, & loci qualitatem, seu consuetudinem.

¶ Quarta, quod integraliter solvatur pretium totum.

¶ Quinta quod venditor poterat, quando voluisset, extinguere hunc censum, & excutere à se hoc onus super bonis suis impositum, siue totum simul, siue partialiter.

¶ Sexta quod venditor non tenebatur redimere censum.

¶ Septima, quod si forte fortuna fundus periret, creditor non tenebatur ad soluendum censum.

¶ Octaua, quod fundus super quo fundabatur census tantum exhiberet in redditu, quantus erat redditus redditus vt si mille

Conditioes
iustificantes
censum redi-
mibiles.

Taxatio redi-
dituum redimi-
bilium est in
fauorem ven-
ditorum.

erant reditus census, ite & fundos huiusmodi proferret redditum.

¶ Has porro conditiones, non omnes ex primatum clare, in extrauagantibus præfatis, vnde quidam doctores expungunt secundam videlicet, quod solus fundus qui hypothecatur, obnoxius sit solutioni census, & non ipse creditor, aut reliqua sua. Item & 7. conditionem rejiciunt, videlicet, quod desolato fundo hypothecato, aut fundis, census similiter poterat, vnde sunt qui putent non omnes has conditiones esse necessarias sed duas tantum sufficere ad iustificandum contractum censualem. Et quod sit iustum pretium, & quod creditor non teneatur, redimere censum.

¶ In quam sententiam est Conradus lib. de contractu. quæst. 74. tract. 4. & Carolus Molinæus lib. de commet. & vsuris. nu. 22. & Frater Dominicus à Soto, lib. 6. de iusti. & iure. quæst. 1. ar. 7. & quidam alij qui opuscula de contractibus Hispana lingua ediderunt, vnde desolato fundo, item credunt, quod obligatio soluendi censum perseverat. Et si obligatio ad soluendum, pecuniam acceptam tollitur pereunte fundo. At quia dissoluto fundamento etiam perit, spera edificatum cultorem, tam Paulus, in quæst. 1. ideo Nauarrus istis non acquiescit, credens certo, pereunte fundo cui imponitur census, simul etiam interire, vel extingui censum, siquidem de pecunia certum erat, etiam non pereunte fundo, creditorem non teneat ad soluendum pecuniam, neque de re hæc erat dubitatio sed de obligatione ad censum soluendum.

¶ Ceterum si verba Martini spectamus non clare hoc docent, verba enim hæc sunt, sed ad hoc huiusmodi census venditores inuiti, nequaquam per emptores arctari vel astringi valerent, etiam ipsi possessionibus & bonis obligatis penitus interemptis vel destructis, quæ verba præcedunt ex prioribus, videlicet quod non possint arctari venditores, ad reddendum, vel extinguendum censum. Non autem loquitur, sicutiq; ex verbis istis, hoc in fine, tum quod contractus censuale inter illos contrahens, sic iniebatur quod debitor non teneatur ad pecuniam soluendam, si forte bona perirent super quibus impositus erat census. Nam

que emptor, qui erat creditor, si vidisset fundos perisse, conuenio videtur recurrendum illi fore, vt pecunia libi daretur, quia fundamentum census, erat dissolutum, at vero illi obuiabatur, ex causa commemorata. Neq; papa hæc constituit conditionem, vel alias commemoratas, sed refert contractum cum quibus conditionibus, à germanis illis, siue clericis siue profanis celebrabatur, vnde Calixtus in extrauagante subsequente, hæc esse veram intelligentiam aperte confirmat referenda enim contractus hanc conditionem, sic habet, sed idem emittentes, etiam si bona, domus, teræ agri possessiones, & hereditates huiusmodi pro cessu temporis ad omnimodam destructionem, siue desolationem deducerentur, oportet probriam pecuniam ipsam, etiam agendo, repetere non valerent, vbi aperte Calixtas non refert censum repetere, sed pecuniam repetere non valerent, vnde nihil videtur non esse bene collatam conditionem illam, videlicet, quod desolatis fundis, neq; pecuniam neq; censum creditor possit repetere. Et ratio suffragatur, siquidem emptor census, non emit fundum quia si emit fundum, eo desolato, nihil supererat. Neq; emptor habet dominium fundi, vnde neq; vendit eum venditor census, sed solum emittit obligationem ad soluendum, quoniam census, quam obligationem venditor debitor census. Igitur siue fundus periret siue subsisteret, obligatio illa persistit ad persoluedum redditum, quandiu non redimitur aut extinguitur.

¶ Vnde vt patet ex vtraque extrauagante iste contractus est venditio, & emptio, venditur enim in tribus articulis, id est obligatio ad soluendum illam, pro decem marcis, aut etiam argenti, vt prout tulit patris consuetudo, vt traditur in extrauaganti Martini. Vnde ergo hæc obligatio venditur, & pro persona vendens, manet obligata principaliter ad huiusmodi censum soluendum, consequitur, quod et si fundus dissoluitur, nihilominus venditor, & illa mortuo hæredes eius, obligantur ad soluendum censum, vnde argumentum Nauarrus committit siquidem fundamentum præcipuum census, non est fundus obnoxius censui, sed ipse qui vendit censum scilicet obligatus ad soluendum.

Nauarrus non
probat,.

consequitur
dicitur
quod et si fundus
dissoluitur, nihilominus
venditor, & illa mortuo
hæredes eius, obligantur ad soluendum
censum, vnde argumentum
Nauarrus committit siquidem
fundamentum præcipuum
census, non est fundus obnoxius
censui, sed ipse qui vendit censum
scilicet obligatus ad soluendum.

solvendam censum ta. tisperdum eundem non ex tinerit, solvendo pecuniam acceptam. Siquidem fundus, scilicet, domus, vel agri, &c. super quibus constituitur census, sunt solum ad securitatem solvendi census, & sunt huius solutionis tanquam fidei iussores, ut si forte venditor noluerit solvere, bona illa transeant in potestatem emptoris, vnde possit suam reparare pecuniam vendendo fundum illi

Census redimibilis si non extinguitur etiam transit ad heredes debitoris eius.

Defolatio fundi, quando soluitur obligatio census nisi non recitatur.

Defolatio fundi, quando soluitur obligatio census nisi non recitatur.

Contractus venditionis non exigit ad suam essentiam fidei iussorem, aut pignus.

fundus est tanquam fidei iussor, igitur si ne fundo, potest contractus iste celebrari, vnde non apte dixit doctor dudum citatus, quod census est accidens fundi, & quia accidens non potest esse sine subiecto, hac ratione soluto fundo, census evanescit siquidem obligatio ad solvendum censum, non est accidens fundi, quia fundus non potest se obligare, nam solius creatura rationalis est posse se obligare. Est igitur obligatio huiusmodi, personae obligatae accidens relatiuum, nam est quaedam relatio, terminata ad creditorem, in quem transiit debitorius pendendi censum. Nam ut saepe diximus contractus censuales, in hac obligatione consistit principaliter, & non in fundo, vel reddito.

¶ Vnde neque valet, 3. eiusdem argumentum. Quia si persona ait obligatur ad huiusmodi censum, esse census personalis, ac modo loquimur de reali. Respondetur enim, quod nunquam est sola obligatio realis in huiusmodi contractibus, quandoquidem principalis est personalis, siquidem ut dudum aiebam, res obligatur metaphoricè dumtaxat, quia persona est obligata, nam ad securitatem obligationis, hypothecatur seu obligatur sua bona ut supplere possint suum defectum si acciderit. Et manifestam est quod non solvens censum, stato tempore, conijcitur in carcerem, & inde non extrahitur donec soluat, Luc. 12. Exactor mittat te in carcerem, qua igitur ratione dicit hic autor esse obligationem solum reale.

¶ Quartum quoque argumentum ad eandem formam solvendum erit videlicet contra naturam venditionis, quod venditor obliget se & bona sua perpetuo ad securitatem rei quam vendit, etiam res vendita perdat. Siquidem res qua emitur, si extat, postquam videbatur perdat non est venditoris sed emptoris, postquam eidem tradita est ut habetur toto titulo, ff. de Cede periculo, & commodo rei venditae. Respond. esse sane verum, quando res venditur, & traditur in potestatem emptoris. At vero in contractu censuali non venditur res aliqua, sed obligatio qua se obligavit constituens censum ad solvendum censum. Et haec obligatio non est perpetua,

Solutio 3. argum.

Difficultates conditiones supra relatæ iustificantes temporales census.

perpetua, ut male collegit arguens, imo temporalis est, siquidem de censu redimibili est sermo, & debitor census, potest se afferere ab hoc onere.

¶ Item, 4. argumentum eiusdem est farinae. Aliud inquit, est quod dominus fundi constituat censum supra fundum, aliud vero quod desolato fundo, se obliget ad censum solvendum. Quia primum horum est iustum, alterum vero est iniustum. Nam aliud est quod venditor se obliget ut certam, & securam faciat rem, quam vendit tanquam suam. Aliud vero est se obligare, ad solvendo fructus, etiam si res vendita pereat, quod est iniustum.

¶ Responso tamen est, quod imo constitutendo censum, se obligat constitutor, ad solvendum, tantisperdum, non evacuaverit illum, solvendo capitale, id est censualem pecuniam, & haec obligatio est iusta.

¶ Et equidem haec opinio colorem habet, si debitor istiusmodi se obligasset, ad solvendum redditum ex fructibus fundi solum. Quia tunc desolato fundo, fructus pereunt, & obligatio extingueretur solvendi.

¶ At vero non se obligat, nisi ad reddendum quotannis censum, vnde ipse voluerit. Quocirca desolatio fundi, non exonerat debitorem census, à solvendo.

¶ Verum si oblexeris mihi constitutionem Dij. V. de creando censu, qua tradit re perempta qua fundat censum aut redita infructuosa, vel in totum, vel in partem, pro rata census item perit, & exoneratur debitor ab onere solvendi.

¶ Respondebo, primo hanc constitutionem, non observari à nostratibus in censibus, vel loquitur secundum naturam contractus, aliunde non impediti.

¶ Et demum, quod haec conditio, non sit necessaria, patebit clarius, quando probatum fuerit post haec, quod sola persona obligare se poterit ad censum, vnde constabit, non esse necessarium constituere censum super fundis, aut super alijs constituentis bonis.

¶ Et eadem secundam conditionem non esse necessariam, non est obscurum refera-

re, videlicet quod solus fundus sit obnoxius solutioni census. Quandoquidem, persona manet in primis obligata, quae censum vendit.

¶ Tertia autem conditio necessaria est ad hoc quod sit venditio iusta, quod pretium sit iustum. Quod si taxatio ad est taxatio est amplectenda, sine ex lege sit taxatio pretij, seu ex consuetudine, id quod Martinus V. tradebat in sua extrauaganti. Quod si pretium sit excessivum, hoc est deficiens à taxatione, quoniam tunc est pretium iniustum ideo, restituendum est in foro conscientiae, ut supra tradebamus. Ut quia taxatum est pretium, ad emendum vana mille pro. 14. milibus, qui emit. 14. pro 12. aut. 13. &c. tenetur restituere, deviationem à taxatione. At dices, nunquid contractus tunc erit nullus observata lege Hispaniae taxante precia censuum redimibilium, ad formam praescriptam, quamque videtur etiam insinuare Martinus quintus in extrauagante sua, iam supra commemorata? videtur autem quod contractus huiusmodi, etiam si sit iniustus, non tamen esset nullus, ut qui vendit excedens iustum pretium rei venditae, et si iniustitiam committat, non tamen inanem celebrat contractum, siquidem tenetur restituere. Nisi exceperit venditio, dimidium iusti pretij, quia tunc venditio rescindi poterit si emptor, nolit stare contractui, neque contentus fuerit, si ei restituitur excessus à dimidio iusti pretij, aut excessus à iusto pretio, ut iam in secundo libro, satis exposuimus, quae autem ibi egimus reuocare oportet in memoriam, ut haec assequaris.

¶ Et rursus, qui sua vendit ultra taxationem frumenta, non ideo irritam fecit venditionem, sed obnoxium se fecit ad restituendum quod supra taxatum à lege pretium reportavit.

¶ Quarta autem conditio, videtur quod non sit conditio, sed essentia huius contractus censuales. Siquidem venditio dupliciter celebratur, vel in diem, vel numerata pecunia, vnde etiam ad essentiam venditionis non spectet vendere hoc, vel illo modo, quia utro volueris vendere modo, vera venditio celebratur ut diximus in libr. 2. Ceterum contractus

hic censuialis quia est venditio de presententi, non in diem, siquidem ab hora initi contractus, iam constituitur census, manet debitor soluendi census, ideo necesse est, quod pecunia sit presentis & integra, vnde recipiens illam fiat debitor census. Alias nullus esset contractus, quia ipse debitor non manebat.

¶ Quinta conditio vero est necessaria, quia illa submota, esset mutuum, & contractus esset usurarius. Namque si teneretur constitutus census, restituere capitale, suo creditori, sanè mutuum esset.

¶ Commemorant item Calixt. III. & Mart. V. Quod huiusmodi debitorescensuum, possint vel in toto, vel in parte hos redimere census, & quod pro rata soluta, redimatur census. At vero adiectio hæc, quod libere possint debitores, vel ex toto solvere, vel ex parte, non videtur essentialis. Et si essentialis est, quod semper potuerunt libera facultate solui de totum quando voluerint. Et si videtur iusta conditio, ne grauetur debitor, esset enim grauamen, si ad persoluendum totum solum admitteretur à creditore cum sæpe contingat non ad manum esse persolueret totum, quod si per partes soluat, tandem citius soluetur, quam si totum. Et paulatim asseritur debitor census ab onere censuali, si partialiter soluit maximè si sunt debitores non admodum diuites. Et quidem cum contractus sit venditionis, vtique, venditio, non vocat in suam essentiam, quod pretium totum soluat, aut partialiter. Et si videtur non absonum, quod sicut creditor, qui est emptor census, totum dedit simul pretium, quod etiam nolit recipere capitale quod dedit partialiter, sed solum integraliter. At vero vt dicebamus lex magis suffragatur in huiusmodi censuali contractu venditoribus, quam emptoribus sed quid si quis emit vnus aurei census pro .17. aut supra an non esset iusta conditio, quod venditor, non possit redimere per partes, sed integraliter? videtur enim iustum esse quod si quidem venditori est fauens valde hæc venditio, quia multo carius est vendere vnum, pro .17. quam pro .14. quod, scilicet, eo pacto emeretur, vt non possit extinguere venditor census, nisi soluendo totum capitale, quod vt accepit integrè,

integre restituat. ¶ Septimam verò conditionem iam discussimus.

¶ Octaua vero quarendam esset, an sit necessaria, quod fundus eos proferat fructus, qui æquent vel superent, census reddendum. Hanc credit Nauarrus. num. 87. cap. prae citati, esse necessariam. Et probat, quia secundum placitum Angeli verbo. vsura. 1. §. 7. & Malo. in. 4. dist. 15. quæst. 46. & Syluestri verbo vsura. 2. quæst. 6. Qui emit possessiones, vel animalia, vel quoduis aliud quod re vera non habet venditor, vel minus habet, quam asserit se vendere, vt qui emit bouem ab altero, quem bouem, ipse venditor non habet usurarius est. Siquidem, emit bouem sicut vt venditor accipiens pretium bouis, postea refundat multo amplius, ideo est mutuum palliatum, ergo similiter, qui in contractu censuali, si fundus, non est ferax fructus, vnde census soluendus sit, is qui emit census est usurarius.

¶ At vero hoc argumentum, peccat in fundamento. Siquidem arguens videtur existimasse, quod emptor in huiusmodi contractu emit fundum vel possessionem, vel redditum fundi, &c. cum re vera non emit, vt supra admonuimus, sed obligationem ad soluendum, redditum non determinatè ex fundo, sed vnde ipse debitor maluerit, & vnde melius poterit, ideo argumentum deponit vires suas. Et nihil habet similitudinis contractus censuali, cum emente bouem, &c. quem venditor non habet, quæ est ficta emptio, at contractus censuali, non est ficta, sed vera emptio obligationis prædictæ.

¶ Vnde quod infert prædictus doctor, omnes conditiones octo, denarratas, esse necessarias, non probat competentibus argumentis, vt facile demonstrauimus, & hanc octauam, extravagantem, non commemorant, reliquas autem approbant, vt valde iustificantes contractus censuales quos referunt, non tamen vt necessarias ad iustificandum. Quædam enim sunt in natura, & humanis moribus, de bene esse, quæ alio qui non sunt necessaria profus, & si sint expedientia. Ita quoque in conditionibus istis, quædam sunt de bene esse, quia videlicet, valde iustificantes contractum

Nauarrus exploditur

tractum censualem, non tamen omnes sunt necessaria iustificantes.

¶ Et igitur solum iustificantes necessario, quæ alio qui sunt contractui venditionis necessaria, quibus submodis, contractus venditionis est iustus, aut seruatur contractus, est altera ratio venditionis, semper sua libertate potatur extingui censualem actionem, quæ gaudeat creditore aduersus illum. Hæc namque conditio necessaria est, vt sit contractus venditionis, & non mutui, vt prædictum est.

¶ Itemque quod prædicta sit numerata, necessaria est conditio venditionis, contractui, vnde Pius V. in sua constitutione de ergandis censibus, hanc item putat esse necessariam.

¶ Caterum multa alia, decernit tanquam necessaria quæ in contractu in regno Castellæ, vt supra prædictum est, quod sit pretium iustum, est conditio necessaria, vt sit iustus contractus, at vero non, casat contractum pretij, vel excessus à iusto, vel diminutio, etiam vendere ultra, aut emere citra dimidium iusti pretij, machat contractum, & inducit obligationem ad restitutionem, non tamen ob id contractus est nullus, ex eo cum dilecti de emptione, & ibidem ex cap. cum in causa.

¶ Constituit autem lex, quod omnes contractus censuales, qui taxationem nouam præcesserunt, soluantur, & redudantur ad formam præsentis taxationis videlicet, vt census vnus, amatur pro .14. & titulos, lib. Recopis.

¶ Itemque constituit, ne constituantur huiusmodi census, super bonis vsu consumptibilibus, vt super vino, oleo, frumento, sale, &c. ibidem. l. 4. At non precipit absolute, quod super fundis constituantur, sed quod si constitutus sit super bonis aliquibus, super fundis, constituantur, & non super bonis vsu consumptibilibus.

¶ Quapropter, qui constitueret contractum censualem, super istis bonis, esset contractus nullus.

¶ Itemque possit accidere, quod solvens census, in oleo, vino, &c. plus solueret, quam esset proportio vnus ad .14. Nam

quæ hæc plerumque augent, valorem suum, vt istis annis satis experimur, id quod non accidit pecuniæ, quæ semper seruat suum valorem.

¶ Postea Methina codicis, de restit. reatum, per iuram acquisitionem, censuit, pragmaticam, hanc censualem, non præfigere iustum pretium esse, 14. pro vno, id quæ regem hoc intendere, vnde putat etiam esse iustum pretium, pro vno. 12. si consuetudo ferat patriam. Caterum ex verbis pragmatice, liquet hoc esse falsum. Nam etiam decernit, si consuetudo esset, constituti census in oleo, &c. quod valeret constitutio, quod falsum est.

¶ Quod, si consuetudo esset obseruanda, lex, vnde est introducta.

¶ Sed iam ad præiora regrediamur, si quisquam in sua persona nuda, constitueret census, præfata disponit nihil, vt mox, subsequenti capitulo aperiemus. At vero pontifices præfati, quæ sunt conditiones, necessariae censibus istis iustificandis, nihil decernunt sed solum agitur, si contractus illi censuales de quibus consulebatur pontifices, sub illis conditionibus ibi expressis, erant usurarij, & decernunt esse iudicos, quæ sunt.

¶ Quamuis ex causa assignata à pontificibus, quare sint iudicij, satis inliquatur, vnde sit petenda, iustificatio contractus huiusmodi. Namque causam proferunt esse, quia contractus proposti sunt contractus emptionis. Et equidem contractus proposti in extravagantibus, secundum substantiam suam, nihil fecerunt à contractibus, nostratum censualibus, scilicet, census vnus, vendere pro .14. Nam si apud Treuerenses census vnus vendebatur, pro .17. vel .18. vel .19. vt Martinus, inquit, nihil habet ad essentiam contractus, quia pro consuetudine, patriæ, erat iustum pretium, vt etiam apud nos si quis emeret census iam constitutum, at forsan si census hic, non esset in modum securam habens solutionem, quia fundi sunt rari, nisi aut persona solutur, sunt plures res, &c. si emens nolit emere pro .17. census vnus propter causam commemoratam, sed pro .18. non sit pretio, nihil, vt puto, criminis admittet.

Idem, d. Methina non probatur.

Conditio necessaria censibus

Constitutio de ergandis censibus Pij V.

Lex regni Castellæ pro censibus constituentis

nullo modo posse nisi in re immobili, aut que pro immobili habeatur, de sut natura, unde si huic constitutioni standu est, non solum super nuda persona non est creandus census, sed neque super bonis mobilibus, etiam fugiferis, vt sunt greges ouium, vel caprarum, aut super argenti, non potest creati census. Vnde super auro vel argento, siue in massa, siue in numisinate, non potest constitui census.

Responso argum. alia ab ea quam Conradus & Methin. exhibent.

Porro autem isthæc argumenta omnia, nullius sunt efficacia quibus probetur, quod intendunt formantes illa, solam tamen illa facilius quam Conradus & Methin. sequens Conradum, siquidem argumentum primum solum probat, quod propter peculiarita debita, que debitor soluere nequit, non est homo redigendus in seruitutem, iuxta morem patrum, quem diuina scriptura insinuat. Leuit. 25. id quod erat quedam seruitus ascripticia. Quia apud Iudæos qui non erant soluendo, fiebant creditores serui, ascriptici Hispana quoque vocat vox Solariagos, de quibus supra commemoratum est. Isti enim addebantur colendis agris, creditorum, quos deserere non poterat, ex quibus pendebant creditori tributum, & ex reliquo ipsi cum vxoribus & filiis vivebant. Id quod vt fertur accidit Hispanis, quando redacti sunt in ditionem Arabum. Et eadem seruitus forsan erat apud Romanos ex lege, id quod reuocatum est a Romanis, propter incommoda illata. Nihiligitur capitulum loquitur de censu, aut pignore, neque glossa talè intellectum inuexit.

Secundo argumeto respondetur, quod se constitutere vel supponere censui, non est se reddere seruum creditoris. Namque seruitus est vilis conditionis status, at vero, sibi imponere censum, non est vilis conditio. Imo poterit liberare hominè, à seruili conditione. Namque si ex indigentia summa se venderet, quispiam aut vt se se assereret à morte, egeret pecunijs quas sibi parans imponendo sibi censum, liberaret se à seruitute, vel à morte, quando alia bona defuissent. Diximus enim supra fideles commorantes apud infideles sub misera captiuitate, eas non nunquam pati mortis angustias, quod si non vendiderunt se alijs, vt ex pecunia oblata

se eripiant, mortem subituros, idèq; esset si viguisset lex antiqua vt qui non esset soluendo, seruus fieret debitoris, an nou huiusmodi iustissimè faceret sibi imponendo censum vt se se assereret à damno seruitutis? Et itidem si modo esset tradendus in carcerem propter debita, si quispiam voluisset egerere censum qualem diximus quem alter vendit, quia alia bona non habet, vt in carcerem non conijceretur, optimè faceret vendens, ex hoc censu sibi imposito consulens, & emptor, qui condoleus ex fratris miseria, illi sic subuenit, opus præstat charitatis. Si quidem non habens tutum suum censum, quia infirma radice, videt fultum, scilicet in hominis vita fugacissima nihilominus vult subuenire proximo, pluris faciens leuare proximi indigentiam, quam securam habere suam pecuniam. Imo istud est opus maioris charitatis, quam emere census collocatos, super radices stabiles, scilicet super bona immobilia, aut que reputantur immobilia, siquidè sic emptor subueniens proximo, nihil iacturæ suorum bonorum timet, imo sperat annum fructum. At vero locato censu super persona solum, vt illius indigentia leuetur fructus habet incertissimos, & pecuniam quam dedit, in magno periculo iactari: videre potest, quia hæc vniuersa pendunt ex humana vita, quæ sibi da est, instar decurrentis fluminis.

Tertiò respondetur Paulum esse audiedum, de seruitute mala videlicet, ex qua quispiam se subiecit homini, & relinquit legem Dei. Ideo ait pretio estis empti scilicet sanguine Christi, ideo ne subijciamini, contra Deum hominibus. At vero qui sibi imponit censum non est magis seruus, quam qui imponit censum super fundo suo. Namque hic etiam tenetur pendere tributum suo creditori vt ille. Et quidem vterque liber est, quia potest facere quod volet, & ambo sunt sui iuris, & non tenentur censuali iura imperijs parere, sed solum ei pendere suum censum.

Quarto respondebis, neminem esse dominum suorum membrorum, vt illis abutatur, vel vt illa abscindat, aut mutilet: at vero quo ad reliqua, dominus est, quia sui iuris est homo liber, at imponere sibi censum non est abuti membris, aut ea mutilare.

Quinto

Censum factum per persona nuda constitutum qui emit præstat opus maioris charitatis, quam emere censum creatum super res stabiles

Obligatio ad tributum est seruitus secundum quod ita Prover. 22. non simpliciter

Se tradere in pignus vel tradi maioris est seruitutis, quæ sibi imponere censum redditabile.

Quinto respondetur, quod sibi imponere censum qualem diximus, non est seruitutis status. Si quidè obnoxius huic censui liber est, & sui iuris, neque tenetur obedire mandatis creditoris, sed solum tenetur pendere illi tributum, id quod est seruitus secundum quid, non simpliciter, & hoc non perpetuo, sed pro sua voluntate. Quippe veditor potest se eximere à tributo soluendo pecuniâ ex qua diuenditus est census.

Sexto argumento, quod est Nauarri, respõdetur, quod se tradere in pignus, vel ab alio tradi maioris est seruitutis, quam supra se constituere censum, ideo falsum supponit in suo argumento. Ratio est, manifestata quia se tradere, aut ab alio tradi in pignus, bifariam accidere potest, aut propter debitum, vt si debitor non est soluendo si se tradit in pignus, donec debitum soluat, aut ad securitatem implendæ fidei datæ, vt solet accidere inter reges, in securitatem pactorum liberos, aut alia quæuis charissima pignora inuicem exhibent. Et vtrius modo, is qui est pignus, necessario tenetur manere apud alium apud quem impignoratur. Neque potest alio diuertere. Imo, si debitor non soluit, aut fidem datam non implet, perpetuo tenetur esse apud eum penes quem est in pignus traditum. Id quod non contingit, in vendente censum super se, quia alia desiderat bona. Hic enim liber est ab istis ligamentis, potest enim diuertere, quo voluerit, modo soluat tributum, quod si non soluerit, est actio creditoris contra ipsum, verum quia creditor aduertit, bonis debitoris priuari, sed solum ex operibus manualibus pendere posse debitum tributum, ideo abstinebit, ne ipsum conijciat in carcerem, quia ibi detentus, operari nequit, & creditor solutione fraudabitur debiti sui. Quamuis ergo, is qui est pignus nihil soluat, at vero, vendens super se censum soluit, nihilominus, prius est esse pignus, & maioris est seruitutis, quam esse censualem hominem.

Secundo eiusdem autoris respõdebis, quod nihil ad farinas, vt proverbio fertur, concedimus enim leges impensissimè suffragari libertati, at vero quod homo sit censualis non facit eum esse seruilis conditionis, vt supra prescriptum est.

Tertiò respondebis, quod item sunt contractus alij iusti vt venditio cum pacto de retro vendendo, que videtur vsuram sapere, & vsuram præ se ferre, & qui ab utroque illo pacto, poterit abuti palliandæ vsuræ, nihilominus secundum scilicet est contractus, ita in præsentia. Non enim laudamus abutentes, sed bene vtenes contractibus ex suo genere iustis. Qualis sanè est de quo dissecurtur, siquidè census hic non penditur propter mutuum, sed propter veram venditionem.

Quarto respondetur, quod magis clauditur via ad charitatem exercendam ex censibus super fundis creatis, vt dudum dicebamus, quam ex censu istiusmodi, nihilominus ipse non negat esse contractum iustum. Quod vero finaliter infert ex istiusmodi censu si tradimus esse licitum, vsuris patere campum vtique, ex quois contractu, quamuis iusto, iniquitas humana, poterit raptare sibi occasiorem occultandi malum cõtractum sub tegmine boni contractus. Et nihil tam sanctum est quam non possit rapi, ab humana prauitate in tegumentum malitie, istud tamen, non detrahit sanctitatè, vel sacramentorum, vel meritorum, neque detrahit iustitiam bonorum ex suo genere contractuum. Nam istiusmodi mala sequela, per accidens se habent ad bonitatem contractus, quam ex suo genere habet. Et quæ per accidens sunt, non inquinant id quod per se est, vt neque bona sequela ex peccato, ipsum iustificat. Nunquid si quis eget pecunijs, ad subuentionem sui, & suorum, vt potè ad tradendam filiam nuptui, & non habet bona quæ supponat censui, & ideo se supponit, sperans quod ex operibus suis, scilicet vel ex agricultura, quia agricola est, aut ex pictura quia victor, vel alias, quia faber est, aut quous alio modo ex labore suo, posse soluere censum, imo & suo tempore redimere, & extinguere & ideo inueniens emptorem, qui liberali animo, vult huic censum emere & emit, non obstante dubio humanæ vitæ, cæterum vt proximo subueniat, quippe gratis in casu hoc non tenetur ei subuenire, quis obsecro sani capitis, damnabit huiusmodi emptorem? aut quis dicet in fraudem facere vsurarium, cum longe sit ab hac fraude, emptor, qui se facit deterioris conditionis.

Mala sequela ex bono non reprobat ipsum bonum vt neque bona sequela ex peccato commedat peccatum.

ditionis,quam suus venditor? Et ideo de primatur suspicio vsuræ. Siquidem contractus huiusmodi qui minus grauat debitorem, & deteriorem facit conditionem creditoris, vtique propellit vsuræ suspicionem. Nam vsurarius contractus, contra se habet vt satis liquet. Et vt sepe diximus, hic non est mutuum, siquidem debitor restituere non tenetur acceptam pecuniam, sed solum tenetur ad pendendum censum annum, igitur neq; vsura est: quoniam est contractus venditionis. Trifariam igitur potest huiusmodi contractus census redimibilis celebrari, aut super specialibus rebus, domibus, agris nominatis, aut generaliter obligando bona generaliter possessa, vel possidenda, & supponenda redditibus solvendis. Aut 3. quando hæc desiderantur, obligando se ipsum ex suo scilicet labore pensuram redditum. Et adhuc hæc ratione bifariam, aut dando idoneum fideiussores, aut nulla accepta cautione, quam nuda fide data pauperi debitoris. Et hic contractus videtur ex suo genere laudabilis, & quod maxime commendat gratiam & liberalitatem creditoris, qui nulla accepta cautione, nulla subnixus bonorum hypotheca, sed sola obligatione personali debitoris contentus, fidem debitoris sequitur.

¶ Cæterum, ab hoc contractu vt in plurimum creditores abstincent, quippe, nullus tam imprudens est, vt malè velit collocare pecunias, id est tanto dubio supponere, quantum est dubium humane vite. Et si casus accidat, quem expressimus, tunc vir præditus charitate, si potens est, non emet censum huiusmodi, sed elemosynam porrigere eliget potius, vt pauperi artificio subueniat, vt filiam suam tradat nuptui verbi gratia.

¶ Sed nihilominus, si quis magis audet censum huiusmodi emere, ab hoc paupere industria, quam elemosynam ei porrigere. Maxime, si is qui vendit istiusmodi censum industrius est valde, & probus, & iuuenis, & vegetus, quem probabile est secundum cursum naturæ, atatem diu producturum, ideoque emptor non omnino committit pecuniam suam in certo euentu, ideoque mauult istiusmodi censum emere, quam elemosynam porrigere non est reprehensibile.

¶ Verum non probauerim, si quis ab impromine ignaui, & prodigo, qui cupit, pecunias habere, ad luxuriosè viuendum, huiusmodi censum emat. Non quia ex se malum est, sed quia homini perditio datur occasio, se perditio vehementius. Et in hæc sententiam lego iussit Conradum lib. de contra. q. 74. quam sequitur Carolus Molin. tract. de vsur. & comm. num. 22. & Methin. ca. de restit. tract. de censibus. cap. 2. & frater Dominicus Soto ybi supra.

¶ At vero hæc fortassis, nunquid huiusmodi census, si neatur, sequitur taxationem pretij, censum prædialium, vbi scilicet supponuntur prædes, & prædia, videtur enim, non esse eadem ratio. Siquidem huiusmodi census subnixi tantum in obligatione personali, & fide debitoris, sunt multo incertiores quæ prædialia vt manifestum est, tum quia fides hominis fallax est, tum quia vita fallacior. Igitur si ob hæc causam emptor voluerit non sequi taxationem prædialium, scilicet pro censu vnus dare. 14. sed minus ad arbitrium bonorum virorum, non videtur iniustum esse contractum.

¶ Vltimo argumento quod ego adieci respondetur vt responsum est supra, vel quod constitutio hæc non est aduerecepta, vel quod nos loquimur de contractu secundum se, siue secundum naturam suam, submota omni constitutione extrinsecus adueniente, vel 3. dicitur Papam dicentem nullo modo posse intelligendum non licere at factum tenebit. Et quidem valde mihi difficile est, quod in eadem constitutione traditur in hæc verba, Pacta continentia, morosum census debitorè teneri ad interesse lucrif cessantis, vel ad cambium, seu ad certas expensas, aut certa salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam poenam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Siquidem cum de lucro cessante supra ageretur, & de poena conuentionali, ostendimus, pacta de huiusmodi esse secundum ius. Similiter difficile mihi videtur, quod interpositis quibusdam subiecit, dicens declaramus pretium semel

Constitutio Pij V. de censibus differitur.

semel censui constitutum, nunquam posse, ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes, minus vel augeri. Siquidem pretia solent variari, & necessario variantur, ob temporum variationem, vt apertum est in rebus venalibus omnibus, vnde & taxatio frumentorum variata est sepe. Quoniam sic posebat temporum varietas, sub Ferdinando enim rege tritici mensura ad centum solum pondia erat constituta, post nondum valde aucta ad 300. modo 365. Quia agricultura est multo carior modo quam vnaquam in Hispania fuit.

¶ Et rursum quia pretia constituere venalium rerum in iurisdictione regia, non est Papa, sed regis præscribere, quo circa ad regem spectat, hoc obseruare & pretium census, cum sit venalis res, vt sepe diximus, constituere, & variare, pro suo arbitrio. Et sicut regis est constituere, eiusdem item est illud quod est constitutum mutare, & variare.

¶ Primo forte responderi potest, Pium ex sua constitutione, prohibentem, ne ex mora debitoris, lucrum cessans, aut expensas aut poenam, creditor referat, solum voluisse. Quando huiusmodi pacta contra morosum debitorem sunt, in fraudem vsurarum; vt accidere potest, quando scilicet creditor, nouit bene debitorem, non habiturum vnde tempore præscripto soluat, & certum habet morositer, esse futurum in mora. Item si lucrum cessans, est non verè cessans, quia solum est in potentia lucrum, quia non verè cessat, quod nondum incepit, vt supra quasi actuali, sunt vana pacta, & nullius efficaciam, quia sunt in fraudem vsurarum, & obnoxius sit creditor reportans huiusmodi lucrum restitutioni. Porro, si ego verè emere volo, quendam annuum redditum, & parata est ad mensam pecunia, & numerata iam emendo, at accedit amicus dicens, se premi necessitate quadam, & egere pecunijs meis mutuo acceptis, vt ex illis dotet filiam, vel alias at ego vestigio dixerim illi non fuisse, quod ex hac pecunia modo sumi empturus redditum annuum bene constitutum super fundis pinguibus, &c. & annuus erit mihi reddi

tus, 10. vel 20. vel aliàs, vnde est mihi lucrum hoc certum, si tu tantumdem, refuderis, quandiu non solueris, ego tibi mutuo dabo, hic contractus iustus videtur, quia creditor licet seruare se potest in demnem, neque ex vi mutui reportabit lucrum, sed solum ex titulo lucri verè cessantis.

¶ Non ergo videtur Pium, de vero lucro cessante intelligendum, sed de lucro quod fiet, vocatur cessans. Quid quod ipse non meminit de pactis continentibus humana emergentia, neque declarat, esse huiusmodi irrita. At vero, si creditor multas fecit expensas in comparando sibi censum debitum, vtique hoc datum est creditoris, ex culpa debitoris, illi contingens, quia hic non solum constituto tempore, igitur legitimum est pactum de huiusmodi reportandis, expensis vltra censum annum, vel vltra capitale, ideo vt videtur non loquitur de istis, sed vt dicebam, quando quæ ipse commemorat, pacta, sunt in fraudem vsurarum.

¶ Secundo obiecto respondebis, intelligendum esse Pium, quod non liceat auctoritate priuata, mutare pretia censuum de autoritate autem publica non est intelligendum. Papa enim non potest ligare regiam potestatem in conuentionibus ad regimen sui regni constituere autem pretia venalium, concernit regimen regni. Est sanè verum, quod quando regimen vergeret in perniciem animarum, Papa, vt pastor vniuersalis animarum poterit illud impedire. Cæterum iustitiam constituere pretia, non est contra bonum religionis, sed in eius fauorem, similiberque quando oportuerit, illa demutari, & noua constituere, siue in hoc negotio reddituum censuali, siue in quouis alio. Priuata autem autoritas, istud efficere non potest, quia esset publica, regis, vsurpare iurisdictionem. At dicit aliquis, quid ergo, si redditus sunt malè constituti, vel super personam nudam, aut super bona, sed mutantia valde, qui hæc ement, non ex pretio à rege taxato, sed vilius, nunquid peccabit aut restitutioni subiacere non arbitror. At vero dices huiusmodi demutat propria auctoritate pretium, respondetur, quod pontificis intentio est, auferre occasionem, & velamenta vsura

Regis est non Papa in suo regno pretia venalium rerum constituere.

rum,

rum, qualia essent si passim liceret demu-
tare pretium; ceterum quando prorsus
nulla est fraus, sed aperta sinceritas, non
agitur contra Papae constitutionem vel
propriam motam. Et re vera, redditus
constituti super infirmis fundamentis,
quia nullam vel exillem sortiuntur securi-
tatem, vilioris sunt pretij, quam ij qui fir-
mas habet radices, ideo contra huiusmo-
di non militat Papae, aut regis constitu-
tio. Ceterum qualia qualia haec fuerint
constitutio huiusmodi, non venit ut di-
citur in praetorij regijs, & vt fertur à re-
ge, supplicatum est super hoc proprio
motu ad Papam in praesim adhuc, ideo
non est immorandum in ea: exponeda.

¶ **H**abitat aliquis, num fas erit, redditus
annuos iam constitutos, videlicet, si quis à
rege emit, pridem redditum redimibile
vnius pro viginti, aut pro. 17. &c. licet
hunc redditum pro ratione. 14. 15.
vel. 16. pro vno emere. Sunt qui putant
fas esse, si quidem regis pragmatica con-
stituens pretia horum reddituum censua-
lium edita Matriti, anno 1563. ad ratio-
nem. 14. pro vno, locum habet in cen-
sibus, quoniam constituitur, non tamen
in iam constitutis, quando in alterum
transferuntur. Et ideo aiunt fas esse in hu-
iusmodi translatione reddituum, verum
huiusmodi contractus de redditibus iam
constitutis, iniquior apparet, quàm in con-
stituentis. Nam in constitutis, qui emit
redditu vnius pro. 20. exhibens, ad ra-
tionem. 15. vel. 16. pro vno, hic magnam
pecuniam emit pro minore. Namque vi-
gintidubitant ei, quando extinguetur
census, & soluti dedit. 15. & ita pro. 15.
fructur. 20. At in censu constituto, ni-
hil extat huiusmodi. Nam si quis emit
vnum pro. 12. exhibitis solum agit con-
tra iustum pretium taxatum, non tamè
habet futuram praetextum vt prior. contra
ctus, vbi pro pecunia minoris praesenti
speratur vberior pecunia, id quod vsura-
rium esse videtur. Vnde Albornozius
in lib. 3. contract. tit. 4. omnino credit
esse furarium praedictum contractum,
propter rationem commemoratam. Et
ante ipsum Frater Moreado in opusculo
de censibus.

¶ **A**t vero contra istos est, quia contra-
ctus censualis non est mutuum, sed ven-
ditionis vnde in casu proposito, is qui

17. exhibens, transfert in se ius, quod ha-
bebat censualista prior, qui emerat vnu
pro. 20. non emit pecuniam veteram. 20.
pro. 15. modo exhibitis; vt isti auctores
arbitratur, sed emit ius quod habet prior
censualista ad habendum vnum pro. 20.
quae exhibuerat regi, vel alteri. Hoc autè
ius vt saepe commemoratum est, est res
venalis, vnde si habet multos emptores,
multi fiet, si vero paucos, deprimetur
eius valor.

¶ **F**aciamus ergo ita esse, quod iste cen-
sualista ex causa rationabili, vult vende-
re hoc ius quod emerat, & nō extat qui
emat eo pretio quo ipse emerat, scilicet
dando pro vno. 20. sed solum offerat
emendum pro. 15. vel. 16. Equidem, hic
duo sunt consideranda, alterum de veni-
ditore, alterum de emptore. Sanè vendi-
tor sine scrupulo vendere potest, occur-
renti modo, quando alius melior nō
extiterit. Siquidem si eget pecunijs, &
aliàs non sibi potest consulere, nisi ven-
dendo ius suum habendi vnum pro vi-
ginti quae dedit, & emptor nō extat qui
velit totidem exhibere, vt cumque vendi-
derit, inculpatus est, vt is qui caput pe-
cuniam ad vsuram. Rursus si fortè huius-
modi redditus non sunt constituti firmi-
ter, sed infirma habent fundamenta, quia
agri, vel domus super quibus sunt consti-
tuti, casu facta sunt vel ruinosi, vel steri-
lia, & ideo deposuerunt non nihil pristini
valoris, si emptor, emat minori pretio,
immunis est à peccato, si quidem red-
ditus huiusmodi, male constituti, deponunt
etiam valorem suum. Vt etià si emptor
aduertit, quod qui solutus est huius-
modi redditum est, vir pauper, vel non
probatae fidei, vel ex alia causa praesenti
vel futura, agere soluet, & erit expenden-
da pecunia, vt creditor suum redditum
habeat, aut denique molestia timet pas-
surum in recipendis redditibus, item ob
haec causas, deponunt valorem suum
redditus, & possunt minori pretio emi,
vt satis liquet ex his quae lib. 2. differui-
mus. Neque multum facienda est obiectio ali-
quorum dicentium, in hoc casu emptorè,
non esse emptorem. Imò dixerim con-
tra bene faciet quispian, si velit non
obstante hac molestia subuenire indi-
genti proximi. Quid quod, sibi interim
consulit malens, cum molestia habere
reddi-

redditus, quam indigenti gratis subueni-
re, verum cessantibus illis causis commu-
nibus, vnde venalis omnia deponit suū
valorem, fortè dicit aliquis emptorem
non posse emere pro minori pretio. Si-
quidem ius ad habendum. 20. & interim
quod census non extinguitur, ius haben-
di vnum pro illis. 20. non iuste venditur
pro. 15. vel. 16. Quia venditur quod ma-
ioris est valoris, pro minori pretio.

¶ **I**tem si hoc damus esse iustum contra-
ctum, igitur, si quis redditum annuum
quem habet, quia dedit pro vno. 14. vo-
luerit, vendere pro. 12. aut. 13. emptor
emēs, iuste emeret quod videtur falsum,
quia hic emptor emeret contra iustum à
rege taxatum pretium. Et rursus quia. 6.
tit. 5. lib. 3. Recop. sancitur vt redditus
iam impositi, minus, quam pro taxatione
ne, quae ibi sancitur pro redditu vnius
14. reducantur ad hanc taxationem, etià
si sint redditus regij. Igitur constituti. &
constituendi eadem subeunt rationem.
Et quidem hic casus est difficilior quam
primo relatus. Siquidem in priore, qui
dat. 15. vel. 16. pro redditu commemora-
to, non agit contra taxationem. Taxatio
enim est, quod minus quam pro. 14. non
possit emi annuus redditus vnius, qui au-
tem dat. 15. vel. 16. non emit pro minori
pretio, quae sint quatuordecim imò pro
maiore, ideo tota difficultas proueniens
ex taxatione non tangit casum istū, sed
quod posterior em. Ideoque in priori ca-
su iniustitia est consideranda, quia ius
quod pluris valet, minoris vendit. Quo-
circum si casus accidat, quod nullus extet
emptor, qui voluerit emere, pro suo ius-
to pretio, quod debuisset habere, quia
nullus est qui excedat. 16. aut. 15. &c. pu-
tandum esse iustum pretium. Et si ne-
cessitate compulsus venditor vendat, &
nō est, qui pluris aestimet ius illud ad. 20.
vel quia non placet emere vel ob alias
causas, si tunc vendatur ius illud, emptor
nō est in culpa, quia iuste emit, quia nul-
lus est alius qui velit illo pretio emere.
Dixerim haec, quia stante casu venditor
residuum videtur donare emptori, cessante
tamè omni cautela, & fraude intellecta
haec velis. Neque obstat, quod pecunia
praesenti pauciora dixerit aliquis, emitur
pecunia vberior futura, quia vt aiebam,
pecunia non emitur, in contractu censua-

li, ideo si verus est contractus censualis,
non potest emi pecunia, vt fit in contra-
ctibus vsurarijs sed solum emitur ius ad
habendam illam. Et ius illud non est pec-
unia, vt patet, etiam si fit ius ad habendā
pecuniam. Et ius hoc propter pecuniam
transfertur in emptorem vnde emptor,
habet ius in redditum annuum, non tam-
en in ipsam pecuniam, siquidem pecu-
niam. 20. non potest exigere neque ven-
ditor tenetur illam exhibere, quia mu-
tuum non est, sed venditio. Quod vero,
possit habere emptor vberior em pecu-
niam, quam pro pretio tradito. 15. vel
16. istud per accidens est, quia item po-
terit non habere illam in perpetuum si
venditori non libet, extinguere redditū,
sed potius magis arridet annum pende-
re redditum. Et hac ratione soluitur ar-
gumentum Alborno. praecitatum. In po-
steriore autem casu, sanè non video, vt
redditus constitutus pro ratione vnius
pro. 14. possit transferri seu emi pro. 12.
nisi peccando ementem, quia aperte fit
contra taxationem id quod vt apertius
discas, scito inter legem taxantem pretia
censualia redimibilia (vt supra etiam fuit
insinuatum) & inter legem taxantē fru-
mentorum pretia, hoc esse discriminis.
Quod hec est in fauorem ementium, illa
vero in fauorem venditum. Enimvero
lex maiori indigentis subuenire studuit.
At vero ementes frumenta sunt qui indi-
gent frumentis, & non qui vendūt ideo
lex constituit, vt non venderent ultra
taxationem, et si vendens frumenta po-
terit vendere minoris quam pro taxatio-
ne. Istud enim suffragatur ementibus,
quod vilius emant.

¶ **P**orrò vendentes census huiusmodi,
ideo vendunt quia egent pecunijs, at qui
emunt pecunias habent: ideo lex consti-
tuit, vt non minoris venderentur quam
vnum pro. 14. Namque minoris vendere
esset laesio vendentis, vt si venderet vnu
pro. 13. aut pro. 12. quia vilius tunc ven-
dit, & esset fauorabile ementi, quippe qui
vilius emit.

¶ **P**orrò, quia lex haec est ad fauorem ve-
ndentium hoc census, videtur fas esse cen-
sus iam impositos, volenti in alium trans-
fere, quod Hispanè dicitur *Traspasarlos*,
censum, quem ipse emit pro. 14. vilius
vedere quam emit, quia cedit iuri suo, &
fauori

An pragmat-
ica regia
edita Ma-
triti solum
habeat lo-
cum in cen-
sibus quino-
uè consti-
tuuntur.

causam
de censibus
impositis

causam
de censibus
impositis

Optatio de
censibus iam
impositis.

fauori legis. Et sunt qui opinantur de emente, quod hunc censum quem alter vedit minoris, poterit alter emere minoris quam sit. 14.

¶ Et quidem de vendente non est magna questio, quia poterit renuntiare iuri suo, vendendo vilis quod ipse emit carius, videlicet vendendo ius habendi vnum pro 12. quod ipse emerat pro 14. At vero de emente, non adeo perspicuum est. Et quidem vt non licet vendere frumenta ultra taxationem legis at licet emere vilius quam pro taxatione: ita e diuerso videtur licere vendere huiusmodi iura censualia minoris quam pro taxatione, at non licebit emere.

Ioannes a Methi. expenditur.

¶ Ioannes a Methina, quem supra referimus, contendit regem taxasse pretia huiusmodi, non intendendo, prescribere pretium certum & necessarium, sed vt antiquos census, ad nouam suam legis formam reduceret, vnde non credit esse iniustum, si minoris quam pro 14. ematur census isti, seruata patrie consuetudine. Et ego quidem bene video patrie consuetudinem, quam rex nouit, & tolerat, cum aliis illi facile & sine detrimento reipublice, possit detrudere, momentum habere magnum, in huiusmodi, quia consuetudo est optima legum interpretes. Adde quia non vbiq; terrarum pecunia eadem habet eundem valorem. Nam vbi rarior est pretiosior est, & ibi pluris fient 12. quam alibi. 14. vnde & frumentorum pragmaticam: rex in quibusdam locis, non habere locum, neque esse obligatoriam ibidem exponit, et si de censibus istis redimibilibus, idem exponeret excipias: loca quaedam, audiendus esset doctor, hic, at vero ego non video hanc exceptionem. Mihi nihilominus relatum est, consuetum esse impositos census, & vendere minoris, & emere rege sciete & approbante, quod si ita est vtrunque licet. Et lex censualis intelligenda venit, quod nemini liceat imponere censum minoris quam 14. pro vno, vtrum casus est de centu imposito iam. Porro autem perpetui qui vocantur census, aliam rationem subeunt, quam temporales: seu potius redimibiles. Namque omnes census appellatur perpetui, etiam redimibiles, ex eo quod, quia istos redimibiles, ementi non licet extinguere ideo quam

tum est ex parte ementis sunt perpetui, & in scripturis censuibus ea appellatione donantur. Perfecte autem perpetui eo dicuntur, quia redimi non possunt nisi ex partium consensu. Et quia huiusmodi perpetui magis onerant venditorum, ideo plures venduntur, quia venditori etiam non licet redimere, vt neque emptori nisi ambo conuenerint. Secus in censu redimibili, quem venditor inuito etiam emptore potest redimere.

¶ At qui fuerunt doctores, qui perpetuum censum non redimibilem, tradiderunt esse iniustum contractum: quos Conradus indicat lib. de contract. q. 82. in firmis tamen fundamentis suum placitum asseruerunt. Primum, quia ex censu perpetuo nihil emitur, igitur non est contractus venditionis, sed potius mutui, vnde refertur, aliquid ultra sortem. Antecedens probant, quia vel fundus venditur & emitur, qui fundat censum, & hoc non quia fundus iste maioris est valoris, quam pecunia censuialis, sed neque census ipse seu pensio, quia hic est pecunia, at pecunia vendi nequit, sed neque ius ad habendam hanc pecuniam. Quippe hoc ius, vel est persona vendens, vel relatio quaedam, vel fundus ipse, vel ipsa pensio. Non primum, quia persona, neque emitur, neque venditur, sed neque relatio est emibilis, quia est exigua entitatis, neque fundus, quia qui soluit pensionem perpetuam quam imposuit supra domum quam colit non vendit domum suam, et si eam subiecit tributo.

¶ Secundum, pecunia que soluitur ab emptore huius census perpetui, est certa, vt puta, qui emit vnum perpetuum aureum nummum, pro quadraginta, at vero, laboribus temporibus, solutio huius vnus superabit quadraginta, namque anni si trahantur plures quadraginta iam superat receptum, ipsum datum, igitur, qui emit plus habet ex contractu, & qui vendit minus habet igitur est iniustus contractus. Et tertio in huiusmodi censibus videtur duplex esse contractus alter emptoris, fundi fundantis census, alter contractus censuialis. Nam primo videtur, quod omnes emit verbi gratia domum que fundat censum, & dein de emptam domum, rursus vendit pro pensione illa perpetua habenda: At primus contractus est iniustus, quia

Argumenta contra contractus censuales.

quia nunquam in huiusmodi censibus tanta datur pecunia, quanta sufficit pro emendo fundo, vel domo, &c. id quod est commune omnibus contractibus censuibus in quibus nunquam pecunia ex qua emuntur, tanta est quanta sufficeret emptori fundi, vel domus, vel predij fundantis census istos.

¶ Præterea quarto quia ex huiusmodi contractibus exhibetur hominibus occasio, ad ducendam vitam otiosam, ex labore aliorum.

¶ Verumtamen hæc argumenta sophistica sunt, quæ estis colorem habent veritatis tamen substantiam desiderant. Vnde constans est hæc veritas huiusmodi contractus ex suo genere esse licitos, tametsi ex multis causis, & circumstantiis esse vitabiles, id quod etiam alijs omnibus contractibus, quantumuis sint ex suo genere boni. Enimvero si contractus censuales qui redimibiles sunt, sunt liciti, ex approbatione Papali ex Martino V. & Calisto II. vt supra est commemoratum, multo fortius perpetui. Et fundamentalis causa est, quoniam isti contractus non sunt mutui, sed emptionis, & venditionis. Quocirca si ex pretio taxato vel à rege, vel ex consuetudine celebrentur ex se liciti sunt.

¶ At vero census non redimibiles bifariam celebrantur. Primum, si quisquam vendit super fundum, vel domum quam habitat censum quemdam, pro pecunia sibi exhibita, vt si obligat fundum suum seruitute perpetua, & se & suos hæredes in perpetuum, & irreuocabiliter, soluendi, quotannis vnum pro triginta, aut aliis quia de re hac non est à rege taxatio facta, vt in temporalibus, siue extinguibilibus censibus. Et hac ratione, qui vendit censum, non vendit domum, vel fundi, sed manet obligata domus, vel fundi, & ipse dominus, & hæredes post ipsam ad soluendum semper hunc censum. Et hic census perpetuus irreducibilis, solum discrepat à redimibili, hac ratione quia vnus potest extinguatur à venditore, alter non. Ideo substantialiter non videntur manifeste habere differentiam, sed solum accidentaria. Alio vero modo celebrari potest,

si quis vendit domum, vel fundum alteri, pro certo censu perpetuo irreducibili, vt si conueniant duo, ego tibi vendam domum meam, si quotannis dederis mihi decem, vel octo, &c. In hoc sane censu, transfertur dominium rei que censui subditur, in ementem fundum vel domum propter onus annuum irreducibilem, ideo tunc censuista domum vt suam habet, vnde ruinas eius reparat, & si frugifer fundus est, fructibus illius potitur. Et denique suo domino, qui est ipse stat aut cadit. Et si meliorem eam reddit, vt uberioribus fructus pariat, sibi parit, sibi vero sua incuria illam peiorem facit, sibi est deterior. Et denique eius res agitur siue in bono, siue in malo, semper autem viget vna obligatio soluendi redditus, nisi ex consensu contrahentium redimatur. Et quo melior fuerit redditus, tanto carior erit redditus redemptio. Et hic contractus, vt & prior sunt emptionis vt liquet. Et recensentur in Clemen. de verbo. signi. inter bona immobilia. Redditus autem extinguibiles, an sint recensendi inter immobilia bona, an potius inter mobilia connumerandi reuocant in dubium Iuriconsulti quidam. Et quidem videntur esse mobilia bona, siquidem de sui natura sunt extinguibiles. Namque venditoris est arbitrium, illos extinguere. Quod si non extinxerit, istud per accidens est. Qua autem ratione discernantur perpetui redditus, irreducibiles ab emphyteosi, supra est discussum, obseruabis autem quod est redditus isti redimibiles, simpliciter sunt referendi inter bona mobilia, ceterum fundamentum habent in bonis mobilibus, vt plurimum, quia rarus est, qui eos creat super nudam personam, vt supra tetigimus. Hac igitur ratione, qui fundantur super bonis stabilibus, participant non nihil immobilitatis, verum hæc remittenda sunt, ad Iuriconsultos quorum interest, huiusmodi questiones ventilare. ¶ Huiusmodi denique census potest esse pecuniarius, & potest esse fructuarius, fructuarius est cum peditur quotannis, vel vt conueniant contrahentes fructus terræ, aut aliis, pecuniarius vero, quando penditur pecunia. In diocesi Ciuitatis, omnes agricolæ, ex frumentis collectis, quotannis, tenentur annuatim

Redditus extinguibiles referuntur inter bona mobilia, & nihilominus participant aliquid immobilitatis

Census fructuarius est sus pecuniarius.

pendere certam partem frumentorum collectorum, civitati Civitateni, quem censum perpetuum, & fructuarium, ipsi vocant lunterias. Est que ab antiquo instituta, propter defensionem ab hostibus quam impendere sub bello civitas tenetur, omnibus vicis, & villis sibi subiectis. Et eundem multo maioris pretij est census, quam defensa que illis impendenda venit. Quia diuturniora sunt tempora pacis quam belli, bellum enim est propter pacem. Et quando primo fuit census hic creatus, erat modici valoris, quia frumenta modici valoris erant. Iam vero crevit, adeo eius valor, ut civitas, reportet ad tria millia ducatorum in proventum annuum, & non expendit in defensionem, neque assensum, quia iam pridem bella conquieverunt contra ipsos. Nihilominus iustus est hic census, quia sicut crevit potuit minui, & sicut fruuntur pace, poterant vexari bellis. Et sicut fructuarium est licitus; ita & pecuniarius. Quippe poterant se obligare eidem agricolae, ad pendendum annuatim certam partem pecuniae, ut emerent hanc civitatis commemoratam obligationem ad tutelam aduersus hostes suos. Tunc autem esset redditus pecuniarius. Itaque pecuniarius, & fructuarium, pro eodem computantur, quia pecunia reputatur in iure, quidquid est in possessione nostra.

Responsio argumentorum.

¶ Argumento igitur primo respondetur, quod aliquando emitur fundus ex iure perpetuo, aliquando vero ipsum ius, vel obligatio, ex qua se onerat venditor soluendi, redditum. Hanc autem obligatio est relatio quedam venditoris ad ipsum emptorem, soluendi redditum. At vero non venditur, ut relatio, sed ut est obligatio utilis valde emptori. Et hoc modo estimabilis est pecunia, atque propterea venalis. Quod si dixeris est spiritualis, ergo non venalis. Distinguam tibi duplex esse spirituale, ut tradebatur, quando de simonia ageretur, quoddam, quod habet naturam non corpoream, aliud vero, quod causa est gratiae Dei, vel ad eam preparans, relatio igitur, quia incorporea est; primo modo si dixeris eam esse spiritualem, non refrabor; at vero non est spiritualis secundo modo, ideoque et si ha-

Spiritualis duplex.

beret per se factum esse venalis esset, nunc autem relatio non habet esse simpliciter, sed habet esse ad alterum, ideo non est prorsus venalis ut relatio est, id est ut habet solum ad aliud ceterum est venalis, quatenus ex hac relatione venditor subditur emptori ut praedictum est.

¶ Secundo dices, quod pecunia quae exhibetur est certae quantitatis, & census quoque, quilibet est determinatus, ut si sunt sex, vel septem, &c. at vero est indeterminata summa censuum, quia perpetua est, & non extinguitur. Ceterum, istud non colligit esse iniustum contractum. Siquidem summa quae datur certa est magna, & census, qui annuatim exhibetur modicus est, & transcurtis multis annis, non aequabit summam magnam. Quare aequalitas creditur esse, quod multum magnum & determinatum, detur pro multis paucis successiue tradendis. Quod si multis plausibilis est, potius summa magna de terminata, quam minutula quaedam sperare annuatim soluenda, ut sunt ij quibus studium est prodigere substantiam suam. Alij vero qui futuris consulunt & non in diem viuunt, amant relinquere filijs, vel haeredibus perpetuam quandam substantiam, in memoriam sui, & in utilitatem suorum, vnde iste contractus ob causam commemoratam, est utilis reipublicae. Quippe impedit prodigalitatem, & memoriam conservat creaturam huiusmodi census perpetuos, & posteris utilitatem affert.

¶ Et demum argumentum hoc diluere dices si dixeris, obligationem ex qua obligatur venditor suo creditori ad censum soluendum, esse determinatam, & ideo si summa pecuniae pendatur, iuxta rationem huiusmodi obligationis, erit aequalitas, & determinatum datur, & determinatum recipitur.

¶ Tertio dices, non esse ibi duos contractus sed solum unum venditionis. Nam si venditur fundus pro perpetua pensione vel pecunia soluenda, vel fructuum soluendorum, vnicus est contractus, si vero ipsa obligatio ad pendendum censum vendatur, tunc est vnicus contractus. Et rejicienda est ista imaginatio tanquam inutilis: in qua etiam impeditur quiddam

Ad 2. respondetur.

Census pecuniae utilis.

Ad 3.

juris.

Juriconsultus. Qui multa vanè est commentus, ut sibi gloriam inuentoris artis de contractibus arrogaret.

¶ Ex istis autem, & ante habitis non erit difficile casum illum resolvere an scilicet fas sit ad hunc modum vendere censum. Ego dabo tibi nonaginta, ad decennium, modo annuatim dederis decem. Hic census vocatur temporalis, ad tempus determinatum, videlicet ad decennium, vel ad alium terminum in quem contrahentes concordant. Enimvero Conradus lib. de contract. quaest. 80. multis differit contractum istum, & tandem se in eam sententiam condidit ut credat de rigore non esse usurarium, sed esse de genere suo bonum, etsi potest esse contractus iniustus, ex malis circumstantijs, at vero non est nihilominus usurarius. Siquidem est vera venditio census decem pro 90. neque venditor tenetur ad exhibendum 90. sed solum 10. per decennium, ideoque non est mutuum, vnde obijcienti esse usurarium, quia emptor, recipit capitale absoluto decennio, & ultra sortem decem. Quia recipit centum, si per decennium recipit decem, in singulo quoque anno. Et nihil refert quod capitale, & accessio soluatur simul, aut annuatim, si autem simul soluerentur centum pro 90. esset ex suo genere usurarium, igitur itidem erit usurarium ad decennium recipere aliquid ultra sortem. Respondet, esse discrimen, si quidem quando mutuo datur, recipiens tenetur soluere totum, & si ultra soluerit ex mutuo est usurarium exceptis excipienda. ut saepe dictum est. Et ideo siue mutuatarius obligetur ad annum decem soluere pro 90. centum siue ad biennium &c. refert nihil, quippe semper usurarium est, secus in casu praehabito, subscripsit Ioannes à Methina, ut ferè Conrado subscribere solet in Codice de restitutio. rerum per usuram acquisitarum. C. de censu temporalis & temporalitate determinata. Et est idem casus ferè, quem Carolus Molinæus in tracta. de varijs, & commendis tractat quaestione. 63. numero. 41. videlicet, si quis pro mille ducentis, emit ad duodecim annos annuum redditum ducentorum, qui videtur contractus iustus quippe, si emerit censum perpetuum redimibilem, pro mille ducentis, centum quotannis,

Census temporalis ad tempus determinatum.

esset iustus contractus, ergo similiter prior contractus temporalis, ad certum duodecim annorum tempus, erit iustus. Siquidem fac, quod debitor census perpetui redimibilis, ad 12. annum extinguat censum, quem vendiderat commemoratum, tunc sanè creditor, reportavit lucrum videlicet mille ducenta, quae erat fors, at in priori casu, quando est ad certum tempus, 12. annorum, non plus reportat lucri creditor quam mille ducenta, neque debitor plus damni, quam si in fine. 12. debitor census perpetui redimibilis extingueret censum soluendo creditor totum capitale.

¶ Secundo fac Titium habere redditum annuum perpetuum redimibilem ducentorum, qui tamen egens prompta pecunia, sollicitat Caium, ut emat ad 12. annos, huiusmodi redditum, exhibendo eo, mille & ducenta, ad rationem ducentorum pro singulis annorum duodecim, qui expleat summam in fine anni duodecim mille, & ducentorum, videtur enim, quod sit iustus contractus, siquidem hic non est mutuum, sed venditio. Et Titius erat receptorus, annuatim & per partes, totam summam quam recipit simul à Caio, & videtur nihil referre, siue partialiter, siue totaliter simulve recipiat. Et Caius, quod dat simul, scilicet mille ducenta credit, tamen non obstrat ratione praetacta, contractum esse usurarium sita tamen rectè sub hac differetur.

¶ Probat autem suum placitum primo, quia conditio necessaria iustificadis censibus, istiusmodi est, quod debitor quando voluerit extinguere censum, liberum sibi est redimere, & hoc satis comprobatur, ex decretis duarum extravagantiarum Celestini, & Martini, at in huiusmodi contractu, debitori non est liberum redimere, siquidem sortem soluere tenetur annuatim.

¶ Et addit nihil referre, quod diuisim, aut collectim tenetur soluere, postquam tenetur soluere sortem, id quod est contra conditionem iustificantem censum. Potrà hæc, ut sequentes rationes, locum habent in contractu census perpetui redimibilis, de quo extravagantes praetactae meminerunt. ¶ At vero redditus de quo vertitur quaestio, longe distat ab hoc, ut post hæc patebit.

Caroli Molinæi placitum refellit.

¶ Secundo colligit, & ferè idem est quod dudum colligebat census, inquit, ut sit legitimus necesse est fortem, alienari. At vero in contractu prædicto non alienatur fors. Probat minor, quia debitor tenetur annuatim seu diuisim fortem soluere, & totum quod soluitur detrahitur à forte.

¶ Tertio quia quod contrarium opinantes, respondent esse venditionem, verbo tenus est venditio. Quia etsi debitor, quantum est ex forma verborum, non se obligat ad fortem persoluendam, sed ad redditum annuum, nihilominus effectus obligationis, est ad soluendum particulatim fortem.

¶ Quarto in contractu census iustus, fas est debitori, frui per creditorem, tota sorte quandiu census durat, at in contractu isto de quo est disputatio, rapit creditor quotannis, partem fortis. Quippe annuatim per spatium verbi gratia. 12. annorum, penditur ei pars fortis, donec tandem totum successiue solvatur, ut patet ex proposito casu, vnde anno dilapso sexto, iam à creditore raptà est dimidia pars, & in duodecimo, integram sortem habet.

¶ Et equidem hic contractus, de quo differit Molinæus, æquorem se se præfert, quam sit ille contractus de quo differit Conradus. Namque in casu quem differit Conradus, referuntur in singulo quoque anno per denarium annorum à creditore, per spatium decem annorum, decem, vnde in fine decimi anni, reportat decem, pro nonaginta, quibus tanquam pretio, centum emerat.

¶ Vnde habet creditor pro interusurio, decem supra nonaginta, quæ ipse debitori suo venderat. Et quidem grauat ex huiusmodi contractu, valde debitor. Quandoquidem ipse, orbatur facultate, pro spatio, corrente decenniali extinguere censum, & nihilominus ipse non fruitur sorte integra, & alioqui soluit supra sortem acceptam decem. Et hoc non propter lucrum cessans, neque ob alias causas quæ solent interuenire, ob quas ultra sortem accessio iusta est.

¶ Porro autem, si libet differere Molinæi casus, dixerim primo, & postremo ab ipso propositos casus, esse iniustos contractus, ut etiam ipse putat, at

non propter eius rationes, quas sub hæc soluimus, sed quia cum redditus perpetuus, redimibilis pluris constet, quam is qui est ad præscriptum tempus, ut quis perpetuus alterius generis pluris constet, ut supra diximus, iniustum est, quod emptor de quo casus meminit, ad 12. annos, tantundem referat, quantum idem, emptor eiusdem redditus perpetui in duodenario illo annorum. Id quod accidit ex casu, quia vterque refert ducenta, in singulo illorum annorum. Quid quod præter hoc in contractu hoc ad certum tempus, est emptor certus de lucro toto, à se reportando, & in redditu perpetuo redimibili, non est ita certus, siquidem nescit an venditor extinguat censum. Etsi hæc secunda ratio Molinæi non est peremptoria, quia hæc incertitudo censu perpetuo redimibili, re-compensatur ex alio, quia etiam forte reportabit plura, quam pro forte, id quod non accidit, in redditu ad tempus limitatum. At prior nostra ratio etiam si non probat esse usurarium, probat tamen esse iniustum contractum illum, vnde soluitur argumentum præobans primam contractum à Molinæo inductum esse iustum, si dixeris verum esse quod si extingueretur redditus ille perpetuus redimibilis, ad rationem centum quotannis pro mille ducentis, si inquam extingueret duodecimo anno emptor reportabat, ex accessione, & sorte restituta, pro singulo anno illorum. 12. ducenta, at vero reportans eadem ex contractu redditus ad duodecim annos, iuxta eadem summam mille ducentorum, si pro singulo anno reportat ducenta, non amplius lucratur id quod verum est. Cæterum quia iniustum videtur, quod tantundem lucretur emptor ex redditu ad tempus quantum alius sub eodem tempore, & ex eadem summa quæ datur ad emendum censum, ideo videtur iniustus contractus.

¶ Neque releuat, quod emptor ut in secundo casu exponitur sollicitetur à venditore, & quod in gratiam leuanda debitoris indigentia, emat ad tempus ut in casu ducenta pro mille ducentis. Si quidem particularis indigentia debitoris, non potest iuste augere pretia rerum, vnde lib. dissertum est. Neque releuat, quod

Conradus ait. q. 81. arguens contra suam sententiam, quod pecunia præfens est maioris valoris, quam futura vnde credit validum esse contractum, ex quo ad tempus. 10. annorum, pro. 90. emimus centum. Nam si hoc veritate constaret, vorago usuraria, continuo patula esset est sane pecunia præfens, eiusdem valoris, cuius est futura, etsi magis ametur præfens, quæ ex illa nobis potius subuenimus. ¶ Porro autem si iniustum esset pretium, non video, iniustum esse, istiusmodi contractum, ex quo emitur redditus ad tempus constitutum. Eset autem iniustum pretium, si haberetur ratio, minoris emere, huiusmodi redditum ad tempus certum, quam emitur census perpetuus redimibilis. Quem vocare possumus perpetuum quia emens huiusmodi redditum, non potest cogere vendentem, ut redimat. Est autem ratio satis consentaneum, quod perpetuus iste redimibilis, pluris constet, quam ille, qui constituitur ad tempus determinatum. Si quidem, ille constituitur super re immobili, hic vero non item. Vnde perpetuus longe securior est, non solum quo ad redditualem contractum, sed etiam quo ad substantiam ementis securitatem. Quod si accidisset, redditum huiusmodi ad tempus qui constituitur, constitui super re immobili, tunc, si pluris constitisset, non esset iniustum, quod à perpetuus redditus. Sanè, quia ille vsque ad tempus constitutum, redimi aut solui non potest, namque hæc est ratio contractus huiusmodi, porro perpetuus, redimibilis, continuo redimi potest, non tamen de huiusmodi contractu fit sermo sed de priori.

¶ Rationes autem Caroli Molinæi, dissuadentes iniustitiam huiusmodi contractus venditionis redditus ad tempus, diluit, si dixeris ad primam. In censibus istis ad tempus, non esse necesse, quod debitor possit extinguere censum, imo si ipse extingueret solueretur natura contractus. Nempe, quia si redditus est constitutus ad duodecim annos, verbi gratia, si debitor intra hoc spatium voluisset, aut posset extinguere, iam nullus esset contractus, penitus sollicitet celebrare vsque ad certum tempus.

¶ At peracto duodenario annorum, ip-

se contractus nullo labefactante, collabitur ex se ipso.

¶ Contractus vero reddituum perpetuorum, qui vocantur redimibiles, quocumque tempore redimi possunt & de istis, verum est quod ipse ait. Et extraneas à me inductas in fauorem eius solum loquuntur, de redditibus istis, redimibilibus verum contractus iste, de quo est disceptatio, non potest dici perpetuus, quia habet constitutum terminum. Neque potest appellari redimibilis, quia sub tempore constituto, redimi non potest, nisi nouus vtriusque contractus accessisset consensus, verum istud est per accidens, transacto autem tempore non eget redemptione.

¶ Secundo respondebis, quod in redditibus ad tempus, fortem alienari quia debitor potest uti ea suo placito, solum enim tenetur ad redditum, verum autem est quod redditus hic, paulatim absorbet sortem. Quod si mutuum esset referret nihil, quod simul, vel sensim, fors, restitueretur, at hic non est mutuum, sed venditio. Quo circa, taxandum venitorum reddituum pretium, etsi lex non taxat eos, sed taxabit eos consuetudo. In mutuo igitur, quando diuisim soluitur, item & fors diuisi, restituitur. At in huiusmodi redditu, non soluitur emptori fors, ut fors saltem mytuata, sed ut fors emptæ, & fors emptæ est ipse redditus. Et hinc patet solutio ad. 3.

¶ Quarto dices, huiusmodi redditum ad tempus, esse alterius naturæ, quam perpetuus, vel dic debitori licere frui tota sorte, quia redditus non redditur ut fors, sed ut redditus pro sorte.

¶ Vnde videtur, quod si emerit ad decennium, pro. 90. centum, & constituitur pro tempore suo super re immobili, quod contractus erit iustus, etsi pluris ematur quam qui vocatur perpetuus redimibilis, si vero non fundatur super re immobili, excedatque pretium perpetui erit iniustus, non tamen euidenter est usurarius. Si vero pro. 100. ad decennium, emantur decem sine labefactante contractus, ut ite si ad. 14. annos iuxta regiam taxationem, ematur vnus, in singulis annis soluendus. Et per hoc patet dubij moti solutio, longe aliter, quàm à Carol. Molinæo, sit solutus, & à Conrado, & à Ioan. Methina.

X 3 ¶ Nam

Census ad tempus præscriptum differt à censu redimibili.

Census ad tempus ex sua natura collabitur.

¶ Nam Molinez inſinuat huiusmodi contractus ad tempus, eſſe illicitos, vt ex rationibus ſuis non eſt obſcurum perſpicere. Cum tamen alio qui ipſe concedat vitalicia, eſſe contractus licitos, quæ tamen ſunt contractus ad tempus vitæ, vt poſthac diſſeretur. Conradus autem eos eſſe legitimos credit, vt oportet fateri, at non legitimis factis rationibus vt viſum eſt.

CAP. OCTAVVM.

An vitalicia, quæ vocant ſunt contractus iuſti?

Argumen-
ta cõtra cõ-
tractus vita-
liciorum.

RT ſunt argumenta, quæ videntur, hæc vitalicia cõdemnare. ¶ Primò quia hic contractus eſt planè vſurarius, mutuo tibi centum ducatos ad .11. annos, modo ſolvas vitra centum decem, at vero contractus vitalicij eſt idem ſubſtantia cum iſto. Minor probatur, ſæpe vt conueniat, emptor vitalicij, eum venditor, ad hanc rationem. Dabo tibi ait Petrus Ioanni centum aureos, modo des mihi, quotannis decem. Et ſuppoſito Ioannem victurum, ſolum .11. annis iam tunc Ioannes refert cõtum, quæ dedit, & vitra acceſſionem ex .10. Et iſtud eſt argumentũ Henrici, loco præcitato. Neque euacuat argumẽti vires, ſi dixeris, in caſu primo, quod ſoluatur capitale, & interuſurium, & in 2. non item. Siquidem non videtur variare ſubſtantiam contractus, ſiue ſoluatur capitale, totũ ſimul, aut minutatim. Nanque ſæpe conueniunt mutuans, & mutuatarius, vt mutuum ſoluatur minutatim.

Secundò.

¶ Secundò qui contrahit ex ſpe habendi aliquid vitra fortem ex vigore contractus, non videtur innoxius ab vſuræ labe, at vero, qui emit vitalicium, hac ſpe emit, habendi, plus quam dedit. Quãdoquidem ſi nõ ſperaret diutius victurum ſe, quã pro ratione cõtractus, nõ emeret vitalicium. Nemo enim amat, ſua perditẽ collocare pecuniam. ¶ Tertio, ſi non eſt mutui contractus iſte vitalicij, igitur erit venditio, quia non apparet, quis alius ſit contractus. Venditio porro vt iuſta ſit, iuſto debet potiri pretio, at vero nullum

Tertio.

in hoc contractu, potest conſtitui iuſtũ pretiũ, cũ vita hominis, ſit incertiſſima.

Quartò.

¶ Quartò ſi dixeris ex pſalmo, dies hominis ſeptuaginta anni, ſi autem in potentatibus, octoginta, quod amplius eſt, labor & dolor eſt, fac igitur ſexagenarium, vitalicium emere, porrigatq; Petro centum ducatos, vt pro ſingulis reſidua vitæ annis, reddat illi decem, ſi hoc eſt iuſtum pretium, igitur quadragenarius emens vitalicium, dabit .300. ducatos, & qui nat⁹ eſt annos .20. dabit ſi volet emere .500. at vero hoc videtur iniuſtum, vitalicium taſti emere, ſiquidem redditus perpetuus redimibilis, eſſet multo vberior ſi emeretur, ad rationẽ .14. pro vno, iuxta pragmaticam ſanctionem.

Quintò.

¶ Quintum argumentum Conradi eſt, huiusmodi, contractus eſt contra Dei cõfidẽtiam, quam fideles omnes habere debent, iuxta illud pſalmographi, Speram in Deo & fac bonitatem, & paſceris in diuitijs eius, at huiusmodi contractus videntur procedere, ex Dei diſſidentia, quia emitur vitalicium vt ſecurã habeat emens vitam, ſecurum habens victum.

¶ Item videtur procedere, ex otij amore &c. Hæc ſunt argumenta, quæ Conradus collegit ad probandam improbitatem vitalicij.

¶ Sunt & alia argumenta, quæ hoc colligant. Siquidem omnia pacta, ex quibus ſumitur occaſio deſiderandi alteri mortem ſunt iniqua. C. de pactis. l. ſin. & ſ. de verbo. obliga. l. ſtipulatio. hoc modo vbi pacta huiusmodi inducentia votum captandæ mortis, reprobantur. Vnde etiam prohibetur ob eandẽ cauſam promiſſio præbendæ non vacantis. De conſeſi. præbendæ. cap. 2. lib. 6. Tale autem eſt pactum, vel contractus iſte vitalicij. Siquidem ad hanc rationem cõtrahitur, dabo tibi centum, vt reddas mihi, per totam vitam meam annuatim decem vbi gratia, vnde venditor captat occaſionem deſiderandi emptori mortem. Ec hæc ratio eſt Goffredi in ſumma.

¶ Rurſus omnis redditus, vbi debitor nõ habet liberum arbitriũ extinguendi illũ; eſt vſurarius, at vero in vitalicio hoc non eſt debitori facultas extinctiua, quia ſi ad eſſet illi huiusmodi facultas, contractus nõ eſſet ad vitam emptoris, ſed ad voluntatem venditoris. Antecedens pa-

tet

tet ex extrauagantibus, non ſemel indicatis Marti. & Caſti.

¶ Præterea redditus, qui non conſtituitur ſuper re immobili non eſt iuſtus ex conſtitutione Pij V. ſupra relata, hoc autem vitalicium conſtituitur ſuper perſona fugaciſſima vita. Et hoc argumẽtum eſt Antonini par. 2. titu. 1. cap. 8. ſ. 10. in cuius fauorem adieci conſtitutionem Pij V.

¶ Et demum argumenta omnia quæ probant redditum non poſſe conſtitui ſuper perſona nuda, non habita relatione ad bona, item probare videntur vitalicium eſſe illicitum contractum. Et item rationes illæ, quæ Molinez cõinnauit, vt probaret redditus ad tempus certum eſſe illicitos, quas retulimus ſuperiori capitulo.

¶ De re hæc vetus fuit placitum Henrici Gãdenſis quodlib. 1. quæſt. 39. & quodlib. 2. q. 15. Et Raymundi, & Goffred. in ſummi. huiusmodi vitalicij redditus eſſe illicitos, & non ſolum pecuniarios huiusmodi redditus, ſed etiam vſufructuarios ſiue prædiales, niſi vſufructus non excedatur à pretio, ſed ſit æqualitas vtriuſque vt cenſet Goffred. In eandem ſententiam vocatur Philippus Decius de vſuris, ſuper. c. in ciuitate. & Panorm. diſp. 5. ſuſpecta enim ducunt hoc genus reddituum, & ſi aperte non damnant.

¶ Porro autem communis ſerè eſt conſenſus Theologorum, & Iuriſconſultorũ, tradẽtium huiusmodi vitalicium eſſe iuſtum cõtractum modo ſeruetur iuſtũ pretiũ, id quod quia non eſt taxatum à rege, quærenda eſt conſuetudo proborũ hominũ, qui iſtis taxandis ſunt ſolertes. Et quidem huiusmodi cõtractus, ſe referat ſecundũ ſe non eſt iniuſtũ propter periculum, amittendi fortem. Enimvero cũ hic redditus conſtituatur ſuper re maxime labilem, & incertiſſimã, quæ eſt humana vita, ſiquidem ſi moritur emptor, venditor non tenetur ad redditũ, & fortis totius potitur ſine vitalicij obligatione. Nam ſi ſortis non eſſet tunc potens, vti que non eſſet vitalicium, ſed iniuſtus eſſet contractus quia vſurarius eſſet, ſi obligatio eſſet tunc reſtituendæ fortis emptoris hæreditibus ipſo deſuncto.

¶ Solent autem ſtatui tria neceſſaria, vt vitalicium ſit iuſtum. ¶ Primum quod

pretium cõſtituatur, ſeu moderetur, iuxta rationem ætatis, emptoris & complexionis, & habitus corporis, regionique temperamenti. Nam carius erit vitalicium quod emit iuuenis, quam mediocris ætatis, & hic carius, quam ſi emerit ſenex. Et rurſus ſi homo eſt bonæ temperaturæ, vt ſi ſanguineus eſt, viuacior eſt, quam ſlegmaticus, aut melancholicus. Et rurſus ſi frugalis eſt vitæ, quam ſi edax eſt & ebriofus. Et item ſi degit in regione elementis coeli, viuacior eſt quam in regione diſtemperata degens, vnde Athiopes ſunt valde longæui, quia optimo fruuntur coelo, item que Agyptij, & Indorum nõ minima pars, qui ad multos dies prorogant ætatem. Horum igitur habenda ratio eſt, vt vitalicij pretium cõſtituatur, æquabile. Et quanquam ratio humana vitæ incerta eſt, quia docente ſaluatore orbis, Neſcitis diem neque horam, & ſæpe, qui diutius cõſtitit ſe victurũ, citius videt ſe moriturũ, vt ille cui diſcũ eſt, ſtulte hac nocte repetent animam tuã. Cæterũ in iſtiusmodi moralibus auctore Aristo. non eſt querenda mathematica certitudo, itaq; ſufficit, quãdo de contractibus agitur, id quod plurimũ accidit ſe ãtari. Et quia vt plurimũ ſenex morti proximior eſt, quã iuuenis, ideo vilius emitur, aut debet emi vitalicium pro ſenecta ſuſtentanda, quã pro iuuentute. Tametſi videamus iuuenes ex medio ſæpe rapi, & ſenes perſiſtere: vnde & parentes ſæpe ſuperuiuant liberis. At vero iſtud eſt plerunq; experiamur, at vero, collatum priori, non eſt tam frequens. ¶ Quod ſi queritas, quid ergo ſi ſexagenarius emit vitalicium præbens centum pro decem quotannis accipiendis, quia probabile eſt eum victurum vſque ad .70. annum, qui eſt communis vitæ humanæ perodus ſecundum pſalmographi ſententiã, & Aristo. placitum dicentis æquale eſſe tẽpus generationis tẽpori corruptionis, vnde vſque ad .35. annum eſt profectus humane vitæ, & vigor, & inde vt ad .70. vſque eſt declinatio vt ſol ſex menſibus aſcendit in noſtrum orizonta à tropico Capricorni, vſq; ad tropicum cãcri, vbi eſt eiufdem ſumma eleuatio, & inde ſenſim deſcendit à noſtro orizonte, declinando per totidem menſes in tropicũ Capricorni, vbi eſt eiufdem ſumma declinatio,

Tres cõditiones neceſſaræ ad iuſtũ contractum vitæ ſcilicet ad fouẽdam hominis vitam.

Æquale eſt in vitæ humanæ periodo tempus profectus, tempore declinationis.

fit igitur iuuenis. 20. annorum emens vitalicium, si ratio est habenda ætatis, si senex præbit centum pro decem iuuenis vt seruetur eadem proportio, præbebit 400. siquidem si senex pro decem annis reliquis vitæ, dat ceterum, iuuenis pro. 40. annis, quos sperat ex cõmuni periodo, præbere debet. 400. Respondetur, nõ esse seruandam eandem proportionem exacte, siquidem plures casus, & pericula potest sibi timere iuuenis in. 40. annorum curriculo, quam senex in decennio. Iuuenes enim feruore iuuentutis, multa aggrediuntur mortis pericula, & in multis negotijs se immiscet audaces, vnde vitam plerumque perdunt, quidquod vitijs se se mancipant vnde ex nimia salacitate, & ingluuie sæpè morti succumbunt. Non ergo ad purum excoquenda, est ista proportio, sed crassa minerua conferenda. Quæ vniuersa particulatim discutere, non est theologiæ munus, sed solertis, & exercitati in istis, est officium.

¶ Secundo, obseruanda taxatio iusti pretij, sed huiusmodi taxatio nõ spectat ad Theologiæ sed relinquatur arbitrio prudentium & consuetudini patriæ. Quamuis apud Hispanos, nõ admodum in vsu sunt hæc vitalicia contrahere. Est Romæ vt fertur apud Iudæos, consuetudo suppeditare litigantibus Romæ necessaria victui, quandiu sunt Romæ, si eis certa quantitas pecuniæ subministraretur, ea ratione, quod quando litigans huiusmodi à Roma discesserit, accepta quantitas pecuniæ reddatur eidem, id quod longe abest à vitalicio. Siquidem vitalitium emens, non amplius habet ius in pecuniâ oblatam propter vitalicium. Vnde si moriatur continuo post contractum celebratum, pecunia manebit, apud venditorem. Neque hoc iniustum est, quoniam, sicut mortuus est, breui post contractum initum, ita poterat viuere longo tempore, adeo vt excederet redditus, pecuniâ ex qua empti sunt. Quãdoquidem sunt senes, qui diu producant suam ætatem.

¶ At vero in casu proposito, emptor re habet suam pecuniâ, & vltra hoc victum habet impendit, non suo sed Iudæi, ideo que vsurarius est contractus, qui videtur esse vitalicium secundum quid. Quippe

non est ad totam vitam emptoris, sed tãtis per diem vixerit Romæ. Et quia peregrinus est, durabit Romæ, quandiu causam suam agit, vel aliorum Romæ.

¶ Tertio habenda est ratio, in numero personarum, si ad vitam vnius duntaxat fit contractus, vel ad vitam plurium. Quoniam si vitalicium prorogatur ad vitam plurium sustentandam maioris est pretij, quam si ad vitam vnus ceteris paribus, quod dixerim, quia ex communitate accidentibus opinari licet, plus victurum iuuenem vnum, quam senes plures, &c.

¶ Solent probare iustitiam huius contractus ex multis. Primo, quia redditus perpetui redimibiles, & nõ redimibiles, sunt iusti, ergo vitalicium cum sit quiddam redditus, erit etiam iustum. Hæc autem ratio, bene colligeret, si vitalicium esset redditus qui subiret rationem aliorum reddituum, redimibilem, vel irredimibilem: at vero non subit, vt visum est, in capitulo superiori, siquidem venditor non habet facultatem, redimendi hunc redditum, quippe si haberet, iam nõ esset redditus ad vitam emptoris, sed ad voluntatem venditoris. Secundo probatur, quia est quædam locatio perpetua vbi conductor, conducit domum, vel agrum ad vitam soluendo pensionem omnibus diebus vitæ suæ, & hic contractus est iustus secundum se. Nanque hac ratione semper loquimur, nihil curantes de circumstantijs, quæ vitare possunt omnem contractum. Sed aliquantulum hæc suadet ratio siquidem, si emptor conducit agrum ad vitam suam, & secundum considerationem ætatis suæ, &c. fit taxatio pretij, vt si erat sexagenarius verbi gratia conductor sit agri, pro centum, iuxta estimationem fructuum eius, aut aliâs, fieri potest vt diutius viuat quam computabatur, quando taxabatur pretium, & quod excedant fructus agri quibus potitur, multo ipsum pretium, quod dedit. At vero quia potuit fieri, quod etiam ante putatam periodum suæ vitæ moreretur, & tunc illa mortis anticipatio reponeret in lucro debitoris, ideo iustus est contractus: quia idem dubium fit ab vtroque.

¶ Contra hoc ex suo genere iustus vitari potest ex circumstantijs.

¶ Vitalicium est simile locutioni ad vitam.

Rationes probantes vt vitalicium esse iustum.

Contra hoc ex suo genere iustus vitari potest ex circumstantijs.

Vitalicium est simile locutioni ad vitam.

in futurum erat: ad venditionem reposita, vnde cum contractus vitalitij, fit contractus venditionis videtur, quod propter rationem dubij huius, sit iustificatus ex suo genere, sunt quos male habeat iste contractus, quia totus subest fortunæ, vt ludus taxillorum. At vero, vita hominis est opus naturæ, verum quia hoc opus pendet à victu, & vestitu, &c. & hæc querere, & opportune administrare, pedit ex prudentia hominis, videlicet velti necessarijs, & vitare superflua velti salubribus, & abstinere, à morbidis, &c. ideo perse loquedo nõ subest fortunæ, nisi si per accidens. Quia in omnibus hoc modo dixit sapiens Eccl. 9. in omnibus esse tempus, & casum, sic accidit, quod ex casu lapidis inopinato, aut fulminis ictu &c. homo intereat, ludus autem taxillorum, subest per se fortunæ & non naturæ, aut humanæ prudentiæ. Neq; tamè omnis ludus qui subest fortunæ reprobandus est ex genere suo, quia ludus charitarum ex genere suo non est malus. Tertio probatur, ducendo similitudinem ex iure canonico, nam. 10. q. 2. ca. Precarie, & ca. eaque. 5. oconomus precariarum contractus probatur, vt verbi gratia, si in ecclesiâ aliquam quis transferat proprietatem sui prædij, modo ab ecclesiâ pro vita transferentis, concedat fructus illius prædij, & aliorum duorum prædiorum ecclesiæ, ad fouendam transferentis vitam. Hic contractus est approbatus ex iure canonico. Et est valde similis vitalicio. Nam sicut pro prædij proprietate, ita etiam pro pecunia oblata, posset ecclesiâ concedere vsum fructum prædiorum ad vitam ementis, siquidem proprietatis, illa est pretio æstimabilis vt liquet, verum in istis non arridet diutius immorari, quare breuiloquio soluenda sunt argumenta. Primo dices in vitalicio esse emptionem reddituum ad vitam, at in. 2. contractu, est mutuum. Quocirca, quia incertum est, si viuat ille sexagenarius, 11. annos, ideo iustus est contractus. Quoniam sicut viuendo. 11. annis reportat decem amplius, quam pro sorte potuit non viuendo reportare multo minus, quæ æquale. At in. 2. casu certum est interularium ideo est vsurarium.

¶ Secundo dices, quod spes habendi vltra sortem ex vi mutui, est vsurarium, at

vero spes habendi aliquid vltra sortem ex emptione, vel venditione, non est vsurarium. Aliâs, qui emeret merces, credes aliubi carius venditurus ex iusto tamen pretio peccaret, quod alienum est à veritate.

¶ Tertio sæpè inter differendum responsum contractus morales, non esse moderandos, ad euidencias mathematicas, at est, quod moderentur, secundum ea, que in plurimum contingunt.

¶ Quarto etiam responsum est, non esse seruandam exactam proportionem conferendo senis ætatem ad iuuenilem. Quid quod, argumentum solum probat, melius tunc iuueni fuisse, perpetuum censum emere redimibilem, ex. 500. quam redditum ad vitam, sed ipse, cedit iuri suo, quis ex postulat cum eo?

¶ Quinto dices, quod si rectè colligeret etiam probaret, malum esse querere, vel officium seculare, vel beneficium ecclesiasticum, aut censum perpetuum redimibilem, vel non redimibilem, quia ex omnibus istis victum certum sibi querit homo. Neq; ob hoc diffidit de Deo. Siquidem querere ex creaturis vitæ humanæ præsidia ne tentemus Deum, est necessarium, ceterum, quando huiusmodi defecerint, Dei solius querere præsidium nobis incumbit. Neq; quia querimus præsidia vitæ ex causis secundis, ideo de primæ causæ præsidij diffidimus. Quia non querimus illa, nisi sub præsidio primæ. Quoniam causæ primæ influxus à causis secundis vt operentur est necessarius. Dominus autem Matth. 5. dicens. Ne simus solliciti in victu quærendo, aut vestitu, aut alijs humanæ vitæ necessarijs, quia Deus scit, quod his omnibus indigemus, sollicitudinem noxiam prohibet, necessariam tamen non vetat, sollicitudinem inquam gentium, infidelium, qui sursum ad Deum omnium præuisorem non leuant caput, in ætate suæ, scilicet, intentionem, sed in creaturis se demergunt ad eam, vt si harum præsidia desperent, conclamatum sibi esse existimēt, de hac tamen re aliâs.

¶ Sexto dices, quod vitalicia ista, qui querit, vt ocio degens, maiori, & meliori incumbat negotio, vt scilicet, quietius vacet diuinis, vt possit inquam frequenter ecclesiâs, diuinis que rebus solertius incumbere.

Christo sollicitudine infidelium subino uer à fidelibus nõ tamè omnè sollicitudine.

incumbere, hic non quæret viuere ociose, sed potius negociose, vel si itidem vt vacet literarum studijs, &c. si vero quis emerit, vt malo ocio torpeat, & vt ganeæ & scortationi vacet, non ob hoc contractus est per se malus, quia contrahens malo animo contrahit.

¶ Et itidem respondebis. 7. quod si quis cupit mortem emptoris, hoc per accidens est ad ipsum contractum, quia multoties non desiderabitur, si venditores, sint homines probi, aut ciuitas sit, seu ecclesia, seu monasterium vendens huiusmodi vitalicia. Ad leges citatas, respondebis esse intelligendas, quando hoc habet natura pacti, votum mortis alterius, vt si quis sponderit alteri, quãdo morietur pater meus, dabo tibi vineam, vel equum meum, sicut fertur dixisse filius primogenitus Suleiman Imperatoris Turcarum suis fodalibus quando morietur pater meus, tradã vobis, omnia bona Iudæorum qui sunt in oppido Salonique. Propter quam iratus pater causam, illum tradendum carnifici tradidit. huiusmodi igitur pacta, quæ mortis votum inducunt, sunt nulla, at vero pactum ad vitam per se non inducit hoc votum sanè forte vit cupidus, desideraret, sed etiam primogeniti qui habituri sunt defunctis parentibus pinguem primogenituram item sæpè desiderant parentum mortem, vt ipsi primogenitura fruantur, at vero, non ob id primogenitura in stitutum mala est, quia huiusmodi primogeniti mali sunt. Quia ist hæc institutio per se non tendit ad hoc malum, scilicet, ad desiderandum mortem parentum, ita propemodum est in præsentia.

¶ Septimo dices, conditionem illam insufficientem contractus redimibilium censuum, quam extravagantes præfate constituerunt, habere solum locum in redditibus istis perpetuis redimibilibus, quorum in eisdem fit mentio, verum in redditibus ad tempus certum, aut ad tempus incertum, quale est, redditus ad vitam, non habere locum, supra ostendimus. Nam vt non semel tradidimus si debitor horum reddituum, posset extinguere redditum non esset contractus redditus, vel ad tempus certum, vel ad tempus vitæ incertum:

sed esset ad voluntatem debitoris: unde conditio huiusmodi, si adesset dilueret naturam contractus. ¶ Octauo dices, non esse necessarium ad reddendum de quo loquimur constitui super re immobili, neque redditus quibus alter istud vocat in substitutionem suam, quæ creetur super re immobili vt superius patuit. Quid autem velit constitutio Pij Vitem supra exposuimus, reliqua perspicua sunt.

CAP. NONVM.

An usurarius sit dominus vsuræ acceptæ?

QVESTIO anceps factis, & ambigua, cuius ambiguitati attestatur grauissimorum, quæ in contraria placita, est dissecta autoritas, verum primo probatur, quod vsurarius sit dominus vsuræ acceptæ, quia si non esset dominus, maxime, quia à Deo prohibetur vsuraria ista acceptio Lucæ. 6. & sæpè alibi, at vero, itidem prohibetur diuino iure fornicatio etiam simplex, verum meretrix mercedis, quam capit ex meretricio, est verè domina, neque tenetur restituere, igitur non satis est, quod prohibeatur lege diuina vsuraria acceptio, nisi irritetur translatio Dominij, at vero, hæc irritatio ex lege Dei non patet ergo transfertur dominium.

¶ Secundo arguitur, si non esset verus dominus, maxime, quia accepta per vsurarium contractum tenetur vsurarius restituere, at in mutuo, idem accidit, mutuatarius enim, tenetur mutuo accepta restituere, cum alioqui sit verè dominus, mutuatæ pecuniæ vel rei.

¶ Tertio, quia si non esset vsurarius dominus vsurariæ accessionis eo esset vel maxime, quod translationem dominij oportet esse purè voluntariam, & nihil immixtum habere inuoluntarij, hæc enim est ratio quæ vulgo à doctoribus iactatur, sed istud non est

est necessarium, neque euidens minorem colligo, siquidem homo vendit sæpè bona sua, coactus necessitate, vt sibi subueniat, in aliquo incidenti casu, quæ alias non esset diuenditurus. Et licet velit simpliciter vendere, at secundum quid nolle, si daretur citra venditionem sibi subuenire. Et eodem modo se habet iste, sicut ille qui morbo pressus graui, sumit catapotia, & potiones amarulentas, aut patitur sibi excindi brachium, aut manum, &c. ne totus pereat, aut ille, periclitans in mari, vt euadat periculum mortis, facultates proijcit in mare, qui omnes simpliciter volunt, at secundum quid nolunt. At vero etiam si is qui vendit res suas ex hoc voluntario mixto vendat non purè voluntariè, nihilominus transfert dominium in alterum, id est emptorem, igitur, & sic is, qui concedit accessio nem vsurario, etiam si velati coactus necessitate faciat, nihilominus transfert dominium.

¶ Et quarto fac, hominem citra necessitatem, sed solum ad voluptatem, videlicet ad scortationes, vel ganeas sectandas sumere ad vsuram, hic nulla pressus necessitate, sed solum affectus cupiditate libidinis sumit ad vsuras, ergo hic purè voluntariè, sine admixtione inuoluntarij dat vsuram, & transfert dominium. Nam concupiscentia auget voluntariū, tantum abest, vt illud minuatur.

¶ Quinto ex.c. putant, & ex.c. Plerique 13. q. 4. docemur, non solum vsuram esse si accessio sit ex pecunia propter mutuum sed etiam, quæ cumque accessio que æstimari potest pecunia sit, si detur propter mutuum, acceptio est vsuraria, vt verbi gratia, si oleum, vinum, frumentū fruges, &c. sint inter vsurarium, siue lucrū vsurarium, at vero hæc qui alteri concedit, concedendo transfert dominium horum igitur, &c. probatur minor, quippe horum vsus est idem quod dominium, igitur, qui concedit vsus horum, concedit dominium, at dans hæc vsurario, propter vsurarium lucrum, concedit horū vsus, aliàs frustra concederet, ergo transfert dominium.

¶ Et constituitur amplius hæc ratio, quia etiam si tenetur vsurarius hæc lucra similia rerum vsu consumptibilium restituere, at vero, non tenetur idem oleū

aut eandem farinam, &c. restituere, sed sufficere ei videtur si restituatur æquale in mensura, & simile in qualitate, & specie idem, igitur vsurarius habuit dominium sibi concessorum. Et est exemplū simile, in mutuatario, qui non tenetur eadem numero restituere, sed eadem specie, vt supra disertum est.

¶ Imo amplius sequitur, quod non solum hoc verum videtur in exemplis dudum expositis, imo quod si pecunia sit vsuraria accessio, quod pecunia etiam transfertur dominium. Et probatur, quia sicut non tenetur idem numero oleum, aut frumentum, &c. restituere, ita neque eandem numero pecuniam, igitur pecuniæ acceptæ factus est dominus.

¶ In diuersum est. 14. quæst. 4. c. si quis. In diuersum ubi sequentia verba traduntur, si quis vsuram accipit, rapinam facit, vsura non videtur, ergo vsura cum sit rapina, non potest vsurarius esse dominus vsuræ, siquidem raptor, rei raptæ non est dominus.

De re hac fuit placitum glossæ, ad capitulum dudum indicatum vsurarium esse dominum lucri reportati ex contractu vsurario. Et quia capitulum quod glossator exponere videbatur sibi aduersari, exposuit vsuram esse rapinam, largi vsurpatione nominis, pro quacumque iniusta vsurpatione. 32. q. 4. meretrices. Et idem videtur sentire alia glossa de decimis, ad. c. ex transmissa, in sinuâs, quod ex omnibus iniuste acquisitis transfertur dominium. Et in eandem sententiã Syluester in verbo vsura. 6. quæst. 1. vocat Innocentium, ad. c. Michael de vsuris. Et suffragatur inquit Syluester ratio quando enim traditio rei, habet consensum dominij tradentis transfert dominium, at vero, traditio vsuræ, in vsurariū, habet consensum ipsius qui tradit & is habet dominium super rem traditam, unde videtur, quod transferat dominium ex. l. contractus, & ibi per glossam. C. de fide instru. Et in. l. multū, & reliqua quæ ipse in hanc sententiã fouendam citat quod si responderis tradentem vsuram vsurario coacta voluntate tradere, & non spontanea, obijciatur, quia coacta voluntas est voluntas sufficiens ad translationem dominij. l. si mulier. ff. quod metus cau. &. 15. q. 1. merito. Et hanc opinionem sectari affirmat summam Rosellam, &

Pacti inducens votum mortis est nullum.

Cū sit sermo de contractibus de illis agitur secundum genus suū, & per se, & non per accidens sciendum est consuetudinem.

Argum.

2.

3.

4.

5.

6.

lam. Et S. Thom. in. 4. Sentent. dist. 17. quæst. 2. item testatur hæc sententiam esse veram.

¶ Sunt porro de dubio duæ sententiæ extremae, & alia intermedia. Extremae sunt contradictoriae, quia quidem contendunt vsuram non transferre dominium quibus assensit Bonauent. in. 4. dist. 17. art. 2. q. 1. solvens argumenta, ubi exquirans an de iniuste acquisitis, possit fieri elemosyna, distinguit quædam esse iniuste acquisita, quorum non est facienda restitutio, quia acquirens ea habet eorum dominium, & de huiusmodi possunt erogari elemosyna, vt pretiū prostibuli, & hystionis, tametsi ex huiusmodi publicam sacerdoti fieri decimarum oblationem, non liceat. Alia vero sunt, quæ acquisita sunt restituenda, & quorum datur actio ad repetendum, vt videlicet, ex furto, vel rapina parta, ex huiusmodi elemosyna prohibetur, & ad huiusmodi inquit reducuntur, quæ per simoniam, vel per vsuram corradiuntur.

¶ Quippe qui dat hæc non transfert dominium, in eandem sententiam fuit Magister eius Alexander Halensis in. 3. parte. q. 66. at vero Altsio in. 3. sen. tract. 8. q. 5. dicit vsurarium de ipsa pecunia vsuraria facere posse elemosynam etse nihilominus tenetur aliam similem pecuniam restituere. At vero in eodem. 3. lib. sentent. tract. 26. q. r. de vsura explicitè confitetur vsurarium non esse dominum vsurariæ accessionis: sicut neq; fures, sunt domini rerum furto sublatarū. Quoniam inquit, fures sunt vsurarij, & si iudices seculares eos non suspendant, tãquam ceteros fures, hæc fit, quia furantur sine violentia, & ipsi capiunt ad vsuras, libenter testantur se peccare, concedere vsuras, Ecclesia vero; in eos inuehitur vehementer, quia quamuis non deturbent reip. pacem, at turbant, suas mentes illas grauando exere alieno. Et subdit inferens ex prædictis ab iplo; vsurarium ad esse dominum vsurariæ accessionis. Et colligit hæc ratio; quia vsurarius habens vsurariam accessionem, tenetur eam restituere: cur ergo tenetur eam restituere, nisi quia debitor eius? aut num qui est res aliena? Non primo quia non debet illam ex nullo enim contractu factus est debitor, vt est debitor, rei mutua

te, igitur tenetur restituere, quia est alius quod habet, igitur non est dominus eius. Verum hæc ratio, non est prompta ratio, quia responsio est pro foribus, teneri quidem ad restituendum eam, & eam debere non ex contractu sed ex iure diuino & humano, aut si non ex contractu saltem ex quasi contractu, quia accepit quod sibi non erat debitum, vt fur suffragans tenetur & fit debitor ex quasi contractu ad restituendum, quia accepit in debitum, & delictum committit. Est alia opinio, quæ tuctur contradictoriam partem, videlicet vsurarium esse dominum vsurariæ accessionis vt supra referebatur, est denique postrema intermedia opinio, quæ videtur S. Thom. in. 2. 2. q. 87. art. 3. & in corpore; & respondens. 3. argu. in corpore enim distinguit, quosdam esse res dicens quæ ex vsu consumuntur, vt oleum, vinum, pecunia, &c. alia vero; quæ non consumuntur vsu, sed sunt ex se frugifera; vt ager, vinea, domus in primis concedit, vsurarium esse dominum, at vero aliarum rerum non esse dominum, vt in argumentis ante oppositum tangebatur. Itaque si vsuraria accessio sit domus ipsa siue fundus horum non est dominus vsurarius. Siquidem vt ait respondens argumento. 3. fundus huiusmodi, non fructificat vsurario, sed ei qui dedit eum in accessionem vsurariam.

¶ Vnde non solum tenetur restituere vsurarius fundum talem, sed etiam omnes fructus, quos ex fundo percepit. Siquidem cum non sit dominus fundi, neque fructuum erit dominus, nam qui est dominus rei, est item dominus fructus rei. Quamuis non contra, non enim qui est dominus fructuum, est propterea dominus fundi. Nam conductor fructuum est dominus eorum, siue ad certum tempus, seu ad vitam; non tamen est fundi proprietarius.

¶ Et hæc sententiam censet Syluester esse S. Thom. in huiusmodi non transferri dominium, seculis autem in alijs viciis consumptibilibus, vnde inferitur vsurarium esse dominum pecuniæ vsurariæ. Hæc namq; in numero eorum quæ vsu consumuntur, recensentur: non quia pecunia ex vsu perit, sed quia, ipso vsu eius distrahitur, vt supra visum est. 2. libro, id quod vt com-

Varia de questione placita referuntur.

Vsurarij debent restituere vsurariæ accessionem ex quasi contractu propter delictum accipiendi quod sibi non erat debitum.

vt commemorabam, fuit item Altsio dorensis placitum, Caietanus autem in opusculo de vsuris. ca. 1. credit hæc distinctionem, esse nouum placitum, & eotennendum. Namq; cum quæstio versetur, an vsurariæ accessionis dominium transferatur, non pendet, quæstionis ab solutio, ex qualitate rerum, quæ transferuntur, sed ex voluntate transferentis.

¶ Porro, si in rebus vsu consumptibilibus, vsus rei, nõ discrepat à dominio rei, vtique; refert nonnihil, rei qualitatem expendere ad quæstionis motæ absolutionem. Quoniam, si tradatur pro accessione vsuraria, vel oleum, vel vinum, vel alia hoc genus, aut nihil conceditur, aut nonnihil, non primum conceditur, igitur aliquid, si aliquid, igitur conceditur vsus horum vel vini, vel olei, &c. Et cū vsus, ex hypothesi sit domini in huiusmodi rebus, sequitur, quod concessio vsu, transfertur dominium eius rei cuius conceditur vsus. Aut oportet dicere, quod nihil non conceditur, igitur frustra traditur, si ad nihil traditur.

¶ Et rursum videtur, quod si vsurarius, vtatur vel oleo, vel vino, vel pecunia, & tamen animo, quod restituet æquiualens, non peccabit vtendo illis, igitur est dominus eorum, cum debito tamen soluendi.

¶ Vnde quidam existimant, hæc datio nem pecuniæ vel alterius rei ultra fortè esse mutuum. Quippe mutuatarius, eius rei transfert dominium, in mutuantem, cū debito soluendi. Quod si dixeris non esse mutuum, quia non gratis fit, sed propter mutuū, datur accessio, eludetur tua obiectio, quia ad essentiam mutuū, non exigitur, quod gratis fiat, sed gratis fit, vt culctur vsura. At reuera non est mutuū quia mutuatarius non intendit mutuo dare, quod dat ultra fortem, neq; vsurarius eo animo recipit vt restituat.

¶ Caterum arbitror S. Thomitã credidisse vt Syluester putat ex parte docens; quod accessio vsuraria ex ijs quæ non consumuntur ex ipso vsu, non transferatur in dominium vsurarij. At quo ad reliqua quæ consumuntur ipso vsu non item. Et si assertores Thõ. tradant eum fuisse locutum in. 4. Sent. secundum eõmunem opinionem, que tunc erat, quod transferretur dominium, siue discrim-

ne rerum quæ transferuntur, & ita opinatur Syluester cum alijs. Sed re vera id temporis communis erat opinio quod non transferebatur dominium. Siquidẽ Alexander, Bonauent. Altsio, & alij illius qui doctores, ita censuerunt vt videmus, & ideo videtur quod in summa S. Thom. tandem huic opinioni magis acquieuit neglecta alia, quam sc̄ctatus est, in. 4. Sentent. Quale quale tamẽ hoc fuerit, refert nihil, omnes demum istæ sententiæ, conueniunt in vno, nempe vsurarium teneri ad restitutionem, accepti vsurarij lucri, siue sit dominus, siue non sit.

¶ Inter has autem sententiæ, si delectus mihi datur, mallem deligere, in sc̄ctantem vniversaliter dominium accessionis vsurariæ, est sanè verum, quod mutuatarius dat accessionem propter mutuum, verum hæc traditio, ad nullum spectat contractum. Namq; neq; est venditio, neq; permutatio, neq; mutuum, neq; donatio, neque depositum, & tu discurre, per omnes contractuum differentias, & per species, ad nullam earum esse educibilem. Rursum, omnis contractus aut est onerosus, aut graciosus, verum traditio huius accessionis, non est vel onerosus, vel graciosus contractus. De oneroso patet ex prioribus, non enim vel venditio est, vel permutatio, vel mutuum, vel locatio, vel depositum, &c. neq; est contractus graciosus, quia non est donatio. Nam si donatio esset, vsurarius, non teneretur restituere vt tenetur. Quod si dixeris ecquid si sponte donat mutuatarius, vtique; nunquam præsumitur, quod omnino sponte donet. Et quamuis præsumeretur vsurarius illud accipit lucrum, tanquam sibi debitum ex mutuo. Ad donationem autem necesse est; quod ex parte donatarij, recipiatur tanquam donatio, vnde etsi falso credens mutuatarius quod si cõcessum est mutuum, gratis, ideo que ipse liberaliter concedit accessionem. Quippe pactum nullum, seu tacitum, seu expressum intercessit de fœnore. Caterum mutuaus, non liberali animo mutuauit, sed in desperas sibi pro futuram accessionem fœneratitiam.

¶ Hæcque ratio fœnus recipit à mutuatario, tanquam fœnus, quod sibi penditur ex obligatione mutuæ, & non tanquam

Antiqua est Theologorum opinio quod accessio vsurariæ nõ transferatur dominium.

Quæstio de sc̄ctio.

quam liberale donum. ¶ Tunc sane, mutans est usurarius. Et quæ putabatur liberalis donatio est foeneratitia accessio. Quando quidem mutans, non ut donum accipit, sed ut foenerat debitum ex mutuo.

¶ Si ergo ad nullius contractus rationem, potest reduci, huiusmodi, accessio nis datio, consequens est quod per hanc dationem non transfertur dominium.

¶ Translatio enim dominij, necessario, ad certam rationem contractus debet pertinere, ut manifeste patet, in venditione, permutatione donatione, quæ transferunt dominium. Per depositum autem, & locationem, non transfertur, & hæc ratio videtur peremptoria.

Qualis sit contractus de tions signis quæ recipit usurarius a mutuatario.

¶ Sicut porro opinantes, esse predictum contractum de quo vertitur quæstio implenda promissionis, quoniam mutuatarius, id soluit, quod promissum solvendum, verum istud absq; fundamento traditur, quando quidem nullum est pactum de soluendo, neq; mutuatarius solvere tenetur. Quod si dixeris pretium prostibulo debetur, etiam si ex turpi causa procedat, cur etiam accessio non debebitur, si pactum ad sit, etsi sit turpe? Respondetur, quod meretricium pretium, & si sit ex causa turpi, at pactum non est iniustum, ut est pactum, de soluenda usura. Hoc enim pactum, est contra omnia iura, illud vero, non est contra iura.

¶ Alij deniq; reducant præfatum contractum ad donationem, verum ut aiebam, nulla est donatio.

¶ Neq; suffugium extat si dixeris, esse contractum innominatum, si quidem contractus innominatus est, do, ut des, vel do, ut facias, &c. at vero in præsentia, mutuatarius, non dat, ut det, mutans sibi, vel alteri, sed dat ob aliam rationem videlicet, quia usurarius putat, sibi debitum, quod alioqui est indebitum.

Usurarius dicitur habitus oportunitate tenetur restituere.

¶ Præterea usurarius tenetur accessio nem istam usurariam restituere statim, si ad sit opportunitas. Et illam contemstando, seu utendo ea peccat. Siquidem contractat rem alienam inuito domino, unde siue utatur oleo, ex usura accepto, siue frumento, siue veste, &c. eis utitur contra voluntatem domini, quippe hic inuitus dedit. Quam obrem, si usura quæ accepit extet, eandem rem numero res

situere obligatur, si vero consumpta sit, æquivalens rependere satis erit. Mutuatarius igitur dans in usuram, vel oleum, vel vinum, vel quoduis aliud, eo dat, quod pollicitus est dare, verum non idem concedit liberum usum horum usurario, ut mutuatæ rei concedit. Cæterum ut dicebam, contractus iste, non est mutui. Quare huiusmodi non potest vendere aut distrahere, aut donare. Siquidem si horum non habet dominium, utique in alium non potest traducere. Nemo enim potest dare quod non habet, unde videtur quod ipsa pecunia, quæ data est in accessionem usurariam, non possit erogari in elemosinam contra Altiisio. loco prænotato quem supra indicabam, cuius videtur sententia fuisse quam diximus supra intermediam. Siquidem ait, ipsam pecuniam usurariam posse usurarium expendere in elemosinam cum autem elemosyna sit donatio, sequitur, quod usurarius secundum Altiisio. habet dominium pecuniæ, quia si eo priuaretur, non posset facere elemosynam, si quidem dominium, quo ipse orbat, in alium trāsferre nequit per elemosynam enim transfertur dominium. Et cum sit eadē ratio pecuniæ & aliorum usu consumptibilium, videtur hoc arrisisse Altiisiodor. quod horum transfertur dominium, non tamen aliorum quæ ex usu non consumuntur id quod ut dicebam, etiam arrisisse Thomæ videtur, unde non est novum hoc conuentum, ut putat Caietanus. Nihilominus mihi ut aiebam magis arridet, neque horum bonorum, neque aliorum transferri dominium in usurarium, sed perinde hæc omnia se habere, sicut si furto subriperetur, unde ob hæc causam rapinæ, & furto confertur usura. Quia non sit usurarius dominus usura, ut neque fur furti, aut raptor rapinæ. Etsi in alijs differant. Quia furtum sit prorsus inuito domino, rapina vero cum violentia, at vero usura non item. Et ob eam causam tradebamus supra, esse graviora delicta furtum, & rapinam, quam usuram, verum conveniunt, quoniam usura statim obligat ad restituendum, ut & furtum, & rapina, quia nisi contra stant alienum inuito domino. Neq; argumenta quæ feci contra Calo. sunt valde vrgentia. Namq; respondetur, quod non

Nō est inuēti non sit, sed verus quod usurarius sit dominus licti usurarij rerū consumptibilium.

non conceditur usus olei, cum conceditur oleum ad lucrum usurarium, sed solum conceditur, ut mutuatarius impleat pactum, de concedendo lucro usurario Ad. 2. respondet, quod si res extat non est factus animus restituendi æquivalens, sed idem numero est reddendum, in mutuo autem, trāsferretur dominium, & ideo non est necesse, quod idem numero restituatur: sed factus est æquivalens, verum per contractum usurarium non trāsferretur. Quocirca si ager vel domus, data sunt usurario in usuram, illa eadē cum suis fructibus, & redditibus sunt reddenda. Nam si consumptibilia sunt eadem reddenda numero, multo fortius sequitur quæ usu non sunt consumptibilia esse reddenda eandem numero. Et horum causa à priori est, quia horum omnium non transfertur dominium. Quia etsi in mutuo translato dominio, est obligatio ad restituendum, non tamen idem numero, quo divocant iurista idem specie. Siquidem quia trāsferretur dominium, ideo mutuatarius non tenetur quod est suum reddere, quia si teneretur non esset suum. Obligatio ergo ad restituendum non procedit ex translatione dominij absolute, imo translatio dominij absolute, in oppositum trahit, scilicet, non restituitur ei cuius factus sum dominus. Quippe si sum dominus domus, vel pecuniæ, verbi gratia, hæc mea est, si mea non teneor restituere, cæterum quia hæc translatio dominij in mutuo, est cum debito soluti, aliud æquipollens, inde est, quod mutuatarius tenetur ad restitutionem.

Cur usurarius tenetur restituere idē numero quod accepit pro usu.

An sit validus ex se contractus usurarius.

qui se iuramento constrinxit, solvere usuras tenetur solvere ex iuramento ex c. debitores, de iure iurando; cū ergo iuramentum valeat & sit observandum ad soluendum usuras, quod accessorium est, ad contractum, ergo ipse contractus usurarum valebit. Et hoc argumentum movetur, quidam doctores, ut credant contractum usurarium, non esse nullum omnino, ex quorū numero est Methin. in suo codice de restitutione rerum per usuram acquisitarum. At vero dispar est ratio iuramenti, primi, & 2. Nam qui iurat, tradere res ecclesiæ, hoc iuramentum cadit super materiam iniqua, scilicet, propria autoritate, distrahendi res ecclesiæ, & iuramentum cadens super materiam malam non obligat. At vero iuramentum habens materiam bonam, obligatorium est, solvere autem usuras, ut post hæc patebit, non est de se malum, neq; peccatum, mutuatarius enim solvens, non peccat sed bene facit. Etsi non tenetur ex iustitia hoc facere, nihilominus bene facit, quia implet pactum in iustum. Quocirca iuramentum ipsum obligat: & iam premitur mutuatarius ex iuramento pōdere, solvere usuras: datur tamen repetitionis actio contra usuram extorquentem.

¶ Porro in hoc casu annotat ibidē glossa, non valere principale, & valere accessorium contra ca. si diligenti, de foro cōpetenti, & C. de leg. Non dubium.

¶ Verum hæc regula, scilicet, quando non tenet principale, neq; etiam accessorium, vera est, quando accessorium valorem suum totum haurit ex principali, cæterum si accessorium non haurit valorem ex principali, sed secum deuehit suum valorem, non oportet esse veram. Nunc autem iuramentum ex se habet valorem, nisi impediatur ex culpa materiar, & tunc impeditum propter valorem suum, obligat iurantem ad penitentiam, quia male iuravit, voco valorem, ipsam obligationem. Quocirca nihil mirum quod contractus usurarius, sit nullus, & iuramentum alioqui sit validum. ¶ Esse autem nullum intellegimus, non esse obligatorium soluendarum usurarum cum hoc tamen stat, quod nihilominus mutuatarius potest solvere usuram, citra peccatum, unde iuramentum super

Exceptio regule principalis non valet neq; accessorium.

superinductum, induxit obligationem, quam contractus, non inducebat.
 ¶ Quod si etiamnum obieris, dicens, imo videtur quod mutuatarius obligatione constringatur etiam sine iuramento siquidem tenetur non decipere mutuatorem, cum promittat mutuatarius se soluturum vsuras, aut intendit transferre dominium vsuræ aut non intendit. Si intendit transferre, igitur transfert, & obligatur transferre, quia tenetur promissa implere, si vero non intendit, ergo decipit. Probo consequentiam, siquidem mutuatarius dans mutuo ad vsuram, intendit habere dominium vsuræ. Siquidem si hoc non intendisset facere vsuram suam, non mutuo dedisset, cum ergo teneatur mutuatarius intentioni mutuatarius correspondere, ne ipsum decipiat, sequitur, quod etiam sine iuramento tenetur. ¶ Ad hæc, qui iurat obligatur iurare ad intentionem eius cui iuramento fit. 2. 2. q. 5. c. quacumque; ubi dicitur quacumque arte verborum quis iuret, Deus autem qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Ergo si faciamus mutuatarius iurare se soluturum vsuras, ipse mutuatarius intelligit, quod soluat transferendo dominium, ergo saltem tunc transfert dominium. ¶ Respondetis primo, quod is qui promittit solvere vsuras, non tenetur promittere ad eam intentionem, quam habet mutuatarius vsurarius, siquidem non tenetur malam eius obsequare intentionem, ille enim intendit habere dominium vsuræ, & hoc nullo titulo iusto, sed potius iniuriosissimo, quocirca vsurarius intentionem est respondenda, & non tenetur se conformare huic intentioni mutuatarius. Neque tamen, ideo decipit, quia etsi non teneatur se conformare potest tamen. ¶ Secundo dices, quod ratione iuramenti est obligatio ad solvendum, non tamen ad sic solvendum ut intendat transferre dominium. Enimvero, quod capitulum illud habet intelligendum est, quando homo ex iudicis autoritate tenetur iurare. Tunc enim tenetur ad intentionem exigentis iuramentum ex sua autoritate quam habet in iuramentum iurare. ¶ Cæterum si vel iudex male extorquet iuramentum, quia illud exigere nequit, ut si sit de re, que fugit humanum iudicium, aut exigatur à non habente, talis iurisdictione, tunc non tenetur

Quando iuramentum est moderandum ad mentem gerentis iuramentum.

ad mentem exigentis iurare, sed poterit uti amphibologico sermone, qui subaltero sensu sit verum, etsi sub altero sit falsum, ut si vir ab uxore quam suspicatur adulteram, ut verum discat ab uxore exigat de re hac iuramentum, & illa iuret, se integrum inuolutumque seruasse connubiū, intelligens se non nupsisse alij viro, non peieraret ob hoc. Quia non agitur res in iudicio, imo si ageretur, si occultum erat, illa verborum arte uti non esset crimen, ut alibi est à nobis expositum. Quamobrem mutuatarius non tenetur iurare ad intentionem, & mentem mutuantis. Quidquid quod etsi intenderet transferre dominium, nihilominus non transferebat, quia non voluntarie pure transferebat. Translatio enim dominij, exigit puritatem voluntarij. Est enim contractus quidam, & contractus omnino debet esse voluntarius, unde & hoc est aliud argumentum, probans contractum vsurarium, non esse contractum, quippe qui non est spontaneus. ¶ Ex istis igitur prompta erit conclusio subdenda, accessions vsurarij vsurarius non est dominus. Hanc autem conclusionem, ut probabiliorem constituimus. Quam sanè multis iam ostendere factis non esset opus, quia satis superque à nobis supra est ostensa, quantum moralis hæc & difficilis materia patiebatur ostendi. Cæterum libet etiam aliorum nunc attexere rationes. Est autem ratio Sylvestri loco prænotato. Nuda traditio, non transfert dominium. Iniquam nuda. Et ibi per glossam. ff. de acquir. rerum domi. & l. Traditionibus in vsurario autem contractu, solutum in vsuram nuda traditur, ergo, non transfert dominium. Probatur minor, quod sit nuda traditio. Siquidem nihil habet nisi esse traditionem nudam. Quippe si quid haberet quod faceret non nudam traditionem esset, hoc videlicet, quod esset promissio unde teneretur mutuatarius, solvere quod promissit, & hæc promissio non est obligatoria. Neque enim ex tali promissione, resultat vel obligatio civilis, vel naturalis, ex c. debitorum de iure iurando ubi hoc tenet primaglossa. Siquidem quod ore repugnat contractui legi, vel ipsa lex repugnat contractui, ex contractu non oritur obligatio. At vero lex divina & humana repugnat huic contractui, de vsuris super eo, igitur

Conclusio decisoria.

alij etiam non tenentur

nulla

nulla exoritur obligatio. Et facilius ego probo quod sola traditio rei, non transferat dominium, siquidem per pignorationem, & per depositum est traditio rei, nullum tamen est dominium. Imo per locationem, & per commodatum, traditur res ad vsuram, & sine translatione dominij. Quod si euadas argumentum, quod in istis, non intendit vel tradens pignori rem suam, vel in depositum &c. in alium transferre dominium, at vero, secus in mutuatario, siquidem hic promittit solvere vsuras igitur intendebat solvere, & quia promissit, si non intendebat solvere mentiebatur, quippe fallit, dicens se facturum quod intendit non facere, & si intendebat tenebatur solvere tradendo vsuram, sed non tradebat, tanquam pignus, vel depositum, vel locatum, vel commodatum, vel mutuatam, &c. igitur tanquam donatum, ergo transferebat dominium. ¶ Respon. quod hoc argumentum, duo inuoluit, primum quod pridè tangebatur, an promittens vsuras teneatur solvere, quippe si intendit implere promissum tenetur ex promissio, siquidem promissio hæc non est illicita, ne recurras ad iuris regulam in male promissis, non est tendenda fides. Si vero non intendebat, iam mentiebatur. Quocirca dixerim, quod qui promittit solvere, tenebatur ex promissio nisi lex irritaret huiusmodi promissum, non tamen irritauit, quia culpabile, sed in odium vsurarium. Quamobrem ipse mutuatarius, si promissit tenetur non mentiri ideoque intendere implere, quantum per ipsum fuisset, sed quia lex euacuauit pactam, ideo eximitur ab obligatione. Aliud autem quod inuoluit argumentum est, si ex sola illa intentione, transfert dominium. Et responsum est illam intentionem, continere multum inuoluntarij, ideo non sufficere ad translationem dominij, sed iam redcamus, ad argumentum Sylvestri, discutendum. Et quidem argumentum istud, est antiquum Alexandri argumentum, quod supra soluius. Enimvero multa protulimus, que lex diuina vetat, & facta tenent, utique, lex diuina præcipit ut optimus eligatur ad muneris obeunda ecclesiastica, at si non optimus eligatur, sed qui sufficit ratum est. Item turpe lucrum ex meretricio vetat, at concessum ab amano nihilominus sit possidentis proffibus

Mutuatarius promittens vsuras tenetur intendere implere quod promissit ne mentiat sed tenetur hoc velle implere, nisi lex irritasset suum promissum.

¶ Et lex humana matrimonium clandestinum vetabat, at vero facta ex iure antiquo tenebatur. Et demum regula est iuris consulti multa esse, que fieri prohibentur quæ alioqui facta tenent. Et ideo non sequitur lex diuina, & humana prohibent vsuras, igitur soluta vsuræ non est dñs vsurarius. Quod si obijcias, is qui soluit vsuras, ad solvendas credit se teneri, etsi falso credat. Respon. quod error soluentis, quia non debet, non facit translationem dominij ex c. vlt. de solutionibus, sed diffcilior est obiectio, ubi mutuatarius recte scit, se ex lege non teneri, nihilominus scienter soluit indebitum, siquidem saltem præsumpta est donatio. I. per errorem. ff. de reg. iur. ¶ Iuris consulti ut Host. & alij respondent, esse verum hoc, quando solutio non reprobatur à iure: cui Sylvester acquiescit at vero, solutio non reprobatur à iure quantum ad soluentem, sed solum, quantum ad recipientem. Et rursus hæc reprobatio diceret aliquis est solum quia peccatum est recipere, at quando scienter soluitur videtur quod saltem non præsumatur peccatum, quia scienti non fit iniuria, ideo respondetur aliter, quod non sufficit, quod sciat, se non teneri, ut sit donatio, sed oportet addere, & quod omnino velit, transferre donauit in alium dominium gratis, quod in presentia non accidit. ¶ Ideoque neque est vera, neque præsumpta donatio. Imo semper præsumitur non donare, mutuatarius quia non sponte, sed ex necessitate vel promittit, vel soluit vsuras. ¶ Aliud argumentum est vulgatum ab alijs, si vsurarius esset dñs vsuræ, fac in vsuram sibi tradit fundum sequitur, quod vsurarius non teneretur restituere fructus fundi, quos fert fundus. Probatur consequentia, quia fructus fundi sunt domini ipsius fundi, si ergo per te vsurarius est dominus fundi, fructus facit suos, sicut etiam si quis emat fundum citra dimidium iusti pretij, etsi venditoris est optio, vel quod sibi hæreditas restituatur, vel quod pretium suppleatur. Verum fructus fundi in medio tempore acceptos, ab emptore ipse fecit suos, quia hæreditas est sua quando contractus emptio-nis, non quassatur. ex. ca. cum dilecto de emptione. Ergo itidem dicere oportet, in proposito. At vsurarius, non facit

Y

cit

clit fructus suos, igitur non est dominus fundi verū hęc ratio, videtur petere principiu, quia hoc debuisset probare, quod assumit, videlicet, quod nō facit fructus suos. Diceret enim aduersarius, quod & si teneat restituere, nihilominus, fructus sunt sui vt in mutuo accidit, etsi pecunia mutua sit mutuatarij, at eam ipse tenetur restituere. Imo ex hoc exemplo euadit ratio vegetior, quia qui accepit pecuniā mutuo, quā lucratus ex illa est nō tenetur restituere, at fructus fundi, quē colit vsurarius quē ex vsura accepit, tenetur restituere, igitur nō est dominus. Neq; subinde colligas, vsurarius, si ex pecunia vsuraria sibi parauit lucrū nō vsurarium, nō tenetur hoc lucrū restituere, siquidē hoc lucrū illi peperit, nō pecunia quę ex se nō parit pecuniā, sed vsurarij industria ergo vsurarius erat dñs illius pecunię. Respondeatur vsurariū peccare absolute loquendo, vt in sine quę, aperietur cōtractando pecuniā alienā, & nō esse sicut in mutuo, quia mutuatarij cōtractando pecuniā mutuatā, cōtractat quod suum est cū debito tamen restituendi. Nihilominus, si vsurarius ex illa pecunia emit merces, ex quibus sibi parauit lucrū, nō tenetur restituere, quia istud lucrū ascribendū fortunę bonę, & diligentię vsurarij.

¶ Sed quid sit de ista ratione, efficacior erit hęc alia videlicet ratio. Vsurarius tenetur statim restituere vsuras, igitur nō est dñs vsurę. Probo consequentiā, quippe in mutuo non est obligatio statim restituendi, quia tunc nō esset mutuum, sed solū in tēpore condicōto dico statim, id est, quā primū cōmode vsurarius poterit tenetur restituere. ¶ Itidem de re furtiua dicendū est, fur enim statim tenetur restituere. Quoniam semper quod vitur re aliena vel ad suum, vel ad aliorum cōmodum peccat mortaliter. Quia vitur re aliena inuito domino rationabiliter.

¶ Argumentorum porro solutio, declinata quęstione, nō erit difficilis primo igitur respondetur, quod nō est ratio illa sola, sed multę alię, quę iā sunt dissertę. At est latū discriminē (vt hoc addamus) inter lucrū turpe prostituli, & turpe fœnus. Siquidē, prostituli, caput lucrum, quia tradidit corpus suum amasio, vnde amasio

propter veneream quā accepit voluptatem, soluit pretiū vt ludas in pretij arrabonē dedit baculū & armillā Thamar. At vero, vsurarius accipiens vsuras propter nihil accipit. Namq; si propter vsū pecunię, quo potitur mutuatarij, dicat se vsuram accipere, vtiq; vsus pecunię mutuatę, est dñs illius pecunię, & dñs non est vsurarius, sed mutuatarij, idēq; cū vsurarius non sit dñs pecunię mutuatę, neq; vsuscus propter nihil debiti accipit inter vsurarium. ¶ Vnde sequitur meo iudicio, insolubile argumentū, quo probatur, contractū vsurariū esse nullū. Quandoquidem contractus, qui est propter nihil debiti est nihil, at contractus vsurarius, est propter nihil debiti, igitur est nihil. Minor iā probata est, vnde potest fieri aliquid, igitur nō potest transferre dominium. Et quia etiam est vsura in rebus vsu consumptibilibus, vt nō consumptibilibus, in nullis horū fit trālatio dominij, quādo cedunt in vsurā vsurarij, vt supra disertum est. ¶ Secundo dices, non esse causam illam, quę ibi proponitur, sed quia contractus de se est nullus, at contractus de se nullus, nullus est efficacitę, quare ex illo, non potest transferri in alium dominium.

¶ Tertio itidem respondebis, quod contractus ille, non sit spontaneus, non est purē spōtaneus, sed est de se nullus, idēq; nihil potest efficere. ¶ Quarto demum respondebis, dicens quod cōcupiscencia illa nō habet in obiectū vsuram, sed suo genio viuere, sibiq; indulgere. Et quia sic concupiscit, si prouoto haberet pecunias, nō eas caperet sub vsuris.

¶ Fuerunt autem, qui dixerunt, quod quamuis, non sit spontaneus, contractus, nihilominus transfert dominium. Inducuntque. cap. Abbas, de his, quę vi, metus ve causa fiunt, vbi traditur quod quę metus causa facta sunt, irritanda veniunt, quod si sunt irritanda, ipso iure non sunt irrita.

¶ Et glossa ibidem latē vagatur exponendo, quod ea quę metus causa sunt facta valida esse. Et sic datur actio ei, qui per metum amisit bona sua modo metus sit ex iusta causa procedens. ¶ Si ergo, quę ex metu extorquent, sunt extorquetis, tātis per dū, a iudice nō reuocantur

Contractus vsurarius est nullus quia est propter nihil.

Multa sūt vrgente necessitate, alia nō faciendā & tamen facta tenent.

Contractus vsurarius semper fit ex necessitate compellente.

cantur, siue sit promissio metu extorta, siue traditio rei, ergo multo fortius, promissio dandę vsurę, aut traditio eiusdē valida erit, quandiu a iudice non reuocatur, vel non cassauerit, huiusmodi fœnoris, vel promissionem, vel traditionem. Et probatur, quia quę metu extorquentur minus spontanea sunt, quam quę contra metum, sed ex sola necessitate impulsione fiunt. ¶ Et quamuis glossa commemorata fallentis aliquot, suę doctrinę expressit. Siquidem fallit, hęc doctrina, in matrimonio. Matrimonia enim oportet, plena libertate gaudere fallit itē in rebus ecclēsię. Namq; rerum ecclēsię sicarū traditio metu extorta, nulla est ipso iure, itidēq; earundem promissio si metu extorqueatur. ¶ Fallit itē in dote, quia dotis traditio metu extorta inualida est. ¶ At vero expressit nihil de vsurario cōtractu, vbi nullus est extorquetis, sed necessitas inducens ad recipiendum mutuū sub vsura. ¶ Et augentur priora, quia si necessitas huiusmodi cogens, vel inducens, sufficit cassando cōtractui, igitur, si mulier ex necessitate victus & vestitus inducitur, nubit viro, huiusmodi nuptię essent nullę. Et aperte consequeretur, huiusmodi contractum non esse matrimonium, id quod falsum esse cuiuslibet est apertum, itemq; in casu argumenti, qui ex necessitate compulsus vendit sua, alioqui non venditurus, itē non transferret dominium rei venditę, id quod nullus concederet. Quāuis hęc exempla, & si conueniant, cum necessitate, mutuatarij, quando capit mutuū sub vsura, quia in omnibus illis exemplis contractus prodiit ex necessitate, ceterū discriminē latū est, inter ea, siquidem mulier sępē, imo vt plurimum inuit matrimonium, nulla cogente necessitate, item qui vendit sua sępē vendit ob alias causas, & non ex necessitate. Itaq; isti contractus, non necessario habent pro causa necessitatem contrahentis. At vero contractus vsurarius, semper fit ex necessitate compellente nullus enim est, qui caperet mutuū ad vsuram, nisi quia cogit eum necessitas, vt sibi, vel suis subueniat, quādo subuentioni alia non patet via. Ideoque plus inuoluntarij præsumi debet in contractu vsurario, quam in ceteris relictis, qui sępē sunt spontanei.

¶ Verum neque istud euacuat difficultatē, quippe forte mulier quę nubit viro ex compellente necessitate, & non ex metu, vel violentia, tantum habet admixtum inuoluntarij, quantum, & mutuatarij, erogando vsuram, vsurario, item qui vendit domum ex compellente necessitate. Et nihil refert, quod illi contractus sępē sunt spontanei, vt inde præsumantur spontanei, quia modo loquimur, non de præsumptionibus, quę plerumq; sunt fallaces sed de veritate, quę fallere nequit.

¶ Dixerim, igitur primo me non consentire glossę dicenti facta ex metu iusto tenere. Imo si quis incidit in grassatores aut sicarios, & metu mortis, eis tradit quę deferebat grassator, non potest illa retinere, sed statim tenetur ea restituere. Quod si iuret metu mortis, se nō repetiturum, nihilominus grassator, vel prædo, non sit dominus, sed tenetur etiam spoliato, non repetente, ipse restituere. Neque potest rectē absolui, nisi restituat, aut sufficienti cautione, securam faciat futuram restitutionem. Neque iuuat quia coacta voluntas est voluntas, i. quęstio. 1. Merito queritur, quia est hoc verum quantum ad culpā, qui enim ex metu peccat, vitque peccat, non tamen quoad contractus est igitur voluntas coacta, voluntas simpliciter non tamen secundum quid, similiter, & metu maris tempestatis, proiecit merces in mare, non propterea abdicat se dominium transferendo in reperientem, imo reperiens tenetur restituere, si forte nouit, aut cognoscere potest eum qui propter naufragium proiecit facultates suas in mare, sicut & is, qui non ex metu, sed casu perdidit crumenam, argentis numis oppletam, non ideo ex perditione, transfert dominium in reperientem, quandiu est spes recuperandi perdita.

¶ Suffragatur istis Adria. in. 4. lib. de restitutione, credens vsurarium esse dominum vsurę sibi traditę, & probat. Quia extorquetis, aliquid ab alio, vel vi, vel metu, fit dominus illius rei, ex cap. Abbas, de his quę vi, metus ve causa fiunt, ergo multo fortius voluntaria traditio, qualis est vsurę transfert dominium.

Metu iusto facta non tenent.

Solutur argumenta facta in principio.

An metu extorta sicut extorquetis.

¶ In quam sententiam vocat S. Tho. in 4. d. 1. §. & Petrum Palud. ibidem. Et Henricum Gandentem. Quod. 4. q. 20. diuersa tamen sententia, nobis magis probatur. ¶ Neq; obstat capitulum præcitatum, quia quod ait, talem contractum esse irritandum, non insinuat non esse irritum ipso iure sed hoc solum voluit esse declarandum à iudice esse nullum, hoc est quod ait, esse irritandum. Qui loquendū ritus vsitatus, est aliàs in iure.

¶ Porro, siue metu extorta siue extorquetis, siue non, nihil nostra interest, ad præsentem discutendam questionem, idēq; de alijs emergentibus necessitatibus, siue uent contractus, necne, refert huic negotio differendo modicum, sufficit in præsentia dicere, quod contractus vsurarius ex permixtione inuoluntarij redditur nullus. Nam soluit mutuatarius quod non debet vsurario, & ideo non sponte soluit, sed necessitate inductus, soluere autem debitum, est contra iustitiam. ¶ Donamus igitur permissio nem inuoluntarij, non semper soluere contractum ac vsurarium contractum, illa permissio soluit, ob rationem commemoratam, ideoq; statim contractus est nullus. ¶ Quod si omnino sponte daretur accessio, non esset tunc contractus vsurarius, sed esset donatio, si tamen, mutans, ut talem eam probet, ut supra est expositum. ¶ Quocirca, sicut si dixeris, homo irrationalis est repugnantia in adiecto, quam dialectici vocant remotionem, ita cum dicimus, contractus vsurarius, repugnantia est, quod sit contractus, & sit vsurarius. ¶ Quod si pergis querere, cur mulier nubens, coacta ex paupertate, aut vendens domum, ob eandem causam valet contractus, & non in vsurario contractu, cum alioqui tanta potest esse admissio inuoluntarij, hic sicut, & ibi. ¶ Respondetur quod vir talē ducens uxorem, aut emptor, talem rem emens ex iusto pretio non faciunt contractum iustitiam, ac vsurarius accipiens vsuram tanquam sibi debitam, quæ alioqui est indebita ei, facit contra iustitiam. Quocirca lex diuina, & humana, hunc dominant contractum, iuste q; sapientum chorus agminatim prædicat hunc contractum esse eliminandum ab orbe, cæteros vero contractus non damnat, et si vsur-

gente necessitate, & non pure voluntarij fiat.

¶ Quinto respondebis, siue sint hæc, siue alia bona, quæ traduntur vsurario eorū non fieri dominij vsurarium, si propter vsuram illi sunt tradita, ut satis iam dictum est. ¶ Et quando queris propter quid traduntur? dixerim, ut impleat mutuatarius quod promisit, unde hæc eadem numero, tenetur (si absolute loquamur) restituere si extant, quippe, ut illis est contrectare rem alienam inuito domino, id quod furti est & non legitimi vsus: unde dixit Tobias. 2. vx ori sua furtiua, non licere edere aut contingere, & itidem patet quid sit dicendum ad confirmationem. 1. & 2. ¶ Memini autem me dixisse supra, vsurarium peccare, ut de foenebri pecunia, vel bonis quæ mutuatarius illi tradit propter vsuram, quæ cumq; ea bona fiat, siue recipiant functionem siue non, id est siue sint vsu consumptibilia, siue non, modo sint foeneratitia, id quod dudum, item repetebam, quæ ut aptiora faciam idque velle recte habeat, recolere oportet contrectatam rem alienam inuito domino peccare, unde absolute loquendo de supra aiebam vsurarius qui contrectat pecuniam vel oleum, vel framentum, &c. illa vendendo, vel donando, vel ex pecunia negociando peccatum admittit absolute loquendo, quippe qui contrectat alienum inuito domino. Est autem inuitus mutuatarius quippe non spontaneè tradidit illa, & itidem inuoluntariè vult quod vsurarius ut utat re sua male parta. Et quidē si rerum vsu consumptibilium vsus esset vsurarij, permissus absolute, cum debito soluendi æquipollens, utique traditio vsuræ, esset mutui contractus & oportebit dicere, horum transferri dominij, quod supra negabam. Et iuxta id quod diximus, & vulgatum est placitum, quod in vsurarium nullatenus est concedenda translatio dominij vsuræ necesse est dicere, quod absolute, si sit seruo, vsurarium teneri eandem numero pecuniam foenebrem restituere. Et quod illam non potest donare, aut ex illa negociari, &c. quippe quæ aliena est. Item de alijs vsu consumptibilibus. Neque est potior ratio absolute loquendo de istis, quam de alijs, postquam sunt hæc omnia aliena.

Porro

Porro quia refert parum, quod framentum hoc, de numero, vel oleum, &c. vel pecunia eadem numero exhibetur mutuatario vel alia æquipollentia, ideo mutuatarius, præter rationem esset inuitus si vsurarius, utatur foenebri pecunia, si habet hic aliam paratam ad restituendum, illi ut si erogat in elemosinam foenebræ pecuniam habens ad manum pecuniam non foenebræ ex qua restituat, non peccat erogando foenebræ liquidæ mutuatarij interest parū, quod ex sua quæ dedit vsura, vel ex alia non vsura, sibi fiat restitutio. Cæterum, si non alia non foenebris, non est prompta pecunia tenetur restituere eadem numero, quam accepit, quia et si speret aliam, cæterum quia inter os, & offam multa contingunt, & forte sperans se aliam habiturum, non habebit, ideo oportet eligere potius certum & negligere incertum, unde si habet foenebrem pecuniam ad manum satius est, illam suo domino restituere sunt autem casus, quando vsurarius non tenetur foenebrem restituere, si. v. g. vel ipse extreme indigeat, vel alteri ex illa similiter indigenti sit subueniendum, verum hæc omnia sunt accidentalialia: per se autem tenetur restituere, & se non facere impotentem ad restituendum.

¶ Sed ait aliquis nunquid in bonis non ipso consumptibilibus vsu, ut sunt fundi & domus, idem seruabitur documentum, videlicet quod poterit vsurarius huiusmodi quæ accepit pro vsura distrahere vel vendendo, vel donando, vel locando, vel permutando, vel aliàs, & sat erit sibi, si æquipollens reddat? Respond. In istis non nihil esse diuersitatis, quippe non parum refert, si domum hanc vel fundum hunc restituas, an æquipollens. Quippe etiam si sit æquipollens, verbi gratia domus, mauius quilibet domū habere, quam habitat, quam iam nouit, quam æquipollentem. Nisi tamen ex consensu mutuatarij, vsurarius distrahat domum, quam accepit in vsuram, vel fundum, quia id temporis fas erit. Et demum fundamentum omnium dictorum & dicendorum in hac re est, vsurarium non esse dominum vsuræ, qualis qualis ea fuerit, ideo per se loquendo, tenetur idē numero restituere, sicut & furto sublata. Nisi per accidens ex casu,

satis sit æquipollentia restituere. ¶ Quod si queras, quid ergo si lucratur vsurarius ex pecunia foenebri negociando, & emat fundū, vel domū &c. nū tenebitur paratū fundū, ex illius pecuniæ lucro restituere? Distingue oportet, aut non habet aliud unde restituat, nisi dādo fundū mutuatario, vel vedēdo illum ut restituat & tunc tenet, ad eā rationē restituere, vel habet aliàs, unde restituat, & tūc nō tenetur fundū, neq; fructus eius restituere. Si quidē et si ex pecuniæ foenebris lucro fuit cōquisitus, ceterū, istud lucrū attribuendū est industriae, & labori vsurarij, & ideo huiusmodi restitutioni nō patet, sicut etiā qui emit aliquid ex proprio nomine, tamē ex pecunia aliena, id quod emptū est, suū est, solū enim tenet ad restituendā pecuniā alienā, quā accepit. C. de rerū veditioe. ff. de fur. ceterū. ¶ Quod si obieceris mihi. ca. cū tu dev furis tradēs possessiones vero, quæ ex vsuris cōparatæ sunt, vendi debent. & pecunia ex ipsis provenientes tradi, & restitui, is à quibus vsuræ extorta sunt ut hac obseruata ratione nō solum, apena, sed etiā apenato vsuræ cōmissio possint vsurarij liberari quod capitulū Ioā. Maio. in. d. 1. §. quæst. 3. 8. exposuit, dicēs Alexandrū. 3. huius iuris conditorē in ualidasse ex hoc iure, omnes emptiones, quas faciunt vsurarij, ac hoc genus emptiones sint occasionales, & impedimentum obijciant restitutionibus, verum vsurarius submoto hoc iure posset emere possessiones, & facere eas suas. Itaq; secundum eum, non est de se malum, sed quia prohibuit. ¶ Ego vero ius istud intelligo, quando vsurarius, non habet aliunde unde restituat. Quippe id temporis tenetur vendere, ut restituat. ¶ Et non est sermo, de possessionibus quæ vsurario à mutuatario, datæ sunt in vsuram mutui. Enimvero huiusmodi possessionum non est dominus vsurarius, & eadem numero sunt restituendæ. Namq; has non potest vendere, neq; donare, aut eas permutare, &c.

¶ Et si verba pontificis æquabili penderis trutina, colliges ex eis contra Alfisiodoren. 3. Sentent. tract. 26. quaestione. 1. Et contra Hostiens. ad capitulum tua nos, vsurarium, scilicet esse dominum possessionum, aut aliarū rerū

Y 3 quas

Dubium.

Expositio
c. cum tu de
vsuris.

Dubla
explicitur
amplius præ
dicta.

Comparata ex pecunia fœnebris non sunt obnoxia ob hoc restitutioni.

qua sibi comparavit ex pecunia fœnebris. Quippe nemo potest vendere, quod non est suum, si ergo ex mandato pontificis, vsurarius tenetur vendere possessiones, ut restituat, igitur erat dominus earum. Quod si vsurarius renuit restituere, iudex cuiuslibet iuris dicebitur debitor huiusmodi, auctoritate iudiciali poterit vendere huiusmodi possessiones. Idemque exerebit, mortuo vsurario cum heredibus eius detrectantibus restitutionem. Etiam si capitulum non expressit auctoritatem publicam, vel privatam, sed quod possessiones huiusmodi, debent vendi. Quod si vsurarius non expectans iudicem, ipse potest vendere, item & poterit emere. Accedit eodem, quod si possessiones præhabite, non erant vsurarij, igitur fructus earum etiam erant restituendi, verum capitulum nihil loquitur de fructibus restituendis. Preterea, si ita esset ut alii putat, nullum esset discrimen, inter possessiones datas pro vsura, & inter comparatas ex vsura, propter diligentiam vsurarij. Rursus si quis furtivus ex pecunia furtiva, lucra sine fraude, unde emat domum, vel quodvis aliud vitium, empta ex huiusmodi lucro, non subduntur restitutioni. Alti autem 3. li. sent. loco supra indicato, obvius est huic doctrina, censent namque omnia esse huiusmodi restituenda. ex. c. tu præcitato. Item quia vsurarius, non potuit maiori iure in possessionem, quam in pecuniam fœnebris, ex qua emit possessionem. At pecunia fœnebris, est restituenda, ergo & possessio. At vero inficiandum est, quod nihil iuris habeat vsurarius in possessionem. Enimvero in pecunia fœnebris, nihil habet iuris, quippe aliena est, at in possessionem habet, quia illam non dedit pecunia fœnebris, sed labor, & industria, unde possessio huiusmodi, non est fructus pecuniarum, sed industria, & laboris impensis ab vsurario, ut recte censuit Ricca. 4. sen. d. 1. q. 6. cui subscripsit Adria. 4. sen. de restitutione que incipit, sed occurrunt. Porro poterit accidere, quod huiusmodi possessiones, subdantur restitutioni. Quod quidem, si non habet alius de vsurario unde vsuras corrasas soluat, aut detrimetur, quod passus est mutuatarius, ex dilatione solutionis, vsurarius, non habet unde resarciat vsurarius, nisi diuidentem possessiones, aut eas tradendo mutuatario, hoc idem præstare tenetur vsurarius. Nemo

An omnia bona vsurarij obnoxia sint restitutioni.

enim alterius dano, debet locupletari ex regula iuris locupletari. lib. 6. & ff. eod. Quo fit ut parta ex vsura per diligentiam vsurarij, non esse per se obnoxia restitutioni. Si quidem huiusmodi lucra, non fœnebris tribuuntur pecuniarum, quæ ex se steriles est, sed sagacitati vsurarij. Quod si dixeris eadem ratione, & vsura non esset restituenda, quia diceret, hæc vsura, non peperisse pecuniam, sed industriam vsurarij paciscetis lucrum ex mutuo. At diversa est ratio quæ vsura, non ex labore, aut industria vsurarij, sed solū ex mutuo, mutuū autem non est productivum novæ pecuniarum, ut patet. Dixi autem per se non esse obnoxia restitutioni, quia per accidens, ut dudum aiebamus obnoxia sunt. Obijcies, vsuram, esse item fructum industria, & non mutui, siquidem pactum de accessione, est industria, & huiusmodi pactum, est fructus vsura. Respondetur, quod huiusmodi industria est diabolica, ideo nihilefficit. Porro autem Alti aliquid cōcinnavit argumētum, quo suā fulciret sententiam in dicitur Pau. Ro. 9. dicitur, si radix sancta, & rami. ergo acōtrario sensu, si radix, non sancta, & rami. At vero vsura est radix pestifera, ergo omnia lucra, que ex ipsa pdeunt, talia erunt. Responsio autem huius argumētum ex præhabitis patet. Si quidem possessiones, empta ex pecunia vsuraria, non sunt rami pecuniarum fœnebris, sed sunt rami industria, & laboris, ut prædiximus. Hoc tamē one re gravant, quia cum vsurario, vitiumque habet coherentiam, quod obnoxia sunt restitutioni si aliunde vsura, non est restituta. Solet vocari in dubiū, quid si vsurarius morte præventus non restituit an heredibus restitutione incumbat, in solidū. Respondetur, c. tua nos de vsuris affirmatiue, quia cum vsura sint aliena bona, non possunt retineri inuito dno Tob. 2. Quocirca heredibus incumbet pro rata hereditatis, restituere, idemque affirmabis, si alter duorum hæredū, non sit solvendo, siue ex culpa, aut non ex culpa sua, idem dicitur, etiam si monasterium, aut ecclesia potiret istis vsuris lege glossam ad c. tua nos de vsuris. Non me lateat iuriscōsultos quosdam aliter sapuisse, quibus non subscribo. Textus autem inquit prædictus, esse cogēdos hæredes ad restitutionem, ut & ipsi vsurarij poterat cogi dum videret, ideo illi tenerentur in vitroque foro. Verū ut prædicta præstius ex ponā, scito bona vsurarij hanc subire distinctionem.

An hæredes vsurarij tenentur restituere vsuras.

Obligatio duplex realis & personalis.

Obligatio peccati originalis est naturæ humanæ dilapsæ.

ne. Quædam enim sunt vsuraria, id est ex vsuris extorta. Alia vero ex lucro vsurario comparata, quæ non sunt ipsum lucrum vsurarij. Alia demū cum vsuris non habent connexionem: quippe vel dono, vel arte, vel labore sunt conquesta, seu patrimonio. Secundo observabis, obligationem quandam esse realem, aliam personalem, obligatio prior est realis ex iure quod quis habet in re alterius, ut feudū est obligatū reali obligatione, domino feudi. Et fundi cōducti à colonis, eandem subeunt realem obligationem, quippe fructus fundi pēdendi sunt locatibus ab ipsis cōductibus. Posterior vero exoritur ex persona possidente, & non ex iure quod habet in bona, unde prior obligatio, est semper infixa bonis obligatis, & transit cum ipsis bonis, in quocumque deveniant bona huiusmodi, obligatio, autem personalis non itē, quia quatenus talis non transit in alteram personam. Talis quoque est obligatio quæ exoritur ex delicto. Obligatio autem peccati originalis, est naturæ corruptæ obligatio, & transit à natura in personam, & si primitus transfuit à persona protoplasti in totā naturā, obligatio autem peccati actualis, est personalis, de quibus in dissertationibus theologice exactius disseruimus. Læveroiuxta primam distinctionem dubio peculiaris lucra vsuraria obnoxia sunt restitutioni obligatione reali & vsurario non restituente, obligatio superest, apud hæredes, ut bona furto sublata. Quippe sunt aliena bona, & de huiusmodi bonis, non est audiendus Pano. c. tua nos de vsu. dicitur bona vsurarij, non esse obnoxia restitutioni, & Ioā. And. c. 2. eod. lib. 6. Et Host. c. tua nos cōtra placitū veteriorū iuriscōsultorū, omnia bona vsurarij, obligata esse restitutioni tradentium. Id quod probatum fuisse glossæ præcitatae videbit, afferenti quod si alter hæredū vsurarij, factus est non solvendo, alter tenetur in solidū restituere. Quia bona omnia vsurarij sunt obnoxia restitutioni. Porro si uterque heres, sit solvendo, qui libet tenetur pro hereditaria, & contingente portione. Hoc autem placitū, si de lucris ipsis vsurarij, habeat, est quæ verisimū ut prædictū est. Et si non tenet hæres in solidū ut credit glossa relatam, sed solum pro sibi contingente portione, etiā

si alter non sit solvendo. Si vero uterque sit solvendo, cessum est omnibus utrumque pro sua portione teneri. Ceterū glossa, de omnibus alijs vsurarijs intellexit bonis. De quibus, sanè est turgētior dubitatio. Si quidem alia vsurarij bona non sunt aliena, sed vsurarius est dominus eorum. Quare & hæredes erunt domini transfato, ex inflituere in eos, dominio. Et quidem si verba textus penduntur idē præferre videlicet quod huiusmodi bona, quæ non sunt ipsa lucra vsuraria, sed ex eis parta, ut v. g. erant centum lucrum vsura & hæc centū vsurarius collocat ad cōtractū societatis & ex huiusmodi sociali cōtractu, conquestus, alia centū, ex quibus emit agros vel vineas, vel domū, hæc docerentur esse obnoxia ex textu restitutioni. Ait enim possessiones vendantur ad restituendas vsuras. At hoc verū est, quando aliud de non suppetit unde vsuram restituat, non quia aliena erant. Nam obligatus erat vsurarius restituere vsuras, & eo obligato uniuersa bona ipsius subduntur huic obligationi, quæ obligatio vocatur obligatio personalis, quia ex obligatione personæ, deriuatur in res possessiones à persona obligatio huiusmodi, id quod accidit etiam in quasi contractibus, ut homicida habens bona propria, ex delicto eius, omnia eius bona confiscantur, ut læsa parti satisfaciant huiusmodi sanè homicidæ bona, quia erant proptia homicidæ ut suppono, non erant obligatione reali subiecta restitutioni: at vero obligatione personali ex delicto, scilicet, domini subduntur, restitutioni. Itemque si fur habet alia bona, præter illa quæ furto subripuit, si non soluit furto sublata, omnia alia eius bona recipiunt onus, & obligationem personalem, quia illa vendi debet, ut fiat restitutio læto. Sed quid si bona huiusmodi vsurarius dono dedit, alii cui? Quid itē si ea vendidit? Et de bonis eorum quid per vsuram extortus, quod non possint dono dari quando alia non habet omnes cōueniunt, siquidem ex donatione fit impotens ad restituendum. Verū an possit distrahere cōtractu oneroso, ut videlicet, si domum quam habuit, pro vsura vendere aut locare possit. Si quidem ex venditione, aut ex locatione, &c. non sit impotens ad restituendum, credit Adria. in. 4. de restitutione in capitulo quod incipit

delinquen- tiam bona subduntur restitutioni ex quasi cōtractu ex delicto possidentis.

Ad rta. placi
tū refectur

cipit. Hoc igitur, licere distrahere titulo oneroso. Et si non habet alia bona. Et fundamentum eius est, quia secundum eum usurarius est dominus usurae cum debito restituendi, ut accidit in mutuo, ideo que licet ea distrahere, sub ea limitatione, modo non reddatur impotentior ad soluendum usuras, ut verbi gratia, si ipse est debitor centum, & domum valentem totidem vendit pro. 90. tunc non licet.

¶ Et addit, quod qui emit huiusmodi domum, non peccat siquidem, non consentit detentioni rei alienae, sed alienationi. Et usurarius tunc vendens & si peccat non reddendo male detenta, at vero, non peccat nouo peccato usurae transferendo dominium. Peccat autem, qui ab huiusmodi usurario scienter recepit in domum ipsam usurae. Quippe consentit peccato usurarij, se reddens impotentem ex donatione usuras restituere, sed equidem si usurarius dominus est, siue donet, siue distrahat non peccat, quia distrahit aut donat, quod suum est, at peccabit, quia se impotentem facit sicut is qui mutuatam habet pecuniam, non peccat siue eam donet siue illam distrahat, quia habet dominium in ea. Et de eodem, supra ostendimus. Usurarium non esse dominum usurae & ideo per se loquendo, neque potest usurae dominium in alium transferre, vel titulo oneroso, vel lucratio, nisi per accidens, quia habet alia unde usuras soluat.

¶ Sed quid dicemus, quando bona alia praeter extorta usurariorum, qui defuncti sunt, non restituendo, peruenierunt ad alios, titulo oneroso, ut verbi gratia, usurarius tantisperdum viueret, vendit domum vel fundum que, vel ex pecunia foenebri, vel alias, sibi comparauit, siquidem ipsa usura si sic domus, vel quiduis aliud, si extat non vendenda sed eadem restitueda est, ideo de huiusmodi non est questio.

¶ Et Syluester indicat Panormi. in verbo usura. 6. q. 5. dicentem, huiusmodi bona, non esse obligata restitutioni quando titulo oneroso sunt distracta. Si vero ex titulo lucratio, tunc officio iudicis, possunt vendi, ad restituendum usuras. I. si ex me, & Titium. ff. si cer. pet. in quam sententiam it Syluester. ibidem. q. 10. Hostiensis vero contra disserit. c. Tua nos.

Docens, quod in bonis, quae sunt usurarij, non ex tortis ex usura, at coparatis ex usura, quacūq; causa perueniant ad alium, siue titulo oneroso siue lucratio, possidens non potest molestari super illis, à quouis iudice, etiam propter restitutionem usurarum.

¶ Verum si illa bona sint comparata ex pecunia foenebri, subduntur restitutioni faciendae per illa, & de istis intellexit praefatum capitulum tua nos.

¶ Porro autem, ut diximus supra ex qua si contractu, bona omnia delinquentium obnoxia fiunt restitutioni ex personae delicto, non tamen obligatione reali, & ideo refert nihil quod sint bona, hoc vel illo modo parata, siquidem vt hanc subeat obligationem, satis est esse bona delinquentis siue usurarij, siue alterius. Et Hostiensis secutus est placitum Altsisio. cuius nos iam supra fecimus mentionem, asserentis, bona comparata ex pecunia usuraria, non esse usurarij, cuius contrarium nos supra probauimus, ideo quod dicendum est, quod omnia bona usurarij sunt obnoxia restitutioni, & capitulum praedictum, nihil distinguit, sed absolute tradit possessiones esse vendendas, ad sensum supra citatum. In qua sententia. Est Maior. in. 4. d. 1. q. 38. Et Caie. in opusculo de usuris. q. 4. & est vulgare theologorum sententia. ¶ Vnde siue ad haeredes perueniant, siue ad extraneos bona haec, sunt vendenda ad restitutionem. At vero haeredes non tenentur in solidum, sed pro portione haereditaria. Enim vero si quod glossa arripit, quod haeredes tenerentur in solidum quando alter eorum non esset soluendo, sequitur quod si in principio haereditaria successione, alter eorum restituisset pro rata sibi copetente, & alter tunc noluisset restituere & post incidere in impotentiam ad restituendum, quod tunc innocens esset cogendus ad restitutionem id quod videt absurdum. Est ratio Alma. in. 4. d. 1. q. 2. & Caieta. in opusculo de usu. c. 5.

¶ Sūt nonnulla corollaria ex praehabitis deducenda. Primū, quod nemo sciēter potest locare suas operas, scilicet quod usurarius non habet alias pecunias praeter foenebras. Itaque neque artificibus licet pro officio aliquid accipere, neque iudi magistris pro magisterio filiorum, aut famulorum usurarij huiusmodi. Neque alijs operarijs pro opere

Bona parata ex foenebri pecunia sunt usurarij, vt bona alia quae sua arte vel dono acquisiuit.

Haeredes vsu rarij non tenentur in solidum restituere.

Corollaria ad praedicta.

Ex pecunia foenebri si solus sit copos usurarius an possit aliquid emere siue mercium siue victualium aut altorum.

opere impenso usuratio & ipsi sibi impotent, si scientes vel probabiliter opinantes defectum usurarij, ab eo voluerit conduci, secus si bona fide fecerunt. Et rursum. 2. nihil potest emere ex hac pecunia usuraria, siquidem huius pecuniae non habet dominium igitur non potest transferre eam in dominium aliorum. Vnde si aliunde viuere potest, pata ex labore, vel ex artificio vel alijs tenetur, vt integram pecuniam restituat suo domino, si vero, omnibus praesidijs vitae sit destitutus, & non habeat unde victitet, nisi ex pecunia usuraria, licebit sibi ea vt, tanquam is qui extreme indiget. Item Henricus de Oita addit suo libr. de contract. nefas esse huiusmodi usuratio, mercari, vel emere merces, quia pecunia est aliena & non sua: & ideo non potest eam transferre in dominium alterius, nisi merces meliorentur ex industria usurarij, merces non facit suas subscripsit Almai. in. 4. dist. 1. q. 2. de usuris.

¶ At vero ego dixerim, quod etsi non melioret eas, facit merces esse suas, vt si emit frumenta, vel oleum & tranchehes in alium locum, vendit pluris, quae emit, hoc lucrum est usurarij, & non meliorauit frumenta, quia non sunt meliora ex transfectione. Quidquod in eodem loco, possunt ex temporis sterilitate, pluris valere, & sterilitas, non est melioratio facta ex industria usurarij vt liquet. Ideo dicitur, quod usurarius vtens foenebri pecunia ad emendum peccat, vtendo alieno inuito domino non tamen peccato usurae, sed peccato iniustae detentionis, at vero supra meminimus dixisse, eadem esse in hoc casu habendam rationem, quam habet communis schola docens; eum qui ex pecunia aliena emit fundum, vel merces, quando illas emit nomine proprio. Siquidem quanuis sit aliena pecunia, dominus tamen illius tacite sub conditione consentit in translationem dominij illius in ementem, modo illi detur sua pecunia. Refert enim nihil, quod propria in numero eadem detur aut aequalens. Ita in proposito sane aliena est pecunia in mutuo sub tacita conditione consentit mutuatarius, in translatione dominij, modo sibi restituatur sua pecunia, siue ea sit foenebris siue altera aequalens.

¶ Nam superest, vt absolamus caput hoc, de usurario mentali, id ipsum vocare in dubium, quod vocatum est, de usurario sensibili num ille sit dominus usurae? est autem mentalis tunc quando nullo pacto, vel tacito, vel expresse intentione, sola intentione usurae ex vi mutui accepit lucrum, vt supra satis expositum est, quando de usuris exorsus sum tractatum.

¶ Hanc autem disputationem, breuiter edisseram, quia superiori sermone edisseram dedi. Sunt ergo qui credant usurarium mentalem esse dominum usurae, vt Richard. & Scot. in. 4. dist. 1. q. suffragantur illis quaedam. Siquidem quia tunc mutuatarius libere donat, nam nullum interuenit pactum, vt si Petrus habet animus furandi librum à Ioanne, & hoc omnino latet Ioannem, & interim Petrus donat librum Ioanni, donatio est valida, non obstante malo animo Ioannis, igitur ex simili malus animus, usurarij alioqui occultus, non impedit donationem.

¶ Secundò ex. c. sima. de simonia. simonia mentalis non cogit ad restitutionem, ergo neque usura mentalis.

¶ Tertio satis factio, vt vere geratur, non debet fieri vt amoueat lucrum, ab ipso qui compos est lucti, sed potius vt auferatur damnum à patiente, at vero mutuatarius, non passus est damnum damno lucrum quia libere dedit, igitur usurarius mentalis, non tenetur restituere lucrum, quod accepit.

¶ Verum diuersam sententiam nos supra amplexi sumus, usurarium mentalem docetes non esse dominum lucri accepit. Hanc probat quidam, quia ad hoc quod autoritate priuata, quisquam in alterum transferat dominium, exiguntur. 3. primum libera voluntas, in transferente, secundum libera voluntas recipiendi in recipiente. 3. quod sit causa iusta donandi, & sufficiens ad transferendum dominium, at vero nulla est causa iusta, & sufficiens transferendo dominio, in eum, qui ex vi mutui intendit, etsi occulte usuram.

¶ Et ideo etsi aliae duae causae priores extant, postrema non extat vt liquet. ¶ Ad hanc rationem theologizat Henricus de Oita, quem sequitur Albaini vbi dudum, & addit quod quia non est dominus usurarius mentalis usurae, restitueret

Dubium de usurario mentali.

Caueatur in simonia mentali non cogit ad restitutionem.

Translatio dominij quot debet habere conditiones.

tucere tenetur, non mutuario, quia hic iam abdicavit se dominium, ideo non est ei facienda restitutio, vt is qui perdit aliquam rem, quam habet pro derelicta, et si in nullum transferat dominium, at reperiri non tenetur ei restituere, quia iam abdicavit se dominium.

Ratio Henrici & Almain. refellitur.

¶ Porro autem, et si placito huic, quoad primum consentio, non tamen rationi, si quidem, non video causam iustam, & sufficientem ad transferendum mercedem in prostibulum, esse fornicationem, nihilominus, verè est meretrix domina sui stipendij, vt supra declaratum est.

Donationis contractus exigit liberalitatem in vtroque contrahente.

¶ Quocirca dixerim ad donationem exigi spontaneam & merè voluntariam in donante donationem, in donatario, itè acceptationem, doni tanquam donum. Nonque si qui recipit donum, non recipit tanquam donum, sed vt sibi debitū, non est donatio, si quidem donatio exigit, vt gratis detur & gratis recipiatur. Cum ergo vsurarius mentalis, recipiat lucrum tanquam sibi debitum ex vi mutui, verè non est donationis contractus, qui liberalitatem exigit in vtroque contrahente.

¶ Vnde meminimus supra dixisse, quod vsurarius mentalis, non est dominus vsuræ. Quandoquidem vt esset dominus requirebatur, vt donaretur illi à mutuario gratis, id est submota credita obligatione ciuili. Nunc autem mutuatarius, vsurario sibi occulto, dat liberaliter lucrum vt rependat gratiam mutui, est autem gratia mutui, quod sine obligatione ex vi mutui, mutuet. At mutuatarius credens errado, quod mutuans liberali mutuat animo, ipse liberaliter donat ex errore tamen, si enim sciret, non liberaliter sibi mutuum datum, ipse nequiquam liberaliter donaret, sed expectaret restitutionem. Quapropter, quia ignorans, siue per ignorantiam, liberaliter dat, perinde est ac si non liberaliter dedisset, vnde non transfert dominium, et si videatur transferre.

Respon. argum.

¶ Argumenta autem quæ videntur consistere Richar. & Scoti placitam, dilucis ad hunc modum, primo enim dicit, mutuatarium de quo sit mentio per ignorantiam donare, ideo non donat. Ignorantia enim cui est causa facti, facit factū esse inuoluntarium. ¶ Secundo respon-

deo Panormitan. capitulum esse intelligendum de simonia prohibita ex iure ecclesie, non de simonia prohibita ex iure diuino, vel de simonia quæ est ex secundaria intentione. Adrianus vero in 4. sent. de rest. 8. dubio, aliter respondet ecclesiam remisisse simoniaciis mentalibus restitutionem, & resignationem, & ad ea respondet, per solam poenitentiam, excludi locum arctiorem solum.

Simonia mentalis est crimen, ac non subditur restitutioni fructuum, vel resignationi beneficij.

¶ Porro capit. liquido. tradit simoniam mentalem nõ cogere ad restitutionem, et si Panor. non probatum habet. Si quidem simonia mentalis non potest prohiberi, aut coerceri ab ecclesia, quæ occultata diuino referuat, & à suo ablegat iudicio. Esset enim mittere falcem in rem diuinam, vnde etiam explodenda est glossa Adria. Quãdoquidem temerè remitteret ecclesia, id quod non spectat ad ecclesiasticam iurisdictionem. Quocirca supra aiebam ex capit. consuluit. extra de vsuris. vsuram mentalem subdi restitutioni, quippe quæ subit poenam æternã ex diuino iure, nisi restituat cui subduntur hominum corda, & nõ solum opera. ¶ Ecclesia vero, cum nõ sit scrutatrix cordium, sed solum exterorum, nõ potest afficere poena id quod non subest suo iudicio.

Simonia mentalis nõ subditur poenis ecclesiasticis.

¶ Tertio respondebis, imo vt satisfactio exacta sit, necesse est, quod si lucrū vni contrahentis, sit damnnum alterius, quod vt euitetur ab altero damnnum, auferatur ab altero lucrum, vt ita demum sit æqualitas inter contrahentes.

¶ Quocirca cum mentali vsurio, mutuatarius, per ignorantiam, dedit vltra sortem, quia si exploratam habuisset, vsurã illius mentalē non coactulisset, ideo passus est damnnum mutuatarius, quod refarcire debet mentalis vsurarius. Neque crediderim esse verum exemplum de fyro occulto, imo arbitrari teneri ad restitutionem. Nanque liberalitas, nulla est, si ex ignorantia ortum habuerit, qualis est in proposito. Neque item suffragor Iacobo Almain. credenti huiusmodi lucrū occulti vsurarij, non restituendum mutuatario, sed pauperibus.

Mentalis vsurarius mutuatario, & non pauperibus, debet facere restitucionem.

¶ Injuncto, vt ipse testatur sequens opinionem Henrici, mutuatarius, nõ transfert dominium, illius lucri in vsurarium mentalem, quod si non transfert igitur mutua-

mutuatarius, adhuc retinet dominium illius lucri, igitur illi vt vero domino restituito est faciendum, vnde censeo à confessoribus, esse persuadendum mentali vsurario vt restituat hæc lucra mutuatario, & non pauperibus. Nisi casus accideret, quod mutuatarius non esset superstes, neque eius hæredes, tunc enim donandum esset lucrum huiusmodi pauperibus iuxta. c. cum tu. extra de vtur.

CAP. DECIMUM.

An liceat cooperari vsurarijs?

POST peractam longiusculam de vsuris disputationē, superest breuiloquio de cooperarijs ad vsuras texere orationem. Non tamen omnes cooperatores, sunt in culpa, sed solum ij, qui vsuræ fouent iniquitatē, aut sunt causa eiusdem, aut mutuatario auferunt noxam. Quæ vt teneas illud in primis meminere oportet, quod cooperari peccato bifariam accidit aut directè & per se, aut indirectè seu per accidens.

Causa peccati priuatiua & positiua.

¶ Alijs verbis etiam effertur hæc diuisio, videlicet cooperari peccato bifariã accidere, aut positiuè, aut priuatiuè. Idemque sensus est vtriusque distinctionis, is autè cooperat peccato priuatiuè, qui est causa priuatiua, & tunc vere nõ cooperatur, sed dicit cooperari quodammodo, quippe cum debuisset, & potuisset, peccatum impedire, non impediuit, vt ille hac ratione, est causa conflagrationis domus, vel agri, qui cum debuisset compescere ignem, & potuisset, nihilominus permisit domum conflagrari.

¶ Deus vero non est causa peccati villo modo, quia etsi potest, peccatoribus obistere, non tamen hoc debet, sed iuxta consilium suæ infinitæ sapientiæ, homines aliquando permittit vt abeant secundum desideria cordis sui. Qui vero potest impedire, & nihilominus nõ debet, non est priuatiua causa vt nauta cui non incumbit custodia alticuius nauis si submergatur, illi non est imputandum. Positiua vero causa est, quæ efficit effectum, vnde qui, vel precibus vel iniis, aut pollicitationibus, aut monitionibus, &c. alij

inducit ad culpam admittendam, hic est causa positiua peccati alterius, vt si iudex cogeret ad soluendas vsuras, aut si tabellio conderet scripturas fallaces vnde vsurarius posset cogere mutuatario, ad soluendas vsuras, nam qui consentiunt peccatis aliorum sunt etiam causa peccati Rom. 7. verum quo per se cooperatur ad peccatum alterius, consentiunt in eius peccatum, si quidè intendunt, quod illi peccent.

¶ Nanque si sola esset complacentia mentis, hæc sola etsi peccatum est, complacere de alterius peccato, verum nõ est causa alterius peccati, nisi exterius se prodatur, consulendo, vel auxiliando, &c. ¶ Contingit autem, quod quispiam sit causa peccati alterius, per accidens videlicet, quando is qui cooperatur peccato alterius, non intendit peccatum alterius, sed potius intendit ex peccato alterius, quod non potest ipse prohibere, sibi, vel alijs consulere. Et hæc ratio fas est, cooperari alterius peccato, vnde Elias 3. Reg. 8. hortari videtur sacerdotes Baal, ad cultū idolorum, non intendens, aut consentiens idololatriæ, imo auocare volens populum ab idololatria, videbatur tamen Iudæos ad conuictam idololatriam verbis suis inclinare. Sciens ex spiritu Dei, quid futurum erat, & aduertens eos esse quam paratissimos, ad idolorum cultum dicebat eis vt sternerent solitas suis idolis aras. Quod si dixeris, hoc permissiuè dixisse Eliam, vt dominus Iudæ, Iudæ, quod facis, ait, fac citius. Ceterum discrimen est non modicum inter hæc exempla, siquidem Iudas proditor, iam tunc dominum vendiderat, at prodere satagebat, vnde etiam si dominus, nihil ei dixisset, prodidisset. At Iudæi, etsi aliqui parati ad idololatriam, at in monte Carmelo, non construerent diabolicas aras, nisi ex verbo Eliæ, ideo videtur Elias quod saltem per accidens cooperabatur sine peccato tamē Iudeorum sceleri.

Cooperari peccato potest contingere sine peccato.

¶ Vnde non est peccatum, accipere mutuatam pecuniam, à parato dare ad vsuram. Si quidem qui ad eam rationem mutuatatur, non intendendo peccatum vsurarij, quia si posset sibi providere aliàs, non reciperet ad vsuram. Nanque si intendere, peccatum admitteret, quantumlibet vsu-

Vulgata Theologorum opinio de cooperatione ad peccatum.

vsurarius esset promptissimus, ad hanc fere rationem vulgo theologizatur, unde latius proferentes materia, tradunt fas esse volenti occidere vxorē, vt aliam ducat, cōsulere, & precibus agere, vt potius adulteriū committat, quā sanguinē fundat innoxiam. 3. q. 2. si quod verius itē detrectantem pauperi extremē famē patienti, mutare, vt sibi cibos quærat fas esse consulere, vt det mutuum sub vsura. Vt item Angust. ad Publicolam scribēs fidelē, vt fecit Iacob petens iuramentum à Laban, qui iurauit per idola sua Gen. 3. 1. fas esse cenferi à parato infideli iurare per Deos suos, fumere iuramentū. Quia tunc non per se cooperatur peccato, solum enim debet intendi firmamentum initi cum infideli pacti, non idolorū cultura, & habetur. 2. 2. q. 1. c. mouet te. Ad eandem rationem excusaat Heliam, inducentem Samaritas ad cultum idolorū in monte Carmelo dicentem, Inuocate nomina Deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Dei. 3. Reg. 18. quæ verba aperte videntur induxisse Israelitas ad cultū idolorū, at vero quia non intendebat hoc Helias, imo potius reuocare ab idolorum cultura, ad Deum viuum, & quia alias erant ipsi parati ad idololatriā, ideo non peccauit. Quippe nullum attulit eis detrimentū salutis, hæc cooperatio ad peccatum.

¶ Rursus & illi decem viri, qui vt se eriperent à morte, demonstrarunt Ismaeli Thesauros frumenti, &c. Hierem. 41. vnde Adrianus in quodlib. 3. quæstione 2. tradit omnem cooperationem ad peccatū alterius, quæ nō affert detrimentum salutis licitā esse. Quippe tūc cessat ratio, quare prohibetur cooperatio ad peccatum. Prohibetur enim ne proximo fit in detrimentū salutis, quare si nō affert licita est. Vnde si ex nostra cooperatione peccat proximus, qui alias nō erat peccaturus, aut obstinabitur in peccato, tunc nefas est, cooperari peccato, criminali alterius. At veniale esset cooperari ad veniale ei qui non est paratus veniale hoc vel illud admittere. Addit tamē, quod si ex cooperatione ad peccandū vnus leditur, hoc tamē est salubre multis, item fas esse cooperari. Quia Paulus dixit, Christi bonus odor sumus, in his qui pereūt, & in his qui salui sunt. Alijs odor vitæ

in vitā, alijs odor mortis in mortē. 2. Cor. 2. & inducit Tho. in 4. sent. dist. 19. dicentem, quod si sciuerit aliquis, correpturus aliū fraterna correptione, concitandum esse ex illa correptione ad odium, quod alioqui postmodū est depositurus, & morē est gesturus corripiti, quod nihilominus, non obstante odio est correpturus. Et item istud est vulgatū placitū Theologorū. Et Syluester in verbo vsura. 7. q. 1. ait licere ex sentētia Innocētij ad. c. super eo. de vsuris. inducere ad mutuandū sub vsura, eū quē non possumus fletere, vt gratis mutuet, si necessitas vrgeat mutui. Vt puta, si ego, vel alter fame periclitamur. Et ratio est, quia si alter vult esse homicida meus, licebit suadere vt sit vsurarius id quod est leuius. Volēti enim peccare, licet suadere vt minus peccet. 1. 3. dist. c. duo mala, & est Concilij. 8. Toletani, idem collibuisse videtur Panor. ad. c. super eo. de vsuris. vnde incidēs in latrones, licitē facit, offerre materiā rapine, demonstrando pecuniam, quam desert, vt sese asserat à truculenta morte, vt fecerunt illi decem viri, quos ex Hierem. 41. induximus. Et quod istud fas sit, videtur commoneseri, ex capitulo si vero. de iure iurando. & capit. ad audientiam. de his quæ vi, metusue causa fiunt. Si quidem iuramentum metu extortum super materia dandi prædonibus, substantiā quam inuasus ab eis habet, valet, igitur non est illicitum eis offerre res proprias, vt vita seruetur.

¶ At vero Sanctus Thomas in 2. 2. quæstione. 78. articulo. 4. idem placitum testatur, fas scilicet esse petere mutuum, à parato tamen exhibere sub vsura, vt à trapezita, seu mensario, qui sedet ad mensam scēnabrem vt scēnori incumbat. Et probat ex Aristotele. 5. Ethicorum dicente, quod qui iniuriam patitur non peccat, sed solum is qui iniuriam agit. Porro qui petit mutuum, & dat vsuram pro mutuo iniuriam patitur, igitur non peccat. Et adde, quia hic non spontaneus, dat vsuram, sed inuitus vt supra expositum est. Dat enim vt suæ necessitati provideat. ¶ Secundo tamen inquit, quod nullo modo fas est, inducere alium ad mutuandum sub vsura, licet tamen ab eo qui paratus est accipere mutuū sub vsuris, vt sibi, vel alijs subueniat

Placitū S. Thomæ.

Nū liceat aliquando inducere alium ad peccatū.

& locus citatus ex. 1. 3. dist. bifariam exponitur, aut de malo pœnæ, aut si de malo culpæ negatiue, solum, id est si essent eligenda mala minus malum potius eligendum. Malum autem culpæ non est eligibile. Et hoc sane verum est quod simpliciter loquendo culpa non est eligibilis. Quippe electio est boni & non mali, verum ex hypothesi est quod differitur, si videlicet, nulla ratione potest Petrus v. g. suaderi, vt gratis mutuet pauperi, an liceat, tunc eum suadere, vt vitet homicidium pauperis vt sub vsura det. Ex hypothesi enim harum duarum culpā minor est eligenda, vt suadeatur.

Differitur Thomas.

¶ Porro autem Thom. videtur aduersari communi Theologorum, imo & Iuriscōsultorum placito. Enimvero diximus vulgatū esse apud eos necessitate urgente fas esse inducere ad vsuram, vt deuitetur maius malum, id quod ex multis videtur probatum iri, vt ex gesto Eliaz, qui induxit ad idololatriam Israelitas, propter maius bonum eis parandum, & ex gesto illorum decem virorū, qui verbo, & facto, induxerunt Ismaelem, ad rapinam thesaurorum, vt se se assererent à morte. Itemque ex cap. duo mala. dist. 13. & c. Et rursus S. Tho. inquit, quod petere mutuum, à parato exhibere sub vsura, innoxium est, si necessitas adest, & itē soluere vsuram item non est peccatum, ex eadem quam allegat causa quia est patiniuriam, & non inducere ad peccatū, sed vt malo alterius in bonum meum, vel aliorum.

¶ Igitur qui iurat soluere vsuram, non peccat, imo aliquando tenetur soluere ex iuramento, ceterum qui sic iurat inducit vsurarium ad mutuū sub vsura. Namque iuramentum hoc, illicet vsurarium, vt mutuet sub vsura, certam habent vsuram ex iuramento, esse autem licitum iuramentum, cap. debitores. de iure iurando. palam testatur quod declarat iuramentum esse obligatorium, non autem esset obligatorium, si ad peccatum obligaret vnde si fas est iurare vsurario, de soluendis ei vsuris cur erit nefas polliceri vsurarium solutionem? cum maius sit vinculum ex iure iurando, quam ex nuda promissione?

¶ Porro, siue qui iurat, siue qui promittit soluere vsuras, firmando solutionem vsu

rarum, inducit vsurarium ad mutuandū sub vsuris, qui alioqui non muturaret, nisi inductus iuramento, vel promissione, licet ergo inducere, ad mutuū sub vsura cuius contrarium S. Tho. docet.

¶ Præterea, si ex communi placito, licebit corripere fratrem, quem probabiliter coniectamus, prouocandum ad corripientis odium, quando tandem speratur correctio, ergo iuxta hoc licebit prouocare ad peccatum presens propter bonum venturum, quia prouocans, nō intendit principaliter prouocare, neque ipsa correctio, de se ad hoc instituitur, sed ad bonum, eius qui prouocatur. Ergo similiter, vsurariū prouocare ad vsuras exercendas quando vrget necessitas ei prouocando eum, retrahimus à maiori malo.

Caietanus dissentit.

¶ Porro autem Caietanus in comm. prædicti loci, idein sapere videtur, quod S. Tho. præfert, nefas semper esse inducere aliquem ad vsuras, vel ad quoduis peccatum etiam paratissimum ad peccandum, vnde nefas secundum eum erit dicere vsurario vel sedenti ad mensam scēnabrem, da mihi mutuū, sub vsura, quia istud est inducere eum ad vsuram: & itē in reliquis.

¶ Vnde secundum eum nefas etiam est consulere minus malum ad euitandum maius vt consulere accipere vsuram, vt deuitet homicidium. Neque vlla urgente necessitate istud fieri credit. Quippe sicut non sunt facienda mala, vt veniant bona, ita non consulenda sunt minora fieri mala, ne maiora contingant, fundamentum est, quia ex Apostolico erudimur testimonio, ad Rom. 3. non esse facienda mala vt veniant bona. Vnde, inquit nunquā licet ab aliquo petere actū, quem non potest exercere sine peccato, etiam si sit alioqui paratissimus ad exhibendum actum. Quoniam cooperaretur peccato alterius, & particeps esset peccati illius. Vnde inferitur, quod si subditus nouit suum episcopum esse promotum simoniace, sed occultum, quod non potest subditus ab eo suscipere ordinē. Quippe episcopus huiusmodi est suspensus ab officio, & beneficio, & ideo orbatur iurisdictione, & conferendo ordines peccat mortaliter, igitur qui hoc nouit, & nihilominus ab eo promouetur communi-

municat in peccato alieno, & cooperatur eiisdem peccato. Et quidem olim ita senserunt nonnulli ex theologia classe, cum Thom. 2. q. 2. artic. 6. in solutione ad. 2. At vero objicerem eisdem, quid ergo si hic qui promoueri cupit, & ad suscipiendum ordinem coarctatur ratione beneficij suscepi? nunquid hæc necessitas non excusabit ipsum? utique quod ipse petit bonum est, scilicet promoueri ad ordinem verum ex hypothesi, non potest citra culpam exerceri ab episcopo sine peccato, ut etiam qui petit ab usurario mutuum bonum petit, at potest etiã numer exerceri sine peccato, quia subito potest respicere usurarius, nihilominus etsi probabile sit mutuatario, quod non mutabit animum, excusatur tamẽ à peccato, quia ex urgente necessitate, non ut cooperetur peccato alterius facit: ita videtur dicendum de suscipiente ordinem sacrum, ab episcopo qui promotus est ad episcopatũ ex simonia, quod ille non intendit cooperari peccato, sed solũ sibi subuenire. Quod si dixeris S. Tho. non esse locutum sub hoc articulo necessitatis, imo videtur, quod etiã loquatur sub simili si non sub eodem mei argumenti proposito articulo. Quia ait, quod etiam si subditum excommunicet episcopus, ut suscipiat ab eo ordinẽ debet nõ obedire et autem necessitas quædam euadendi excommunicationem. Et quid si episcopus non sit nominatim excommunicatus, non est tunc deuitandus ex cap. si sacerdos. de officio ordinarij. Et demum ex Concilio Constantiensi, vel Basiliensi, quando non est nominatim excommunicatus &c. non est deuitandus excommunicatus, igitur neque episcopus. Nihilominus episcopus ordinans, vel administrans sacramenta peccat, igitur fas erit subdito, ab eo recipere hæc, maxime si urget necessitas. Etsi episcopus non potest exercere ordines citra culpam, ex hypothesi, etiam si respiciat tantisperdum non est absolutus à Papa, vel eius delegato. Et præterea quid dicit Caiet. ad gestum Eliæ, dicentis expressẽ sacerdotibus Baal, inuocate nomina Deorum vestrorum? an non hoc fuit inductionis verbum, & iubens, etiam ut acciperent bouem vnum & imponerent super altare, & ignem iniicerent, nonne induce-

bat ad idololatriã? Et quid dicit ad verba Loth, Habeo dicentis duas filias, que non cognouerant virum, educam eas ad vos abutimini eis, sicut vobis placuerit Genes. 19. Annon hæc verba non sunt inducentia ad peccatum? At respondet ipse, supposito quod Loth sit excusandus à peccato, ut Ambrosio visum est, verba esse intelligenda permisiuẽ. Sed quid num æquum visum est Caietano, quod Loth permisit suas filias virgines, scortatoribus stuprãdas, & quod in patre hoc sit inculpatum? Nam, pluris sunt faciendi hospites quam filię? Num offerre salacibus materiam peccandi fit sine peccato? Et quæ maior materia quæ ardentior occasio salacibus, quam virgines, illis proferre, vt prohibito eis abutantur? Si ergo permissio erat, iniustissima permissio erat. Perinde enim erat atque offerre gladium furioso, aut cibum gulofo, &c. Vnde videtur, quod si excusandus est Loth à culpa in gesto illo, non esse legitimam excusationem hanc quã Caiet. induxit. Sed potius Loth illa verba dixisse, non consentiendo in stuprũ & violationem filiarum, sed solum eõ dixisse, quò incolumes seruaret hospites, ideoque dixisse, verba commemorata, non sane animo inducendi Sodomæos ad stuprum, & violationem filiarum, sed animo auertendi eos, ab iniuria hospitum.

¶ Etsi Ambrosius rem hanc aliõ diuertit, videlicet Loth, persuasum fuisse filias, etsi violandas corpore, non tamen mente. Quippe certo credebat non consensuras violantibus. Etsi consensus nõ suffragatur, corpus non violatur. 32. q. 5. Loth vt excusatur à culpa.

¶ Verum tamen Eliæ gestum, ea ratione est intelligendum qua superius exponebatur, videlicet Eliam spiritu Dei edoctum, rem ita gessisse. Alias esset tentare Deum

Caietanus refellit.

Loth vt excusatur à culpa.

Eliæ gestum vt intelligatur.

Deum querendo experientiam diuinitatis. Vnde non dixit verba illa consentiens idololatrię Israelitarum, sed potius eam abhorrens, quoniam sciebat ex Dei magisterio, ea ratione esse auocandos Israelitas à cultu falso Deorum, ad Deum cultum verum. Eoque verbis illis induxit eos vt faceret, quod solebant semper facere, vt ex proprio malo eorum, antidotum eis pararet. Quocirca non est cooperatus peccato idololatrię Eliæ, imo inducebat ad eam, vt eam destrueret. Ideoque verè non inducebat, etsi videbatur inducere, quippe finis eius erat ex idololatria peruertere idololatriam.

¶ Argumento autem Caiet. respondetur, annuendo, non esse faciendam malã, vt veniant bona. At vero, qui consulit minus malum, ne deterius contingat, nõ facit malum, imo facit bonum, videlicet, hominem iam iam paratum ad minus malum, inducere ad minus malum. Qui nulla ratione, alia poterat à tuo malo auocari, vt supponimus. Qui enim sic eũ auocat, non consentit in malum minus, neque vult illud, verum collatione maioris accendi mali, bonum putat, inducere alium ad minus malum. Quod si obieceris nefas est exigere iuramentum, ab eo cuius nonimus iuramentum esse futurum falsum. 22. q. 2. artic. 2. qui exigit. Igitur nequam licebit, petere mutuũ ab usurario, etiam non petendo sub usurario, siquidem probabiliter scitur, esse accepturum vfuram.

¶ Respond. esse dissimilem rationẽ, quia qui petit mutuũ ab usurario, hoc facit ex sua necessitate & bonum petit petendo mutuũ. Quod si aliquando petit sub usurario, ex eo excusandus erit, quia inducit usurarium ad minus malum, vt videlicet, ad hoc vt exerceat potius vfurã vt inde declinet homicidium, vt liquet ex commemoratis. Porro, qui exigit iuramentum, ab eo qui scit esse peieraturũ, iudicium non habet excusationem, siquidẽ nulla ad hoc opus potest compellere necessitas. In hanc quoque sententiam lego Richar. in 4. distin. 15. artic. 5. vbi ait, quod ille non peccat qui ad instantiam pauperis rogat usurarium, vt det illi mutuo sub vfura.

¶ Quod si exquireris num, si quis habet domum locandam, & eam locat vfurario, quem nouit ibidem exerciturũ suas vfuras, recte ne faciet? Etenim si necessitas excusat, fieri poterit quod huiusmodi non inueniat, alium conductorem, & si vfurario non locat, orabitur locationis pretio, sibi ad victũ necessariũ, vt supponimus. Vulgo dicitur non licere, & hoc itidem anno, si alium contingat habere conductorem, quippe iam cessat necessitas, at in casu argumẽti à me facti nescio cur nõ liceat, cũ liceat ab eodẽ vfurario ex necessitate petẽtis mutuũ petere, etenim qui locat domũ suã, nõ cooperatur vfurario ad peccatum, sed solum facit, quod bonum est, scilicet locare domum suã, & quia conductor alius non exstat vt sibi subueniat eã vfurario locat, & istud est quod intendit sibi subuenire, non quod vfurarius in domo ipsius vfuras exerceat.

¶ Quod si adhuc rogitas, num deponere pecuniam apud vfurarium, quem deponens scit esse vfurum illa ad vfuras, quia aliam non habet esset ne crimen. Huius dubio Tho. loco prænotato respondeas tertio argumento respondet distinguendo. ¶ Aut vfurarius non habet aliam pecuniam, præter suã fidei concreditam, aut habet aliam. Quod si nõ habet peccat, quia facit vfurarium huiusmodi depositarium suæ pecuniæ. Quippe offert illi materiam ad peccandum, scilicet, ad exercendum vfuras. At vero si pecuniã habet alias, & non eget concreditã ad obeundas vfuras, tum licet fidei vfurarij committere pecuniam. Quia tunc vtitur deponens peccatore, ad fidele depositũ suæ pecuniæ.

¶ Caietanus miratur dignũ, quam se voluit, vt sæpe alias facit hanc responsionẽ differens. Quia ait, videri hanc responsionem esse aduertiariani auctori. Enimvero S. Tho. fatetur fas esse petere mutuũ ab usurario, non tamen sub vfura. Et fas esse incidenti in manus grassatorũ, suas proferre opes. Quid ergo, nõne isti suppeditant materiam peccandi? nihilominus, quia non intendunt alterius peccatum, sed sibi vtile, ideo excusantur. Cur ergo damnatur, qui suã pecuniam committit fidei vfurarij, quem scit exerciturum vfuras ex illa, cum videatur similis ratio? Caiet. vt a tebam multa conuoluit, elucendo huic dubio, sed utique meo iudicio

Dabũ de locante domum vfurario.

Aliud dabũ de deponẽte pecuniã apud vfurariũ.

Quando licet deponere pecuniam apud vfurarium.

Episcopus non nominatim suscipiens aut excommunicatus sub expreso nomine nõ est deuitãdas.

cio superfluo. Nanque vnico verbo res absolutur latam diuersitatem esse inter hec. Quippe in prioribus casibus, si subministratur materia peccandi, non fit ex intentione, sed admonete necessitate: ideo excusantur.

¶ Porro, qui deponit pecuniã apud usurarium, sciens, quod ille capotitus vforis non parcat nulla ad hoc cogit eum necessitas, imo si depositurus vult vt ei seruetur fides depositi, vt contractus depositi, videtur deponere, non debuisset apud usurarium deponere, quia ex illa armabitur ad vsuras corradendas.

¶ Hoc nanque est cõtra depositi fidem, ideo que videtur, quod ipse consentit vforis, siquidem scienter, necessitate omni submotã armat usurarium, vt illis incumbat suppetitans ei pecuniã.

¶ Vnde ille etiam peccat, qui mutuo dat aut donat pecuniã vforario, sciens, quod vforarius ex mutuaãta sibi, vel donata pecunia vacabit vforis. Siquidem nulla necessitas, ad hoc faciendum admonet. Secus est, si erat quispiam debitor aliã vsurarij, & huic debitam pecuniã restituit. Quippe tunc nihil criminis admittit, est enim sibi necessarium soluere quod debet. Quod vero abutatur soluto debito vforarius, non succensebitur soluenti.

De seruitoribus, vel ministris vforario rã, ite vocatur in dubiũ, si fas erit eis recipere mercedẽ, ab ipsi vsurarijs, quibz ministrat supposito, quod vsurarij isti, aliarũ pecuniarũ nõ sunt potẽtes præter cas quas ex vforis corradferunt. Solut dubiũ Pet. Palud. in 4. sen. d. 15. q. 2. vel seruiũt, in licitis, & honestis, & tũc recipere possunt sui ministerij mercedẽ, vt verbi gratia, si sunt agricolã corũ, aut comites, aut coqui, &c. vel in illicitis ministrant, vt videlicet, quia recuperant vsuras, à mutuarijs, vt suis dominis reddant, & id temporis non licet, pro hoc iniquo ministerio, mercedẽ accipere imo tenetur restituere, si domini nõ sint soluẽdo. Hoc autẽ catenus verũ est, quatenus, ex huiusmodi solutione mercedis, redditur dominus horũ impotẽs ad soluẽdas vsuras. Nanque si soluta mercede adhuc potẽs remanet ad soluẽdas vsuras, tunc nõ tenentur isti ministri restituere mercedem acceptam pro opera impensa domino, in curanda eius substantia. At re

Donare vforario, scienter aut mature non licet, quãdo sciatur qd ex hoc pecunia vforis incumbet.

¶ Quid quod huiusmodi scriptura, fit ex mutuo consensu contrahentiũ, ideo nulli eorum fit iniuria. Quandoquidem cõtrahentes huiusmodi conueniunt, vt vocentur testes, & componatur scriptura.

vera est iniquum ministerium si ministri exigant vsuras à debitoribus si scienter hoc faciunt, secus si eos latet esse vsuram, & ideo si bona fide fecerunt, non tenentur restituere mercedem, sui laboris etiam si dominus non sit soluẽdo si vero sciẽtes sunt, tenebũtur, vt dictum est, & sibi imputent, quia scienter iniquam exactionem exercent. Si vero sint ministri non ad seruandas facultates vsurarij, sed potius ad perdendas, quibus perditis vforarius fit impotens ad restituendum, quia vt supponimus non habet alias, tum non licebit recipere mercedem imo acceptam tenetur recipere restituere, vt si meretricibus, aut iocularibus, aut histrionibus, mercedem exhiberet, vnde si vforarius est non soluẽdo, istis incumbit restitutio mercedis acceptã, pro ratione illius, lege Syluest. in verb. vsura. 8. q. 6. ¶ Quod si pergis querendo de tabellione, qui scripturã scribit, vsurã soluẽdãtem de teste coram quo celebratur, teneantur ne restituere denique fas ne erit istud facere: Respond. quod si solum ferant testimoniuũ veritatis, fas erit, neque restitutio resultat mercedis acceptã, si forte testis expensas fecit vt ferret testimonium. ¶ Quod si dixeris imo nefas est, quia isti cooperatur peccato vsurarij. Responde si tabellio sincere condidit scripturam, sine fraude, quia solũ continet contractus initi testimonium, neque tabellio induxit vsurarium, ad huiusmodi condẽdam scripturam, sed vforarius petiuit ab eo scripturam in testimonium contractus iam initi, nõ cooperatur ad peccatum, quod iam perpetratum est, sed illud testatur factum, quod non est illicitum, vt qui fert testimoniuũ homicidij coram ipso facti, non ideo est homicida.

¶ Quid quod huiusmodi scriptura, fit ex mutuo consensu contrahentiũ, ideo nulli eorum fit iniuria. Quandoquidem cõtrahentes huiusmodi conueniunt, vt vocentur testes, & componatur scriptura. ¶ Præterea, quia debitori, etiam ex scriptura huiusmodi competit actio coram iudice, contra huiusmodi creditore, quẽ coget iudex soluere vsurariam accessionem, quam ex scriptura liquidum est debere: vnde fit quod si forte, alicubi fit cõstitutio, de soluẽdis vforis: quia iniusta est,

est, & debitori, non remanet actio, tunc nefas erit, scripturam talem concinnare. Nanque iudex ex scriptura coget debitorem ad soluẽdas vsuras, idem de teste dicitur, ideo, si vforarius tunc non esset soluẽdo, tabellionis restitutio incumbet. ¶ Porro autem, si tabellio ex scriptura celat iniquitatẽ cõtractus scribens esse mutuum, vel venditionẽ, vel aliã, vforoque vtens ingenio iniquitatem vsurã abscondit, peccat mortaliter, & si vforarius non fuerit soluẽdo, tenebitur ipse debitori soluere.

Adde tamen, nisi esset ea necessitas, petentis pecuniã mutuo ab vforario, quod receptorus eam mutuatarius, tabellionem sollicitaret, quippe vforarius, est inflexibilis, ad dandum mutuum, nisi ea interuenient. Nanque id temporis tabellio mutuatario consultit, & non sibi condendo scripturam, citra fallaciã tamen, quo circa ad nihil tenebitur.

Quæ necessitas releuat peccatũ petentis mutuũ ab vforario.

¶ Foran hæsitã, qualis erit necessitas, quæ releuabit à peccato mutuatarius, petentem mutuum sub vsura. Neque sermo vertitur de extrema, nanque hæc extra controuersiam est. Opinantur autem nonnulli oportere esse arduam necessitatem, vt innoxius sit, qui petit mutuũ ab vforario. ¶ Est autẽ ardua necessitas, quæ est grauis necessitas, aut cibus, aut potus, aut extrahendi aliqũẽ à carcere, vel locandã filiã, vel curandi grauis morbi, & id genus alia. ¶ Porro est alia necessitas, nõ grauis, sed quæ statum spectat, vel conseruandum, vel augendũ.

¶ Qualem patiuntur, qui cum non sint admodum diuites ceterum, ad magnos honores aspirant: desiderant enim nobilitate, se aut filios suos in nobilitate recenserit numero: sit ergo verbi gratia Petrus, qui talis est, hic vt institutum prædictum absoluat, petit ab vforario pecuniã confidens ex pecunijs istis, proprio studio magnum reportandum ab eo lucrum: vnde & possit vsuras soluere, & ex reliquo lucro propositũ suum perficere. Nunquid Petrus peccabit, petens pecuniã ad vsuram tunc, supposito, quod eis non eget pro necessarijs vitã, sed solum, ad illustrandum statum suum? ¶ Arbitror autẽ, huiusmodi, secundum rationem prælibatã, innoxium esse petentem vsuras. Enim vero, petit

Necessitas status excusat mutuũ petere sub vsura.

pecuniã ad vsuram, supposito, quod aliter eas sibi parare nequit, ad decentiam sui status cumulandã. Hinc nanque finem prætere, non est cõtra legem Dei, aut ecclesiã canones, aut leges regias. Neque hoc dandum est ambitioni culpabili, aut ambitui, siquidem ambitio culpabilis est, & ambitus quando indignus honore, ambit honorẽ, quod est indignus, aut dignus, per nefarias vias, assequi honores curat. Quæ omnia cessant modo: siquidem non est nefaria via, propter decentiam status augendam, aut conseruandã petere mutuum ad vsuram. Siquidem nulli sibi hoc prohibetur.

¶ Secus autem esset si peteret quispiam pecuniã ad vitã luxuriam, ad scortationes, &c. Hæc nanque intendere malum est, & propter hæc pecuniã petere ab vforario, item peccatũ est. Quandoquidem, vt peccato, illius qui paratus est ad peccandum in bonũ inquit, licebit, vt supra dictum est, at in malũ incum-

An proxeneta proxenetas curates mutũ dari cũ vsura peccat.

nefas. ¶ Vertitur autẽ disputatio de proxenetis, quos Syluester corruptos vocat personetas, verbo, vsura. 7. q. 3. Hispanẽ Corredores, de quibus est dubiũ an crimẽ admittat mutuatarios deferẽdo ad vsurarios. Respondetur, quod si ministerium suum recte absoluat, innoxius est: vt si Petrus, non habet vnde sibi ex pecunijs subueniat, vel ad soluendum res alienã, vel alias, & proxeneta, ostendat ei vsurarium qui det ei pecuniã sub vsura; ex quo suo labore intencuendi, mercedem reputat iuste reportat. At vero, si non mutuatarij, sed mutuantis, res agit, vt scilicet habeat mutuatorem, proxenetis industria, vnde possint multas extorque vsuras de crimine, sunt occidendi, & si vforarius nõ habet vnde dissoluat: res alienã quidẽ proxenetis innoxius restitutio, si possunt. ¶ Itẽ vocatur in dubiũ, ad quid tenentur procuratores vsurarij, quid dicitur agẽtes, vel factores, quibus concessa est facultas ab vsurarijs vt gerat causas, & negotia ipsorum, & ideo illi dant pecuniã dominõ ad vsuras, & illas exigunt à mutuatarijs. Et res certa est, huiusmodi, quippe qui dant eis alienã pecuniã ad vsuram, & illam extorque, crimine admittunt, quippe qui sunt veluti socij vsurarij, vnde tenentur etiam resti-

Z sucre,

tuere, si dominus culus vicem gerat, non sit solvendo, si ipsi tamen sint solvendo. ¶ Sunt porro alij ministri vsurariorum, in hoc vsurario negotio, qui solum habent quendam ministerium, videlicet recipiendi vsuras, & tribuendi domino, Hispani appellantur, *Cobradores*, & isti, qui solant hoc nudo ministerio ministrant, si nihil vsurae ad eos peruenierit, peccant quidem mortaliter, quippe qui operi illicito incumbunt, cui incumbere Deus prohibet. et si dominus eorum praecipiat, non tenentur tamen eidem morem gerere in opere nefario, quia perinde est ac si sur habeat ministerium, ad colligendum surta. Nisi ignorantia inuincibilis eos excusaret, si quidem fieri potest hunc ministerium latere si vsura est, quam ipse nomine domini recipit.

¶ Dubium idem est, de filiis, & filiabus, & vxore vsurarij an illi tute victitentur, ex bonis vsurarij. Et dubio communis est item responsio communis, si hic vsurarius praeter vsuras, habet alia bona, non obnoxia, restitutioni, sufficientia ad alendum liberos, & familiam, tute liberi participant huiusmodi victum, & necessaria alia ab vsurario: si vero nihil habet praeter vsuras, distinctione id temporis est vtendum. Aut ministrando necessaria familiae, si impotentiior solvendis vsuris, vt videlicet, quidam liberi, & familia, aluntur ex vsuris, & ex opera sua, aut nihil aut non tantum refundunt quantum hauriunt, ex bonis vsurarij & hac ratione tenentur restituere, quando pater familiae non esset solvendo nisi excusaret eos probabilis ignorantia, vel impotentia, Quando quidem paruuli vsurarij, non sibi possunt prouidere nisi a parentibus prouideatur de necessarijs. Item quae de famulis morbo correptis, licito ob eandem impotentiae causam. Si vero filij, & filiae & famuli, sui industriae quantum expendunt de bonis vsurarij ex parte vna tantum refundunt in eadem bona ex parte altera, vnde vsurarius, non reditur ex eo impotens ad restituendum. Denique de genero vsurarij non habentis alia bona praeter partem vsuras, dotem, si accepit pignus ante, restituere non tenetur, quia bona fide illam accepit, ex ea que tunc dicitur in matrimonij, verum si scienter tenetur restituere: quippe ma-

la fide alienum accepit, & scienter ex alieno sustinebat onera matrimonij. ¶ At haec quaestio de dote huiusmodi, quam pater vsurarius, nihil habens praeter vsuras, dat filiae suae pignus ex iam decisa quaestione illa iam diserta an vsura possit transferri in alium vel titulo oneroso, vel lucratiuo. Dos autem, magis comprehenditur sub titulo lucratiuo, quam oneroso. Quo fit, vt si pignus quod accepit in dotem gener, erat vsura, vt verbi gratia, quia ab vsurario datus est fundus, frugifer in vsuram, & hoc dat in pignus pro dote aliquando soluenda, & gener ignorat probabiliter, hoc pignus esse vsuram, & facit sane fructus suos, iuxta praenotata & quauis resciscat, tandem pignus illud fuisse vsuram non tenetur restituere fructus. Quoniam ex fructibus illis bona fide, ab eo collectis, sustinuit matrimonij onera. Et idem dicitur de dote, si illi exhibeatur. Dos autem non computatur in bonis viri, sed vxoris, ideoque et si administratio dotis, pertinet ad virum, caeterum proprietates dotis spectat ad vxorem, vnde defuncto viro, si vxor nouerit, dotem quam habet esse vsuram, & quod pater suus, non restituit vsuram illam, sed manet etiam num non restituit, tenetur restituere. Nisi in casu, quod ipsa esset extreme indigens, tunc enim tantumdem poterit ex illa vsurpare, quantumdem sibi sat est, vt extremam indigentiam suam suppleat. Et ratio est, quia haec dos est aliena, & pater non potuit titulo lucratiuo, eam transferre in filiam, quando quidem, vt supponimus, ex hac translatione reditus est impotens ad restituendum vsuram quam debet.

¶ Quapropter tenetur restituere filia dotem (quae non est dos sed vsura) quam primum scelerit esse vsuram dotem suam. Si vero gener sciebat vel dotem esse vsuram, aut pignus pro dote, tunc non potest fructibus pignoris vti, neque dote frui, nisi consentiente mutuario. Quia haec aliena sunt, & mala fide eis vtuntur, & ideo tenetur ea restituere, quod si consumpsit nihil minus tenebitur, non vxori, sed mutuario.

CAPVT

CAPVT XI.

An Iudaeis fas quondam fuerit ad vsuram mutuari.

MERTI quoque solet in dubium, an Iudaeis olim fuerit licitum mutui dare ad vsuram. Et quia res haec quantum ad hoc nota est, Iudaeis nunquam licuisse contribulibus suis dare ad vsuram, quippe hoc prohibebat eis lex diuina, ne alijs Hebraeis ad foenus daret Deut. 23. Non foene rabis fratri tuo, sed alieno. Per fratrem enim intellexit alios Hebraeos, etiam si fratris nomen in diuinis scripturis multifaria vsurpatur, & inter alias acceptiones, contribulibus, dicitur fratres, & qui eiusdem sunt religionis, vnde Hebraei oes appellantur in scriptura fratres, quippe qui ex vno stipite Abraham, scilicet, ducentes originem vnus religionis erant Iudaicae. Indeque etiam proelyti connumerantur inter fratres, quippe etiam alieno stipite deriuabantur, at communione vnus religionis censentur fratres. In lib. etiam Macha. c. 12. Spartani, & Lacademoni fratres Hebraeorum nuncupantur ab Hebraeis: propter deriuationem ex vna stirpe, et si religione diuersi. Religio autem Christiana, non considerat fraternitatem ex stipitis carnalis vnitate, quae est fraternitas carnalis, sed potius stipite spirituali Christo, oes igitur qui regenerantur per baptismi aquam in Christo, fratres vocat. Et larga ite acceptione, omnes homines dicimur fratres, quippe ex vno protoplasto, origine ducimus: videtur igitur manifestum ex textu indicato, prohibitum esse Hebraeis iniuce dare mutui ad vsuram, et si sunt doctores credentes, ex illo verbo non foenerabis fratri tuo prohiberi generaliter vsuram, & quod Hebraeis neque iniuce, neque cum exteris nationibus fuisse licitam vsuram. Namque isti doctores generaliter vsurpant nomen fratris in loco praenotato. In quod placitum iunt Alexander Aletis par. 3. q. 36. & 56. Itaque haec verba putat esse generale praecipuum prohibens eundem hominibus vsuras, quia omnes sunt fratres. Quod vero subdit, sed alieno permissionem esse credit, siquidem ne sequerentur maiora mala permissum

Frateris nomen in scriptura equiuocum vel analogum.

est, minus, tolerabilis enim erat, quod Iudaei, qui erant longe avarissimi, sua desumparent auaritia in alienos, dando ad vsuras, quam in contribules. Hoc idem placitum sectatur Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. resp. ad. 2. Haec autem permissio erat, quod impune Iudaei dabant ad vsuras, extraneis, & omnia vetera testimonia, quae supra retulimus prohibentia vsuras, quale illud psalmi, qui non dedit ad vsuram, non putant intelligenda, ad haec rationem, scilicet prohibuisse haec testimonia vsuras, quales Hebraeis sed omnibus hominibus. ¶ At re vera, si textus consideratur, distinguitur frater ab alieno, si ergo omnes homines sunt fratres, & per fratrem ibi intelligitur cuius hominum nullus est alienus. Quo circa, si per alienum intelligimus non fratrem per fratrem intelligimus Hebraeos. Et consuetudo antiquissima Iudaeorum, scilicet, dandi Christianis, & Saracenis ad vsuram & non sibi, quam vsque modo ferunt, quasi ex legis obseruatione attestatur huc intellectum esse verborum germaniore, quem alij doctores obseruati videlicet, non esse foenerandum inuicem Hebraeis, at cum extraneis nationibus sibi licuisse, dispenfante Deo, aut propter causas, mox defendendas. ¶ Putat autem Caieta, hinc colligendum quod stando solum in iure naturali, vel diuino fas esse permittere vsuras, vt est fas permittere meretricia, ne sequantur maiora mala. Si quidem lex vetus permittebat Iudaeis vsuras, igitur secundum se fas erit eas permittere: id quod & Ioannes de Gerson in libro suo de contractibus, ait, sicut contractus vsurarius in antiqua lege toleratus est, ita posset in noua lege permitti, sub certis modificationibus. Non quidem vt esset licitus, sed ne deterius eueniret. Et addit exemplum de libello repudij, & meretricio, quae tolerabant non approbantur. Et in eandem sententiam, est Syluester verbo, vsura. septima quaestione vnde decima. Ego inquit dico, quod cessante iure positivo, possunt principes sine peccato tolerare vsurarios moderato exigentes, quia posset expedire bono communi. Neque principes tolerando tenentur restituere, nisi ipsi repetant & iustitiam negent. At vero, ideo principes non possunt iam permittere, quia capit. post miserabilem de vsuris illis iniungit.

git, vt non permittant vsurarios & poenis iubet vt coercent Iudæos, vt remittant vsuras quas fatagunt extorquere à Christianis. Et in cap. quanto. eodem titulo. videtur permittere Iudæis quod leues vsuras exigant. Enim vero cap. quanto. ne Iudæi vetat graues extorqueant à Christianis vsuras, sub poena excommunicationis, quam imponendā si opus factu fuerit fidelibus contrahentibus cū Iudæis huiusmodi tradit, vnde videtur ex contrario sensu leues exigere vsuras, Iudæis à Christianis esse permillum cū tamen capit. post miserabilem, omnes prohibēdas, & nullas permittendas tradat, dicens Iudæos ad remittendas vsuras Christianis, per principes, & potestates compelli præcipimus seculares, vbi nihil distinguit de grauib, aut leuib. Et rursus, ex cap. super eo vsura est per se & intrinsecè mala, igitur semper est prohibita quæuis vsura, sicut & mendacium, vt ibidem traditur, quod nullatenus potest bene fieri. Rursus, si vsuræ leuiores essent permittendæ, maximè ob aliquod bonum consequendum, quod sua bonitate, recompenset vsuræ malitiam, verum cap. indicatum eas ait, non esse admittendas, etiam pro redemptione captiuorum fidelium. Vnde videtur, contrarietas in istis duobus capitibus, post miserabilem, quod est Innocentij III. & cap. quanto. quod est proditum ex autoritate concilij generalis. Et quidem Conradus libr. de contract. quæst. 42. nodum hunc extricare cōtendit, dicens, nullas esse permittēdas vsuras iuxta decisionem. cap. post miserabilem, & vt colligitur ex cap. super eo, & argumentum ex contrario, deductum sensu non valere docet, quando contrarium in iure expressè prohibetur, vt modo accidit quippe capitulum, post miserabile, omnes vsuras prohibet verum hæc responsio, non enervat vires argumenti, istud enim est, quod contendit argumentum, quod sit contrarietas in iure.

¶ Cæterum cap. post miserabilem, omnes videtur docere prohibendas à principibus secularibus. cap. vero, quanto, solum ait, quod Christiani submoueantur à communione Iudæorum donec Iudæi, qui ab eis graues extorserunt vsuras satisficiant, restituendo illas. Itaque

istud cap. est de satisfactione vsurarum iam extortarum, & solum sancit, satisfactionē de grauib vsuris extortis, quia hæc extorsio, expilabat facultates Christianorum, & Papa volēs subuenire tanto malo prohibet commercia & si opus fuerit etiam interposita excommunicatione fidelibus cum Iudæis, donec Iudæi graues restituant vsuras. At vero de leuib non meminit, quia leues extorquere, non expilabat fidelium mutuariorum facultates, cap. autē, Post miserabilem tradens Iudæos compellendos, vt remittant vsuras, nō loquitur de restitutione extortarum, sed de remissione exigendarum, ideo nulla est collisio. Neque inde sequitur, quod leues sint permittendæ, quia graues extortæ sunt restituendæ. ¶ Igitur omnes vsuræ prohibentur, & nullæ permittuntur ex iure canonico, siue leues, siue graues sint olim autem ciuiles leges graues nō permittēbant quales erant centesima, aut quæ dicebantur turpe, foenus, leuiiores autem quæ dicebantur trientes, aut femisses, &c. non solum permittēbantur, quin etiam licitè iudicabantur. Et ex lege concedebatur vsurario actio exigendi vsuras huiusmodi, vt supra fuit dictum. Non enim Romani Imperatores vsuræ malitiam pendebant, ex natura contractus vsurarij, sed ex magnitudine lēisionis ex qua mutuatarius lēdebatur. Et quia per vsuras trientes, & femisses, aut besles, non inferebatur magna lēsisio, ideo has probabant cæteras respuebāt. At vero ecclesia Dei nō ex lēisionis quātitate pēdit malitiā & iniustitiā vsuræ, sed solū ex natura cōtractus. Quæ quia nulla est, ideo nullū statuit esse cōtractum, aut si aliquid est, esse iniustissimū pronūciat. ¶ Esti nō subinde cōsequitur omnes vsuræ esse crimē, siquidē et si vsuræ cōtractus ex suo genere est criminosis cōtractus, ex leuitate tñ materiæ, aut ex indeliberatione cōtrahētis potest esse veniale peccatum: id quod in alijs peccatis vt furto, adulterio accidit. Nanque si quis mutuas alteri decē nūmos aureos, exigit propter mutuum, ræcōmū vuarum, quis diceret, crimen admisisse: aut si quis, non obseruans esse vsuram contractum iniret vsurarium, quem si obseruasset, non iniussit?

Leges Romanæ permittēbant quoddā genus vsurarum.

¶ Quan-

Resolutio prædictorum.

¶ Quantum igitur ad hæc attinet, summam dixerim vsurarios permittere, nō esse de se malum, id est, quod impunè exerceant vsuras, quauis est per se malum, illis fauorem, aut auctoritatem impendere, vt eas exerceant, aut quoquo modo, iuuare eos, vt suas exigant vsuras. Nam si principes, hoc præsidium eis impenderent crimen admitterent, nā non solum digni sunt morte, facientes mala, sed & consentientes, vt supra commemoratum est. Quod si tantus esset fauor, quod illo submoto, non potirent vsuris vsurarij, quando isti non fuerint soluendo, principes tenebuntur quoniam causam efficacem damni dant & ideo damnū intulisse. Et res aperta quoque est, quod si pretio sunt conducti, vt faueant, quod tenentur restituere, vsurarijs non restituentibus. At vero sicut lex ciuili impunè permittit viro visum vxoris adulterium, adulterio punire & leges istud permiserunt indulgentes vehementer doloris concepti à viro, videntē, vxorem suam, alteri viro commixtam, & huiusmodi permissio non habet causam, scilicet, vitare maiora mala, sed causam commemoratam.

¶ Ad eam rationem propter causas emergentes principes possent impunè permittere vsurarios. At vero ecclesiasticus ius eos adeo abominatur, vt omnino prohibeat fidelibus vsuras exercere. Quod si dixerint, quia audio Romæ Iudæos degentes, cum alienigenis, vsuras exercere permittente summo Pontifice, si tamen idem præstant cum indigenis nescio. Et forte etiam principes seculares Itali idem permittunt suis Iudæis, qui incolæ sunt, in eorum principatibus.

Si solum exercere vsuras permittantur Iudæis, nihilominus peccat mortaliter, & tenentur restituere. Quoniam & si multi credant Theologi eis olim fuisse permissas, permissio illa sola non poterat purgare culpam, neque liberare à restitutione. Ideoque Iudæi siue illo tempore, siue hoc tempore, etiam si non subeant temporales poenas, quia exigant vsuras, nihilominus crimen admittunt modo, & si sola erat permissio, item & tunc peccabant. Quia esse vsur-

raritū est peccatum contra rationē naturalem, vt supra probatum est.

¶ Censet autem Caietanus loco prænotato, quod et si permissæ erant eis vsuræ, nihilominus licebat, mutuatarijs, eas repetere, verum istud non probat, alia ratione nisi, quia hæc duo sunt diuersa, legem vsuram permittere & eius non concedere repetitionem. Et ego video esse diuersa, cæterum, quod à Iudæis licuisset gentibus repetere vsuras, quas ipsi exigebant à gentibus, ego non video. Etenim coram quo iudice? num coram Pontificibus Hebræis? at isti quoque eas exigebant à gentibus, & erant auari, vt populus, & qualis populus talis sacerdos Isaia. 24.

¶ Et rursus si permissæ sunt eis vsuræ, vt explerent suam auaritiam erga gentes, & non essent tyranni in suos contribules, vt vetus, fert placitum vtiq; si licuisset gentibus eas repetere, & tenerentur, eas Iudæi restituere, equidem, non istud expleret auaritiam Hebræorum, vt liquet vnde colligo argumentū, vel tenebantur restituere Iudæi vsuram gentibus, vel non, si tenebantur, permissio illa exigui momenti erat neque auaritiam Hebræam in proprios magis impediēbat quam in extraneos, si non tenebantur, igitur, nō solum erat permissio, sed concessio; & hoc argumentum est contra Theologorum antiquam iam re latam sententiam. Recentiores autem Theologi, aliam viam probabilem putant absoluendi dubium præsens, Deum diceites, dispensasse cum Iudæis in re hac cum Iudæis vsuras captiendi ab extraneis: sicut credunt probabiliter dispensatum fuisse cum illis libello vti repudiij, vt nos in 4. sententiarum dist. 33. tradidimus. Et quidē locus ille Deut. 23. hoc præferre videtur vnde secundū translationem Vatabli legitur mordebis alienum foenore, fratrem tuum non mordebis. Et si locus ille alius, Deut. 28. Foenerabis, nihil colligit ad probandam hanc dispensationem. Nanque ibi foenerabis, significat mutuo dabis. Et ita transtulit idem Vatablus, mutuo dabis omnibus gentibus, & ipse à nullo mutuo accipies: & est Hebraismus. Id est, tu

Argumentū ex contrario sēti ali quādo non colligit.

Capit. post miserabilem, & ea, quanta explicatur.

eris primus, vel faciet te dominus primum omnium populorum: quia poteris omnibus populis prae tua abundantia, mutuo dare, & non egebis aliorum mutuis.

¶ Sunt autē qui primum locum non ad dispensationem referant, quia dicit Iudaeis licuisse, capere vsuras, à Chananeis, isti enim non erant fratres, sed alieni: & hoc poterant citra dispensationē, quippe Chananei, occupabant regiones, Iudaeis à Deo concessas, & ideo quidquid habebant erat debitum iure diuino Hebraeis, quo circa, poterant capere vsurā, alioqui debitam. Nanque vt non semel traditum est, quando quicquam recipitur vltra fortem, non ex vi mutui, sed solum, quia alioqui debitum fas est recipere: vnde iuxta hoc placitum non erat permissio imo concessio erat Hebraeis à Chananeis, corrādere vsuras, & si vsura haec non proprie erat vsura, id est, accessio ratione mutui: sed solum improprie, id est, accessionem accipere vltra forte, aliās non ex mutuo debitam. Et indicant in hanc sententiam. 1. 4. quaestione 4. Ambrosij verbum, ab illo exigit vsuram, cui nocere desideras. Cui iure inferuntur arma, huic legitime, auferuntur vsurae, & si hoc tanquam Ambrosij, probatur dictum, vsuratur vsura, pro accessione vltra fortem, non ex vi mutui, quae est proprie vsura, sed pro accessione, aliās debita, & non ex mutuo. Enim vero vsuram ab hostibus exigere ex vi mutui, neutiquam licet, quia est hoc intrinsece malum quantumlibet enim nobis sint noxij illud non tollet malitiam contractus, siue sint Iudaei, siue Saraceni, siue idololatrie siue fideles. Ceterum si hostilia damna quae nobis intulerunt reparare aliter nequimus, nisi dando mutuum illis, & accipiendo vltra fortem, fas erit, non ex vi mutui, quia hoc nunquam licet, sed quia alioqui debitum est nobis, & alia via non patet debitum recuperandi. At vero, si ad hanc rationem locus illatus est habendus, per alienum oportet intelligere Chananeum, & sub hoc nomine ceteras nationes occupantes tunc Palestinam Syriam quae à dño fuerat Hebraeis concessa, Sed quid non poterant Hebraei cum Aegyptijs, cum Idu-

maeis pacisci de vsuris? aut etiam postquam decem tribus Israel declinauerunt ad idololatriam, nunquid fideles tunc perseverantes in vero cultu Dei, non poterant inire contractus vsurarios cum illis? Et quidem de Idumaeis, & Aegyptijs, res videtur apertior. Quia Deuteronom. 23. Non abominaberis Idumaeum quia frater tuus est. Idumaei enim ducebant genus, ab Edom, qui fuit Esau, & Elau, & Iacob ab Isaac & hic ab Abraham: ideoque Idumaei dicuntur fratres Israelitarum. De Aegyptijs vero ibidem traditur. Nec etiam Aegyptium (subaudi) abominaberis: quia advena fuisti in terra eius. Quam obrem, etiam ob eandem causam, & si decem tribus desuerint, à vera religione Dei, ceterum fratres erant reliquorum tribuum vnde videtur quod ab istis non poterant corrādere vsuras. Nisi forte ad reparanda hostilia sibi illata damna, vt praedictum est. Quia quanuis Aegyptij non fuerunt fratres, at videtur, quod scriptura eos exceperit, vt dudum tradebam, vnde iuxta hanc rationem Iudaeis non erant permissae vsurae solum, quinimo, & concessum à Chananeis capere, & consequenter, à ceteris hostibus. Et ista concessio, non fuit solum illis, indulta, imo vniuersalis est. Quoniam, huiusmodi vsura non est proprie vsura secundum ritum praesentem loquendi. Et si antiqua loquela Romani sermonis, vsuram vocat quacunque accessionem vltra capitale, siue iuxta ea sit siue iniusta.

¶ Porro, si consuetudinem Iudaeorum, qui modo sunt obseruamus. ipsi dant ad vsuras omnibus siue Christianis siue Saracenis, credentes omnes non Iudaeos, esse alienos, & comprehendit sub illo verbo, foenerabis alieno, aut alienum mordebis. Et hanc consuetudinem deducunt à suis maioribus putantibus hoc fuisse sibi legitimum. Vnde ipsi per alienum suos hostes intelligunt, quales indicant esse fideles, & Saracenos, & omnes alios, qui aduersantur ritibus eorum.

¶ Porro autem non habet huiusmodi dubium facile responsum meū. Quia latet me, à quibus exigebat Iudaei vsuras, sub

sub suo Iudaismo, ante Christi in orbem aduentum, nunquid à solis Chananeis & Amalechitis, &c. nam si ab istis simulque ab alijs hostibus Hebraeorum & ab istis solum prompta esset responsio, dubij, vsuras Iudaeis fuisse concessas, non ex dispensatione, quia nulla fuit concessa eis dispensatio, nanque huiusmodi vsurae, concessae, non erant proprie vsurae, sed improprie, quas ab hostibus referebant, non ex vi mutui, sed ad reparandum hostilia sibi irrogata damna, vsura autem proprie, neque fuit concessa, sed neque permessa, sed omnino prohibita, vt liquet, per ea quae in diximus, quando querebatur an vsura esset per se mala. ¶ Et consuetudo Iudaica, quae modo extat, non est multi ponderis, quia iam corruptissimi sunt Iudaei si vero olim, Iudaei quando vigeat legis obseruatio, ab hostibus, & ab amicis etiā non Iudaeis, exigebat vsuras, tunc est dubij difficilior, quod vt absolueret Theologi veteres, tradiderunt fuisse permissam vsuram eis, non tamen concessam ex dispensatione, vt supra commemorabam.

¶ Verum quod vsuram Deus possit dispensare, ego non dubito, vt & in furto, & fornicatione, &c. quam rem nos disputamus alibi. Enim vero, vel vsurae transferatur dominium vel non, si transfertur, cum obligatione restituendi, Deus potest auferre hanc obligationem restituendi, quippe qui est dominus vniuersorum, si vero non transfertur, Deus potest transferre vsuram dominium citra omnem obligationem restituendi, vt transfuit dominium bonorum Aegyptiorum in Hebraeos exeuntes Aegyptum.

¶ Quod si obieceris, si vsura est igitur ex vi mutui est, igitur mala est. Respondebis vt Ioan. Maior in. 4. sententiarū dist. 15. quaest. 29. quod tunc qui habet vsuram, non potiretur ea ex vi mutui, sed ex Dei autoritate: quod si adhuc obieceris, iam ergo non dispensat Deus, in vsura, proprie capta quae est accessio ex vi mutui. Respondebis, quod Deū dispensare, est tollere malitiam à contractu vsurario, & facere eum non vsurarium vt dispensare in furto, & facere ex furto, non furtum. Enim vero, cum iussit Deus Hebraeis in exitu Israel de Aegy-

pto, vt spoliaret Aegyptios, hoc spoliū, quod ex ratione sua erat furtum, ex diuina autoritate transferente per sua verba dominium facultatum Aegyptiacarum in Israel factum est, vt non esset furtum, sed de fornicatione, Osee cap. 3. &c. Ad quam propemodum rationem, dicitur, quod contractus qui alioqui esset vsurarius, accedente Dei autoritate fit non vsurarius. Et sicut furtū manens furtū non potest dispensari, neque adulteriū, manens adulteriū, quia haec vt talia includunt in se ipsa suam intrinsecā malitiam, videlicet, quod sit ablatio alieni inuito domino aut quod sit coitus cum non sua, ita & vsura vt talis indispensabilis est, siquidem vt talis est, acceptio rei alienae vltra fortem, ex vi mutui. Quia tamen Deus, ex alieno sua autoritate facit esse proprium possidentis, & ex aliena muliere facit propriam, ita in vsura, ex acceptione alieni, facere potest esse acceptio rei propriae, non ex vi mutui, sed ex propria Dei autoritate. Quippe ex vi mutui, nihil potest referri, quia mutuum ad nihil ciuilitate obligat praeter solutionem mutui. Sed ait aliquis nonne Deus posset cōstituerē, quod mutuant, propter mutuum, aliquid daretur. Nanque hoc non implicat contradictionem: vtique posset, verum tunc ex lege Dei competere, non ex vi mutui si quidem mutuum transfert rem mutuatam in alterius dominium. Vnde propter rei meae vsum, mutuati nihil teneor exhibere. Et implicat, quod sit res omnino mea, quoad dominium directum, & vtile, & quod propter vsum eius, teneat aliquid alteri conferre.

¶ Dispensatio igitur si tunc fuit diuina fuit, secundum sensum praetactum, quod Deus vsurae accepta dominium transferat in Iudaeos ne in maiora mala accideret ex furibanda eorum auaritia. Et secundum hoc, inculpate committent vsuras, neque tenebantur alienis restituere, neque alieni poterant eas repetere.

¶ Si vero ita factum sit, nec ne quod Deus dispensauerit non est euidens. Est tamē probabile, & si Deum posse dispensare mihi nunquā fuit dubitatum. Quod si insultet quispiā, dicēs, Deus non potest dispensare in mendacio, quia mendacium

Consuetudo noua Iudaeorum nescit si est si eū anti-qua.

Deus potest dispensare cū vsurario.

Quid sit Deum dispensare.

Exod. 12.

Deus dispense potest in peccatis decalogi siue in turba natura.

non potest esse non mendacium, & ideo nequit non esse malum. Igitur neque in usura respondebis, ita esse, vt argumentum prætexit, mendacium non posse esse non mendacium, & quoad hoc differt ab adulterio, & furto, &c. Ceterum sicut homicidium, est semper homicidium etiam dispensante Deo, quatenus est hominis occisio, ac vero si accedat Dei autoritas, est inculpatum, ita etiam mendacium semper est mendacium; ceterum dispensante Deo sit inculpatum. At vero adulterium dispensante Deo, vacat à culpa, quia Dei autoritate fit non adulterium quia vxor, quæ aliàs erat aliena, vel non sua, sit eius, cum quo diuinitus dispensatur de qua re fusiorum habes sermonem in nostris dispensationibus ad. 4. sententiarum librum.

CAPVT XII.

De societatis contractu, & de bis quæ iustificanc ipsum.

Quoniam de vñs, differitur, & contractus hic societatis sæpe vitatur ex usura, ideo præhabitis de usura capitibus, atque de societatis contractu caput hoc. Est autem societas, vt Ciceroni placuit, duorum vel cõuentio, contracta ob commodiorẽ vñm & vberiorẽ quæstum. l. si non fuerint. §. plerumque. ff. pro socio. ff. eod. tit. l. societas. l. neque prætermittendum. l. qui admittitur. l. societatem. Verum hæc diffinitio, non explicat exacte, naturam huius contractus. Siquidem cõtractus vsurarius, etiam sit ob vberiorẽ quæstum, & ad commodiorẽ vñm vsurarij. Quod si dixeris iste vberior quæstus est alteri contractuentium, non amborum. At societas, est ad commodiorẽ vñm amborum, & ad vberiorẽ quæstum vtriusq; socij. Sed neque etiam num exponit hæc finitio naturam huius contractus, siquidem, istud vocat in suam naturam, quod sit sociorum quæstum communis, & iactura communis. l. autem. c. tit. i. Par. 5. ferre ad eandem rationem definitur, societas ait, est adunatio duorum vel plurium, ob lucrũ sibi parãdũ sub nomine vnus. Aut clarius si maius, poteris definire, et

Examinantur diffinitiones societatis.

se contractum, ex quo & quæstus & iactura est communis, secundum rationem cuiuslibet contractuentium. Quando autem, est contractus, faciliè significat finitio, quod societas debet esse duorum vel plurium. Quando quidem nullus contrahit secum, sed cum alio. Et ad minus duo debent conuenire, vt sit dicenda conuenticio contractus, vt enim nemo sibi potest vendere, aut à se emerere, ita nemo potest esse sibi socius. ¶ Societas igitur necessario est ad minimum duorum, & potest esse plurium, vt patet. Contractus igitur, est genus ad societatem, & ad alios contractus. Quod vero additur, ex quo &c. est differentia huius contractus ab alijs. Namq; in alijs contractibus non est quæstus communis, & iactura communis contractuentium. Siquidem in mutuo, quæstus, si quis est ex mutuo, vel iactura, est mutuatarij, non mutuantis. Item & in venditione, quæstus est ementis, & iactura rei emptæ, si quæ acciderit. Enimvero in istis contractibus transfertur dominium, vel pecunia, vel rei emptæ, item quæ permutatæ, vt in permutatione. ¶ Porro in societate, non item, siquidem socij, id quod constringunt in societatem, ad negotiandum ex illo, scilicet vel sit pecunia, vel quoduis aliud, quod Hispanè vocatur, *El pacto*, vel *El caudal*, non transfertur illius dominium, ex socio in sociũ, sed quilibet manet adhuc dominus, suæ pecuniæ. Vnde quia quibus sociorum, est dominus posita pecuniæ ad societatem, ideo, istud positum suo domino, aut stat; aut cadit, id est lucrũ ex ea est domini, & iactura eiusdẽ est domini. Quod si quæstus esset domini, & non iactura, iam tunc non esset cõtractus societatis, sed esset alij cõtractus, vt si cõcederẽ meã pecuniam alteri, vt ex ea negotiaretur. Hæc tamen lege, quod ego repẽdã illi mercedẽ negotiationis, lucrũ tamẽ sit meũ solũ, atq; iactura. Vtiq; non est contractus societatis, sed potius conductiois, quia huiusmodi non est socius meus, sed potius agens me, quod Hispanè dicitur *Factor*. Rursus si duo incunt societatem, deducendo in eam certam pecuniam, ita quod alter, eorum pecuniam ducit in societatem, alter laborem exhibet & industriã vt accedere solet, maxima ex parte mulie-

ribus viduis, & vitijs peccanosis, non tamen indultis in renegociandi. Equidẽ si conuentio fiat, quod is qui pecuniam constituit, semper eam habeat saluam, non est contractus societatis. Siquidem saluum habere capitale, vel lucrum, & quod alius socius subeat totum damnum, est contra naturam societatis, vnde contractus huiusmodi esset vsurarius. Siquidem vsurarius semper habet capitale saluum, cum suo lucro. Quocirca necesse est, vt societas sit vera, & non ficta, aut usura palliata vt sicut quæstus est communis, iactura non sit particularis. Est enim in quouis contractu, vt sit iustus seruanda æqualitas, at vero, si alter sociorum se deponit in tuto, & alterũ socium relinquit in periculo, non est iustus contractus: quia in eo est inæqualitas. ¶ Quod vero dico quæstum esse debere communem, & iacturam non particularem tu subaudi, de quæstu ex tali contractu proveniente, vel de iactura, huiusmodi contractui accidenti, citra culpam sociorum. Enimvero, accedere potest, quod socius habeat ipse solus contractus alios vnde quæstus huiusmodi non est communis socij, vt, neque damnum contingens. Quippe, non proveniunt hæc ex contractu societatis, sed ex alio, de vt, neq; si alter sociorum hæres in scribitur, societas non gaudebit hereditate. Quoniã hereditas, non est deducta ad hereditatem contingentem, secus tamẽ esset si esset deducta. ¶ Rursus quia contingere poterit, quod quispiam sit socius quorundam in contractu, v. g. vini, & cum alijs, in contractu olei, &c. quæstus ex vino, vel iactura, non tanget, nisi socios in eo contractu non in alio. ¶ Præterea, si iactura ex culpa alterius ex socijs accideret, non ascribetur alijs inculpatis socijs, sed solum auctori. Et licet tenebitur de damno restituẽdo, alijs socijs, vt v. g. si alter sociorum, pecuniam societatis, sibi cõcreditam in luxum vite, vel alia vana, insumpsit, aut temere fortunã cõmisit, male collocando, in vitiatas merces, &c. tenebitur de damno. Siquidem malus socius soluit leges bonæ societatis, ideo de damnis per eum illatis, id est, ex sua culpa provenientibus, tenebitur, secus autem, si non ex culpa sua sed ex mala fortuna, acciderunt.

Societas est palliata ex qua socius vnus est in tuto & alter subditur periculo.

Cõtractus societatis nõ trãsfert dominium rei positæ in societatem.

Societatis est seruare æqualitẽ in cõmodo & incõmodo.

¶ Quod vero traditur in definitione, quæstus, & iactura debent esse obseruata ratione contractuentium. Ideo ad iecturam, quia vnusquisq; sociorum, pro ratione positi in societatem, debet reportare commodum, vel damnum, vnde qui multam posuit pecuniam, & laborem nullum nullamq; industriam, si alter, sociorum nullam pecuniam, sed totum laborem, totamq; industriam, considerandum est si labor & industria ad arbitriũ boni viri, excedunt valorem pecuniæ. Quippe accedere potest, aliquãdo, quod excedant, vt quando merces deferuntur ad Indos, vel ad remotissimas partes equidem excessius labor, & pericula in gentia quæ accidunt nauigantibus, & alijs qui remotissimas petunt nationes, excedunt, pecuniæ multæ valorem, idcirco equum tunc est vt huiusmodi, qui itineri, vel nauigationi prolixæ, se subicit et si nihil pecuniæ posuerit, ex lucro tamen plus sibi paret quam is, qui domi sedens, ex societate illa, est aliquid lucraturus. At expendere, quanto excedet in teruallo, lucrum vnus, ad lucrũ alterius, non est theologi discutere, sed mercatorum qui in hac re exercitatos habet sensus. Et ita fertur fieri nunc apud Hispanenses, qui societatem ineuntescum alijs, qui ad Indos deferunt merces, minus lucrum reportant, ex societate, quam ipsi qui nauigant ad Indos, et si isti nihil pecuniæ in societatem ponant, sed solum laborem, & industriam, si vero, equalis sit sociorum labor, pecunia, industria æquales referent socij vel quæstus, vel iacture partes, si vero inæqualiter ponunt, inæqualiter itidem reportabunt. Igitur obseruanda est proportio, in quæstu, & iactura, ad pecuniam, industriam, & laborem. ¶ Si fuit in plurimum, qui vberiorẽ posuit pecuniam, maius debet reportare lucrum, vt & ipse maius damnum patitur ex iactura quam is, qui nullam pecuniam posuit, sed solum laborem vel industriã. Et quidẽ maius lucrũ ex medioctri industria speratur, & multa pecunia, quam ex exigua pecunia, & multa industria, & reperias plures industrios, quam pecuniosos, ideoq; totum studium est magis ad acquirendam pecuniam, quam industriam, verum tamen quod leges ciu-

les, in dustriam æquant pecunie. Insti. de soci. §. de illa. ubi habetur, quod sæpè vnus ex socijs diligentia, tantum præstat, quantum pecunia ab alijs collata. l. sociæ. ff. pro socio. C. eodem titulo rectè autem dicit sæpè, quia non semper, sunt enim negociationes, quædam rerum mutarum, quæ exiguum poscunt industriam, vt ad vendendum poma, & ficus & alia hoc genus. Et sunt etiam negociationes rerum valde venalium, vt sunt frumenta, vinum, oleum, &c. quæ quia sunt valde necessaria vniui hominum, ideo sunt valde venalia, & modica egent industria, sed potius egent labore deferendi hæc ex loco, ubi vilis venduntur. in locum ubi carius.

¶ Alia vero sunt merces, quæ egent magna industria, ad hoc vt lucrum paretur ex eis, vel quia sunt in multa quantitate aut quia sunt multi pretij, &c. Ideo q; habenda est ratio horum, vt expendatur exactè, si industria præualet pecuniæ, vel non præualet, aut si præualet, quæ proportione eam excedat. Et qua proportione excedit, ea proportione, qui exhibet industriam, lucrabitur amplius, quam socius, qui solam confert pecuniã. Quia si iactura accidat, ipse plus perdit, scilicet, suam industriam, & artem, quæ præpollent pecuniã sociorum, idem dico de periculis, quæ comprehenduntur sub labore.

Conditiones iustificantes contractum societatis.

¶ Solent autem tres conditiones promi, iustificanda societati necessaria. Prima est, quod sit de re licita. Enimvero bona societas non est, ad illicita, qualis est illa, quam describit Salomon. Pro. 1. fortem mitte nobiscum, marsupium sit vnum omnium nostrum. Hæc namq; societas, est furum. Qui sibi conueniunt vt furètur singuli, vt impleantur omnes diuidendo spolia inimicæ. Talis item erat societas principum Israel, sub Esau. c. 1. Principes aut; tui infideles socij furum. Huiusmodiigitur societas iniqua est, & ideo nõ reputatur cõtractus, cõtractus enim obligat cõtrahentes, vt subeant cõuentionem. At vero, huiusmodi societas ad iniqua, non est obligatoria, vt socij eam seferant, imò eam deserere tenentur. Talis fuit olim vt ferunt, societas quædam Salmanticæ quorundam scholasticorũ, appellata vigornia. Nam iurcurando se

constrinxerant vt facerent, quidquid libido suggerebat. Hæc conditio exprimitur. c. per vestras de donatio. inter viri, & vxorem.

¶ Secunda conditio est, quod pecuniæ iactura, sit eius qui pecuniam exposuit. Siquidem solas ipse est dominus illius pecuniæ, siquidem vt sæpè diximus, nõ transfert societas dominium pecuniæ in alterum socium. Quoniam si transferret, non esset contractus societatis, sed aliam subiret rationem. Habes conditio nem ex glossa ad. c. Plerique. l. 4. q. 3. quæ probatur, ubi ait contractum societatis esse licitum, quando alter dat pecuniam, alius vero impedit operari, quia tunc periculum spectat ad vtrumq; vt traditur ff. pro soc. l. 7. ¶ Tertia conditio, quod in omnibus seruetur æqualitas, id est, quod vnusquisq; sociorum pro ratione vel la-

Que sint conditiones necessarie iustificande societati.

1. Conditio

3. Conditio

4. Conditio

boris, vel industriæ, vel pecuniæ, capiat de lucro, vel de iactura, vt v. g. si sint tres socij & alter mittit in societatem centum aureos, alter impendit laborem qui estimatur, totidem, demum alter profert suã industriam, quæ tanti estimatur, quanti 50. Iam vero luertur isti 50. Quia ergo quæ priores duõ exponunt duplo excedunt id quod tertius, ita lucrum eorũ, in ea ratione se debet habere, ad 3. quocirca, si lucrum est 50. diuisum in tres partes, duæ partes priorum duplo excedent ad partem tertij. Siquidem pecunia, & labor priorum duplam habet proportionem, ad tertium: idem dices de iactura, verum hæc taxanda sunt iuxta arbitrium viri in re hac experti. Ideo hoc valet pactum si ineatur inter socios, ad hanc rationem. Quod scilicet, in lucro & iactura vniciq; ea cõtingat portio, quæ alter tertius consignauerit, quod si iste non collinauerit, quod remittatur ad arbitrium bonorum virorum. l. 5. vbi supra. Possumus etiam addere alias conditiones, videlicet, quod fiat sine fraude societas. Quoniam si fraus alterius sociorum retegatur societas deponit vires. Imò, si pactum constituatur inter socios quod fraus relecta, non det actionem alijs socijs, vt petant eius dissolutionem, societas constituta ex hoc pacto, nulla est. l. 7. ti. 10. par. 7.

Ex istis facile est videre, quod iste subdendus societatis contractus non est licitus.

Ius societatis periculi & labore, maior lucro cõpensat.

tus. Pacificentur. v. g. quidam socij, sub hac forma, quod duæ partes lucri sunt vnus sociorum, & tertia tantum damni & alium contra duæ contingant lucri, & vna sola damni. Hic enim contractus, est reprobandus, quia non seruat æqualitatem, quæ seruanda est ex. l. Mutius. ff. eodem tit. Ceterum poterit iustificari hic contractus ex alijs circumstantijs v. g. si alter sociorum, multum sibi laboris, atq; periculi, vt sit in magna navigatione v. g. ad Indos huiusmodi enim si pacificatur, ad formam priorem, non erit in iusta societas. Quia tale periculum, pluris multo sit quam pecunia, quam alius socius quefcens, & securus exponit, vt colligitur ex. l. si non fuerit. ff. eodem. Et l. 4. titul. 10. par. 7. idem traditur, scilicet si alter sociorum, quia se ingerit in abundantiore labore, & quia se exponit multo maiori periculo, pacificatur cum altero, quod plus lucri sibi proueniat, aut quod sit damnum emergat, quod ipse superstitim vnus à damno tale pactum valet verum si pactum ineatur, quod totũ lucrum contingat alteri sociorum, & nulla iactura, si acciderit, societas est nulla. Quia huiusmodi societas, à legibus vocatur leonina, & ideo non valebit quippe quæ est contra naturam societatis, hæc ibi. ¶ Vt autem non te moretur vocabulum societas leonina, scito Asopum fabulam finxisse illam leonem, scilicet, capra ouem, & iuuencaem foedus iniuisse, in venando ceruo vnus.

Societas leonina que fit

Vt ratione (ait) pari fortuna munerata sumant, Sumunt foedus, ouis, capra, iuuenca, leo.

Ceruus adest, ceruus raptum, leo sic ait, heres

Prima pars eronam mibi primus honor.

Et mibi defendit partem vis prima secundam.

Et mibi dat maior tertia, iure labor.

Et pars quarta meũ, nisi sit mea, rumpet amorẽ.

Quia ergo leo, iniuit foedus societatis cum prædictis, & tamen fregit initum fœdus, quia ceruum raptum, ex omnium sociorum labore, non diuisit, qui diuidendus erat iuxta rationem foederis, ideo hac ratione abiit in proverbum societatem leoninam appellatam, societatem, fraudulentam, & inæqualem, siue iniustam.

Postquam autem exposuimus finitionẽ societatis, subnectere oportebit, dimissionem eiusdem. Est autem quædam societas,

tas, pura quæ alium contractum non miscet, vt sunt prædictæ quas denarrauimus societates, non pura est, quæ alios miscet. Neq; dicitur non pura, quia immunda, sed quia est mixta cum alijs alterius rationis contractibus. Poterit enim misceri cum contractu societatis, contractus alius vel assicurationis, vel venditionis, vt est casus supra iam à me distertus est societas v. g. inter duos: primus eorũ mittit pecuniam in societatem causa lucri, alius impendit operam, & industriã. Et contractus iste, iuitur ad lucrum, & danum commune, verum qui laborem & industriam impendit, ait alteri socio, verisimile lucrum, quod speratur ex hac societate sunt centum, si mihi dederis decem, faciam tibi tuam partem securam, quia meo malo periclitabitur, & non tuo dispendio, si decem dederis. Alter ait cõsigno tibi decem v. g. vt meam partem lucri certam teneam.

Varia miscet lanæ cõtractuum.

¶ Rursus hic idem socius subdit, ne tibi sit suspicio, quod non fideliter, societas hæc administro, vende mihi, partem tui lucri, quæ ego assurecaui, & ille alius vendit vt conueniunt, suppono, iustam esse venditionem pro iusto pretio, item que assicurationem. En tibi contractũ mixtionem, cum societate, & huiusmodi dicitur non pura societas.

¶ Et itidem si alter sociorum, mittit pecunias in societatem, & alter impendit operas. At qui pecunias mittit, dicit se subiectum esse periculo illarum, quod si perdantur, perditionem ipse solus sustinebit, nihilominus, vult lucrum habere fixum. v. g. quod si lucrum erit verisimile, centum aurei, certum vult esse octoginta & reliquum sit alterius socij. Itaq; certitudinem lucri emit, pro 20. ducatis. Hic miscetur contractus venditionis.

¶ Itidem si retento eodẽ casu, is qui ponit pecunias, alteri ait, sit solum mihi tertia pars lucri, & tertia sola damni, tibi sint aliæ duæ modo, pecuniæ meæ duæ partes vt si pecunia sint 30. ducati, 20. mihi sint soluta; etiãsi tota summa perdatur. Item hic miscetur eum contractu societatis, alius contractus venditionis, quia socius, qui ponit pecuniam remittendo, alteri duas lucri partes, emit certitudinem tertia partis sui capitalis.

¶ In istis autem contractibus, obseruandum

dam est, quod quando miscentur cum societate, eam trahunt ad suam ipsorum naturam. Quo fit, vt mixtura hæc alteret societatis naturam, non tamen detrahat eius substantiam, vt fufius rem istam supra deduximus, vt enim dicebamus, calor quem concepit aqua, tollit sane suam naturam, scilicet, frigiditatem, à qua alteratur in calorem, & substantia nihilominus aquæ, salua manet, ita venditio vel affectuatio, & quiuis alij si miscantur contractus, societatem alterant, seruata nihilominus eius substantia.

¶ De contractibus autem commemoratio controuersum est satis, quia omnes videntur præferre vsuræ speciem. Siquidem videntur esse in eis mutuum: quandoquidem pecuniæ periculum, non refidet penes ponentem in societate pecuniam, sed penes negociantem ex ea & non ponentem, & de. 1. contractu controuersas supra cum exorsus sumus tractatum vsurarium, enarrauimus. Et tandem assensimus Gabrieli in. 4. dist. 1. q. 1. 1. & Ioan. Maiori in. 4. d. 1. q. 3. 8. & Cale. in opusculo, de vsuris, & reliquis ibi commemoratis primum contractum esse iustum asserentibus. Enimvero & si periculum pecuniæ, non sit penes ponentem eam, quia saluum habet suum capitale, non tamen subinde eum esse mutuantem sequitur, siquidem mutans, quia mutando transfert dominium in mutuatarium, ideo necessario ex vi mutui, iactura rei mutuatæ penes dominum eius est, vt & lucrum, si quod ex ea acciderit.

¶ At vero in casu proposito, non item, quia si iactura pecuniæ socialis, est penes socium negociantem, cuius non est pecunia, ideo est quia pecunia dominus fecit nouum affectuatiois contractum, & soluit certam partem pecuniæ, aut à se abdicauit lucri sperati, quandam sibi contingentem partem, itaque, si ex affectuatioe hoc provenit, & impendio fit affectuatio, non est ex ratione mutui, vbi periculum refidet apud mutuatarium, & non apud mutuantem, non ex affectuatioe sed ex vi mutui transferentis dominium, & simul cum domino transfert lucri spem, & damni timorem.

¶ Rursum, quod iam non sit lucrum commune, ideo fit, quia negocians, sibi emit totum speratum lucrum, ab alio socio,

ideoque ex nouis contractibus accessorij societas non habet commune lucrum, & damnum, quia est impedita ex ipsis excedentibus contractibus, & fit non pura sed alteratus societatis contractus, lex ergo tradit. ff. pro soc. tex. in l. 1. & C. eo. tit. 5. 1. & Insti. de societa. & c. quod societatis iustæ, & lucrum, & damnum sunt communia socij. est enim societatis contractus, tanquam contractus fraternitatis cuiusdam at inter fratres ad æqualitatem fit diuisio. Respo. iura esse vera hæc, nisi aliunde ex iusto superueniente contractu, societatis natura alteretur vt iam exposuimus.

¶ Quod si dixeris, iam tum non est societas, distinguam tibi, vel pura & annuo, aut non pura, & inficior, sicut autem de primo relato contractu, diximus, ita de reliquis præhabitis dicemus esse iustos contractus, propter eandem rationem, propter quam priores tres probauimus. Et oportet hoc obseruare in contractu societatis, si purus sit, an sit mixtus, vt resolvere possis eius iustitiam, vel iniustitiam.

¶ Porro Syluester verbo, societas. 1. q. 5. censet vltimum casum esse vsurarium, quia mutuat. 20. quæ habet salua, vnde videtur quo ad hæc. 20. esse mutuum, vsurarium, quia saluo capitali duarum partium, est lucrum certum tertie partis. Quia ex casu, lucri sola accedit tertia pars. Et quia pecunia erat. 30. ducti, & supponimus, quod decem sint. 3. pars lucri Conradus item vsuram esse in contractu putat propter similem causam.

¶ Verum vt dicebā, de primo casu, hoc idem dixerim de huiusmodi. Esse contractum societatis, non purum, quia illi miscetur contractus alius, venditionis. Nam Petrus. v. g. qui ponit pecuniam, ex toto lucro verisimili, quod ex negociatione Pauli putat habiturū, solum sibi capere vult tertiam partem, & reliquas duas dimittit socio cum ergo lucrum fuisset diuidendum ex æquo, supposito quod opera Pauli, non excedant pecuniam Petri, vt si lucrum erat. 30. singulis socij, erant 15. in lucrum, ac Petrus, solum referuat sibi. 10. & 5. dat Paulo, ex quibus emit in demnitatem viginti, id est duarum partium capitalis, equidem forte venditio potest esse iniusta, quia non est iustum

Lib. de cōtra. tract. tract. 69. 92.

pretium: at vero id temporis, non damnetur contractus, de vsura, sed de iniustitia. Quippe est omnis contractus vsurarius iniustus, non tamen omnis iniustus contractus est vsurarius. Et demū Syluester. qui ibidem in verbo societas. 1. q. 2. decernit, primum prædictum contractum, esse licitum, quippe propter admixtionem cum contractu affectuatiois, & venditionis iustificatur, at vero in contractu dudum relato, quem modo differimus, item est mixtio contractus venditionis vt visum est, cum hæc tamen differimus meminisse est opus nos semper loqui de contractibus secundum se, esse licitos si sunt liciti, quia non est sermo, secundum alias circumstantias, quæ forte afficiunt contractum, & viciant eum, huiusmodi enim circumstantiarum consideratio est admodum varia, ideo non subditur arti vt sæpè supra commemoratum est.

Casus resoluuntur de societate pura.

¶ Porro autem de societatibus puris, nõ est exigua difficultas, decernere certo, quando inter socios huiusmodi est pura societas, vt v. g. alter eorum posuit pecunias alter vero operas, & interim perditæ est pecunia tota quæ missa est in societatem, an is eam accepit, sua opera ex ea negociaturus, si eam amisit teneatur eam restituere alteri socio. Et urgentior fit difficultas si eam amisit contra culpam suam sed solum casu fortuito, vel forte ex culpa leuissima. Quoniam si culpa fuit lata vel dolus, vel leuis culpa restitutioni esse subiectum huiusmodi socium in confessio est. Distinguitur autem casus hic, quia industria, vel labor negociantis ex pecunia æquiualeat pecuniæ vt v. g. si pecunia erant centum aurei numi, totidem valeat opera negociantis. Itaque perinde est acsi ducti aurei, essent in societatem positi ad negociandum, & diuidendū erat capitale, ex æquo & lucrum, tempore præscripto. Aut non æquiualeat, aut preualeat. Et adhuc subdistinguentum est, aut perditio pecuniæ accidit, antequam negociatio exordium notabile habeat, sed re infecta, & opera notabili nulla exhibita accidit quod centum aurei sunt perditæ, contra culpam, & dolum negociantis, sed quia furto sunt sublata verbi gratia, vel alius, aut post completam diligentiam, quæ debuisset vt v. g. quia iam mi-

grauerat Hispani, aut alibi, & exposuerat merces suas omnes quas emerat, vt eas venderet, at vero interdum ignis accidit contra culpam, negociantis, & deusit merces, vel fur eas furto sustulit, vnde centum aurei, ex quibus sunt empte merces, sunt perditæ, quia nihil vt supponimus vendiderat huiusmodi negociator. Aut forte iam vendiderat, & ex mercimonio lucratius erat, 50. excepto capitali, verum capitale contra culpam, est amissum, & solum superest, ipsum lucrum, scilicet. 50. aut è contrario lucrum fuit perditum & capitale nihilominus mansit incolume, quæ omnia possunt frequenter accidere. Quod si de primo casu sit disputatio, responderetur à Ioan. Maio. in. 4. dist. 1. q. 41. & à Conra. q. 9. 2. quod negocians, antequam operas adhibeat notabiles, si amisit contra culpam latam, aut leuem, & contra dolum, pecunias. Quia ipse nihil id temporis perdidit, & socius perdit centum aureos, & lex societatis huiusmodi erat & quod iactura, capitalis, sit communis, vt & lucrum, socius qui exhibuit operas tenebitur restituere. 50. alteri socio, qui contulit pecuniam. Nam perditæ sunt centum aurei, qui erant vnus socij, & alter nihil perdidit, neque pecuniam, neque operam, propterea, vt damnum ex æquo diuidatur, qui negociaturus erat, soluet dimidiam partem damni. Et perinde est, atque si quilibet eorum poneret centum aureos numos, sociali fœdere. Namque id temporis, si perderentur centum huius, aut centum illius socij alter tenebatur dimidium damni alteri refarcire, vt iactura esset communis, sicut etiam si ex illis aureis accideret lucrum centum, esset partiendum inter socios, verum est autem, quod perditis illis centum societas soluta est, vt dicit glossa in prædicta l. si non fuerint & in l. 1. C. pro socio.

¶ Porro hæc omnia, & dicenda subaudi deductis expensis, quæ faciunt inter alter sociorum quando ponit operas suas vel in itinere in iumentis, vel in famulis in curando se ipso & alijs hoc genus ex l. 16. tit. 10. par. 5. Nam hæc expensas etiam sub societatis contractu sunt computanda, itaque etiam sunt diuidenda, & detrahenda vel ex lucro, vel ex capitali quando solum esset, de quo vertitur disputatio vt mox videbit. Nõ enim

socius

focius, qui ponit operas tenetur eas suo impendio facere quippe qui non tenetur seruire socio gratis. Exceptis tamen expensis, quas ipse alias esset facturus domi. Nam solum loquimur de expensis, quas hic socius facit in fauorem societatis, id est, ad parandum lucrum sociale, & euitandū damna, in hanc sententiā indicatur Bal. l. nu. 9. C. pro soc. Alij putāt ueriores opinionem Salyce. in. dist. l. 1. col. 3. contrarium autumant alij cōeiliant hos autōres, si pactum fuit de deducendis expensis ad sensum præactum, tunc esse deducēdas, si uero nō interfuit pactū nō esse deducēdas, ex capitali, & pactū uidetur iustū, quia ex capitali solū detrahitur, quo acceptū est ad expensas ad quā rationē eos conciliat Nauarro in manua. ca. 17. nu. 283. Ego dixi si pactū nō interfuit itādū esse cōsuetudini, & re uera, socius nō tenetur seruire societati proprijs expensis, sed cōmunibus. Nemo enim inlicitat stipendijs proprijs. l. Cor. 9. lex aut. 16. indicata ex cumulo societatis, *Del monton de la cōpañia*, sancit esse expensas detrahēdas si ergo ex cumulo societatis detrahendæ sunt expensæ, si adsit cumulus ex lucro, & capitali, inde detrahendæ sunt, si uero, solum capitale, tunc non est cumulus nisi quādo quilibet sociorū cōfert pecuniā nihilominus si pactū aliud non moueat ex capitali solūde sunt expensæ. ¶ Caterū ut ad id uenire digressa est remeet oratio, iuxta citatā sententiā, si pergitur disserere, quod cepimus oportebit annectere, hæc duo, uidelicet si post exactas omnes operas, perditū est capitale, nō tenetur restituere is qui in culpate perdidit, si quidē si capitale perditum est, quod æstimatur ualere centum, aut sunt centum itē operæ tantidem ualent ut supponitur, si uero post medias exhibitas operas, perditum est capitale, ab eo cui commissæ sunt eodem negociatio, ad nihil. amplius tenetur quam ad 25. Si quidē ex casu operæ acquirat capitali, igitur si alter sociorū perdit capitale, alter uero amisit medias uidelicet operas quarum æstimatio est æqua medio capitali, scilicet, quinquaginta resultat ut iactura sit cōmunis, restituenda 25. Nam si nullas exhibuisset operas, iuxta placitum præactum, tenetur ad 50. ut pendenda alteri socio, igitur

An si solum superest capitale ex illo deducenda sunt expensæ.

Ex l. par. expensæ unde detrahendæ.

tur exhibens medias operas, tenebitur ad 25. restituenda si uero præualent operæ pecunijs, & perditur pecunia tota, & omnes operæ, uidet ex dictis, quod qui posuit pecuniā socialem tenebitur resarcire, secundum proportionem excessus, & proportionaliter, diceretur, si pecuniæ excedunt operas. ¶ Syluester aut hoc idem differens dubiū in uerbo societas. l. q. 5. de hac re ait esse varias sententias, an cessante pacto & consuetudine (nam sic proceditur in præsentia) si capitale perdat, an perditio sit propria ponentis pecunias, an sit etiā refundēda in socios. Et indicat Iacobi de Arc. credentē, iacturā debere esse cōmunem per. l. si non fuerit, & per. l. si id quod. §. item Celsus. Etenim si totū esset proprium, uideretur esse cōtra naturam societatis, & hanc sententiā secuti sunt Maior & Conradus. Alijs placuit, debere esse dānum propriū ponentis pecuniā id quod amplectitur glossa, in dicta. l. si non fuerit. At uero glossa loquitur, in casu perditurū operarū unde subdit sufficere socio, perdidisse suas operas. At uero de hoc articulo, nulla est difficultas. At uero subdit Syluester, sed ueritas est, quod si capitale pereat ante operas exhibitas sit cōmune dānum. At non potest esse cōmune dānum nisi is, qui erat positurus suas operas partem capitalis restituat pro sua ratione ut prædictū est, si uero post aliquas operas capitale sit perditum aequaliter sit cōmune, secundū rationē perditurū operarū, si uero perdat capitale post omnes exhibitas operas, sit proprium ponentis pecuniā. Quod uidetur ut ait, æquisimum præsertim in conscientia, id quod ut dudum tradebatur Maior. & Conradus contestati sunt. Quia ex pecunia, & industria & labore, constat perfectiōnem quasi unum totum, quod æqualiter perditur socijs, aut eis acquiritur. ¶ Porro autem, qui uidetur iam quiuissē in placito prædicto, rursus indicat aliud Baldi in l. 1. C. pro soc. quod siue perdatur ante operas, siue post operas totum sit proprium ponentis, id quod est inquit uerius de iure & in conscientia. ¶ In quam sententiā indicat Angelum de Perusio, in tractatu de societate. & Barto. in prædicta. l. 1. Et est fundamentū huius sententiæ quia præterit operæ

operæ, & industria, solum intelligitur correspondere, interufo pecuniæ, itaq; secundum hoc non constat ad imaginationem, unum totum ex pecunia & opera ut præcedens fingebat opinio, sed potius ex lucro uel interufo, & labore. Unde altera pars, est commoditas operæ, & ex alia parte lucrum, quod est pecuniæ commodum, & proprietatem pecuniæ, autumant, non esse recensendā in societatem. Et probatur inducto exemplo societatis, quæ est in re pecuniaria, si sit, qui in societatem ponit pecus, & alius scilicet pastor, qui operas ponit, in pascendo, & gubernando grege commoda & damna solum sunt in obuentionibus communia, saluo pecore, igitur eodem modo uidetur dicendum in societate pecuniaria, quod communitas lucri, & perniciæ erit solum in fructibus operarum & pecuniæ negociatæ, ut in l. cum duobus. ff. pro soc. unde uidetur, quod in societate, ponitur non res ipsa, sed rei usus. Et hanc ait Syluester esse mentem Thoma quam alioqui Thoma non manifestat loco ab eo indicato, neq; Syluester eam deducit, uerum hæc sententia uenit intelligēda, cessante pacto, & consuetudine. Si quidem si pactum esset de proprietate pecuniæ perdatam cum lucro, aut diuidēda socio, cum lucro, non haberet locum hæc opinio. Si quidem licitum esset pactum, iuxta glossam supra relatā. l. 4. q. 3. c. Plerique, & Panor. c. per uestras, de dona. inter uir. & uxorem. uideturq; suffragari huic placito primo, quia societas non transfert dominium pecuniæ in societatem collatæ, igitur si perdatur perditio erit proprietarij. domini lucrum uero erit societatis, quia lucrum non prouenit ex pecuniæ proprietate, sed ex negociatione, ideo lucrum ex pecunia erit commune, at uero perditio proprietatis, erit proprietarij. ¶ Rursus si uerum esset, quod si ante operas collocatas, perdatur pecunia, socius solū debeat, collocare operas, debuisse restituere, partē pecuniæ, conferenti pecunias, si perderetur tota huiusmodi socialis pecunia, igitur, si uerbi gratia tenentis casu priore, centum contulit socijs, & perdatur a socio altero, si debuisse hic restituere, igitur quantum ad hæc quinquaginta, mutuum esset &

non societas, quia si tenetur restituere perinde est ac si mutuo ea reciperet, si forte perderet, quia tenebatur mutuantem restituere. Si igitur quo ad aliquid saluum est capitale, quo ad illud uidetur esse mutuum. ¶ Porro autem omnibus expensis, uidentur tandem dicendum. Quod si contractus societatis sit de capitali cum lucro diuidendo sanē si superuerit diuidendū est inter socios, si uero non superuerit quilibet sociorū perdet suam medietatem, quam habiturus erat ex contractu societatis. ¶ Verum socius qui ponit operas, non tenetur restituere alteri conferenti pecunias, alteram medietatem. Nam sufficit quod medietatem pecuniæ sibi obuenturam perdit. Et si restituere teneretur esset mutuum, quia pars capitalis restituenda esset salua, unde si salua illa parte, esset relaturus partem lucri obuenturari, esset contractus usurarius. ¶ Porro si societas fiat de lucro diuidendo, aut perdendo, & non de capitali, iactura pecuniæ, & salua erit penes conferentem & ad restituendum non tenetur socij alij, si pereat, sicut neq; si super sit, ex eo fruuntur. ¶ Et equidem, quando operæ excedunt multo pecuniam, recte potest iniri societas sub pacto diuidendæ pecuniæ, cum obtento lucro sub biennio, aut triennio aut ut conuentum fuerit, maxime si speratur magnum lucrum, ex cuius obuentione, quod conferitur alteri socio pecuniæ recompenfatur abundē, ut si dedit ex ceterum, quinquaginta ex pecunia collata, si ex lucro sibi obueniunt unicumq; sexaginta, optime repperditur pecuniæ pars socio data. Caterum si perit pecunia, non restat in ponente operas obligatio ad restitutionem, nisi dolus, aut culpa lata, uel leuis interfuisset, si uero pactum non adest tunc sanē periculum, & salua pecuniæ penes conferentem uidetur esse propter rationes commemoratas. Quod si obieceris igitur non est dicenda societas imo dicenda est societas, non quo ad omnia, scilicet, quo ad pecuniæ proprietatem cuius non transfertur in socium dominium, sed quo ad interufoium uel lucrum quod speratur, & quo ad expensas, ut supra dictum est. Et quidem

Resolutio questoms.

quidem res hæc non est peritua, valde, ac vero hoc mihi videtur longe probabilius, & hæc tenus de hac diuisione.

Diuisio societatis.

Est porro alia diuisio societatis, est enim quedam societatis, particularis, alia vero generalis. Particularis est, vt desinitur. l. 3. & 4. tit. 10. par. 5. quæ fit super re particulari vt qui ineunt societatem, super venditione vini, vel olei vel frumeti, vel super alio quouis particulari artificio, vel negotio. Generalis vero est, vt ibidem traditur quæ initur super omnibus bonis, quæ ad sunt tempore contractus. Potest enim contrahi societas, vt arbitratum iuriconsulti super omnibus, ita præsentibus, vt futuris bonis, vel super certa negociatione text. est in. l. societas contrahitur. ff. pro socio verba subdam, societas contrahitur, siue vnuerforum bonorum, siue negociationis alicuius, siue vctigalis, siue etiam rei vnus text. in. §. 1. iust. de societate, vnde iidem tradunt, quod si societas simpliciter, sit super omnibus bonis, quod extenditur etiam ad futura. Quippe contractus societatis est reciprocus, & vicissitudinarius, & non est in læsionem alicuius contrahentium, sed in fauorem vtriusque; quippe si quæ læsio accidat vtrique sociorum nocebit, & si quis proventus vtrique proveniet. Et traditur in. l. si societatem vnuerfarum fortunarum. ff. pro socio. & in. l. si quis societatem contraxerit eodem tit. vnde in. l. 6. tit. 10. par. 5. sancitur si societas fuerit generalis, erit omnium bonorum, & extantium, & futurarum castrensium, vel quasi castrensiū, verum de istis consules iuriconsultos.

societas generalis & particularis

Contractus societatis est reciprocus.

¶ Tertia diuisio, societas, quedam est, ad tempus constituta certum, alia vero, ad tempus indeterminatum, videlicet ad totam vitam contrahentium. Ad tempus certum vt ad annum, vel biennium, &c. text. est in. l. 1. ff. pro socio vero est ad vitam appellatur perpetua vt habetur in. l. 1. ff. pro socio, cuius verba sunt societas coiri potest, vel in perpetuum, id est dum viuunt, vel ad tempus, vel ex temporis, vel sub conditione in. l. vero. nulla. ff. pro socio. traditur, quod nulla societas potest fieri in æternum cuius ratione tribuunt iuriconsulti, quia ex tali societate induceretur quedam species seruitutis, ne quilibet sociorum pos-

set vt libere sua persona, & suis bonis cõtra textum in. l. Titio centum. §. Titio centum. l. 2. ff. de condi. & demonstratio. idem. l. 1. tit. 10. par. 5. vbi habetur, quod ius societatis non transit in hæredes etiã si contrahatur pro hæredibus, nihilominus non transit ad hæredes exceptis societatibus de redditibus regijs, vel alicuius communitalis. Quia tunc transit ad hæredes, si pro illis etiam celebretur contractus.

Ius societatis quãdo trãsit in hæredes & quãdo nõ.

¶ Verum tamen hæredes sociorum, possunt exigere bona eorum, quibus succedunt ab hæredibus aliorum, vel ab ipsis socijs superstitibus. l. 17. tit. 10. ibidem.

¶ Obseruandum autem est, quod iuriconsulti tradunt societatem transferre dominium, in bonis que sitis, & acquirendis si de omnibus bonis concilietur societas. Et de acquisitis, est textus in. l. 1. ver. sicut. l. sequenti. ff. pro socio, & ibi glo. ord. Bar. de acquirendis vero, quod transferatur dominium atque possessio pro parte socio competenti. l. 47. tit. 28. par. 5. & si ex iure cõmuni aliud videatur, disponi.

Societas quomodo transferretur dominium.

Nos aut vt Theologi omnes, tradidimus societatem non transferre dominium, quia tunc esset mutuum, & non societas.

¶ Ceterum vtrumque; conciliabis si obtinueris, in societate esse collatam, pecuniam, aut pecus, vel domũ, &c. & esse lucrum ex istis proueniens. Pecunie igitur vel domus, vel gregis, vel aliorum hoc genus, quæ in societatem conferuntur, non transferuntur dominium, verum lucri transferuntur, vt sæpè dictum, & hæc ratio ne habeas vera docere theologos & iuriconsultos, eis non repugnare.

4. Diuisio.

¶ Quarta diuisio est, societas quedam de re pecuniaria est, sumendo pecuniam proprie pro numismate, alia vero est de quavis alia re, vt de gregibus, vel pecudibus, vel alijs rebus vnum, quæ sunt vtiliores, sunt nominatæ, de prima iam differimus de secunda paucis est agendum. At hoc societatis genus easdem obseruat regulas, vt iustum sit, quas obseruare debet societas, iam commemorata. Erant autem regulæ, vt summatim eas perstrin gam, & quod lucrum, atque periculum sic commune, socijs. 2. quod lucrum & damnum sit proportionale pecuniarum collate atque industria. 3. Quod conferens pecuniam, subditur damno

damno perendi pecuniam, & perendi lucrum ex ea speratum, conferens vero industriam & operam, subest damno perendi industria suam, & operam, quando perditur vsus pecuniarum. Si quidem periculum pecuniarum solum dominus pecuniarum, nisi sit ex culpa alterius socij amissio pecuniarum, aut pactum interueniat vt supra abundè est disertum.

Summaris predictorũ.

Et si pecunia perditur citra culpam, & si duo damna subeat conferens pecuniam, scilicet, pecuniarum amissæ, & frustra tuleri, & conferens industriam, soluta vnum damnum videatur subire, scilicet, ociosæ industria, nihilominus, si in vicem pecuniarum æquipollent & industria item & hic duo damna videtur subire, scilicet, industria, & lucri ex industria sperati vt ita sit æqualitas.

¶ Quamquam vt supra diximus proprietatem pecuniarum non venit in contractum societatis, sed vsus eius cessante aliis pacto & diuersa consuetudine, ideoque quo ad lucrum & damnum æquales sunt socij. Quidquid dicant alij, esse inter eos in æqualitate, quia conferens pecuniam, subest duobus damnis, scilicet, iacturæ pecuniarum, & lucri, & conferens industriam, solum amittit industriam, non consequè do lucrum. Imo e quidem, si hæc ratio esset obseruanda aliter esset philosophandum, videlicet quod quando sit amissio pecuniarum, is qui perdit pecuniam, plus perdit, quam is qui perdit industriam, si quidem et si opera ex industria exhibita ad negociandum perdat, at ingenij industria ad negociandum alioqui, semper est superstes. Ceterum hæc non sunt obseruanda, in huiusmodi contractibus, sed sat est lucrum & damnum communia debere esse secundum rationem contrahentium vt frequenter tradidimus supra.

¶ Libert autem attexere societates quedam huius generis easque exponere. Si quidem omnes percurrere esset infiniti operis, singularia enim non sunt scibilia vt dixit Plato, ideoque nihil opus facte, onerare chartas, immentitate casuum, sed sufficit vnuerfales iam propositas regulas, accõmodare quibusdam casibus particularibus, vt inde lector, habeat formam ad cetera de cidentia.

Decisio casuum.

¶ Sit igitur primus casus, sint Petrus, &

Ioannes, qui ad hæc rationem societatem ineant. Petrus exhibet Ioanni, mille oues ad annum, verbi gratia, pascedas, & curandas expensis, & labore Ioannis. Ita tamen, quod fructus harum ouium, vel bouum, &c. sit in fine anni diuidendus ex æquo inter Petrum & Ioannem, oues tamen in fine anni, vel alias similes Ioannes Petro reddet. Periculum autem ouium, quod fortuitus euentus attulerit, ascribendum sit Petro domino pecudis, vel gregis commemorati.

¶ Huic dubio respondetur iuxta prædicta, considerandum esse si expensæ & cura, quæ Ioannes est appositurus, sunt æqualia fructui ex grege, quem ipse sperat Hispanie, la cria y el esquilmo del ganado, quod si æqualia sunt, contractus est incontaminatus, secus si expensæ, & opera excedunt gregis fructus. Quoniam tunc esset veluti vsura virtualiter.

¶ Secundus casus, qui est in vsu apud montana Hispaniarum colentes. Est scilicet, pauper rusticus egens pecunijs, vadit ad diuitem petitque mutuum pecuniam, ille vero ait, non dabo tibi mutuum, emam abs te vaccam, vel bouem, &c. & emptam mox tibi locabo, pro annua pensione. At rusticus, neque habet vaccam, vel bouem, sed est ficta venditio, & ideo vera vsura palliatata tamen sub nomine emptionis. Si quidem est mutuum verum, & pensionem annuam arripit ex vi mutui, ultra sortem, id quod sapissimè, imo semper accidit in venditionibus fictis istiusmodi.

¶ Tertius casus, est Petrus, qui dat Ioanni. 20. vaccas, aut centum, vel quas volueris, ea ratione, vt habeat eas ad annum vel ad biennium, &c. pascedas, & curandas, ita tamen, quod teneatur, de illarum periculo, quomodo cunque sit, & vel de earum deterioratione. Reddere enim tenebitur eas sanas, & integras Petro Ioannes tempore conditionis. Ceterum omne emolumentum, harum, sit ascribendum Ioanni, sicut & eius est totum damnum. Quoniam si vacce pereunt valorem, & a summationem earum tenebitur Ioannes reddere Petro. Hæc sane negociatio videtur iusta, & non est

societatis contractus. Quandoquidem damnus & emolumentum vacearum est proprium Ioannis, & non Petri, sed potius est contractus mutui. Nam perinde est ac si mutaret Petrus Ioanni pecuniam, quam restitueret tenebitur, etiā pereuntem. ¶ Quartus casus est, si Petrum, exhibere duos equos, vel boues, vel alia animalia, vel quæ volueris ad annum Ioāni, ut illis utatur, modo pro usu bouum, vel equorū, aut iumentorum datur illi vel frumenti mensuræ vel olei, vel pecuniæ quantitas quædā ex qua cōuenierint, ita tamen, quod qui accipit animalia huiusmodi ad usum suū, teneatur de qualibet culpa, etiam leuissima Petro dominō, imo & de casu fortuito, si forte animalia moriantur etiam citra culpam vtentis.

¶ Sed neq; hic casus est societatis, sed potius est locationis, ut vides. Quod si dixeris, imo est mutuum, quippe accipiens ea ad usum, cum teneatur de morte illorum, poterit illa occidere, ut boues occidere & eis vesci, si quidem soluturus est, pretium, igitur est dominus eorum.

¶ Respondetur hoc non tollere naturam locationis. Siquidem in hoc casu dominus horum animalium, est locator, & non conductor, si quidem conductor nequit hæc animalia vendere, aut alijs cōmutare, vel occidere ut eis vescatur, aut permutare, aut quavis alia ratione distrahere in consulto domino.

Nō omnis qui habet in se omne periculum rei est dominus rei.

¶ Et ut decernitur à Rom. Pontifi. in. c. cum gratia sui de commodato, commodator potest pacisci, cum commodatario etiam de casu fortuito. Ergo etiam si Ioannes suscipiat in se omne periculum rei, non subinde est dominus, vel mutuatarius animalium, quæ ad usum suum suscipit à Petro.

¶ Suscipere enim periculum rei bifariā accidere potest, aut ex natura cōtractus, ut ex natura mutui est, quod mutuatarius suscipiat in se omne periculum rei mutuatæ, item ex natura emptionis emptor suscipit in se periculum omne rei emptæ.

¶ Et hæc ratione, qui suscipit in se periculum rei, est dominus rei, cuius in se suscipit periculum. Alio modo nō ex natura principalis contractus, sed ex pacto superueniente, poterit alter contrahentium to-

tum in se suscipere periculum, & id temporis, nō colligit, susceptio periculi omnis rei, cuius suscipitur periculum dominium, ut in casu commemorato, ubi non ex vi locationis, omne periculum, vertitur in cōductorē, sed ex nouo pacto superueniente, quod ut sæpè diximus poterit alterare naturā contractus. Nā conditio hæc suscipiendi omne periculum, est præter naturā locationis, cōductor enim tenetur de dolo, & lata culpa, non tamen de casu fortuito, vel inopinato.

Conductor tenetur de dolo & lata culpa nō de casu inopinato.

¶ Quocirca, si locans diminuit de pretio ut Ioannes suscipiat in se omne periculum, contractus nō est damnandus. Neq; locans, sub pacto prædicto, dat facultatem cōductori occidendi vel boues, vel alia animalia quæ locat (ut putat Conradus. q. 92.) sed solum ea locat sub eo pacto, ut periculum in se suscipiat, & locatio est iusta, si locans ex nouo pacto diminueat tãrunt de pretio locationis quantum dem digna est susceptio in se periculi, quæ sibi nō incumberebat: unde videtur duos in huiusmodi casibus esse contractus & locationis, & assecurationis. Et si sola esset locatio, puta si nihil diminueret de pretio locans, & nihilominus voluisset, assecurata esse animalia sua quæ locat, esset velut mutuum, & esset vsura. Cæterum, quia propter assecurationem diminuit de pretio locationis consueto, idcirco iustus est contractus locationis, propter admixtionem noui cōtractus, alterantis ipsum à propria natura, ut dudum aiebam. Quocirca valde est obseruanda ista mixtio contractuum, refert enim maximè.

Casus alter.

¶ Unde etiam hic contractus, ad eandem normam decidendus est. Petrus habens. 20. boues, & stimatos. 40. ducatis, vel pretio alio currenti, dat eos Ioanni: ut sibi sint vsui, ita tamen, ut quarta pars, & foetus, & fructus sit Ioannis. Modo tamen, dimidia pars bouum sit, periculo tribuendo Ioanni, itaque tenetur in sine societatis, decem boues, vel eorum estimationem exhibere Petro. Reliquæ autem tres quartæ fructuum, diuidantur inter Petrum, & Ioannem æqualiter. Conradus vero quæstione. 92. casu. 1. duos asserit hic esse contractus, alter est societatis, alter vero est mutui. Namque quod ad decem boues, quorum periculum est penes

est penes Petrus societatis est contractus, quo ad alios vero, quorū periculum est penes Ioannem recipientem est contractus virtualis mutui. Quatenus Petrus ex contractu decem sua potest repetere animalia vel estimationem, quia igitur quo ad hanc medietatem capitalis, capitale est saluum ideo est vsura, quia capitali saluo recipit partem foetus, & partem fructuum. Ioannes vero Maio. in. 4. quæst. 46. in. 4. dist. 15. diuersim autumat, non esse ibi mutuum, neque vsuram. Quarta enim pars fructuum exhibetur à Petro, Ioanni integra, quæ alias erat diuidenda ex æquo, ut Ioannes ferat in se si quod acciderit periculum decem bouum, ut in casu proponitur.

¶ Et demum quia ibi sunt duo contractus, ut dudum exponebam, societatem esse licitam, testatur.

¶ Syluester verbo societas. 2. quæst. 6. inquit inter socios potest celebrari triplex pactum, circa ipsum animal solum, aut circa fructus, aut circa tempus, si pactum celebretur inter socios circa animalia solum, periculum nō debet sustinere, alius regulariter loquendo, nisi dans. Neq; pacisci aliter licebit, quia semper periculum debet sustinere exhibens animalia, ad societatem, secundum Bald. in. l. si pacifda. C. de pactis, & secundum Ange. tract. de societatis. Dixit tamen regulariter, quia potest contingere, quod dans animalia, non teneatur ferre contingentia pericula, ut verbi gratia, si recipiens, nollet etiam ferre periculum quod ipse tenetur sustinere, nempe periculum, quod accidit ex sua culpa, vel negligentia nisi pro parte. Tunc enim poterit dans, pacisci ut ferat aliud fortuitum periculum totum, si non vult ferre quod alioqui tenetur ipse ferre, & non dās. Quia grauatus in vno, est releuandus in alio. I. secundum naturam. ff. de regulis iuris.

¶ Unde secundum eundem ibidem. q. 7. si Petrus dat Ioanni bouem, & vitulum, nutriendos ad annum, ad eam rationem quod in fine anni, vendatur & eis diuiditis. Petrus accipiat suum capitale, & lucrum diuidatur, est iustus contractus, si dans bouem, & vitulum retinet in se fortuitum periculum, & Ioannes accipiens nō obligetur Petro, suppleri pretiū, si minus vendatur, quam fuerint empta, quia tunc

capitale esset saluum, & esset vsurarius cōtractus. Et si casus hic satis est inuolutus, apud Syluestrum, quippe non explicat, quod sit hoc lucrū, nō ex fructu, & sctū, an ex pretio venditionis, vel aliunde.

¶ Cæterum satis liquet ex Bal. sententia quā Syluester sectatur in societatis contractu, de quo loquimur. si quando sit circa animalia, vel fructus eorum, non posse iniri pactum ex quo animalium periculum sit sustinendū ab ipso socio accipiente, & saluum sit animal danti. Nisi sit periculum ex culpa dantis, vel dolo quod manifestum est accipientē esse subiturū ideo sermo solum est de periculo inculpato.

¶ Cæterum Syluester, non meminit se dixisse in verbo socie. 1. quæst. 2. quod in societate circa pecuniam poterit lucrum esse saluum vni sociorum ex nouo contractu assecurationis, & ex alio venditionis, id quod nos supra quoad licuit satis elucidauimus, quo circa, si in contractibus memoratis dans animalia, ad societatem, ipse ut subeat alter socius periculum, ex lucro sibi proueniente, demit condignam partem ad arbitrium boni viri, & exhibet eam socio accipienti animalia consequens est, cōtractum ex hac parte iustificari. Et Baldus & quibus alter hoc non poterit inficiari, propter mixtionem contractuum, aut si inficitur, illi non videtur acquiescendum. Et quidē ipse loquitur, quando contractus societatis animalium est purus, tunc enim dās animalia, subire debet periculum fortuitum, quod accidit citra culpam accipientis, secus si dans animalia se grauatur detrahendo lucri partem sibi prouenientem, ut alter propter illam subeat tale periculum. Quocirca acquiesco magis Ioanni Maioni, in hac parte, quam nominatis autoribus.

Refellitur Bal. Syluester, Angel. & Conra.

De cōtractu qui dicitur mohatra Hispanis.

¶ Superest iam, aliud discutere dubium, de quodam casu quem vocant Hispani baratas, o mohatras, an sit licitus & hoc dubium, habet hoc loco legitimam sedem, quia huiusmodi Barata sæpè sunt labe vsuraria infectæ. Est quidem multiplex modus huius contractus. Primus, quando quisiani indigentia numerorum compulsus, ut videt cambia & recambia, accedit ad mercatorem, ut sibi in diem vendat

copiam pannorum, aut lintheorum, vel quod volueris aliud, & ille in diem præscriptum vendit, emptor autem, vt cito sibi subueniat, vilis multo vendit, quam emerat, vt ad manum habeat pecunias. Et quidem hic contractus, si vendens vendit iusto precio, vendendo ad rigidum, quia in diem vendit, vtique non est iniustus, neque ex parte vendentis, neque ex parte reuendens vilis, quia cogit eum necessitas, verum ex parte reementis fortassis potest esse iniustitia, si multo vilis emat, quam par fuisset emere, verum si in publico emit & ipse emit, eo pretio, quo maiori tunc nullus emet, non iniuste emit. At vero in contractu hoc, non hæc seruatur vt plurimum æqualitas prædicta, sed potius vendens, quia aduertit indigentiam ementis, ideo vendendo in diem, excelsiorem imponit pretium suis mercibus, excedens omnis iusti pretij latitudinem, ideoque vendens sub hac ratione est usurarius. Siquidem qui vendit in diem, pluris vendit, quam sit iusti latitudo pretij. Et perinde est atque si ratione mutui, quicquam acciperet ultra sortem. Porro emens, quia coactus facit indigentiam, non peccat, aut vendendo, multo minoris, quam emit aut emendo, multo pluris, quam latitudo iusti poscebat pretij. Porro qui ob hoc emit, multo vilis, quam pro latitudine iusti pretij, non semper peccat. Siquidem sufficit, quod secundum quid sit latitudo iusti pretij, id est, quod merces si vendatur, ab huiusmodi, qui emit, vt vilis vendat non habet maius pretium, communiter, quam illud quod datur pro illa. Et si fiat sine fraude, sed sincere ematur nihil criminis habet, sit autem sine fraude, quando in publico foro emitur, & nulla præcessit conuentio secreta videlicet quod nullus alius emat, vt hic vel ille emat, vt supra diximus quando de subhastatione agebatur, sit quoque & aliter huiusmodi contractus, videlicet, quando is ipse mercator qui vendit merces hæc, emit ab ipso emente numerata pecunia, verbi gratia, vendit supra latitudinem iusti pretij, & emit ab eodem, infra latitudinem iusti pretij, vnde magna est iactura, reuendens, cui se subijcit, vt compos sit pecunie qua eget.

Namque si vnam panem valentem ad summum 30. ipse emit pro 40. quia emit in diem & deinde reuendit numerata pecunia eidem pro 20. valde grauatur reuendens, vnde huiusmodi primo vendens, tenetur rescire totum damnatum quod excedebat latitudinem iusti pretij. Cæterum obijciat aliquis, & quid si is qui primo vendiderat, & postmodum emit quod vendiderat, pecunia numerata emit eo pretio, quo quilibet alter emerit num tum peccabit, emendo, vtique non peccaret, neque teneretur restituere, quia pretio iusto emit, & si peccauit excedens latitudinem iusti pretij pluris vendendo in diem, quam esset iusti pretij latitudo, & tenetur restituere. Porro lege regia cautum est, ne isti emanent, quod in diem vendiderunt, ab ipsis quibus vendiderunt. Namque præsumitur contra ipsos fraus, & usuraria labes, vnde sic habet lex, nullus mercator, neque argentarius, neque proxeneta, neque aliæ personæ, quæ interueniunt, vt argentum vendatur in diem, vel ipsi accipiunt in diem, vel alias merces, nomine aliarum personarum, & rursus, ipsi eadem recipiant sub vilibus precijs, vel ipsum argentum, vel merces ipsas, quia suppeditant numeratam pecuniam. Mandamus, quod prædicti mercatores per se, neque per interpositam personam, neque directe, neque indirecte, non rursus reemant, vel recipiant, quod in diem vendiderunt, sub poena perditionis officiorum, & præterea 5000. dipondiorum poena mulcentur & recte hoc est ista lege cautum, si quidem, & si possit contingere, quod mercator, rursus emens, quod vendiderat in diem, emat iusto pretio vt diximus, verum quia rarerer hoc accidit, ideo cauetur ne fiat, sed quid si non ab eodem accipit, quod in diem vendiderat? Equidem si nulla fraus subesset, fas esset, verum lex præfata, sancit quod ipsi mercatores, neque per se, neque per interpositam personam, emanent quod vendiderunt. Cæterum lex hæc intelligenda venit, quando ipsi mercatores hoc curant per interpositam personam, verum à me propositum, est quando ipsis non procurantibus, sed negligentibus, emanent à tertia persona, quod

quod ipsi vendiderunt primo emptori. Istud autem non veraciter nisi reddatur malum, ex alia causa, vel circumstantijs, videlicet, quia iniusto pretio emit. Aut si ipsimet proxeneta, qui interueniunt inter mercatorem, & eum qui debet emere in diem vt inde faciunt contractum, quem diximus nominari Hispanis, Baratam, ipsi contrahunt cum mercatore, vt vendat eis in diem quædam merces, vsque in annum, verbi gratia. Ea tamen conditione, quod si intra duos, vel tres menses, obtulerint, personam, vel personam qui sit soluendo, & obliget se soluturum intra annum merces commemoratas, quas ipsi emerunt, quod ipsi liberi sint ab obligatione soluendi. Interim ipsi proxenetae quarunt & inueniunt, qui vult baratas istas quem substituunt in obligatione quam ipsi habent & dant ei merces quas in diem emerunt. At ille desiderans numeratas pecunias, vendit merces proxenetae ipsis quas ab ipsis accepit, perdens in quolibet centenario. 25. vel 30. vnde quod valebat centum, dat pro septuaginta. Proxenetae rursus, merces quas vilissimo pretio emerant modo prædicto, rursus vendunt, perdentes alteri in quolibet perdendo centenario, quindecim, aut viginti, itaque quod valebat centum, & ipsi emerunt pro septuaginta, ab indigente, ipsi vendunt pro 85. aut pro octoginta. Et lucrantur. 15. in quolibet vna panni, verbi gratia, quam emerant à mercatore. Et quidem hæc vafrities proxenetae est immanis sagacitatis, & repudiatur à legibus regijs, quæ sic habent. l. 14. tituli 12. libro 5. Recopilatio. Nullus proxeneta fori (Hispane de lonja,) iumenta, vel merces alias, neque quæuis bona, siue stabilia, siue instabilia audeat per se vel per alium, sibi emere hereditatem aliquam, neque aliud quidpiam eorum, quæ sibi dantur vendenda, siue ex multo siue ex exiguo pretio sub poena amissionis officij, & 1000. dipondiorum pro quolibet vice fisco regis, & delatori distribuendorum, & oppido, vbi tale acciderit.

¶ Verum missa lege regia, ex qua contractus prior est iniustus contractus, ex parte proxenetae, ementis, quippe qui

prohibetur emere huiusmodi, ad quæ vendenda ipse interuenit ex officio, item est iniustus tum quia emendo, non emit, vt emat, sed vt decipiat miserum hominem quærentem pecunias vt cumque possit eas habere etiam cum dispendio suæ substantiæ, item tertio, quia iniusto emit pretio, nam quia numerata pecunia emit, ideo multo vilis emit, & quia esset iustum pretium, vt supponimus, quia hoc intendunt isti hanc ob tendentes techniam. Tum etiam quia substitutus in obligatione soluendi merces, quas ipsi proxenetae substituerunt, ad soluendum mercatori, vnde ipsi primo emerant ad diem merces, tenetur pretium longe maius soluere, mercatori, quam fuerit pretium ex quo ipse vendit proxenetae. Nam hoc erat institutum proxenetae, erueret se ab obligatione soluendi maius pretium, quo ipsi emerant in diem solutori, & acceptis mercibus, multo vilis emere, quam ipsi emerant, itaque ipsi potiantur vilitate pretij, & substitutus ipsorum patitur in soluendo magnitudinem pretij, vt verbi gratia, ipsi emerunt in diem pro centum, substitutus tenetur soluere centum mercatori, qui ipsi vendit pro 70. & proxenetae lucratur cum substituto suo, & item cum alio, cui denique merces nouissimè vendit. Casum istum proemptus habebis, si facias esse Petrum mercatorem, & Ioannem proxeneta, qui ab illo emit certo pretio, verbi gratia, mille vlnas linthei ad centum pro singula vlna merces in annum soluendas sub conditione quod si bimestri, aut trimestri spacio exhibuerit substitutum, idoneum suæ obligationis, quod Petrus teneatur probatum habere, & quod Ioannes tunc sit liber ab obligatione inita ex prædicto contractu, ita item substitutum esse Martinum, qui pressus indigentia substitutionem obligationis præhabite accepit, suis humeris imponens, onus Ioannis proxenetae, à qua Ioannes exoneratus dat merces quas emerat in annu Martino vt ipse Ioannes, eisdem ab eo emat, Martinus vendit, & Ioannes emit, viliori multo pretio, quæ Ioannes emerat à Petro, quæ emit pro 70. dipondijs vlnam singulæ huiusmodi quæ Martino cõstiterat centum. Et Martinus totidem soluet Petro. Deinde

Ioannes non contentus primo lucro, itē vendit eandem mercem, quas vili emerat, vendit pro 80. vel octogintaquinque pondis singulam vlnam, & lucratur, aut decem, aut 15. in singula vlna, & Martinus perdit 30. in singula vlna, si quidem soluere debet centum, & ipse solum accepit 70. in quo casu mercator vendens proxenetā in annum, & ideo carius, peccauit, & est vsurarius. Et proxeneta emens item in annum & ideo carius, peccauit item, quia nulla coactus necessitate fecit, immo illectus auaritia, & volens nocere proximo emit: quia intendebat exonēare se ab obligatione soluendi centum, & eam transferre in Martinum, quem videbat compellente indigentia, & ideo non sponte esse accepturum tam iniustum onus. Et rursus proxeneta Ioannes, peccat, merces, quarum est viliori pretio factus compos vendendo Iacobo pluris, quam esset earum valor, quia vendebat in diem, siue ad annum, siue ad biennium, aut triennium, & c. Et Ioannes tenetur restituere. Martino damnū ei illatum itemque Iacobo ob eandem causam. At mercator, itē tenetur restituere Martino, si proxeneta non est soluendo eidem substituto. Restitutio autem debet esse de toto excessu iusti pretij, quod iustum est, esse supra latitudinem iusti pretij item Proxeneta tenebitur eidem substituto. Si pretium illud, scilicet, septuaginta ex quo emit merces à Martino, fuit iniustum pretium, voco autem iniustum precium, secundum subiectam materiam, scilicet, quod ex cedit latitudinem pretij iusti, eorum que venduntur ex contractu præhabito, qui dicitur Mohatra vel baratas Hispano sermone. Caterum de istis haftenus, siquidem tot sunt hominum technæ totque artes falsæ, vt crumena in immensum crescat, quot nullus fat erit hominum eas numerare, vt verè dictum credam euangelicum illud, filios huius seculi esse prudentiores in suo genere filijs lucis.

Luc. 16.

Propterea istis superfedendum & pluribus enarrandis casibus non esse incumbe dum duco, quoad præsentem materiam. Quia librantur exactè prædicta, sufficienter, ad reliqua differenda.

In periodum autem hulus capitis libet annexere, dubium illud quis sit cōpetens iudex, in re vsuraria, an temporalis an ecclesiasticus iudex. Et iuriconsulti distinguunt dicentes, secularem esse iudicem, quantum ad hoc, quod si soluta sunt repetantur, & restituantur soluenti, verum ad distinguendum an contractus sit vsurarius, nec ne, ad tribunal ecclesiasticum spectare. Et illo vos, extra de pigno. Et in ca. ad nostram, extra de emptione & vend. Et à iudice ecclesiastico etiam compelluntur vsurarij, restituere vsuras, & publicos vsurarios subiuuere debent à communione altaris, quia ipso iure sunt excommunicati publici Christiani vsurarij, Iudæi autem publici tunc habent mentis scœnebres sed hos nō comprehendit censura ecclesiæ, quia non sunt Christi membra saltem per fidem & characterem baptismi. Neque debent recipi ad Christianam sepulturam si in suo peccato vsuræ decesserunt ex cap. Quia in omnibus, extra de vsuris & iudex ecclesiasticus per censuram excommunicationis maioris omni appellatione postposita, potest cogere huiusmodi vsurarios, vt restituat vsuras ex. Quoniam non solum extra de vsuris. Et item & potest cogere aiter, quia contra repetentes vsuras, potest objicere eis exceptionem, quod primum ipsi soluant quas constat debere eos, ibidem. c. frustra. Et non solum ipsi, sed etiam hæreses sunt cogendi ad soluendas vsuras, siue filij, siue extranei ibidem. c. tua.

Est ergo vsura mixti fori quando non est dubium non vertitur in dubium, quod contractus fuerit vsurarius. Siquidem id temporis, puncto subditur & iudici seculari & ecclesiastico, si vero vertitur in dubium: an sit contractus vsurarius, an non iudicij est ecclesiastici. Enimvero iudicare, de contractibus, an sint peccata iuris est ecclesiastici. Quod vero extra de vsura. cap. Post miserabilem, mandat compellendos vsurarios per principes seculares, non eo mandat, quia ecclesia orbat hac punitiua vsurariorum potestate, sed sermo est de Iudæis, & hos ibi mandat coerceri ad remittendas vsuras Christianis. Siquidem Iudæi coercentur, poenis temporalibus, nō tamen spiritualibus deterreri

quas

In fideles in
diretē & tm
proprie ex-
comunicari
possunt
ab ecclesia.

quas ecclesia fulminat contra vsurarios excommunicando eos, Iudæi autem non possunt proprie excommunicari. 1. Corinth. 5. quid mihi de his, qui foris sunt, & ibidem sermo est, de excommunicationis censura, quam ecclesia vibrare nequit in Iudæos infideles, vt neque in alios infideles. Proprie dixerim, quia improprie, poterit, tantisper dum vetat sub excommunicatione fideles ne communicent cum Iudæis, non remittentibus vsuras Christianis, vt ex. c. Post miserabilem, & c. Quanto extra de vsura liquet.

Quod si queritas, quid ergo si non potest ecclesiasticus iudex vibrare excommunicationis sententiam in Iudæos infideles, poterit ne alijs poenis eos coercere ne vsuras incant cum fidelibus? vtique poterit, cum vt consulat in demeritum Christianorum, tum, vt eos arceat, à peccato vsuræ committendo, quod est crimen, contra legem naturalem. Quod si poterit eos punire, si homicidium fecerint, aut furtum aut rapinam, & c. quippe quæ sunt crimina euertentia, & deturbantia pacem reipublicæ, vsuram quid ni poterit? quæ & si non perturbat pacem reipublicæ, nam vsurarius, ipse dat fœnus, & nullus vsurarius ab eo subripit illud. Nam est voluntarius simpliciter contractus: vsurarius, & si sit inuoluntarius secundum quid, scilicet, ex parte accipientis ad vsuram, nihilominus, vergit vsurarius contractus in damnum reipublicæ, siquidem vsura tacite, expilant substantias ciuium, & reddunt eos pauperes, sed objicere, homicidium punire, aut rapinam poenis temporalibus, & c. est iudicij secularis, itemque quia vsura, est noxia bono temporali reipublicæ, eius punitio spectabit ad iudicem temporale, & non ad ecclesiasticum. Vnde oportebit probare quod quatenus est peccatum, offensiuum diuini numinis spectet eius punitio ad iudicem ecclesiasticum, id quod est probatu difficilissimum. Et certum est vt dudum aiebant, quod poena spirituali ecclesia nequit in infidelis agere, ideo de temporali poena, tota est disputatio. Nam hæc potest in eos exercere principes seculares: periculum est, ex cap. Post miserabilem. Siquidem, qua-

tenus vsurarij sunt noxij bono concitium, quia eos redigunt exactis vsuris in magnam paupertatem, ideo eos posse coercere temporalibus poenis, dubitari non potest. Et sicut potest eos cogere, vt non exigant, sed remittant vsuras fidelibus, ad eundem modum, & quod non eas imponant fidelibus cogere possunt. Primum patet ex. cap. Post miserabilem. At de iudice ecclesiastico, non tam in propatulo est, num possit eos coercere, ne peccent, fidelibus dando ad vsuram. Siquidem si supponimus, quod quibusdam collibit, licitum ne dum permillum fuisse Iudæis vsuras exigere ab extraneis videtur, quod ad vsuram dare Christianis, pertinere ad ritum, & facultatem suæ legis, quam profitentur. Quod si poterit ecclesiasticus iudex, coercere, ne huiusmodi obseruent ritum, & ne facultatem hæc obseruent, item poterit coercere, ne plures ducant vxores, ne repudient acceptam, & aliam ducant, & c. Quod si hæc admiseris, poterit quoque eos punire, quia obseruant caeremonias alias suæ legis, vt quia infantes suos circumcidant, octauo die, & c. id quod est euidenter falsum, quia hoc esset cogere, ad recipiendam fidem Christianam, cum tamen ex cap. Qui synœra. 4. 5. dist. didicimus, non esse cogendos, sed suo arbitrio, dimittendos.

Conradus lib. de contract. quaest. 25. omnino contendit, iudicē ecclesiasticū, posse & debere punire vsurarios Iudæos, nō solum propter bonum ciuium, quatenus vsuram exactio, est fidelibus laesiva, sed etiam secundum quod vsura est diuini numinis offensiuua. Siquidem debet ecclesia diligere ex charitate Iudæos, ideo quoque debet submouere eos ab hac diuina offensione. Et deducit ex iure canonico, exempla multa, ex quibus constare poterit, ecclesiā hac esse donatam facultate puniendi peccata Iudæorum.

Primo ex. cap. constituitur, quæstione. 4. vbi Concilium Tolosanum, mandat Iudæos vsurpantes officia publica publicis exdibus, esse puniendos.

Secundo ex. cap. super. 23. quæstione. 1. vbi mandatur, Iudæis recessu ad

Ecclesie potestas aduersus infideles sibi subiectos.

Ad 4 fidem

fidem convertere, vt deivent aliorum infidelium Iudaeorum consortia, quod si secus fecerint, sint fidelium serui, & infideles ipsi publice castigentur.

¶ Tertio in alieni. 2. q. 7. repellit infideles, ab accusatione fidelium. ¶ Quarto. d. 5. 4. c. Nulla officia, incapaces eos facit officiorum publicorum.

¶ Et quinto extra de Iudaeis. Et. 5. 4. dist. c. fraternitatem, prohibet ne Iudaei emant mancipia Christiana. ¶ 6. Non permittit ecclesia eis novas erigere synagogas c. consuluit, extra eodem.

¶ 7. Prohibet ne in diebus lamentationum se prodant in publicum extra eodem. ¶ 8. Verat ne Christiana mancipia circumcidant. 5. 4. dist. c. Nulla.

¶ 9. Iubetur, vt Iudaei solvant decimas ecclesiarum de terris quas colunt, extra de decimis, ca. De terris.

¶ 10. Ne ex testamento Christiani, aliquid capiant. 2. 4. quaest. 2. sane.

¶ 11. In. c. in Archiepiscopatu extra de rapinis, Saracenos ob quaedam delicta papa iubet poena temporali multandos, ab episcopo, itemque flagellis torqueri extra tamen sanguinis effusionem.

¶ Haec autem omnia, & alia hoc genus solum colligunt, ecclesiam, consulendo indemnitati fidelium, cum quo ad temporalia bona, tum quo ad fidem eorum seruandam incolumem, potestate fruuntur, idcoque subiouet recens conuersos, a consuetudine ineunda cum infidelibus, quia corrumpit bonos mores colloquia praua. Et eos incapaces declarat ad obeunda officia publica, circa fideles, vnde etiam caracteribus quibusdam notantur Romae, vt distinguatur a fidelibus, videlicet, quia pileis quibusdam notantur liuidis, aut palidis, & vestes sericeas, illis prohibentur, & arma deferre, non permittitur eis, quae sunt nobilitatis indicia. Et haec omnia sunt in fauorem fidelium, vt eos contemptui habeant, & non commisceantur cum eis, vnde & eos arceat ab accusandis fidelium peccatis tanquam ignobiles, & viliissimos homines, qui facile corrumpi valent ex munere, vt falsam deferant contra fideles quos odio habent accusationem, & reliqua perpendito ad eandem rationem.

¶ Caeterum isthaec non probant, quod ecclesia possit punire peccatum Iudaeorum, solum vt est Dei offensum. Quippe etsi ecclesia diligat Iudaeos ex charitate, non proinde sequitur, quod vfurarium Iudaeum possit punire, solum obseruando, quod est peccatum contra Deum, & non secundum quod est laesum fidelium. Nam si faciamus Iudaeum, dare ad vfuram alteri Iudaeo vel Saraceno, subditis ecclesiae, ecclesiam non se intromittet (vt arbitror) in puniendo huiusmodi vfurae peccato. Neque mandabit Iudaeo, vt remittat vfuras Saraceno, vel Iudaeo, id quo mandata, in gratiam fidelium in. c. Post miserabilem.

¶ Caeterum si peccati rationem obseruaueris, siue a Saraceno, siue a Iudaeo, siue a fideli exigatur vfura in crimine est exigens. Non ergo ecclesia punit Iudaeos vfurarios publicos, obseruata sola ratione culpae. Quia tamen si desideret eorum salutem aeternam, vt & omnium infidelium pro quibus in paraecue fundit ad Deum preces, non tamen hoc desiderium, tam se prodit quam perueniat ad puniendas vfuras, vt sunt peccata Deo ingrata. Quia si ob hoc puniendae essent multo fortius essent puniendae superstitiones Iudaicae, quae magis sunt Deo odibiles, quia directe sunt contra ipsum deitatis aeternum numen, at solum directe vfura est contra bonum proximi. Dixerim igitur distinguendam esse disputationem hanc quia vel Iudaeis licebat vlgete lege exigere vfuras ab alijs nationibus, aut non licebat, sed eis duntaxat erat permillum. Quod si licebat, ecclesia potest prohibere, ne vfuras extorqueat a fidelibus consulens suorum indemnitati, cui consulenda habet, a Deo sufficientem potestatem. At vero, quod ab alijs non extorqueant, quippe istud ex hypothesis spectat ad ritum Iudaicum, videtur, quod non subsit ecclesiae istud prohibere, vt neque alios Iudaeorum ritus non tantisperdum Iudaeos ipsa tolerat debet etiam tolerare eorum ritus.

¶ Si vero vfuratum studium solum demus permissioni diuinae, & non concessioni, tunc sane subsit ecclesiastica potestati, vfuras Iudaei in vniuersum prohibere, siue cum fidelibus, siue cum alijs infidelibus, vt

Sara

Saracenis, vel quibusuis alijs: quoniam, quod lex diuina vetabat Iudaeis, quam ipsi Iudaei colebant, ecclesia poterit vetare, quippe, hoc vetat, quod lex Moysaica vetabat. At quod impunere studerent vfuris, cum exteris gentibus, istud ecclesia poterit non obseruare, sed legitimis poenis in Iudaeos vfurarios publicos animaduertere, sicut in homicidas, in fures, & in raptos Iudaeos animaduertere poterit, ita in vfurarios Iudaeos, qui quadam tenus ratione sunt sicut fures & sicut raptos, vt supra declaratum est, & iuxta hoc vfura non est ritus Iudaicus. ¶ Vtrum autem fuerit vfuratum studium a Deo solum permillum, an etiam concessum, supra disertum est. ¶ An vero principes ex causis vrgentibus, tam ecclesiasticis, quam secularibus possint permittere vfuras in suis principatibus, aut dominatibus, seu iurisdictionibus. Respondeatur breuiloquio, permissionem bifariam esse consideranda, aut ad euitandum maius malum, permittendum esse minus malum, vt ad euitandum incestus, & Sodomiam, & adulteria permittitur meretricia scortatio. vt dixit August. sermone de ordine. Tolle meretrices, de rebus humanis, & omnia libidinibus turbabis. Alio modo fieri potest permillio ad assequendum bonum. Et haec secunda, est illicita permillio, quia non sunt facienda mala vt veniant bona. Et interim obserua, quod is dicitur permittere, qui cum posset prohibere, & debuisset nihilominus non prohibuit, est sermo de permissione humana, Deus enim non eadem ratione dicitur permittere, quia debeat prohibere, Deus enim non tenetur prohibere peccata, vt liquet, at suo mirabilis, & arcano consilio, cum posset prohibere vniuersa mala, non prohibet, vel in poenam delinquentis, aut in profectum, patientiam, &c. Prima igitur permissionis ratio iusta est, permittere minora mala spiritualia, vt euitentur maiora, vt permittitur scortatio meretricum, ne maiora mala contingant & permittatur vfurae, ne libellus repudij, ne accideret vxoriscidium, itemque permittantur vfurae, ne facerent suis contribulibus Iudaei rapinas, & furta tanta erat Iudaica auaricia. Quamobrem, si Deus olim hoc permittit Iudaeis ad euitandum maiora pec-

Vfura secū dū quā dā rationē nō erat ritus, sed crimen Iudaeorum eis permillum ob suā auariciam.

cata, quis poterit accusare magistratus, si ad euitandum maiora peccata, itidem permittent? ¶ Porro vfurarijs fauere, aut eis consentire nefas semper est: si quidem digni sunt morte, & facientes mala & consentientes facientibus. At vero permittere non est consentire, sed tolerare peccatum minus, ne sequatur maius, est porro permillio quaedam iusta, alia iniusta, iusta est, quando is qui potest & debet prohibere ex rationabili causa non prohibet, vt iusta est permillio prostibulorum, & apostoli item permiserunt, vt legales obseruantiae coirent aliquando, cum euangelicis traditionibus, videlicet circumcisio cum baptismo, ex causa rationabili hoc permittentes, vt synagogicae obseruationes, sepe sentirent cum honore, vt August. commemorat & nos late prosecuti sumus in. 4. sentent. libr. Permissio vero iniusta est, quando qui potest & debet prohibere, nulla subsistente idonea causa, non prohibet, & hoc est quodammodo consensus in peccatum alterius. Si ergo iusta subsiterit causa magistratus siue ecclesiastici, siue secularis, possunt iuste permittere vfuras, erit autem iusta causa ad vitandum maiora peccata: siquidem vfura non est maximum peccatum, quando quidem grauitate exceditur, a furto, & rapina, & homicidio, &c. vt supra est expositum, quando exordium erat de vfura tractatus. Caeterum ad assequendum maiora bona, vel temporalia, vel spiritualia, vel ad euitandum mala temporalia, non sunt permittenda vfurae. Vnde extra de vfuris. cap. super eo. traditur, quod si propter seruandam hominis vitam non est mentendum, multo fortius, neque vfura est admittenda, etiam si inde essent captiui redimendi. At captiuorum redemptio, est ingens bonum, non solum corporale, quia captiui fideles donantur ex redemptione libertate, quietiam, & spirituale. Quippe captiui fideles apud infideles agentes, maximo fidei, & morum versantur periculo. ¶ Scio, te forte mihi obiecturum praefatum capitulum non tradere non esse permittendas vfuras, propter maiora bona, sed solum non esse faciendas, aliud autem est permittere, aliud facere. ¶ Et accedit eodem quod apostoli permiserunt Iudaicos ritus coire euangelio, quia

Permittere ex causa iusta, non est consentire.

Propterea enim verum similitur quod speratur bonum est permittenda vfura.

Iudas recens conuersi ad fidem, si premerentur continuo ritus patrios relinquere, valde offenderentur, quia infirmi erant, & deficerent a fide: & ideo ne a fide suscepta delaberentur, tolerabatur apostoli, concursam vtriusque legis: ergo similiter si accideret, Iudas conuerti, & tunc aduertetur prelati, quod si eos cogeret ad statim euomenda vsurarum studia eis consuetissima, quod periclitarentur in fide suscepta videtur, quod posset interim dissimulare, non puniendo vsurarios.

¶ Porro autem, quia vsurarij suis animis non esse admodum, & ceteros oppido laedunt, quia eos deducunt sensim in summam paupertatem: ideo hoc malum, propter nullam quod verisimiliter creditur bonum, esse sustinendum, sed solum non esset puniendum, quando ex punitione maiora timerentur mala, quam sit vsura malum. Quemadmodum, & hereticorum esset pretermittenda punitio, si ex punitione cedet, & scandala magna formidarentur si delium. Et quidem tunc verum non est permissio, sed impotentia potius ad puniendum. Neque enim verum dixeris Papam aut regem Philippum Hispania permittere heresim Lutheranam vigere, apud Germanos. Namque, quod Papa prestare potuit fecit, excommunicationis cesuras vibratas a iure contra hereticos, in eisdem vibrare, ceterum quandoquidem istud non profuit, cetera non potest. Et si donemus, quod posset alijs poenis in eos agere siue Papa siue Imperator, siue rex sit timentur maiora mala ex cedibus, & incendijs, &c. cessandum esset a punitione, iuxta illud Euangelicum, finite vtraque crescere Matth. 23. Quod si dixeris maius malum est heresis, quam homicidia, & incendia est sane verum, at etsi certum esset, quod cedibus, & incendijs innocetum esset extirpanda heresis, non esset committendum facinus, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona. Et ideo non sunt dissipiandi Catholici, vt comburantur heretici. Namque nihil stultius quam dissipare frumentum, vt dissipetur zizania, sunt autem Catholici tanquam frumentum & heretici sicut zizania; idem dicitur de vsurarijs.

¶ Summa namque cura semper habenda, vt Catholici seruentur incolumes. Quia

obrem si incolumitas horum non potest seruari coburendo hereticos, aut iugulando eos interim abstinendum erit a deustione, & alijs corporalibus poenis, verum si salua res est catholicorum, vt modo est non solum ex communicatione, sed flammis vlticibus in eos agere est expediens.

¶ Vt si abscissio paralytici brachij vergit in perniciem totius corporis in sanus esset chirurgus, abscindens brachium, verum si ex abscissione salus promittitur totius residui corporis, consulte abscinditur. ¶ Iuste igitur aliquando abstinere possunt iudices a punitionibus delictorum ne maiora mala sequatur: quod vero Paulus ait, Argue, obsecra opportunum, & importunum, non eo dicit, quia etiam punienda sunt delicta, quando cum magno detrimento fidelium puniuntur sed eo dixit, quo cum speratur profectus reprehensibilis, reprehendendus est delinquens, etiam importunum, videlicet eum molestando verbis asperioribus & ex censuris ecclesiasticis, & poenis etiam alijs temporalibus, si oportuerit, vt Paulus se gessit erga incestuosum Corinthium. 1. Corinth. 6.

¶ Verum istud quod Paulus dixit, correctionem fraternam spectat, nos vero modo loquimur de punitione delictorum, quae etiam citra profectum delinquentis ad mouenda est, quando oportuerit. Siquidem punitio delicti est ad profectum fidelium, qui ex punitione deterrantur, ne in similia facinora labantur. ¶ Quod vero opponeretur, de ritibus Iudaicis permissis olim in ecclesia primitiua: respondetur esse disparem rationem, ad propositum. Nam ritus illi erant diuinitus pro suo tempore instituti, quod si penitus euellere eos apostoli continuo contenderent a Iudaeis, obiecte opponerent fidei accipiendam a Iudaeis, quia apostolos odio haberent, & eodem nerent, quia ritus legis diuinae consuetissimos Iudaeis ipsi abolebant. Vt verum odio habuerunt ob eandem causam. At postquam fidei maiestas sensim fuit explorata ritus illi sunt aboliti, sed in vsura, quae per se mala est, ideo nunquam permitienda, nisi ad rationem prelibatam, item dicitur de vsuris, & de alijs peccatis hoc genus. ¶ At vero forsitan inultas, dicens si propter vitiationem maiorum malorum, sunt

Dubium vult an sint consulesa fieri in minor peccata ad declinanda maiora. sunt permittenda maiora, igitur & consulesa da foret minor peccata, ad declinandu a maioribus, vt si verbi gratia, est quispiam oino deliberas vel adulteram occidere vel ipsam interficere, vt adulteriu declinet, huic esset iustum consulere, vt potius adulteriu admittat, quam homicidium. ¶ Rursus si quis non vult, famam patienti mutuo dare gratis ad emendum panem, nisi sub vsura, & est tenax propositi, num iustum erit consiliu vt potius det sub vsura, qua quod fama perire fratrem sinat? Na si ad vitiationem maiorum malorum, permittenda sunt minor, quid ni consulesa? Et Panorad. ad cap. super eo. de vsur. hoc annuit, cui suffragatur multa. 1. 3. dist. c. nerui. & est Gregor. part. 7. moralium. lib. 2. c. 14. vbi tradit vbi nullus omnino sine peccato aditus patet minor a semper eligatur: itidem 2. q. 2. c. si quod verus, si facturus est ait, quod non licet faciat adulteriu, & non faciat homicidium, & habetur lib. de adulterinis coniugijs lib. 2. idem ex consilio Tolet. 1. 3. dist. c. duo mala. ¶ Porro, si sic asserimus, est propterea obiectio, quia qui consulit minus malum, siue simpliciter siue sub conditione, consentit vt alter faciat peccatu minus, ad euitandum maius, at vero consentire in peccatu nunquam licet, igitur neque consulere minus vt declinetur a maiori. Et alia longe ratio est de permittente, qua de consulete. Namque permissio iusta, est citra consensum. Na qui permittit minor, eo permittit, non quia consulit: sed quia impunita esse sinit. ex rationabili causa. At consiliu videtur preferre consensum ad id faciendum, quod consulitur. Si tamen verum consulit, quod si fiet consulit, iam fictio ite mala est: quia agitur contra veritatem. Conrad. lib. de contract. tract. 2. q. 2. corol. 1. omnino credit esse peccatu consulere fieri minus ad euitandum maius: quoniam si verum consulit consentit alterius peccato: si fiet consulit mentitur. Nos de re hac multa differuimus cap. decimo. vbi tradidimus, quod qui suadet, vt euitetur maius malum, minus fieri, non intendit, quod is cui suadet. vel faciat minus vel maius. Nam peccatu non est eligibile, quia malum est. Ideoq; non suadet eligendum esse minus malum, quia bonum est, sed quia minus malum, & minus malum, coparatione maioris mali declinandi, habet

quada eligibilitate conditionata, id est, si ex prauitate animi facientis, alteri est faciendum, eligibilis est facere quod minus malum est, vnde qui prauum hominem omnino obstinatum ad occidendu vxorem, vt fruatur adultera inducit, vt adulteriu potius admittat, quam vxoris filium non consentit, neque intendit per se quod ille faciat adulterium, sed reuocare ab homicidio proponendo adulteriu. Et verba etsi videantur consulentis, aut inducentis, sunt potius demonstratis minus malum esse adulterium, quam homicidium. Et si glossa, ad cap. si quod verus indicatu permissio nem credit esse. Quando autem, & quomodo liceat cooperari peccato, nos supra loco praenotato, abunde diximus. Neque valet ratio Conradi si non intendit, quod faciat minus, igitur consulendo, Conrad. sol vel inducendo mentitur. Siquidem Elias inducens Iudaeos, vt facerent altare suis idolis, non intendebat, quod ipsi essent idololatrae, nihilominus sic loquens non mentiebatur. Sane non mentiebatur, quia intendebat quod Iudei facerent quod ipse dicebat, & sic intendens non peccauit, quia intendebat non per se, sed per accidens, quia aliter non videbat, paratissimos alioqui ad idololatriam esse reuocandos ad cultu Dei. ¶ Secundo item colligit Conradas, non licere consulere minus malum, ad declinationem maioris. Quoniam is ipse, qui vt declinet a maiori, minus operatur, peccat minus peccatum perpetrando, igitur, qui consulit vel inducit. Respod. negando consequentiam, quia qui facit minus, vt declinet a maiori, poterit ab utroque declinare. Namque non ex necessitate, sed ex sua prauitate sua, se implicat, & constringit, vt sibi videatur necesse, alterum subire, vt ab alto declinet. At consulens seu inducens constringitur necessitate non ex sua, sed ex alterius prauitate, vt si non suadet minus esse faciendum, declinabit is cui suadet in maius: vnde haec suasio, non affert detrimentum salutis, vt neque dixeris, obstinato animo volenti, sua abscindere manum, si suaseris, vt abscidas digitum & cesset ab abscissione manus, detrimentum attulisse ex consilio, cum potius iuuamentum.

Rationes Conrad. sol uunmar.

Quando a punitione delictorum cessandum est.

Malum non est eligibile.

LIBER QUINTVS

Praxis Theologica, de Contractibus, & Restitutionibus.

CAPVT PRIMVM, QUID sit locatio & quotuplex.



QVONIAM SUPERIORIBUS LIBRIS DISSERVIMUS, IUXTA RATIONEM nostrarum virium, quam suppeditaui dominus, de contractibus onerosis, transferentibus dominium ab vno contrahente in alterum, nunc in hoc libro Quinto libuit de Contractibus alijs onerosis non transferentibus dominium, in alterum contrahentem disputare Christo auspice. Et quia contractus locationis, est similis venditioni, & emptioni, si quidem locator, est quasi venditor vsus fructus, rei locatae, & conductor, quasi emptor eiusdem vsus, ideoque de locatione primo denarrare institui. Non sane, locatio, & conductio, sunt verè venditio & emptio, sed sunt in istarum contractuum. Quando quidem, si non transfertur cum vsu proprietatis rei dominium ex certo pretio, non est contractus emptionis, in contractu autem locationis, etsi conductor fruatur vsu ad tempus certum vel ad tempus suae vitae, ceterum proprietatis rei non est dominus. Namque finito praescripto locationis tempore res redit ad dominum, qui rem suam locauerat: vnde locatae rei iactura, penes dominum est, quia locata res, etsi sit apud alium, nihilominus, est locantis, & non conducentis. Nisi dolus, vel culpa lata, vel leuis conductoris interueniat vnde res locata perdat, aut male afficiatur, quia id temporis est actio contra conductorem de locato, & tenebitur damnù refarcire, vt ex dicendis apparebit.

Locatio ergo solum transfert ius in conductorem vtendi re pro certo tempore, & pretio, non tamen transfert dominium in rem, si quidem res locata, alie

na manet, sub conductoris vtendi iure. Finitur autem locatio, est translatio iuris vtendi re, & fruendi solum sub certo pretio. Quae finitio satis aperta est. Ponitur loco generis, quod ait est translatio iuris &c. Quippe in venditione transfertur etiam ius vtendi, quia transfertur, rei proprietatis in alterum, item in locatio ne est translatio iuris vtendi & fruendi re, quo ad hoc igitur consentiunt locatio, & venditio, itemque & in mutuo est translatio iuris, ad vtendum & fruendum re mutuata, item in permutatioe. Quod vero additur solum, ponitur loco differentiae. Si quidem in contractibus numeratis, non solum transfertur ius vtendi re, sed etiam rei proprietatis. Si quidem, qui emit rem, fruatur vel vitur, re propria, at conductor vitur vel fruatur re aliena ad tempus, à contractibus autem alijs vt à deposito, & pignoratōe, & in quibus non est translatio, neque ius vsus, aut fruitionis, neque proprietatis rei deposite, aut in pignus tradita, adeo manifesta est ex dictis differentia locationis, vt declaratione ampliori non egeat.

Porro hæc definitio, colligitur ex iure ciuili. l. 1. ff. loca. & conducti. & l. 1. C. de locato & conducto. & in l. 1. titu. 8. part. 5. finitur ad hanc formam, locatio est contractus inter aliquos: vnde alter contrahentium poterit re alterius vti ex certo pretio numerato. Ponitur hoc vltimù, quia locatio vt sit propriè locatio, necesse est, vt celebretur ex pecunia propriè sumpta, quia si celebratur sub alterius rationis mercede, vt locabo tibi domum, si dederis certam mensuram frumenti vel olei, vel vini non est locationis contractus, sed est vt vulgo credunt Iurisperiti contractus in nominatus, vt traditur. l. commemorata. & l. 1. §. si quis

Consensus & discretus locationis ab alijs contractibus.

Locatio & conductio sunt reatiue opposita.

Locatio est reru & personarum.

quis seruum. ff. depositi. ¶ Correspōdet autem locatio, conductio vt venditio ni emptio, sunt enim locatio & conductio reatiue opposita, omnis enim locatio, est respectu conductionis, & conductio respectu locationis: ideo si locatio est, necessario est conductio, & contra si conductio item & locatio: vt enim locatio est translatio in iuris aliu quoad vsum, & fruitionem rei, ita conductio est, receptio huius translationis. Vnde, qui domus suae vsus, scilicet in habitationis ius transfert in alium pro certa pecunia, est locator conductor, vero est qui eam inhabitat ex illa pecunia, vel qui ius habet in habitandi eam. Quippe etsi nō habitet eam, est nihilominus conductor siue inquilinus, si ius habet in habitandi ex certa pecunia ad tempus certum.

¶ Est autem locatio & rei, & personarum. Rei vt domus, vel agri, personarum, vt qui se locat ad diurnum laborem, pro certo stipendio. Nisi quod, quando operæ locantur, locator est, qui se locat ad opus, conductor vero qui vitur operario, vnde in parabola euāgelica legimus Matth. 20. quod exiit paterfamilias summo mane conducere operarios in vineam suam.

¶ Operæ vero propriè non locantur: si quidem vsus rei non locatur, & opera est rei vsus, sed persona locat se ad vsus sui item res locatur item ad eius vsus, vt domus ad habitationem vel custodia mercium, & fundus ad culturam & fructus: vnde dominus, malos ait inale perdet, & vineam suam locabit alijs, voce autem Hispana locationi respondet vox antiqua *logar*, & locator, vocatur *logador*, & locare *alogar*, vt liquet ex. ll. fori titu. 17. lib. 3. item vocatur Hispanè siue locare, siue conducere *arrendar*, & locator, & conductor *arrendador*, sunt qui distinguant, vt quando locantur immobilia, dicatur Hispanè *arrendar*, vt domus, vel fundus, quando mobilia, dicatur *alquilar*, vt quando conducitur operarius in vineam colendam Hispana vox, non dicit, *arrendase*, sed *alquilarse*, at etiam immobilia dicuntur *alquilarse*, vt domus, verum discesserunt ab vsu vocabula antiqua, non enim vsitatur *alogar*, sed aboleuit ab vsu, successit ei, *arrendador*, o *alquilador*, & ipsum contractum vocant *arrendamiento*, vel *alquiler*, & traditur hanc vocem esse Arabi

cam. Ceterum voces Latinæ, sunt prædictæ, locator, conductor, locatio conductio. ¶ Forte quæret aliquis circa prædicta, curius voluit locationem incundam ex pecunia numerata, quando quidem, si ex vini certa quantitate, vel olei, vel frumenti & id genus alijs fiat correspondentibus valori pecuniæ ex qua locabilis est domus vel fundus, tantundem est. ¶ Respondetur, quod etsi non fiat locatio ex pecunia numerata, sed ex correspondente sibi mercede, nihilominus, vocatur locatio, vt extat apud glossam, extra de locato, & conducto cap. propter sterilitatem. Intelligit aut, quod hic dicitur, de eo colonus, qui certam pecuniam annuatim debet, vel certos corbes. Et non de partiario. Innuans, quod quando colonus, cōduxit agrum ob certam pensionem, siue pecuniariam, siue non pecuniariam, sed realem ex re illi correspondente tunc esse locationem, modo non fiat contractus, quod fuscipitur ager in culturam, ea ratione, quod si ferax fuerit partietur multum suscipiens, si sterilis nihil, vel pro ratioe fructuū erit ratio pensionis. Nam hic contractus nō est locationis, sed magis sapit contractū societatis, ex quo lucrum, & damnum sunt communia, ideo qui ad hanc rationem contrahit, dicitur partiarius. Aptè nihilominus Iurisperiti tradiderunt contractum propriè locationis, esse incundum ex pecunia numerata, siquidem si pensio sit ex re alia, magis videtur permutatio vsus vni rei quo re alia vel pro vsu alterius rei, vt si locaueris domū pro mensuris frumenti quibusdam habitatio ipsa permutatur pro frumento, siue pro vsu frumenti: quia frumentum vsu consumitur. Nam locator cōcedit vsum & conductor pro concessione huius dat mensuram frumenti, vel olei, vel vini, ad vsus locantis vel mensuras certas, secundum quod conuentum fuerit, vnde si velis vocare vsus rei, rem, est permutatio rei pro re, & ita est contractus nominatus, quia est permutatio rei, pro re, si non lucris vsus rei vocare rem (cū aliqui sit verè res vt est transiens) hac ratione est contractus innominatus.

¶ Secunda diuisio locationis, est, secundum puritatem, aut impuritatem contractus. Est namque quædam pura locatio, alia

alis impura, id quod accidit etiam contra sui societatis, ut praedictum est: est autem locatio pura, quae puritate potitur suae naturae. Tunc autem potitur, quando nihil miscet alterius contractus. Tunc vero puritas servabitur, quando haec quae sequantur observantur. Primo quod conductor, non tenetur de leuissima culpa, sed solum de dolo, & lata vel leui culpa, etenim hoc est familiare contractibus, qui celebrantur in bonum vtriusque contractantis, quod de leuissima culpa non exoritur obligatio, unde qui conduxit equum si sine dolo, & lata, & leui culpa conductoris perit, locatori perit & ipse subicit damnum equi, non conductor, ut colligitur ex l. contractus. ff. de regulis iuris.

Quaedam necessaria ut parus sit locationis contractus.

¶ Unde se pandit discrimen locationis, & conductionis, a commodatione, actiua & passiva praeter superius denarratum. Commodatarius enim si rem amiserit si bi commodato collatam tenetur etiam de leuissima culpa extra de commodato, capit. unico modo. si commodatum sit tantum in gratia eius, & si res perit, ipse subicit rei perditae damnum & non commodans, itaque si in bonum solum recipientis tenetur de leuissima etiam, si in bonum vtriusque, de lata solum & leui, si in bonum dantis, tunc venit dolo, & lata culpa, colliguntur a glossa, ex multis iuribus, tu consule. Unde si tibi commodavi librum ad tuum solum commodum & hic furto, subripitur, quia non exactam custodiam impendisti restituere mihi teneris, ex commodatione. Et ratio est, quia commodatum est in bonum commodatarii solum. At in contractibus, qui sunt solum in gratiam alterius contractantis recipiens in cuius gratiam solum fit teneatur de leuissima culpa: unde si depositum solum fit in gratiam depositarii, quia mercede ad id conducitur a iudice deponente eandem subicit regulam, si vero in gratiam sit etiam deponentis, sequitur regulam prioris de locatione, ut praediximus. Et item hoc observandum est in regulam contractuum, nisi quod aliquando, ut in precario fallit.

¶ Differt autem precarium a commodato: siquidem precarius contractus est si gratis celebratur, ut commodatio, ac non ad certum tempus, alteri usus rei alicuius

conceditur, ut si concedam domum meam habitandam alicui, gratis, quantum mihi libuerit. Commodatum autem, fit ad certum tempus, siue expressum siue tacitum, et si gratis fiat: ut si commodato tibi tradidiverim, non possum statim repetere, quippe dabatur ad usum certum, qui continuo non potest conferri: locatio vero initur non gratis, ac ad certum tempus.

¶ At obijcies, commodatarius non est dominus commodati, quia commodatio non transfert dominium, igitur si res commodata perit, cessante culpa, commodatarii, vel lata, vel leui, commodatum perit, & non commodatario.

¶ In mutuo enim, si res mutuata perit, mutuatario perit, quia est dominus eius, & item in venditione, si res empti perit postquam perfecte celebrata est emptio, emptori perit: quippe qui est dominus eius, caeterum commodatarius, non est dominus commodati, cessante ergo dolo & culpa lata vel leui videtur, quod ipse non teneatur de damno refarciendo, at utique bene colligeret argumentum, si nulla esset culpa, ac de leuissima tenetur recipiens commodatum, quia gratis recepit, & in gratiam solum sui recepit, ut praedictum est. Quae autem sit lata culpa, vel quae leuis, quae denique leuissima, sub haec patebit.

¶ Et huiusmodi natura locationis, colligitur ex l. item quaeritur. & in l. si iudices. §. qui columnam. in l. sed de damno. ff. de loca. & condu. ¶ Unde promptum est discernere, casum, hunc videlicet si locatori per nuncium diligentem & idoneum, a conductore, remissa est res locata, ut equus vel vestis, &c. Et in itinere res perit casu, non negligentia nuncii, quod huiusmodi res perit domino locanti. Quia non perit culpa conductoris, qui diligentiam adhibuit, ut res per nuncium idoneum deportaretur ad dominum suum: idem est in re deposita & commodata. Si enim haec deferatur cum diligenti advertentia ad dominum suum, si nihilominus pereunt, non tenetur depositarius, aut commodatarius, ea suo domino restituere: secus est in mutuo, quia si res mutuata perit, mutuatario perit, etiam si non culpa sua, sed ex casu inopinato & insolito, res perisset: si quidem mutuatar-

Precarium ut differat a reliquis contractibus.

Commodatarius non est dominus commodati ut neque conductor rei locatae.

Tertia divisio locationis.

rius est dominus rei mutuatae, ideo suo domino, aut fiat aut cadit, ut etiam in re empti postquam celebrata est perfecte emptio, etiam si non sit tradita pecunia, si res tradita est, in possessionem emptoris & fortuito casu perit etiam citra omnem culpam emptoris sibi perit, & non venditori & tenetur pretium solvere rei quam emit, verum si locatori, conductor, mittit pretium locationis per diligentem nuntium ut pretium locatae domus & a furibus oppressus, pretium a nuncio subripitur, nihilominus conductor tenetur de pretio. Etenim pretium illud, quando non traditur locatori, est conductoris, ideo damnum furti ipse conductor sustinebit: secus igitur dicendum est, de re locata mobili, atque de pretio locationis, illa enim furto sublata, aut vi rapta, aut alias si pereat, domino suo perit locanti, verum pretium conductori perit, quia est dominus eius.

¶ Porro vertitur in dubium si hoc idem, quod diximus in locationis contractu observandum, videlicet, quod conductor non teneatur de leuissima culpa, sit generaliter verum, in omni genere locationis. Quando quidem, est locationis altera divisio praeter expositas, scilicet, quaedam est locatio quae fit cum aestimatione rei locatae, ut qui locat equum suum expensa prius aestimatione equi, aut mulae, &c. alia celebratur sine aestimatione rei locanda, sed absolute sub certo pretio locatur. Quo praelibato, volunt de dolo placita diversa, est enim placitum Accursij, & Bart. in l. si vt certo, §. num vendendum. & Hostien. de commodato. c. unico. quem sequitur Astensis in sum. lib. 3. tit. 16. videlicet, si ad eam rationem celebretur locationis contractus, aestimatione rei locanda praemissa conductorem teneri de culpa etiam leuissima. Nanque, hoc est institutum aestimantis, ut si culpa adfuerit vel leuissima, quod teneatur de damno, conductor qui suscepit rem locatam sibi sub certo pretii aestimatione: unde dicunt, quod huiusmodi aestimatio adjicit gradum quendam obligationis, in recipiente, itaque si tenebatur, sine aestimatione ad culpam latam, adveniente aestimatione tenebatur amplius ad leuem, & si ad leuem ad leuissimam, & si ad leuissimam,

tenebatur demum propter adiectam aestimationem, ad casum fortuitum, seu insolitum. Refragatur huic placito Ioannes Andreas ad capit. unicum. de commodato, dicens, quod huiusmodi aestimatio, non magis obligat, conductorem, quam si non esset adiecta, item in deposito & commodato, & contractibus, alijs quibus non transfertur dominium. Nam aestimatio rei locanda, non variat naturam locationis. At eo adjicitur, quando adjicitur, ut si forte pereat res locata, dolo, vel lata, vel leui culpa, conductorem constet, quantum sit restituendum locatori & nulla sit lis, de valore rei perditae. Et huic placito, acquiescendum videtur. Neque est probabile, quod sola aestimatio, adiecta, obliget, conductorem, ad casum fortuitum. Siquidem casus fortuitus, nunquam est damnosus locatori, nisi exprimatur in pacto.

¶ Neque valet ad hoc generalis obligatio. Ne quis sub inuolutione verborum, renuntiet iuri, cui in specie non esset renuntiaturus: ut etiam placuit Accursio l. sed & si quis. §. quae situm. ff. si quis cau. Dixi autem in contractibus non transferentibus dominium, quoniam in transferentibus dominium aestimatio rei, si facit venditionem, tunc operatur aestimatio, quod recipiens rem aestimatam, sub datur eiusdem periculo. Quod si obieceris, & quid si conductor promissit se praestaturum aestimationem, non tum tenebitur, etiam de leuissima culpa? aut si alternatiue promissit, se redditurum vel aestimationem rei. Respond. quod in huiusmodi casibus quidquid in foro contentioso sit censendum, quod illis relinquatur, qui iuri civili operam nauarunt, in foro conscientiae, etiam si profiteatur se soluturum aestimationem si res pereat vel alternatiue, vel utcumque, solum spectanda erit animus conductoris, quem vere promittit suo confessorio, quod si per illa verba noluit se amplius obligare, quam esset natura contractus, quem iniiebat, videlicet quod si sua culpa, lata vel leui perisset res locata quod ipse citra litem exhibiturus esset aestimationem, non amplius patet eius obligatio, quam eius animus patebat: secus si intendebat obligationi suae novum obligationis gradum adjicere. Idem dicitur in caeteris contractibus

An aestimatio rei locatae adjiciat gradum in obligatione restituendi si pereat res locata.

Estimatio propria secundum leges factive ditionem si non forma lem saltem simpliciter.

Etibus transferentibus dominium. Traditur autem l. 6. & 18. & 19. tit. 11. Part. 5. estimationem facere venditionem: unde de bonis dotalibus verba institues, leges istae docent, quod si vir accepit dotem, sub legitima estimatione, seu appretiatione, quod dissoluto matrimonio, tenetur vel ad dotem eadem numero quoad proprietatem, reddere vxori, aut pretium eius, quia perinde est, reciperet dotem legitime appretiatam acsi emeret eam, secus autem si reciperet non estimationem, legitime. Estimatur autem legitime, quando eo estimatur quo teneatur vir soluto matrimonio, vel dotem ipsam aut pretium eius reddere ad arbitrium suum vel vxoris, secundum quod expressum fuerit in contractu.

Porro si estimatio non fuit legitima, id est, non ad hoc facta, ut vir obligaretur ad soluendum vel dotem, vel dotis pretium, sed solum, ut sciretur quantus erat valor dotis, ut videlicet exploratum esset quod egregie dotabatur mulier vel quod viliter dotabatur, aut mediocriter, tunc quidem vir dotem tenetur restituere in specie, quae est phrasis iuriconsultorum, quod nos dicimus in individuo: verum si legitima fuit estimatio, & non fuit expressum in contractu quod vir, vel vxor delectum haberent, siue exigendi estimationem, siue dotem ipsam, aut solvendi vir teneatur solum ad estimationem: unde eodem modo videtur dicendum de estimatione in proposito, & in alijs contractibus, aut est legitima, aut non legitima, si non legitima computatur tanquam si non esset estimatio. Atque ad eandem rationem ego dixerim posse accidere in locatione. Po test enim fieri quod locator, non intendat estimando suam, quam locat rem obligare ex nouo gradu obligationis conductorem, sed illa estimatio solum fit, ad declarandum qualitatem rei quae locatur, & non ut deducatur in iudicium si opus facto fuerit, & id temporis promptum est dicere, estimationem illam nihil efficere, ut saepe accidit locatoribus, locaturis sua, exponere valorem suorum. Quae estimatio quia est ab ipsis locatoribus qui diligentes suas res plus iusto, etiam eas estimant sepe semper plus, quam sint aestimanda, ideo non est ob-

Iuriconsul ti specie vocant indiuiduam.

Quaerit mactio ad dit gradu obligatio nis contra ribus.

seruanda est porro alia estimatio, ex qua intendit locator, rem suam estimare, ut deducatur si opus fuerit ad iudicium, & tunc ex alijs arbitris petet estimationem, quia sibi non erit standum. Tunc autem deducet in pactum, si res perierit, folues militatam estimationem, quod si pactum adest, item tunc nouus addetur obligationis gradus propter pactum nouum, accidens ex estimatione. Et secundum hanc moderationem vera narrabat opinio praenotata, tradens estimationem, nouum obligationis gradum adijcere contractui.

Ex praedictis colligo, quod si ego conduxero, quempiam ad laborandum in agro meo, vel in vinea, vel in flumine, & id genus alijs, & forte citra culpam meam, aut dolum ille qui locauit mihi operas suas fregit tibias, vel manum abscidit, sciendo mea ligna, vel quoduis aliud ei acciderit, mali vel damni, sibi imputabit, & non mihi conductori. Etenim locationis, haec est natura, ut damnum & periculum non imputetur conductori, quando res conducitur neque eidem, quando persona conducitur. Itaque quando res locator locator rei sustinet periculum, si vero persona se locat, tunc locator sui, vel alterius sustinebit, & non conductor.

At vero qui se locauit ad operas, tenetur conductori, de damno & periculo, accidenti rei, ex culpa ipsius, qui se locauit, aut ex dolo eius, ut furtor, qui se locauit mihi, ad faciendum vestem meam, si eam mures corroserunt, teneor etiam de leui culpa, ut in litem quaeritur. si fullo. idem si se locauit domesticator adificandae domui, & vitio domesticatoris, corrui, tenetur de ruina: ut etiam si te conduxerim, ut transferres vina mea in alium locum, & tua culpa, etiam leui, effusa sunt teneris ob eandem causam. Aliquando etiam, is qui se locat, ad operas suas praestandas, tenebitur vel de leuissima culpa: ut si quis se locauit, ad transferenda vasa vitrea, verbi gratia, quae egerit maxima diligentia, ne frangantur, & nihilominus, quispiam se locauit transferendis si frangantur tenetur etiam de leuissima culpa: idem dico, de eo qui se locauit, ad transferendum columnas marmoreas, vel alia id genus quae facillime fran-

Natura cō tractus locationis.

Quid sit culpa leuissima.

franguntur, nisi adit circumspecta valde diligentia tenebitur de culpa vel leuissima, si quidem se locans ad huiusmodi quae exigit maximam in deuectione, vel alias diligentiam ne laedantur, tacite se obligauit ad praestandam summam diligentiam, quae si non praestiterit tenetur, etiam de leuissima culpa, ut videtur ex l. si merces. §. qui columnam. ff. de locato. ubi per contrarium finitur culpa leuissima, in haec verba culpa autem abest, si omnia facta sunt, quae diligentissimus quisque obseruaturus fuisset, igitur tunc adert, quando non ea praestatur, quae diligentissimus quisque praestaret. Fortuitus autem casus, qui ex causa humana, ut ex bello, vel admoto igne, vel ex latrone inuasiōne vel alias, aut ex causa diuina accidit, ut ex igne de caelo descendenti ut. contigit Sodomais, & beato Iob, aut ex inundatione fluminis, vel ex fulmine, &c. haec non ei qui se locauit, sed conductori imputabitur, vel locatori, si de rebus agatur, ut conduxit pastores Iob, ad pascendum greges suos, & armenta, haec deualata sunt ab igne caelitus descendenti, huiusmodi non pastori bus erant deputanda. Quia ex diuino iudicio, quod non subest humanae vel diligentiae, vel prudentiae, deuitare contingit. Itidem si magna vis luporum irruit in gregem in quem pascendum, & custodiendum pastor erat conduxus, sua mercede, & vi irruenti, ipse non potuit repugnare, neque canes, quos habebat in gregis custodia, tunc nihil damni emergentis ob hoc tenetur pastor restituere. Modo tamen, ipse pastor non fuisset in culpa, deducens forte gregem in loca, quae debuisset aduertere, lupis abudare: si quidem tunc & si non dolo fecisset: quia non ex proposito, vel industria fuit, est tamen in culpa ideo tenebitur de damno. Quando quidem ratio officij pastori incumbit custodiae gregi, & ad bona pascua, bonaque potationem, & ad loca aprica hyemae, & ad amocna vere, & semper ad securam deducere: quod si secus fecerit, non consulendo gregi sibi credito per conductionem, tenebitur resarcire damna in foro conscientiae, & in foro contentioso. Si vero quispiam locauit equum suum alteri, ut ageretur in publico spectaculo tauros, & interim accidit, ut taurus agitat, irruat in equum, & cornu infixum, equum interficit conductor non tenebitur de damno ut vulne

re contingenti ex infixo cornu tauri, vel non tenebitur restituere equum, vel estimationem eius si interierit: siquidem is qui locauit semper praesumit scire, quod omnes sciunt, & ipse tenebat id scire, quippe qui locabat equum agitatam tauris, & ut plurimum accidit, in huiusmodi agitatione, equos a cornu petis tauris, interfici, ideo quae si locat: ipse totum damnum & periculum sustinebit, non conductor. Neque potest culpa regeri in conductore, quod equus fuerit interfecit, siquidem etiam non ad hoc locabatur, ut interficeretur, est tamen ut plurimum consequens ad agitationem taurorum huiusmodi equorum interfecit. Et conductor quando quidem sua vita agit, utique non nolle, quod agitatio eod proficeret, ut equus interficiatur, nam fessori tunc vitae etiam periculum imminet: ideo neque dolus, neque lata, aut leuis culpa praesumit contra ipsum. Quod si forte conductor, quia non erat admodum industrius, in agendo equo, ideo equus impetit a tauro perit, istud sibi succedat locator qui homini non industrius, equum suum locauit, pro agitantibus tauris haecenus tamen de puro contractu locationis. Porro autem tunc est impurus contractus locationis, quoniam illi miscetur praestata quaedam non detrahentia illius substantiam, sed alterantia eius naturam, vel puritatem suae naturae. Neque enim modo purum, ab impuro distinguimus, ut aliquando distinguitur ratio, scilicet conditionis adiectae vel non adiectae, ut sponsalia dicuntur pura, quando sine conditione celebrantur, si vero conditio interfuerit, pura non dicuntur, donec extante conditione purificentur. Non autem ad hanc rationem in praesentia sermo noster temperat: quia puram locationem nominamus, ut & societatem, quando scilicet nihil pacti admiscetur extranei, ex quo horum contractuum natura perturbetur. Vt pote si locaueris equum sub ea conditione, quae cuiuslibet casus etiam fortuitum sustineat conductor periculum, & conductor hanc conditionem non horrens, sub eadem conduxerit. Haec utique locatio est impura. Propter ea quod locationis haec est natura, ut locator suae rei, periculum sustineat, siue animalia locet, siue fundos, &c. siquidem dominus cum sit rei, quam locat, res locata, suo domino, aut stat, aut cadit. At qui conducit hominem, ad operas ali-

De locatio ne impura.

Locato sub pacto est impura locatio, & alteratur eius natura.

quid faciendū, non tenetur sustinere periculū ei cōtingēs. Puta operatio, vinitori agricolę, pastoris, & alij hoc genus, sed ipsi persona quę se locat ad opus periculo sustinēdo, si quod sibi acciderit se submisit. ¶ Vnde locatio sub conditione, satis differt à cōtractu, pmissiois. Quippe pmissioi conditio adiecta, nō alterat eius naturam. Namq; sunt quędam pmissioes, cōditionata: vnde pmissio, autem non pervertit vel alteratur ex adiecta conditione, quandoquidē sunt, vt aiebam quędā pmissioes cōditionata: at vero locatio pervertitur ex adiecta conditione, vt iam cōmemorātū est. ¶ Ex pacto igitur adueniēte, natura cōtractus perverti potest, vt si quispiam se locauerit ad iter faciendū in Hispalim, eo pacto, quod si quid detrimenti forte, passus fuerit, tūc iter perditum iter fecerit, quod illud reparare, conductori incumbat. ¶ Rursum ex natura locationis, non est, quod conductor subeat casuum fortuitorum, accidentia. Et si ad naturam eius spectat, quod conductor, sustineat damna proueniētia rei conductę, ex culpa sua lata, vel leui, vel ex dolo. ¶ At vero ex pacto diuersum contingere potest. Quandoquidem conductor, poterit cedere iuri suo, quod habet de casibus fortuitis: vt etiam quotidie, quidam conductor agrorū, sub omni casu fortuito, & sub sterilitate contingenti: vt quauis hęc euenerint, nihilominus conductor obnoxius sit ipse ad soluendum in integrū pensionem, super qua fuit conuentum, vel ad pretium exhibendum. ¶ Id quod probat textus in. l. si quis fundum. ff. locati in hęc verba, si quis fundum locauerit, ea lege, vt si quid, maiori vi accidisset hoc prestaretur, pacto standum esset. & in. l. item quęritur. §. si Gemma eodē. & l. 2. §. tit. 8. Part. 5. vt annotant Iuriscōsulci ex Bar. placito. l. is quidem. ff. de acquir. domi. ¶ Scito tamen casus fortuitos esse bifariam, aut sunt, quia aliquando solent accidere, raro tamen, aut sunt, qui rarissimē accidunt. Etenim quod iumentū à latronibus in via, vel in diuersorio suffuret, itēq; pecunia, vel quod vis aliqd, aut quod domus vel ager, ab inimicis, deuratur immisso sub noctis silentio igni, vel ut lex in curia habitatiū ex igne icēto in paleas vel alias, &c. fortuita sunt

verum quę plerūq; dolemus accidisse. Alia vero sunt fortuita, quę quidē sunt rarissima vt quod iumentū icēto fulminis intereat, aut domus aut segetes, ex grādi ne insolita ex celo demissa, omnino pereant vel ex hostili incurfione vt accidit rebus Iob, cuius greges irruentibus Chaldeis sunt abacta Iob. 1. Et domus vëtis validissimis cōcussę corrueūt. Hęc nanque fortuita sunt: at inopinata sunt, quia sunt quam rarissima. Secus autē, est de locatarū exercitiis vastantibus segetes, aut de defecta aut exundātia pluuię, vnde cōtingit frumētoria sterilitas. Quę hęc et si fortuita sunt, at veniunt in opinionē hominū accidere posse, quia sæpē hęc ingruunt, ceu hostes armati in uadentes agrorum locupletes segetes. ¶ Quocirca, si conductor ex pacto nouo, suscepit, agri vel iumentū locati vel alteri rei periculū, nō p̄tinus cōtractus obligatio se p̄fert, ad omnia pericula, sed solū ad vulgaria quę sæpē intercurreūt. ¶ At nō vulgaria, quę vel ex celo delabunt, aut ex humana causa prodēūt ex inopinato, vt hęc nō intelligunt in clausula generali, nisi speciatim hęc, vel horū aliqd exprimat, & adiungat generalis clausula vbi cōprehēduntur similia pericula expresso, quę subitū conductor ipse se offert: & causa est, quia in odiosis clausula ḡnalis, nō cōprehēdit maiora expressis: vt in Clem. nō pōt. de procurat. secus in nō odiosis, vt est institutio p̄curatoris. In qua expressis quibusdā exigentibus speciale mandatū, & subiecta clausula generali, veniunt intelligēda, etiā alia maiora expressis. ¶ Si ergo solū sermo fiat in cōtractu locationis, quod renunciat conductor casibus fortuitis proueniētib⁹ ex lapide, vel nebula, & alijs casibus fortuitis, nō intelligūtur, sub ḡnali clausula casus fortuiti alterius generis, qui rarerē accidunt. Est em̄ clausula de odiosis, ideo nō est extēdēda ad grauiores casus. ¶ Ceterū si in cōtractu exprimat, conductor rē renūciare fortuito casui, etiā fulminū sub clausula subiecta, alij eiusdē rationis subaudiuntur: ita fert sententia Bart. in l. commemorata, sed & si quis. §. quā situm. ff. si quis cautio. fin. col. & l. col. 7. numer. 33. ¶ Non solum autem ex pacto, alteratur natura cōtractus, sed ex alijs causis, sit impurus, vt verbi gratia,

Duplex mo-
dus casuum
fortuitorū.

In odiosis
clausula ge-
neralis nō
cōprehēdit
maiora
expressis.

Casus alē-
ntes natu-
ram loca-
tionis.

si loca-

Promissio-
nis contra-
ctus non al-
teratur ex
cōditione.

Cōductor
non tene-
tur subire
periculare
locatę acci-
dentis, nisi
p̄i accidēs
ex pacto ac-
cidente.

si locauit tibi equum, ad certum solum usum, vt puta, vt te conferres Hispalim tu tamen te contulisti Romā, & in itinere, furto, vel rapina, & à graffatoribus, vel alijs sublat⁹ est, teneris restituere equū aut eius æstimationē. Quia excessisti locationis cōtractum distrahens eum ad alium usum distinctū, à cōtracto: item si per mensem duntaxat celebrata est locatio, & tu detinens diutius, equū, iacturam passus est, teneris de iactura etiam si probes, nō tuo dolo, vel lata, seu leui culpa, accidisse, quia tunc teneris, etiā de leuissimā culpa, imo etiā de casu fortuito. ¶ Non sanē ex natura cōtractus, sed ex abusu cōtractus, quo abusus est conductor, trahens cōtractum, ad ea quę nō spectabat cōtractus. ¶ Et rectē sane, siquidem conductor vtens re locata, vel pro eo tempore quo locans, nō contraxit, vel ad alium usum, quā fuerit cōtractum, vt iq; vtitur re aliena; & cōmittit furtum, quia inuito dominovitur ea. ¶ Qui autem furtū admittit de casibus fortuitis tenetur omnibus, quia est lata culpa innoctus. Et rursum vt dudum aiebam si mora præcessit casum, vt verbi gratia, tenebatur rē locatam sub præfixo tempore restituere suo locatori, voluit autem eam restituere, sed remoratus est eā, tenebatur igitur, moram protrahens, de leuissima culpa, etiamque de casibus fortuitis omnibus, si quid forte acciderit ob eadem vt diximus causam. Nam morosus iste conductor, detinet rē alienam inuito domino, vt prædictum est: ideo instar furis, restitutionē debet. ¶ Nisi tamen idoneis probauerit testibus, se non potuisse, ad præscriptū tempus locatum restituere, vel quia morbo graui detētus, aut quia carceri inclusus, aut hostes incurfantes in via timens, vel ob alias intercurrentes causas. Nullus obligatur ad impossibile. ¶ Porro autē hęc quę diximus pacta, alterantia naturam locationis, non videntur substantiā locationis detrudere, sicut etiam si quispiam mutui det centū sub pacto, quod mutuatarius recipiens, exhibeat decem ultra fortem vt iq; non tollit mutui substantiam, ceterum alterat eius naturam. Namq; mutui gratis est exhibendum. ¶ Equidem vt calor adueniens aquę nō tollit protinus eius substantiā, quia aqua

calida est verē aqua, at corrumpit naturalem dispositionem eius, ita accidit in pactis istis. Et si pacta contingunt, quę corrumpunt substantiam cōtractus, vt si dederō tibi centum, in perpetuū, pro certa pensione, quotannis mihi soluenda, soluit pactum, istud mutui substantiam: quia abstrahitur obligatio soluendi centum: vt satis liquet ex lib. 4. ¶ Ceterum pactū istud quod interuenire potest in locationis cōtractu, de sustinendo periculo, quod videlicet conductor, illud si emerferit, sustinere teneatur, potest esse iustum pactum, & potest esse iniustum. Erīt sanē iustum, si locator, quia hoc imponit onus conductori, relaxat pretium locationis, vt si pretium erat iustum decem relaxat quatuor vel quinque, secundum quod qualitas oneris impositi supra cōtractum exegerit: si vero onere imposito, nulla sit relaxatio pretij iniustum est pactum & obligatur restitutioni locator totius excessus à iusto pretio. ¶ Sunt quibus arridet huiusmodi pactum esse nouum cōtractum, sed innoctum. Ceterum æqua ratione dicerēt, omnia pacta interuenientia nouos esse cōtractus: & quidem in huiusmodi, principalis cōtractus est locatio, annexus autem cōtractus si donamus tamen esse cōtractum, est pactum interueniens, & quia annexus est, ideo nō vocatur cōtractus, sed pactum et si verē, non est annexus cōtractus per se, quia si esset annexus subiret naturam principalis, modo ipsam alterat, tantum abest vt eius naturam subeat: ideoq; potius pactum videtur appellandum, quam cōtractus, verum quęstio de nomine videtur. Submotis igitur pactis huiusmodi locatio propria naturalia obseruat, præter ea autem quę differuimus, pertinet ad eius naturā etiam spectant alia, vt potest, quod si locatio sit rei immobilis ad præsignatū tēpus, quod inquilinus, non possit expelli ab ipso locatore, donec sit locatiois elapsus tēpus. Nisi in quatuor casib⁹ expressis, extra de locato, & cōducto. c. propter sterilitatē. Primus, si domus locata, ante tēpus præscriptū facta est necessaria locatori pro sua habitatione: vt verbi gratia, domus locatoris aut igne fuit succensa, aut ab hostibus demolita aut casu corrui: vnde dominus, l. i.

Pacta quę
immiscētur
cōtractib⁹
quędā sūt
iusta abve-
ro iniusta.

Cōtractus
annexus su-
bit naturā
principa-
lis.

Casus qui-
bus inquil-
lin⁹ potest
de iure ex-
pelli à do-
mo quā cō-
luit.

Bb 2 non

Aliud est
alterare na-
turam con-
tract⁹ aliud
corrūpere
eius substā-
tiam.

nō habet habitaculum, ideo poterit, inquilinum expellere, vt sibi prouideat, si tamen, ipse, quando locauit domū suam erat dominus alterius, quam colebat, sed casu fuit euersa, & non habet iam vbi habitet. Namq; si non habebat aliā propter eam, quam locauit non potest pratēdere expulsiōē inquilini, ex hoc pratextu, quod nō habet vbi habitet siquidem neq; tūc quādo locauit habebat aliā preter locatam. Quippe istud prospicere debuit à principio. ¶ Et glossa ad cap. relatu. adiecit, si vxor em duxit, & indiget domo illa, quā tū nō duxerat, quādo locauerat: & textus inquit verū inuito inquilino domū habitare, vel reficere poterit, si necessitas (quā tū non imminet) locatiōis tēpore id exposcat. ¶ Vnde colligitur secūsdū casus, si domus habet reparari, vt quia minatur ruīnā, quā necessitas, non imminet locatiōis tēpore sed postmodum imminet, vel tunc prouidebit dñs inquilino de alia domo. ff. eod. cum in plures, quod si non habuerit dñs, nihil prouidebit inquilino & hęc defumpta ex l. xdem, quam. C. eodem.

¶ Tertius casus est, si inquilinus peruerse versetur in domo, vt si porcos nutriat, in sublimibus domus, aut foeminas malas, id est perniciosas, vicinis ibi retineat, aut lenones, &c. vt traditur in Authen. de lenonibus. §. sancimus. ¶ Porro in prioribus casibus duobus, expulso, inquilino, pensio, remittēda pro rata, vt si erat tempus prescriptū bienniū, expellitur vero expleto anno vno, solū soluetur pensio anni illius, quo ipse fuit inquilinus, reliqui anni, remittēda est pensio. At vero in tertio casu glossa repellit opinionē dicentem non esse remittendam pensioē pro rata habitatiōis. Itaque huiusmodi expelli possunt, contra remissionē pensiois: & istud sibi impudent conductores, peruersē agentes in domo. Et videtur non improbāda hęc sententia. Quoniam si esset remittēda pensio compensando pro rata tēporis, sub quo facta est locatio, esset hoc in grauamen locatoris, quia forte domus manens vacua, nō habebit inquilinū, vocatur inquilinus, ne te lateat conductō rei rustice, vt agri. Quod si dixeris, faciamus, quod locator sciue-

rit inquilinos esse peruerse vitā, videlicet, vel lenones, vel meretrices nunquid poterit expellere eos? videtur enim quod non poterit expellere eos, quia scienter eis locauit domum. Et quid non factius esset, eos admonere vt non peruerse viuant? Et si corriguntur, num expelli possunt? Respond. in hac re, hec est, adhibenda distinctio, aut isti conductores, peruersē agunt inferendo, damna domui, videlicet, vel porcos nutriendo, in superioribus domus, aut portas rumpendo, aut contignationem euellendo, vel alia istis similia nocumenta inferēdo, & tūc manifestū est, quod isti expelli possunt. Nisi ex pacto forsan aliud esset dicendū, vt puta, si conductor dixit, se nutriturū in domo solaris cuniculos vel ligna domus esse conualserum, ad ignem, siquidem tunc ablata esset facultas ad expellendum secus si nullam huiusmodi extat pactum: idemq; dicitur, de colonis vnde habetur, in l. 5. tit. 17. lib. 3. fori. colonus, qui conduxit vineam, vel agrum, tenetur colere huiusmodi, tempore opportuno ita vt plantæ, vel arbores cōstitat, in huiusmodi, detrimenti nihil patiatur ex conductoris culpa, vel negligētia. Quod si vel quia preuenit debitā culturam, aut quia eam postponit, ager sterilescit, vel vinea, tenetur colonus ad refarciendum damnū fundo illatum: & dominus fundi poterit ob eandem causam colonum ex fundo eijcere. Et colonus tenetur itē soluere pensionem fructuum, quos alio qui non collegit ex sua culpa: vt probat text. l. si merces. §. conductor. ff. eod. tit.

De inquilino vero. l. 2. eodem titulo. sic traditur, quod inquilinus, à locatore expelli non potest, pro tempore prescripto, nisi casu, quod domus egerit refectiōe, aut si contingat quod inquilinus noceat domui tollendo, aut sciēdo domus ligna, tunc enim poterit expellere eum, & accipiat nihilominus locatoriam pensionem pro rata temporis, quod domum coluit. ¶ Est tamen dubitatio circa hęc, quid si ab inimici conductoris ager incindatur, aut arbores eius succidantur, nunquid conductor tenebitur refarcire damnum. Et respondēt Iurisconsulti, ipsam colonum, vel inquilinum teneri ad damna huiusmodi refarcienda. ff. soluto mat. l. in his. respon. i. ff. eodem.

ff. eodem. l. si merces. ff. conductor. §. §. culpa. & l. si vulneratum. ¶ Habet tamē colonus, vel inquilinus actionem contra inimicū damni autorē. At vero istud videtur difficile creditum. Enim vero, si conductor, non est in lata, vel leui culpa, ad damna, non tenetur ea refarcire, ex natura contractus vnde ad fortuita non tenetur. At vero, quod inimici deuasent agrum, aut quod suffrentur fructus, &c. non est succedendum colono, aut inquilino si damnum accidat domo, ex inimicis. Quoniam istud fortuitum est, forte respondet, quod lex est hac recta, quādoquidem nō est casus fortuitus, cui aliquis dat occasionem, aut si fortuitus est dicendus, non est huiusmodi casus fortuitus inculpatus, de quo habentus locuti sumus, vnde etiam qui ex sua negligētia furto fortuito, prebet occasionē, quia negligenter se gessit, circa rem sibi commissa, tenetur huiusmodi de furto fortuito. Nunc autem, qui habet, inimicum, si non ipse dedit occasionem ad inimicitiam, sed alter gratis lædit eum iuxta illud Psalm. 24. & Ioan. 15. Quid habuerunt me gratis, videtur quod nō teneatur de damno illato ab inimico. Quale illud euāgelicum est, Venit inimicus eius, & supereminavit zizania. Matth. 13. Dixerim igitur in foro, conscientia non teneri ad refarciēda, damna ab inimicis illata, ad quæ ipse colonus nō exhibuit occasionem sed inimicus, temere eradicauit arbores, aut succidit eas. Itemque de inquilino. De fructibus autem agri furto sublati, non hos fructus colonus fecit suos, solumq; tenetur ad certam partem fructuum, verbi gratia, aut pecuniā ob quam locatus est et fundus: ideoque cum fructus sint coloni qui furatur fructus, non furatur rem locatoris, sed colonus. Quod circa tenetur nihilominus, vel soluere pecuniā, si ex pecuniā facta fuit locatio, aut soluere, certā partē fructuum ex qua facta fuit locatio, etiā si ab inimicis fuerint sublati, vel à quouis alio. Plantæ vero fundi, vel arbores, &c. sunt locatoris, ideoque videtur quod si ipse nō fuit in causa damni, neque occasione dedit quod ipse in foro, conscientia non tenetur ea refarcire. ¶ Porro, adhuc resultat dubium aliud, quia lupanaria permituntur, & in domibus nō solum exercentur

& eis locantur. vt. ff. de peti. heredi. l. ancilla, igitur quāuis, peruerse viuat inquilinus, non poterit expelli, contra capitulum, Propter, præcitatam, Iurisconsulti respondēt, aut ex inhonestate inquilini resultat nocuentum locatori, vel rei locatoris, aut non resultat. Quod si locatio sit noxia, vel locatori vel domui, vel agro, tunc licebit expellere, vt si forte neficiens locator, qui erat vir honestus, admisit in partem domus suæ colendam, quam putabat honestam foemina, alioqui prostibulum: & tūc expellere poterit, & iudicaria agere autoritate, inquit.

¶ Rursus si noxius est colonus, vel inquilinus, rei locatoris, quia vel dissipat domum, vel fundū, item & expellitūm poterit. ¶ Ceterum cessantibus istis nō poterit huiusmodi inquilinus expelli. ¶ At vero fieri potest, quod inquilina, meretrix, verbi gratia, neque locatori sit noxia, aut domui: quid ergo poterit tunc expelli? Nunquid solum est obseruandū, damnum illatum rei, aut locatori? Nonne etiam obseruandum est damnum, quod affert vicinitati? Siquidē si ex malo exemplo vicinas prouocat ad fornicationem, aut viros vicinos allicit ad fornicationem, nonne hęc sunt obseruanda damna vicinis obseruanda, tradente euāgelio si oculis tuis scandalizat te, uice abs te, &c. Matth. 20. Quando tamen scandalose viuunt inquilini, nam publica scādala sunt abscindenda & non ferēda. Et dominus, tenetur tunc denunciare iudici, vt scandalum conscientia tollat. Ceterū si inquilini male viuunt inquilinus, non tamen cum scandalo vicinorum, quia verbi gratia, si sunt expulsi, vita foemina, aut cum caute la viuunt, & secreto res agunt, ne publicitas videntium animos, lædat suo malo exemplo, nō est cur tenetur dominus rei, huiusmodi interuenire iudicis autoritate expellere. Siquidē expulsiō esset iniustis vnde esset ledere famā illius qui non habet malā famā, quæ est magna lesio, nā Prover. 22. melius est nomē bonum, quā diuitiæ multa. ¶ Arguēda vero, in parte contraria propositū dicitur, si dixeris permitti lupanaria, veram domū, quā incolunt meretrices, habentē contra vicinitatem, ne suo malo exemplo honestas foeminas lædant. Et cum, sua nocent, ibi dicitur, quæ ut inhonestæ publica, inhonestas

Inquilini male viuunt inquilinus, non tamen cum scandalo vicinorum, quia verbi gratia, si sunt expulsi, vita foemina, aut cum caute la viuunt, & secreto res agunt, ne publicitas videntium animos, lædat suo malo exemplo, nō est cur tenetur dominus rei, huiusmodi interuenire iudicis autoritate expellere. Siquidē expulsiō esset iniustis vnde esset ledere famā illius qui non habet malā famā, quæ est magna lesio, nā Prover. 22. melius est nomē bonum, quā diuitiæ multa. ¶ Arguēda vero, in parte contraria propositū dicitur, si dixeris permitti lupanaria, veram domū, quā incolunt meretrices, habentē contra vicinitatem, ne suo malo exemplo honestas foeminas lædant. Et cum, sua nocent, ibi dicitur, quæ ut inhonestæ publica, inhonestas

Inquilini male viuunt inquilinus, non tamen cum scandalo vicinorum, quia verbi gratia, si sunt expulsi, vita foemina, aut cum caute la viuunt, & secreto res agunt, ne publicitas videntium animos, lædat suo malo exemplo, nō est cur tenetur dominus rei, huiusmodi interuenire iudicis autoritate expellere. Siquidē expulsiō esset iniustis vnde esset ledere famā illius qui non habet malā famā, quæ est magna lesio, nā Prover. 22. melius est nomē bonum, quā diuitiæ multa. ¶ Arguēda vero, in parte contraria propositū dicitur, si dixeris permitti lupanaria, veram domū, quā incolunt meretrices, habentē contra vicinitatem, ne suo malo exemplo honestas foeminas lædant. Et cum, sua nocent, ibi dicitur, quæ ut inhonestæ publica, inhonestas

Fama lesio est maxima lesio.

te eijciuntur vltra pontem, vel vltra me-
na, vt ibi libidini feruiant effraenes, ideo
huiusmodi non expelluntur, nam expul-
fa cefentur, fecus de ijs qui eadem in ho-
neftatem profiteri ftudent in vicinita-
te honeftarum foeminarum degentes.
Quintimo iudex explorata veritate scan-
dalofa vite inquilini, etiam inuito do-
mino domus, poterit expellere in quili-
num: vt paffor expellit feabiofam oue,
ne fua contagione alias inficiat.

¶ Iam vero, quartum cafum fupereft ex-
pedire, fiquidem in tertio diu immorati
fumus. Eft ergo quartus cafus, expreffus
capitulo; Propter. vnde poterit domi-
nus cogere per iudicem, vel colonum
fuum, vel inquilinum vt exeat domum,
vel deferat fundum: fi intra biennium,
non foluit penfionem locatoriam. Et ius
ciuile, eft vnde canonice eft defump-
tum, vt. l. adem. C. locati. & l. quæro. §.
inter locatorem. ff. eodem. & in. l. 6. & §.
titul. 8. Part. 7. Idem traditur, quod fi fo-
lutio penfionis mercedis ve, non pendi-
tur intra biennium, quod poffet expelli
inquilinus, aut colonus, & quod omnia
bona, quæ funt intra domum huiusmo-
di conductoris retineantur: quia funt
obligata locatori pro penfione fibi debi-
ta, & pro damnis interim illatis. idem in
l. 4. forilibr. 3. titul. 17. Sed quid fi nihil
expreffum fit de foluendo intra biennium?
Refpondebis, quod etiam ft nihil fit ex-
preffum, conditio fubintelligitur, de nō
expellendo inquilino vel colono intra
tempus præfinitum, fi penfionibus pa-
ruerit, vt. l. quæro. §. inter locatorem. ff.
eodem titulo. Hoc autem intelligas ni-
fi iufta fuerit caufa retentionis huius-
modi penfionis, vt fi aliàs colono, de-
bet dominus fundi, tantum quantum ipfe
debet; vel à iudice retentio mādatur, &c.
vt. l. colonus. & l. cum plures. in princi-
pio. ff. eod. tit. Quod fi quæras adhuc, &
quid fi conuentum eft, quod fi non fol-
uerit penfionem, multam fubeat, nun-
quid fi colonus pederit multam, adhuc
dominus per iudicem poterit eam expel-
lere? Et videtur, quod poterit expel-
lere fiquidem poena interpofta, quod
foluat non tollit ius neque ius excepti,
nifi foluerit poenam, fed folum decernit
quod fi non foluerit intra biennium quod
poffit expelli, arg. ff. de tranfactio. l. qui

Quartus ca-
sus vnde p-
iudicē ex-
pelli potest
inquilinus
aut colo-
nus.

Quintimo iudex
explorata veritate
scandalofa vite
inquilini, etiam
inuito domino
domus, poterit
expellere in quili-
num: vt paffor
expellit feabiofam
oue, ne fua
contagione
alias inficiat.

Quod etiam
ft nihil fit
expreffum,
conditio
fubintelligitur,
de nō
expellendo
inquilino
vel colono
intra
tempus
præfinitum,
fi penfionibus
paruierit,
vt. l. quæro.
§. inter
locatorem.
ff. eodem
titulo.

fidem. & l. paffo. & C. de paffis. l. cū pro-
ponas. ¶ Dubitabis in fuper, qua ratione
intelligemus, iftud biennium. Nam fi lo-
cauit ad decennium, nua quid. fi biennio
non foluit eft expellendus lex porro fo-
ri commemorata, ita habet. Qui condu-
xit domū alienā, vel aliam rem per spa-
cium vite fug, vel per magnum tempus.
Et conftituit, conductor, de foluendo an-
nuatim, fiue per fingulos annos penfio-
nem, fi ita fecerit cōductor, non poterit,
tollī ab eo domus, nifi vt iubet lex, vel fi
conductor, non foluerit penfionē bien-
niā: etiā fi locator, non exegerit. Porro, fi
antequam tollatur à domino cōductor
foluerit, mercedē bienniam, quam debe-
bat quod non poffit tollere. Eft autem
in gratiam huius legis aduertēdū, quod
locatio, aut fit in longum tempus. Quid
vero appelletur longum tempus, ex ap-
pellatione modici. intelligit quibit, quod
modico glosfa multa differt. Clem. 1. de
re. ecclē. non alienandis. Dicens primo,
quod illud est modicū quod est intra de-
cennium, vnde decennium erit longū tem-
pus. Aut quod regionis confuetudo est
obferuāda, aut quod arbitrio, hęc relin-
quenda funt in. l. vero. 6. Part. 7. tit. 8. qua
driennium, vel vltra vocatur longū tēpus,
ideq; notat Bar. in glosfa ad cap. propter
indicatum. Hoc intellige inquit, quādo
ad longum tempus conduxit, ad verbū
canonē puta ad decē annos, vel plus mi-
nus ve etiam sex vel quinque: ff. eodem
quæro. §. inter, vnde non est certa regula
dignoscēdi, quod dicatur longum, quod
vero dicatur modicum: fit autem cafus,
quod locatio celebretur ad decennium
fubdiftinguendū est, aut fuit conftituta
vna penfio, pro toto tēpore, & id tempo-
ris, expelli potest colonus, vel inquit fi
non foluit tēpore cōuento. Quia nō fer-
uanti fidē, fides frangatur eidem. Et illo
modo intelligitur. l. adem. C. locati. vbi
ex contrario colligitur, quod fi non fol-
uerit penfionem poterit expelli, vel pen-
fio est conftituta pro fingulis annis de-
cennij pendenda, & tunc fi biennium trāf-
igitur nō foluta penfionē expellēdi ad eam
facultas vt præcitatum capitulum. Pro-
pter. Et habet locum hęc doctrina, etiā
fi cōuentū fuiffet, quod nō poffet expel-
li durate decēnio, fiquidē conuentio est
intelligenda foluendo penfionem, autē
tranf-

Emphiteo-
fis & loca-
tio vnde
specie dif-
ferant

An locatio
perpetua fit
emphiteo-
fis.

tranfactum biennium, vt est tex. in. l. quæ-
ro. §. inter locatorem. ff. eodē. In emphiteo-
fi vero perfonæ particularis exigit trien-
nium. vt. C. de iure emphiteo. l. 2. In em-
phiteofi vero ecclēfiæ, biennium itē exigi-
tur intra quod fi non foluatur penfio, itē
potest expelli, vt. C. de sacro fanct. ecclē.
& 10. q. 2. c. ea enim. §. qui rem. & extra
eodem capit. patuit. Et quo ad hoc nihil
differt à biennio in fimplici colono, vt. l.
quæro. & l. cum dominus. ff. eod. tit. Cæ-
terū fi ad modicū tempus, non est expe-
ctandū biennium, nam fi locauit ad biennium,
nō est expectandū biennium, quando lo-
cationis tempus confumatur. Tunc er-
go fi non foluit colonus, vel inquilinus
tempore debito expelli potest. Nā quā-
do ad modicū tempus celebrat locatio,
cōductor nō habet ius in re. Quocirca fi
expellitur non cōpetit fibi aliquod inter-
dictū, contra dominū, arg. in. l. colonus.
ff. de vi. & vi ar. At vero quādo in longū
tempus fit locatio, habet colonus, vel in-
quilinus pinguius ius. l. 2. fi ager. ideoq;
non potest adeo repete expelli, fi nō fol-
uerit, quare expectatur tranfactio biennij.
¶ Quod fi quæferis an in emphiteofi ex-
pectatur biennium ad expulfionē, & itidē
in locatione, nū ifti cōtractus funt idem
specie? Respondetur. Non esse idem spe-
cie: nanq; in emphiteofi tranfertur do-
minium vtile, at vero in locatione, nō trāf-
fertur. Quādoquidē cōductor, rē quā cō-
duxit, non pōt trāferre in aliū, vt ea vta-
tur, vt pōt facere emphiteota, vt fupra di-
fertur, vbi trādebamus, quod in cōtra-
ctu emphiteotico emphiteota, fufinet
periculū rei acceptæ in emphiteofo, fe-
cus est autē in locatione ex natura con-
tractus vt prædictum est.

Porro forfan mihi objicies, ex. l. 7. tit.
17. lib. 3. vbi traditur locatio ad præfini-
tum tempus, vel in perpetuum, trāfit in he-
redes, ita eius qui locat rem fuam, ficut il-
lius, qui eam cōducit, igitur, fi locatio est
perpetua aliqua, hęc nihil differt ab em-
phiteofi. Enim vero emphiteota in per-
petuum recipit rē, & foluit quotānis penfio-
nē, vt & cōductor perpetuo. Neq; iuuat
valde quod glosfa ad. c. patuit. fupra in-
dicato, inquit, difcrimē esse inter prædi-
cta. Siquidē cōtractus emphiteoticus, cō-
ftituitur folū in rebus ftabilibus, at loca-
tio, etiam in inftabilibus: fiquidem falte

locatio facta in rebus ftabilibus per-
petuo erit emphiteofis. Siquidē tūc etiam
periculum fuflinebit rei locatæ, ipfe con-
ductor perpetuus, fiquidem habet tunc
dominium vtile in rem illam? Respondetur,
quod locatio perpetua fi ad eam ra-
tionem celebratur, qua celebratur alia
ad modicum tempus. Quoniam condu-
ctor fundi, tantūde vel paulo minus fol-
uit, quotannis ex perpetua locatione,
quam foluiffet ex locatione ad modicū
tempus, tunc verē est locatio: vnde fieri
litas fi contingeret, efferet remittenda pen-
fio, fiquidem tunc non verē est emphi-
teofis, fiquidem in emphiteofi foluitur
penfio, folum ad profefionē, directi do-
minij quod habet dominus, in rem fubie-
ctam emphiteofi, quando vero, paulo
minor copia fructuum, vel eadem folui-
tur, quæ folueretur fi ad modicum tem-
pus, iam tunc non foluitur penfio, vt re-
cognofcat conductor dñum, fed potius
propter vsum rei, id quod pertinet ad na-
turam locationis. Si vero modicū folui-
tur tunc non est locatio, fed potius em-
phiteofis. Quando non foluitur penfio,
propter vsum rei, fed ad profefionē her-
uitatis, vel recognitionē dominij, & hęc
refponfo mea fundamentum habet in
communī doctrina Iurifconfultorū, quā
indicat, & fequitur Laf. in. l. 1. C. de iure
emphiteo. nu. 20.

Vt ante fummam fuccingā, hęc que
diximus, proferā tibi, quod in. l. 6. tit. 8.
Parti. 7. continetur, videlicet dominus,
qui locauit rem fuam alteri, non poterit
eam ab eo auferre, durante tempore lo-
cationis: fi conductor abfoluerit, quod
abfoluere tenetur. Nifi in altero quatuor
cafuum. Primus, fi forte domus ruit, vel
minatur ruinam, quam locator habitat,
& aliam non habet quam inhabitet, vel
forte, illi accidit in vicinitate, quam colit
inimicitia vel quidpiam aliud vnde non
audet locator colere domū propriā quā
habet, vel filius eius ducit vxorē, vel mi-
litia in fignibus nobilitatur. ¶ Secūdo, fi
domus locata indiget refectione, aliàs
ruitura, fi illi non fubuenitur: tunc fanē
potest cōductorem, abftrahere à domo,
quam conduxit. Exhibendo illi aliam
fimilem, & fub tanto tempore, fub qua
to priorem dederat ad fuam habitatio-
nem, vel remittendo penfionem, quam
B b 4 debuiff-

Locatio pe-
perua da-
pliciter fie-
ri potest.

O cafu fu-
bijo, o le ar-
ma cana-
nero.

deuisset soluere, si totum statutum tempus inhabitasset pro rata temporis sub quo licuit habitare.

¶ Tertio si conductor deualtat domum vel fundum, vel abutitur ea veluti si ex cepisset viros vel foeminas corruptæ vitæ, unde resuleret nocuumentum vicini tati. ¶ Quarto si conductor, esset in mora non soluendi: propter quamlibet harum rationum poterit expelli conductor à domo quam locauit: quæ omnia nisi fallor, supra sunt abundè diferta.

Itis autem denarratis sunt alia duo adijcienda quæ spectant locationis naturam. Primum est videlicet, quod conductor non tenetur soluere mercedem locatori, nisi in fine anni, quando res con ducitur, vt si conduxit domum ad annū, non teneor soluere nisi in fine anni mercedem. Itemque si fundum, vt colligit Panor. ad cap. Propter, de remissione facienda propter sterilitatem in fine anni, Namque si remissio, tunc est facienda igitur & pensio tunc soluenda.

¶ Hoc autem verum est, nisi aliter con uentum fuerit. Nam si ad mensem sit locatio domus in fine mensis, erit soluenda pensio. Item si consuetudo regionis, aliud monet, videlicet, quod pensio annua, deducatur in partes duas anni, & singula mediæ pensionis, in anni mediæ tate pendatur remanens est consuetudini, vt si pensio pendenda, sunt duodecim sex mensibus primis, sex pendatur, & totidem in alijs sex, id quod obseruatur apud nostrates.

In contra-
ctibus con-
suetudini
standum.

¶ In cōductionibus autem personarum aliter res se habet siquidem de diurno labore, diurna item est pensio iuxta illud euangelicum, nonne cōuenisti mecum ex denario diurno? verum aliquando cōducuntur operarij, ad opus magnum, vt ad ædificandam ecclesiam vel domum, & conducuntur per totum tempus ædificiorum huiusmodi & obligantur operarij, ad præstandum seu absoluedum ædificiū in tot annis, quod Hispanè vocatur à *desajo*, & tunc pro sumptibus faciendis ab ipsis operarijs conductor exhibet in principio operis pecunias, &c. Idem erit si ad hebdomadam fiat conuētio soluendi post sessionem.

¶ Secundo autem est, quod locatori insumbit, aliquando remissionem condu-

ctori facere pro rata. Et istud etiam pertinet ad iustificandum locationis contractum. Est autem vt sæpe diximus, locatio, & rei, & personæ & rei duplex, vel agri colendi, vel alterius rei. Quia ergo nonnunquam contingit sterilitas agri, non ex vitio agri, neque ex vitio coloni, sed ex casu fortuito, ideo tunc, propter sterilitatem contingentem remissio pensionis ad exhibenda, ex cap. propter sterilitatem indicato. Duo autem sunt obseruanda, vt hæc consequaris, alterum quid vocetur sterilitas, alterum vero, quid casus fortuitus. Et quidem de sterilitate, quando scilicet annus sit densus sterilis, vt pensionis, subueniat colono relaxatio quatuor volitant opinio nes, quas disserit Panormitanus cap. propter de locato. Quod non est animus in longum recensere, sed persuntoriè, eas tangere. Prima igitur est quod vulgi sequenda est in hac re opinio, tuncque annus est dicendus sterilis, quando à vulgari opinione talis proclamatur.

¶ Secunda, quod tunc est sterilis, quando semen, terræ sulcis mandatum ex profundo non colligitur.

¶ Tertia, quando deducto semine, & omni expensâ exhibita ad culturam, non remanent fructus.

¶ Quarta si habita ratione feminis & expensarum & fructuum collectorum, colonus, remanet defraudatus vltra dimidium iusti pretij, vt verbi gratia, si semē, & expensæ valent. 40. & fructus solum 15. Barto. in l. ex conducto. §. si vis. ff. locati. & Ioan. Andr. in cap. propter sæpe indicato, censent tunc habere locum remissionem pensionis, propter sterilitatem, quando ex tribus partibus fructuū quæ solebant colligi, vix colliguntur duæ, vt si vt 20. erat collectio solum colligitur, vt 15. tuncque remittenda quæque est tertia pars pensionis, vt si erat pensio, vt tria solū duo sunt pendenda. Alijs placet tunc annum esse infructuosum, quādo non colligitur mediæ fructuum, qui solebant colligi.

¶ Porro autem, quia sterilitas est priuatiuum nomen, & priuatio per habitū, est dignoscenda: est enim sterilitas priuatio fertilitatis: ideo discutien dum venit primum, quid appelletur anni fertilitas: & quidem fertilitas, habet latitudinem,

Quid fiste-
rilitas quid
ue casus for-
tuitus.

Varie sen-
tentie anni
sterilitatis
quæ sic di-
cenda.

nem. Est enim fertilitas quædam consueta, & alia in consuetæ, consueta autem varia est, iuxta variam climatum, & terrarum diuersitatem, vnde ex euangelio Matth. 13. didicimus terram quandam proferre fructum, vt. 30. aliam vt. 60. aliam deniq; vt centesimum, fertur enim in India Occidentali, in regione, quæ appellatur Peru, semen reddere fructum centesimum. Et apud Bethicos, terra est multo feracior, quam apud Castellanos. Et apud hos est item varietas fertilitatis. Si-

Varia ratio
fertilitatis.

quidem terra quædam apud hos est pinguior, & grossior, & hæc feracior est, vt in terra quam vocant Hispani de campos, alia est gracilior, & aridior, & hæc est minus ferax, vt in oppido Ciuitaten-si. Et rursum ex ipsius terre situ vel positione, contingit, quod eiusdem oppidi, vel vici, ager quidam sit feracior, alter sterilior. Si quidem terra montuosa, sub multis imbribus, redditur fructuosior, & terra humilis, redditur infructuosior. Si quidem sublimior terræ situs, imbibens imbres copiosos, multum in se concepit humoris aquei alimentum, & propter suam sublimitatem, quod sibi non est necessarium, in inferiores terræ partes transfundit, id quod non potest præstare positio terræ humilis ideo superfluis imbris, maceratur & debilitatur, naturalis frumentorum calor ex abundantia humiditatis grauat. Vt videmus sæpè ad oculum, huiusmodi terræ frumenta impallescere, sublimioribus, alioqui naturali virore conspicuis. Et demum, in eadē regione & diocesi experimur, alicui esse sterilitatem, & alibi fertilitatem. Si quidem terra quæ pinguior est, vt dicebam fertilior sit, si magis descendant imbres modo non sint frequentissimi, & terra gracilior, redditur fertilior, si frequenter sint imbres, non tamen magni.

Terra est in
star humani
Romachi.

¶ Est enim terra instar humani stomachi, stomachus enim, si fortis est, bibit in magna quantitate vinum, & ex forti cibo se cibatur, non tamen frequenter, ad tantam quantitatem se potare aut cibare poterit, sed sat sibi si semel, aut bis, sic fecerit. Calor enim fortis stomachi exigit potationem copiosam, atque cibationem, vt magnus ignis, copiosa ligna poscit, vt eo feruetur. At vero stomachus debilis frequenter cibari, & potari poscit, non ta-

men copiosè. Exiguus namque, ignis, multa iniecta materia opprimeretur facile, vnde ex medicorū placito, hæc est ratio victus senum, quippe debiles sunt stomacho, vnde infertur, quod quæ in regionibus quibusdam reputaretur sterilitas, in regionibus alijs reputaretur abundantia. Vt si apud Indos semen reddit centesimum fructum, utique si redderet solum quadragesimum, apud eos esset sterilitas. At apud nostrates esset maxima abundantia.

¶ Secundo infertur duplicem esse sterilitatem, aliam simpliciter, quæ opponitur abundantie non consuetæ, & consuetæ, itaque est priuatio omnis fertilitatis, quia est carentia frumenti penitus in regione vbi accidit. Qualis fuit illa sterilitas cuius mentionem facit liber Genes. c. 40. quæ fuit maxima, succedens fertilitati maximæ.

¶ Vnde Chananæi compulsi sunt Agyptum petere, vbi diuina prouidentia seruata sunt frumenta, vt inde fami quæ premebat finitimas omnes nationes subueniretur. Namque tunc deerant frumenta ad seminandum, quia semen satum non reddebat fructum.

¶ Alio vero est sterilitas secundum quid, quippe, & si sata frumenta reddunt fructum, at exiguum qui sanè non sufficit, ad alimenta præstanda oppidanis, & ad seminandum in alium annum venturum.

¶ Secundo est obseruandum quid casus fortuitus vocitetur, & finit eum lex. 1. tit. 33. part. 7. est casus, qui forte accidit, & præuideri non potest, vt subita domorum ruina, ignis qui incenditur, ex celesti videlicet coruscatione vel alias intellige subita nauigij fractura, in cursus lateronum fluminum subitus impetus, vel hostium incursiones. At est aduertendum, quod casus fortuitus, est duplex, alius qui non subest nostræ potestati, aut diligentie, vt sunt casus prædicti ex diuina prouidentia aut ex humana potentia contingentes. Sicut in censu fuit Sodomorum, subuersio mudi, per aquas diluuij, &c. Quamuis enim Deo videntia omnia nihil sit fortuitum, at vero collatione ad nostram prouidentiam, sunt fortuita multa valde quæ nostram profus effugiunt prouidentiam, vnde dominus

Sterilitas
duplex, &
simpliciter,
& secundum
quid.

Casus for-
tuitus.

Casus qui prouideri potuit non est proprie fortuitus.

flens super Hierosolymam dixit, si cognouisses & tu, &c. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Ceterum sunt aliqui alij casus fortuiti, quos fecit humana negligentia. Et dicuntur nihilo minus fortuiti, quia accidunt prae intentionem eius cui contingunt, ut qui negligens circa iumentum, credens satis esse seruatum, si in stabulo relinqueret interim non exaete obseruans portas domus suae, saepe dolet illius furtum fortuitum vel suorum, quod accidit ex sua negligentia. At hic casus non est proprie fortuitus, siquidem prouideri potuit, ut etiam incendium contingit saepe ex incuria humana, ut qui non data opera, vadens in locum palearum multarum lumine accenso, & forte excusis scintillam, lucerna quam gestabat super paleas & incensa est, ex parua scintilla tota domus.

¶ Verum quia ut dicebam, casus isti contingunt prae intentionem, ideo iurisperiti eos etiam uocant fortuitos ut in l. cum duobus §. Damna ff. pro socio. Et in l. si vendita ff. de peri. & commo. rei vendita.

¶ Et quod scias in istis casibus non sufficit simpliciter probare casum, ut locator eruatur a restituendi noxa, sed oportet probare sufficientem diligentiam adhibita esse, ne incendium rei locatae, aut furtum, &c. accideret, ut videlicet pastor cui mortuae sunt oues, vel furto sublatae, non sufficit ei probasse furto esse sublatae, aut occisas a lupo, nisi item probet, non sua culpa tale factum accidisse ut est text. in l. si quis domum §. Imperator ff. locati. Et ratio est, quia quod lupus irrueret in greges & si aliquando, non subeae potestati pastoris impedire aliquando subesse, aut subesse poterit. Siquidem poterit accidere, ex negligenti custodia, audaces fuisse lupos in gregem, ideoque in huiusmodi casibus, quos impedire potest humana industria, probandum relinquitur, quod conductor, vel qui locauit operas suas, ut pastor, vel alius quiuis, talis casus non fuerunt autores, vel positiuè, vel priuatiuè, tunc autem autores sunt priuatiuè, quando eorum negligentia casus accidit, in foro vero conscientiae, veritas exigitur sola ideo si culpa nulla praesens restitutio non est necessaria.

¶ In alijs autem casibus, qui humanam prudentiam, & potestatem fugiant, ut fuit euerfio gregum Iob incurfu hostili satis enim est, si constiterit, vel fulmine de caelo praecipitato, ut oues Iob, vel subito impetu fluminis, aut hostium, uolentia aut aliàs, rem perisise, vel ablatam fuisse. Quandoquidem simul atque hoc constiterit, nihil opus factum est, ut amplior petatur probatio, ut inculpatum se ostendat, vel conductor, vel pastor, vel quiuis alius. Unde quod Iacob in custodiendo grege Laban soceri sui, praestitit, videlicet quod capta a bestijs non ostendebat focero, sed ipse refarciebat ipse enim omne damnum reddebat. Et quidquid furto peribat ipse restituerebat Genes. 31. non erat de necessitate sui officij praestare. Siquidem non culpa Iacob, haec damna accidebant, sed ex fortuito casu. Namque ipse totis viribus seruauit suo focero Laban, & omnem praestitit diligentiam in pascendis, & seruandis ouibus Laban Genes. 30. Quod uero legimus de Dauide. 1 Reg. 17. qui ut seruaret innoxios greges sibi commissos leonem, & uersum inuadentes, & irruentes in gregem, ipse interfecit, non incumbit alijs pastoribus praestare. Siquidem non tantis pollent uiribus, quantis Dauid, si tamen tantis pollerent, ad idè teneretur, pro custodia suscepti gregis, at excusantur impotentia impotentes.

¶ Tam uero accipe aliquot conclusiones quarum est haec prima, si sterilitas accidat simpliciter, id est, quod semen iactum in terram nihil reddat, quia perit, tunc ex toto remittenda est pensio. Haec prompta est. Namque pensio dabatur pro usu fructu, pro quo fit locatio, igitur si nullus adest fructus, nulla debetur pensio.

¶ Secundo, haec prima conclusio est intelligenda, modo non reddere fructum, contingat, ex culpa conductoris, nempe, quia ipse noluit feminare, aut si seminauit, feminauit modicum, aut si seminauit sufficienter, non tamen coluit agrum sibi locatum necessaria cultura, sed deseruit cultum agri, ut puta quia crebrescentibus zizanijs, aut herbusculis alijs suffocantibus semen, noluit operam adhibere, eradican-

2. Conclusio

di

di zizania, ne semen suffocaretur. Prior autem conclusio item posterior patent ex l. 2. tit. 8. part. 5. quae sic habet. Quando fundi locati fructus, perduntur, vel non colliguntur ex conductoris culpa ueluti, quia male coluit ille, vel importunè coluit, exortè sunt spinæ, vel herbae, uade prouentus non fit, vel exiguus adest tenetur in solidum soluere pensionem locationis, perinde atque si sufficiens prouentus adfuisset. Ceterum si non est in culpa colonus, sed ex inconsueto casu fortuito, sicut ex illa uice fluminis, aut ex superfluis imbris, vel ex ignis incendio, vel ex incurfu hostium subito, vel ex nimia solis deustione, aut ex ventorum ingruentia, vel ex locustarum corrosionè, vel bruchorè, aut aliorum uermiculorum iniuria, vel alias laesa frumenta, non habere prouentum adeo, ut nullus extaret fructus, tunc sicut colonus perdit semen, & operas, ita & dominus debet succumbere damno, sibi accidenti per dendi pensionem sibi debitam.

¶ Ceterum si prouentus aliquis extat, quia pars fructuum superest conductori datur optio, uel ex illa portione fructuum deducere expensas quas fecit, in serendo semine, & in ipso semine, & quod superauerit, exhibere domino fundi, uel si hoc non arriserit colonus, soluet in integram pensionem.

¶ Ceterum haec lex non explicat casum, qui contingere poterit, quid si solum semen iactum, reddat semen, ut si facta sint decem mensurae, quas Hispana uox uocat hanegas solum etiam prouenerunt totidem, & non amplius, tunc enim nihil uidetur profectus, & colonus nihil amplius habet, quam habebat: imo minus, quia priusquam seminaret, erat sibi sentiens, sine impedio culturae, in serendo, & colligendo, & haec duo damna, sibi per se accidunt, & non habet unde ea reparaet, quia solum adest semen, & supereminus istud in culpa accidisse colonus. At optio quae ex lege datur colonus, uideatur, quod non habeat locum in praesenti casu. Namque si donat optio colonus, si exiguus fuerit prouentus: at uero in casu prenotato nullus est prouentus, quia semen solum adest, & nihil superest, quod multiplicari, unde lex haec uidetur solum habere locum, quando vi-

tra semen prouentus adest, non tamen in casu prenotato, unde uidetur, quod in eo casu colonus, non tenebitur ad pensionem, quippe nullus adest ex semine prouentus.

¶ Tertia conclusio, si prouentus, parum deficiat a consueta fertilitate uidelicet, si fertilitas consueta est, ut ex semine proueniat decuplum, & non prouenit, nisi octuplum, uel septuplum, tunc nulla est faciendae remissio, vel non tenetur dominus fundi, ad remittendam partem pensionis, iuxta rationem defectus, a consueta fertilitate, & procedit conclusio, quando defectus hic a consueta fertilitate, non sit imputandus colonus, ut ex praedictis perspicuum est. Et probatur conclusio, quia modici defectus non habetur ratio in contractibus. Rursum, quia colonus optime scit aut scire debet, quod non semper prouentus adest, in indistincti sed paulo plus minus uel, fit ex semine prouentus. Siquidem celi dispositio, & astrorum aspectus, variant seminum prouentum, etiam inuariata culturae industriae, & diligentia, ideoque si conductor fundi sub ea lege (& si non exprimitur) condicit. Praeterea, quia si ad tricenarium conduxerit, ut fere sunt huiusmodi conditiones, si uno anno defectus angit, sequenti fertilitas delectat, & per consequens succedens fertilitas sterilitatem priorum. Aut fertilitas prioris anni, reperit sterilitatem posteriores, ut quondam apud Aegyptios Genes. 42. accidit, septem enim annis summa fertilitatis, & imperarunt maximam sterilitatem septem annorum sequentium. Adde quia accidit saepe quod mensura una melius ualeat conductori sub sterilitate quam duae sub consueta fertilitate.

3. Conclusio

¶ Unde infertur, quod si ad multum tempus, ut ad decennium uel amplius fiat locatio conductor tenetur pensionem in integrum soluere, neque obicere sterilitatem poterit propter causam commemoratam. Quando uidelicet, sterilitas paululum deficiens est a consueta fertilitate. Quod si quaesieris & quid si sit plurimum deficiens a consueta fertilitate, ut uidelicet, si consueta fertilitas, erat indecuplo sterilitas sit in subdecuplo, & minus. Quippe, si colligebantur ex uno decem, colliguntur, solum, aut 4.

¶ Sit

4. Concluf. ¶ Sit quarta conclusio, quando locatio est ad magnum tempus, vt ad decenniu, vel vicennium, aut ad tricennium, &c. si pensio imposita, sit modica, non est remittenda pensio, etiam vrgente maxima sterilitate. Hæc patet, quia tunc talis locatio est instar eumphyteosis, & ideo subibit legem eumphyteoticam vt supra dicebamus, & habetur. l. 1. c. de iure eumphyte.

5. Concluf. ¶ Quinta conclusio, si vero huiusmodi locatio, ad longum tempus fiat, sub ea pensioe tamen, qua solent fieri locationes aliae, quæ ad modicum tempus celebrantur, id temporis remittenda est pensio, iuxta rationem sterilitatis, vt si sterilitas sit simpliciter, pro fus tollatur pensio anni sterilis. Si autem secundum quid item & pensio iuxta rationem illam relaxetur, vt pro tertia parte fructuum non præueniente tertia pars pensiois, pro medietate medietas. Aut seruetur quod de prædicto memorata sancit, quod datur optio colono, vt est prædictum.

¶ Huiusmodi conclusio ratio est, quia huiusmodi locatio, etiam si sit ad magnum tempus, nihilominus seruatur rationem locationis eumphyteoticæ, ideo sequitur conditionem eumphyteoticam. Quæ iam prænotata est, videlicet si sterilitas prænotata est, & sterilitas non sit imputanda colono, sed sit imputanda locanti, quod tunc iuxta rationem sterilitatis detrahatur a pensioe. Nisi tamen aliud ex nouo pacto, esset decreendum, vt iam patuit.

¶ Porro autem obijciat forsan miles, in hunc modum, si vbertas fructuum non consistat in fructibus illa colonus, & nihil tenetur fundi impartire domino, igitur, quod si sterilitas, damna sunt impartiri in domino fundi. Si quidem qui sentit commodam, & damnum sentire iustum est. Et contra, quod eodem modo non sentitur vbertas, cur damnum patitur sterilitas. In gratiam huius scito, vbertas, quando est ex valore, maiori fructuum. Puta si tempore eorum quædam sunt, valent frumenta parum, in fine anni enecuntur in pretio. Et huiusmodi vbertas, ex valore, non est ex parte vbertas frumentorum, sed pretij, vel damnum est vbertas, id est, autem

vbertas, erit coloni solum, & non domini fundi, quia si accideret etiam quod minoris valeret frumenta damnum erat coloni & non domini fundi liquidum est. Alias si lucra & damna essent impariendi, societatis, & non locationis effectus contractus.

¶ Aut etiam vbertas, secundo potest contingere propter eximiam, diligentiam coloni, in prosicindendo, & stercurando opportunitissime agro, & expurgando illum, ab spinis, & ab alijs herbis nocivis. Itemq; hæc vbertas tribuenda est colono, & nihil eius est impartiendum domino fundi sicut & contra. Si ex inertia coloni ager sterileceret, & deficeret a consuetâ vbertate, & si multum deficeret, damnum hoc, non est imputandum domino, sed colono: vnde vt sæpe diximus.

¶ Aut tertio vbertas potest contingere ex qualitate focunda terre, quæ tempore reductionis, quia ignorata à locatore, ideo minoris eam locauit quam locasset si explorata esset. Et hæc item fertilitas coloni est tribuenda tota, sicut etiam si conduxisset terram, quæ credebatur focunda, at explorata docente, est sterilis ex vicio suo, vel quia petrosa est, aut quia salebrosa, aut aquosa valde, aut alia. Et id temporis sterilitas, imputanda est colono, neq; ob eam causam relaxanda est pensio pro sterilitatis ratione. Quippe ipse sibi imputet, quod ante quam conducere, non explorata habuerit terram, quam conducebat.

¶ Quarto est vbertas ex casu fortuito, videlicet locanti sibi molendinum, quod tempore locationis, locabatur, eumque noster pro se molendinis farina, at vero accidit, quod alia molendina vicina corruerunt, vel de seruitute fluminis impetus, at mensura molendinum, ex possessione, vel alias suis in colone mansit, & ideo molendinarius, habet plurimum iurum, ex hoc casu fortuito, quare, tunc augenda erit pensio. Et ista in consuetâ abundantia, non solum erat proficua molendinario, sed etiam & domino, pro rata parte, n qui locans ad hoc se referat, non Panorm. diffinit eodem prædicto super. c. propter defectum molendinarii. ¶ Ceterum non videtur rem absolutam, neq; dubium motum diluere. Quando quidem

Quando vbertas est ex qualitate focunda terre, quæ tempore reductionis, quia ignorata à locatore, ideo minoris eam locauit quam locasset si explorata esset.

Differitur Panormita.

quidem de vbertate agrorum modo differimus, non de molendini vbertate, quæ proprie non est vbertas. ¶ At vero videtur etiam rationabile, quod sicut si accidit sterilitas, valde deficiens ab vbertate consuetâ, quod remittenda sit pensio, pro ratione sterilitatis, ita quoque si abundantia proueniat in consuetâ, ex casu fortuito, quod item sit partienda domino, pro ratione tamen eius. Neq; tamen, id temporis est societatis contractus, quippe societas, communio est lucri, & damni, in consuetis, & in inconsuetis.

¶ Et rursus, quia quod in tertio casu tradit, non videtur omnino perspicuum. Quando quidem, rei excellentia quæ venditur, si ignoretur, & ideo vilius vendatur, quam esset iustum pretium in foro conscientie, pretium est supplendum, aut contractus solendus, nisi venditor excessum donet emptori.

¶ Item si quis emit viciosam rem, putans probabiliter, non esse viciosam, sed in te gram, emptio non est absoluta. Imo venditor tenetur fraudem compertam, diluere, igitur similiter in proposito, quando quidem locatio est quædam venditio fructus, vt conductio emptio.

Differitur turicosal.

¶ Non tamen me latet, istud esse placitum iuriconsultorum, quod arrisit Panorm. vt traditur in l. licet. c. de locato. ideoque tradunt quod sterilitas fundi propter pessimum terriorium, non relaxat pensionem, quia imputet hanc sterilitatem conductor suæ facultati, quippe qui exploratum non habuit, quod ipse conducebat.

Contractus locationis vt vicium.

¶ Porro autem vt hoc primum expediamus scito, quod in hac re vtendum est distinctione hac, vel is qui locat territorium, nouit defectum sui territorij, occultum alijs & sibi notum. Qui alioqui non est facilis exploratur aut defectus vel vicium, est promptum cui libet, vel facile scitu.

¶ Et rursus vel locans, sciens defectum, habita ratione defectus, minuit pensionem, vel non minuit, sed perinde locat, atq; si bonum esset & non viciosum. Et tertio distingue, quando minuitur pretium propter vicium notum locanti, & occultum conductori, aut enim probabile est locatori, quod propter diminutionem pretij conductor ratam habebit com

ductionem, aut non est istud probabile, sed contrarium.

¶ Illis præmissis, dicito quod si vicium rei quæ locatur est manifestum locanti, & non est facile scitu conductori & pretium nihilominus non minuitur, locatio est viciosa & vel soluenda, aut relaxanda est pensio. Hæc prompta est, quia dolus, & fraus nulli patrocinatur, at hæc locatio est dolosa, igitur doloseus est de tergendus. Et. 2. quia idem dicebamus faciendum in lib. 2. de contractu venditionis diferentes.

¶ Si vero, propter vicium diminitur de pretio, & probabile est, quod conductor ratum habebit, tunc sane, locatio firma est.

¶ Et secundum eos, qui credunt satis esse diminuere de pretio, item locatio esse probanda vt supra lib. 2. dictum est de venditionis contractu.

¶ Si vero vicium est facile scitu, verbi gratia, quod territorium est infecundum aut quod expositum periculis latronum, aut hostium, &c. id quod facile est iudicatu, qui locauerit huiusmodi non habet ius exigendi pensionis remissionem. Si quidem sibi imputet, quod huiusmodi vicia, vel quæuis alia, quæ scire promptum ei esset, si voluisset aduertere, noluit tamen aduertere. Et sub ratione hæc prædictata. l. intelligendam esse puto. Namq; fatuitas est conducere viciosa, quorum viciu promptum erat volenti videre.

¶ Vt autem ad tertium casum regrediamur, dixerim, quod si vbertas accidat in consuetâ ex casu fortuito, siue in consuetâ, si accidat vel ante sterilitatē, vel proxime eam sequatur tunc sterilitatis damnus, non esse communicandum locatori, sed conductori solus illud patietur. Et hoc ideo, quia vbertas præcedens vel sequens, damnus recompenfat huiusmodi vt traditur in c. propter sæpe indicato. Et ideo argumentum diluitur propositum contra tertium casum, siquidem damnus, & commodum solus conductor sustinebit. Idem traditur. l. 2. tit. 8. part. 5. vbi traditur, quod conductor fundi in duobus casibus tenetur damnus fructuum accidentium ex casu fortuito, & non ex culpa sua. Primo ex interueniente pacto sustinendi in se ipso periculum accidens fructibus, ex quo vis

Locatio de loca soluenda.

Quando conductor recipit in territorio damnus item & totum comodum sentire debet.

casu

Dupliciter
cōductor re
nef sustine
re periculū
rei à se con
ductæ.

casu siue consueto, siue inconsueto secu
do, quando vbertas anni precedentis,
vel anni sequentis sterilitatem, fat est, ad
soluendum pensionem, vtriusq; anni, &
sterilis & fertilis, tunc enim locator susti
nere sterilitatis damnū. Et istud est ob
seruandum, quando vbertas, accidit sub
tempore locationis, itemque sterilitas.
Quapropter, in annua locatione, non ha
bet locum, vt vides, sed quando locatio
ad longius tempus porogatur.

¶ At vero quod subditur est consideran
dum subduantur enim quæ mox subijcie
mus, videlicet.

¶ Itidem si conductor aliquis habet fun
dum aliquem locatum, & ex nulla indu
stria sua, accideret, vt huiusmodi fundus,
duplum redderet solito. Et hæc duplici
tas fructuum, fortè accideret, & nõ ex ar
te, vel industria conductoris, sed solum
esset abundantia extraordinaria, tenebi
tur conductor hic, ad soluendum anno
illo duplam pensionem. Hispanè, *Dobla
da la renta que solia*. Nam sicut ius consti
tuit, vt non soluat pensionem, solitam cõ
ductor, quando ex casu fortuito, perdun
tur fructus, itidem si ex casu fortuito, du
plantur, tenebitur eadem ratione duplū
ad solitam pensionem soluere. Et quidē
lex hæc videtur aduersaria esse prædicto
rum, verum tamen, vt tollatur ambigui
tas, est præmittendum quid ego velim
per inconsuetam abundantiam. Et qui
dem in consueta abundantia est primo,
quando exceditur consueta vbertas, vt
si semen solebat reddere decem, si reddit
modo vndecim aut duodecim, &c. incõ
suetæ est abundantia.

¶ At vero si reddit. 20. est maximè incõ
suetæ, & de huiusmodi, præfata dudum
lex loquitur. Et quidem satis rationi est
consentaneum. Nam si molendinum, si
ex casu fortuito, valde auget lucrum soll
tum, est communicandum lucrū commo
dum domino molendini, cur non itidē
in fructibus agrorum, idem erit decer
nendum, quod si quæseris, quid ergo si
locatus est ager ad biennium, & anno. 1.
fuit sterilitas maxima, ad subduplum cõ
sueti fructus, & sequenti anno, vbertas ad
duplum cõsuetæ fertilitatis? Dices quod
tunc satis est si conductor pensionem ex
integrò soluat. Neque lex loquitur in
hoc casu, sed quoad abundandum?

¶ Porro notandum duxi, ad exactio
nem intellectum assequendum: ho
rum. Quod huiusmodi lex vera est, quã
do conductor ex pacto, intercedente,
non suscepit in se totum periculum fru
ctuum ex quouis casu fortuito. Tunc
enim verum est, quod quia locator de
bet sustinere partem damni, si acciderit,
quod item fruatur parte vbertatis cõtin
gente. Carterum, si conductor ex pacto
interiecto se obligauit, ad ferendum to
tum damnū fructuum, vtique: si accide
rit vbertas maxima videlicet dupla
quam ad solitam non esset tunc iustum,
vt portionem aliquam sibi detrahat lo
cator huius vbertatis, imo quia totum
onus in se suscipit conductor damni, ite
dem, vt abundantia tota fruatur iustum
est.

¶ Vnde si abundantia est solita, & quæ
sperabatur tempore initi contractus vt
alias ex hac abundantia, non tenetur
quicquam impartire, conductor locato
ri vt sepè dictum est, si quidem hanc abũ
dantiam ipse conduxit & pro hac fruenda,
se obligat ad quandam pensionem
soluendam. Carterum si sterilitas parum
ab hac defecerit subibit ipse conductor
solus damnū, quia modicum pro nihilo
computatur, vt supra docebamus, si
vero multum defecerit, relaxabit pen
sionem locator pro rata sterilitatis, item
que si multum excreuerit abundantia,
huius non erit a symbolus locator vt præ
dixi, te docebunt, istis tamen adde,
quod iam scripturæ contractus locatio
nis sunt cum obligatione, conductoris
suscipiendi omne periculum in quocum
que euentu opinato, vt pluuiæ grandis
nis, & inopinato, vt ignis, vel alias, verū
quæ diximus, edisserunt naturam con
tractus locationis, quæ videlicet, sibi cõ
gruunt ex natura sua. Nam quæ ex nouis
pactis conueniunt, sunt per accidens, &
hæc possunt esse innumera, ideo nõ per
tinent ad artem.

¶ Sexta conclusio, in locationibus alijs,
quæ non sunt agrorum, quales sunt lo
cationes domorum, vel iumentorum &
id genus si stat per locatorem, quo mi
nus conductor, non vtatur re sibi loca
ta, & ideo stat per locatorem, non ex al
quo extrinseco impedimento, sed ex im
raci voluntate locantis, quem temere pe
nitet

Nã cõsuetã
vel quasi se
quitur ma
ximã nõ cõ
suetã.

Si cõductor
totum subit
periculū, to
ta solus abũ
dantia frue
tur.

Ars contra
ctũ in pri
mis debet
considerare
quæ sunt
per se, non
quæ per ac
cidens.

6. Conclusio

aitet locasse, tunc locator tenetur ad in
teresse, si quod acciderit conductori. l. si
fundo. C. loca. vt si cõduxit equum mihi
necessarium ad iter faciendum, vnde
eram consecutus certum lucrum, vel
euitaturus damnū, huiusmodi tenetur
locator, quem sponte penituit locasse re
sarcire. Namque qui causam damni dat,
damnū dedisse videtur. Et qui est au
tor damni, idem resarcire sibi incumbit.

7. Conclusio

¶ Septima conclusio, si vero non stetit
per ipsum locatorem, sed ab extrinseco
impeditus est, siue iustè, ex culpa sua, si
ue iniustè, citra culpam suam, tunc ad ni
hil tenetur, si quidem per ipsum non ste
tit, vnde si locauit Petrus equum, & fi
sus equum impedit, aut fuit furatus, aut
aufugit, non tenebitur de damno sequē
ti conductorem, quia per locatorem nõ
stetit.

De locatio
ne rerum.

¶ Si vero domum iam locauerat, & fi
sus ob culpam locatoris, eam recipit in
suam, aut iudiciaria potestate, ea disipa
tur, vt accidit cuidam domui Pincię, vbi
quidam hæretici ceremonias hæreticas
meditabantur, tunc conductor soluet
pro rata habitationem, & locator ad ni
hil tenebitur. l. si quis domum, in fine, &
l. lex cõducto. §. 1. & l. sed ad des. §. si quis.
ff. locati. Et idem diximus, quando ex
pellendus est inquilinus ex superuenien
te necessitate. Si quidem tunc, inquilinus
pro rata soluet locatorem pensionem. l.
Qui insulam, in principio. Et. l. si fundus.
ff. eodem.

8. Conclusio

¶ Octaua conclusio, quando quispiam
alteri locat operas suas, siue ad agricultu
ram, siue ad domus ædificium, vel ad
transcribendum librum, vel ad alia hoc
genus, si per conductorem stat, quo mi
nus locator suarum operarum, vel agrū
colat, vel domum ædificet, &c. tunc con
ductor tenetur ad totam mercedem ex
qua conduxit operarum, ad opus suum
illi exhibendum. l. colonus. §. nauem. ff.
loca.

Locatio o
perarum.

¶ Non a si vero non stat per locatorem,
quo minus conductor vtatur opera eius
locator tenebitur ad interesse quod in
currerit conductor.

10. Conclusio

¶ Decima conclusio, si vero non stat per
locatorem, si quidem ipse paratus erat
quas locauerat operas præstare, sed im
peditus est aliunde, vel ex culpa, vel sine

culpa tunc, si se locauit ad hebdomadam
& solum impendit operas media hebdo
mada, id temporis conductor solum te
nebitur ad pensionem pro temporis ra
ta, verbi gratia, si morbo correptus, aut
carceri inclusus, vel alias fuit ab opere ce
pto impeditus.

11. Conclusio

¶ Vndecima conclusio, si quis locauit
operas suas, & per ipsum non stetit, quo
minus eas impendat, sed causa, quod nõ
soluat est ex parte conductoris, siue con
ductoris sit voluntas, siue casus sit for
tuitus, & inculpatus vt eumq; accidat, cõ
ductor tenebitur conferre debitam mer
cedem ex qua se locauit, qui se illi loca
uit. l. sed eades. §. cum quidam.

¶ Siluester tamè limitat hanc conclusio
nem, verbo locatio. q. 2. quãdo locator
verisimiliter, inuenisset mercedem si se
non locasset primo conductori prædi
cto. Et hanc limitationem ego iudico ra
tioni consentaneam in foroque conscien
tiæ esse obseruandam. Si quidem si alias
non erat conducendus, neq; mercedem
laboris habiturus conductor, qui impe
ditur ne vtatur illius opera, non videtur
quod faciat illi iniuriam. Carterū Conra
dus, diuersum existimat, videlicet, quod
tunc tenetur ad mercedem soluendam
locatori, vnde ait, lib. de contract. quæst.
87. non longe à fine. Si autem per con
ductorem stat, puta quia non vult scri
bæ, quem conduxit ad transcribendam
dare librum transcribendum, aut domi
catori aperire aream in qua ædificaret,
domicator conductus, & hoc vel ex
pura voluntate, aut quia impeditur pu
ta, quia liber ille transcribendus ex cul
pa conductoris est applicatus fisco, aut
quia ei substractus, vel mures corrose
runt, & tunc nihilominus conductor te
netur ad totam mercedem. Et indicat
tit. de locato. l. si vno. §. item cum quidã
& l. sed ad des. §. cum quidam. Et. l. Qui
operas, & l. colonus. §. nauem, sed quid
quid sit de iure ciuili, in foro conscien
tiæ subscribendum censeo Syluestro.
Etsi doctor Nauarrus in suo Manuali.
cap. 17. num. 190. tradat hanc limitatio
nem Syluestri, non extare in iure. At vero
propterea ego dicebam, vt ipse, quod
in foro conscientie obseruanda sit hu
iusmodi limitatio, quidquid sit de iure
ciuili istud tamen intellectum volumus;
modo

Cõsuetã abũ
dantia frugũ
multifariam
accidere po
teit.

modo is qui locavit operas suas, vt eas impenderet, expensas non fecerit, quia tunc etiam in foro conscientie, conductor, etiam si ex casu fortuito impediatur, quominus impedatur opera teneatur nihilominus ad expensas soluendas & preparamenta, vt si conduxit domificatorem, vt meam fabricaret domum, sub certo tamen pretio. Et interim domificator emit calcem, & arenam & faber lignarius qui conductus etiam est, emit ligna, quia hoc supponimus fuisse pactum quod uterque non solum operas, sed & materialia necessaria impenderet. Tunc sane conductor, quomodocumque ab opere desistat, tenetur ad expensas conductor, vt traditur in l. Pecuniam in princ. ff. de conditio. ob causam, de eo qui se preparauerat ire ad locum, & fuit impeditus tempestate, vnde si conduxo aliquem, vt concedat regis curiam, vt mea ibidem gerat negocia, & hic vt hoc faciat, necessaria preparamenta emit, non empturus alias si non esset conductus, conductor tunc etiam si casu fortuito fuerit impeditus, ne mitteret, ad huiusmodi alioqui tenetur soluendas expensas.

¶ Locator vero impeditus ex casu fortuito, ne operas impendat, quas locauerat, non tenetur conductori ad interesse, sed solum conductori tenebitur ad pensionem remittendam, pro temporis ratione, quo fuit impeditus l. si vno. §. item cum quidam. ff. loca. & in l. si hi. C. locati. Et in l. aduocationes. C. de condi. ob causam. vt predicta etiam docuerunt.

¶ Duodecima conclusio, si faber lignarius, aut domificator, &c. locauerunt ad operas suas, sub pretio quodam, minori quam esset iustum locationis pretium, & hoc quia latebat eos quod tantum operas esset infumendum, in edificio, vt postmodum re ipsa compertum est, tenebitur conductor, ad supplendum iusti pretij. Hæc conclusio primum est declaranda exemplo proposito: Est qui conduxit domificatorem, domificandæ domui suæ, eo pacto, vt domificator se obligaret ad construendam domum biennio sub pretio, verbi gratia, ducentorum ducato-

rum, pro fabrica domus quod Hispanè dicitur, a delta jo. At vero non ex casu fortuito videlicet, quia tempestate calesces, inter ædificandam ingruebant, vnde erat necesse demorari ceptum opus neque ex vicio soli, quia videlicet, dum foderentur fundamenta repente se obtulit vena aquæ, cui exiccanda multum impensum est operæ, neque quia conductor, quædam alia adiecit ædificanda, quæ sub pacto priore non continebantur sed istis omnibus subductis, ipsum ædificium exigebat maiorem moram temporis, quam prius putabatur, quando conuentum est, inter dominum conductentem, & architectum, vnde maior mora ædificij resultans, & labor maius iam exigunt pretium & de huiusmodi casu proponitur conclusio. 12. Et videtur congruens conclusio veritate. Siquidem conductor est emptor & locator operarum suarum, est sicut venditor vt supra dictum est. At vero qui emit vilius multo, quam sit iustum pretium, tenetur refundere venditori, quod suppleturum est ipsum iustum pretium igitur conductor, qui est tanquam emptor operarum tenebitur vt præfata docet conclusio, vnde etiam infertur quod si is qui locavit operas suas, ad domificandum vel alias, ex certo pretio maiori quam esset iustum pretium, quod item tenebitur conductori restituere excrementiam à iusto pretio propter similem rationem siquidem ipse est tanquam venditor, & qui vendit plus notabiliter, quam sit iustum pretium, tenetur emptori excrementiam hanc restituere. Dicebam, autem modo non sit mora ex casu fortuito, etenim fieri poterit, quod ex ingruentibus pluuijs, aut ex terræ motu, vel alijs remoretur diutius tempus ædificij. Tunc enim diuturnitas hæc non reputabitur conductori sed potius locatori, qui istis dispositionibus fortuitis tacite se subiecit, quando aliud non expressit, cum locavit operas suas, sicut etiam contra si accideret vt ex optima dispositione temporis, scilicet, quia magna adest serenitas sub hiberno tempore, cui inconsecta est alioqui serenitas, vnde de opus ceptum iuuante temporis clementia fuit celerius consummatum quam credebatur. Tunc sane præ-

pretium conuentum pro spacio biennij, si prius fuit operis consummatio ex casu fortuito, non tenetur detrudere pro rata, propter celerem consummationem. Hæc namque celeritas, accidit operi, quia aliunde contigit & non ex opere ipso. Ergo similiter si ex accidente causa sit retardatio operis hoc sibi computabit locator, qui locavit operas suas, & non conductori. Quia contrariorum eadem est disciplina.

¶ Rursus aiebam dudum, modo non sit mora maior ex ipso resultans opere, vel ex ipso solo, cui est imponendum ædificium. Quoniam si ex solo accideret, quod domificator, retardaret opus amplius quam esset conuentum, non esset imputandum locatori, sed conductori, qui est dominus rei, ideoque vicia rei ipsi sunt ascribenda, vnde maior quam conuenta est mora, est nouo pretio soluenda, vt est exemplum, si fodiens domus fundamentum, is qui se locavit ad domificandum, forte incidit in venam aquarum, quæ non poterat ex sua arte ei constare, sibi latere, & tamen, quia fundamentum domus, non potest imponi aquis, aut humentibus locis, ideo opus est exhaurire repetas aquas & venam obturare, & quia hæc vt præstentur egent diutiori mora, huiusmodi mora morosa ascribitur domino ipsius soli, quia huiusmodi non subauditur in pacto.

¶ Cæterum & si conclusio commemorata, videatur satis congruens rationi vere, non omnes eam sapiunt, neque illi subscribunt, sunt enim, quibus confesum est, non esse veram conclusionem, credunt enim, quod si vel faber lignarius vel architectus se locauerit, pro. 100. aureis, præstaturus suas operas, ad annum vel biennium, & postmodum, diutius remoratum est opus, nulla culpa ipsorum, vel casu fortuito, sed quia fabrica domus, maiorem moram posebat, vnde digna erat maior pretio, verbi gratia centum, & quinquaginta nihilominus conductor non tenetur secundum hos quin quaginta superaddere, imo locator tenetur suam opus pro conuenito pretio præstare. Quippe tunc vitium est operis, secundo dicunt quod si huiusmodi remoratio, accidat ex terremoto-

Placitū Anton. in tum ma part. 3. v. 8. c. 4. §. de architectis & loca. Baptista in summa verbo locatio.

tu contingenti, vel tempestate irruente, vel alias ex casu aliquo alio fortuito, quod tunc si maiores traxerit moras locator, quam conuentum fuisse, ascribendum erit domino conductori, non tamen locatori.

¶ Itemque si prolixitas maior moræ acciderit vicio ipsius soli, vt supra exposuimus.

¶ Conradus autem, in hac sententiam indicat Antoninum, & Baptistam, & illis repugnat, diuersum sentiens, credit enim, quod si locator comperit se nihil lucratum fuisse, plus quam opus requirebat, teneri ad restituendum conductori, item si conductori constiterit, quod pro minori pretio conduxit, quam erat iustum, teneri ad supplendum defectum, ex ratione commemorata. Quoniam emptio & venditio, vt sint iusti contractus, iusti sunt celebranda pretio, verum locatio operarum, est vt quædam venditio vt conductio emptio quædam vt prior sermo satis exposuit.

¶ Porro autem Anton. & Baptista susfragari videtur lex regni Hispanie lib. 5. recop. tit. 1. l. 3. Quæ Hispanè sic habet. Por que los oficiales, de canteria, y de aluateria, y carpinteria, y otros oficiales, toman obras de concejos, y otras personas a fazer y despues de hechos los contratos, o rematadas en ellos las obras allegan en gaño, en mas de la mitad del iusto precio seyendo expertos en sus officios, de que resulta agranio, a los que hazen las obras, y dilacion. Por ende mandamos que de aqui adelante los tales oficiales, non puedan alegar aner sido engañados en las obras de su arte, que toman a desajo en almoneda, ni sobre ello sean oydos.

¶ Vnde summa legis huius hæc est, quod latomi, vel carpentarij, vel domificatores postquam conuenerint, de pretio operarum suarum, & si asserant se esse deceptos ultra dimidium iusti pretij, non admittatur ad iudicium causa hæc, siquidem cum sint experti in sua arte, credendum est ipsos non fuisse deceptos, vnusquisque enim scit, quæ suæ artis sunt, vnde non est cur præsumatur artifices in huiusmodi fuisse deceptos, sed potius decepisse.

¶ Quocirca secundum hanc legem, non videtur conductor teneri ad supplendum defectum pretij, etiam si constiterit locatorem defraudatum fuisse in sui laboris pretio.

differtur
lex regal.

¶ Caterum lex hæc non admodum clare loquitur, siquidem solum loquitur, quando sub auctione, locatio fit in artifice, unde diceret aliquis, quid si locatio non est celebrata sub auctione? ut sepe fit? Et rursus, quia videtur quod solum loquatur, quando is movetur, antequam opus consummetur, ait enim ne sit dilatio, subauditur enim, ne sit dilatio ad elaborandum opus. Quid ergo si consummato opere, constat esse dignius maiori pretio, nonne conductor tenebitur sufficere, quod deest? Ad hæc donemus sub auctione, celebratam esse conductionem, nunquid auctio, poterit auferre iustum pretium? Diximus enim in 2. libro, quod qui sub auctione rem emit, aut vendit, vel ultra dimidium, vel citra dimidium iusti pretij iniustam esse venditionem & emptionem, & supplendam aut solvendam esse etiam secundum ius civile, ergo itidem erit de conductione sub ipsa auctione, vel subhastatione, si deceptio constet ultra dimidium, &c. solvenda erit deceptio.

¶ Accedit eodem, contractus iustitia exigit æqualitatem, igitur si in æqualitas constet, constabit itidem iniustitia, porro si conductor ait, se esse defraudatum in pretio operis, à locatore ultra dimidium iusti pretij, lex, non refragatur eidem, quia solum loquitur de locatore, igitur si locator asserit se esse deceptum in eodem, cur refragatur illi lex, excludens causam eius? Dices, quia lex præsumit, non esse deceptum artificem in rebus, quæ suam artem spectant, bene quidem, & faciamus, quod non solum est possibile, sed facile contingens, fuisse deceptum locatorem, cur igitur non subveniet lex huius causæ admittens locatorem, ut deceptionem probet? Præterea, quia & si in locatione operarum pro ædificijs, angustis, non facilis sit deceptio, credenda, at in ædificatione amplissimorum ædificio-

rum, sepe contingit, etiam peritissimis in pretio suorum operarum deceptio. Quippe in huiusmodi ædificationibus, vel operibus multa sunt observanda, & in observatione multorum, promptior est fallentia quam in observatione paucorum.

¶ Adde, quia lex hæc non loquitur, quid si casus contingant fortuiti? quid si ex vicio ipsius soli, accidat inopinata difficultas in opere?

¶ Dixerim igitur. 1. quod lex hæc, solum tradit, esse repellendum locatorem allegantem fuisse deceptum, & solum meminit, quando facta est, conductio in ipsa subhastatione. Quoniam tunc concurrentibus artificibus multis, & unoquoque licitante, pro suo arbitrio, ipse qui minoris vendit operas suas, quam ceteri, sibi imputabit si deceptus est, & lex iuste huic non suffragatur, unde ut videtur, alia est ratio artificis, qui se locavit sine auctione, Hispanæ, sin andar la obra en almoneda. Siquidem de huiusmodi lex nihil exprimit. Et de huiusmodi videtur rationabile, quod saltem in foro conscientie, si plus iusto receperit, quod refundat & si minus iusto, pro labore receperit, quod illi refundatur, tu subaudi, quando notabilis est defectus, in pretio, vel excessus, siquidem huiusmodi precia non sunt constituta in indiuisibili, quia taxata non sunt à lege, vel à consuetudine quando non ex diurno, sed ex diurno opere fit conuentio Hispanæ a destajo.

¶ Secundo dixerim, quod lex prædicta procedit ex præsumptione, quæ in plurimum vera est, at vero fallere potest, ideoque si evidenter constaret fuisse fallacem aliquando, & quod locator fuit deceptus ultra dimidium iusti pretij, & quod locator, non se minoris iusto locavit scienter, ut alteri artificinoxius esset, aut ad odium eius, ut sepe contingit, sed ignoranter, quod tunc non esset repellendus à iudicio. Porro, istud tunc solum habebit locum, consummato iam opere, tunc enim exacte poterit constare si fuit deceptus locator citra dimidium iusti

si pretij, ut si ædificationis opera, vrbigratia, valebat decem ipse vendidit pro. 4. Nam ante operis consummationem, non poterit istud evidenter constare, sed consummato opere ad oculum patere potest, constitutis arbitris vtrinque ex parte conductoris, & locatoris, & sub iureiurando constitutis, ut veritatem deponant. Et ut aiebam lex prædicta videtur sermonem habere, an tequam opus veniat ad suam periodum.

¶ In foro autem conscientie, quid quid sit de lege hæc, in casu proposito arbitror, teneri conductorem, ad supplendum defectum pretij, ut & conductor, ad detrahendam excrementiam supra iustum pretium. Neque leges civiles, quando procedunt ex præsumptione, ligant in foro conscientie semper, siquidem si præsumptio est falsa, quomodo ligabit?

Lex que ex
presumptio
ne procedit
quado falsa
est præsumptio
no
ligat.

Casus fortuitus si accidat opera locata cui sit proficuum cuius dam noxios.

¶ Dixerim. 3. quod si casus accidat fortuitus, tunc nisi contrarium stabilitur ex conventionione, non imputabitur conductori, sed locatori, ut supra dicebamus. Et exemplo poterit evidentiùs clarescere, conduxi nauclerum, qui deferret meas merces, in Flandriam, sub certo. 4. mensium spacio. Accidit autem, quod qui conductus erat ad quadrimestrem navigationem, ex cœli clementia adiutrice navigationem in trimestri, perfecit, utique hic nihil tenetur evomere ex pretio navigationis recepto, vel recipiendo. Quippe ut accidit cœli clementia tranquillitatem mari donans, ita poterat accidere, cœli inclementia mare perturbans, & navigationem ad semestre prorogans, ut igitur in casu hoc ad nihil tenebitur amplius erogandum conductor, ita in casu priori locator, ad nihil evomendum pretij tenebitur, ut sit æqualitas in contractu ex parte contrahentium.

13. Concl.

¶ Decimatertia conclusio, quilibet, qui rem suam alteri locat, scire debet, qualis est quam locat, & advertere defectum rei locatæ. Nam si defectum occultat, noxam succedentem conductor si tenebitur refarcire. Hæc conclusio

est patens sicut enim diximus in venditione, venditorem teneri manifestare defectus rei, quam vendit, ita & in locatione, cum locatio sit iustar venditionis ut sepe dictum est.

¶ Unde si est mihi equus furiosus, & præcipitans fessor, em si hunc locaero, nisi patefecero, malum ingenium equi, si conductor præcipitetur, huiusmodi teneor noxam refarcire, si morbo inde corripitur, aut vltimum efflauerit spiritum. Nam qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. Inde sequitur, quod si locavi vinaria vasa condendis vinis, vel olearia condendis oleis, & va sa illa erant perforata, aut pessimum reddunt vinum, aut illud acidum reddunt, aut vertunt in acetum ex mala qualitate ipsorum, nisi huiusmodi vasorum vicia expressero, quia decepi, in re gravi conductorem, quippe qui non conducere intendebat mala, sed bona vasa servandis liquoribus suis locator peccat mortaliter, & restituere damna tenetur. Inde item sequitur, quod qui locat alteri, suum agrum patendis gregibus eius, si ager, noxias profert herbas aut venenosas, unde grex vel periret, vel male afficeretur, tenetur in solidum omne damnum refarcire ob eandem, quam diximus causam, siquidem silendo, occultavit defectum rei quam locavit. Neque istis casibus, sufficere minoris locare ob defectum, quem tacet locator. Siquidem conductor, si sciret vicia huiusmodi, ob nullum pretium conduceret, ut vides. Hæc conclusio, item plana est ex. l. 3. tit. 8. par. 5. vbi expresse traditur, idem dicitur, de locantibus nauigia ad navigationem, si enim vicio salocant tenentur in omni foro, de omni accidente propter viciam dano.

14. Concl.

¶ Decimaquarta conclusio, quæ est corollaria ad priores conclusiones, si quis conduxit molendinum, prope fluvium, qui frequenter solet ex sua inundatione, molendinum rapere, si vnquam rapuerit sub locationis tempore, conductor tenetur ad pensionem ex integro soluendam, ratio est prompta, quia conductor scire debuit, qualitatem rei locatæ, quæ prompta erat ut sciretur, & si illam non aduertit

Resolutio sua ex prioribus.

quando iniebat contractum conductio- nis, sibi luditur & non locatori.

¶ Sed quid si molendinum propter insolitum cursum aquarum migra- uit: verbi gratia, quia mutavit alu- cum, vt habetur. ff. de migra. l. 1. ff. de loca. l. habitatores supra iam responsum, quod huiusmodi casus fortuiti inopi- nati, nisi deducantur in pactum, non conductori, sed locatori esse ascriben- dos, quando res locatur, secus quando locantur opera, vt dudum differeba- tur.

¶ Quod si quæras, quid ergo, iti- dem dicendum esset, si quis conduxi- set pedagium, & forte ex peste, vel alias accidit magna hominum strages, quia multi peste vel fame, vel gladio occu- buerunt, & sunt pauci valde, vel rarissi- mi, qui transeant per locum illum cus- toditum, vnde vestigal exiguum, aut nullum est nunquid tenetur conductor, soluere solitam pensionem? Juriscon- sulti respondent, quod conductor ad casum, & fortunam conduxit, vnde & si non perceperit, debet nihilominus soluere, quod promisit. ff. de action. & emptioni. si iactus. notat Bart. ff. loca. l. commune. §. Qui maximos.

¶ Et eundem apta est responsio, si qui- dem, si maxima esset frequentia tran- seuntium hominum, quæ insolita erat, conductor ex lucro insolito, nihil tene- tur refundere locatori, igitur, si nulla sit frequentia transeuntium, itidem si- bi erit imputanda perditio lucri, & non locatori. Neque est simile, quod su- pra differebatur, de insolita abundan- tia anni ad duplum, dicebamus enim tunc teneri conductorem, ad impar- tiendum, de dupla fertilitate locato- ri agri, siquidem tunc sterilitas etiam anni, illi quoque venit imputanda si ac- ciderit sub locationis tempore. At ve- ro in conducente pedagia, est alia ra- tio quippe ex contractu frequentia, seu multitudo transeuntium, non impartiri locatori, ideo neque raritas tran- seuntium, aut nullitas, non erit illi im- partienda. Et demum est alia ratio, quia transitus hominum est casus, at feracitas fructuum non est casus.

¶ Decimaquinta conclusio, de fru-

ctuum viciositate, non tenetur locator. Primo declarabo conclusionem, sub hæc probabitur, fructus enim bifariam considerantur, aut vt sunt pendentes, ex culmis, aut ex arboribus, aut alias.

¶ Aut. 2. quando iam non pendent ex sua radice, sed iam sunt collecti, & separati, à sua origine.

¶ Si ergo secundum primam conside- rationem vicentur fructus, ex cæli in- clementia insolita casus est fortuitus, & vt sæpè tradebamus, nisi deducatur casus huiusmodi in pactum, impartien- da est iactura fructuum etiam locato- ri, si autem iuxta secundam considera- tionem fructus species, iam horum vi- cium, quia forte corrosi sunt ex vermi- bus, post collectionem, aut putrefacti, &c. non est imputanda locatori sed con- ductori. Quippe huiusmodi iam separati à sua origine, sunt coloni, & non locatoris, ideoque & si iacturam patia- tur fructuum, iacturam non communi- cabit locatori, sed ipse subibit eam so- lus. Si quidem tunc ipse est dominus fru- ctuum illorum, cum obligatione soluen- di pensionem, vnde pensio in hoc casu non est remittenda, vt. ff. loca. l. quod cõ ditio.

¶ Decima sexta conclusio, quæ sunt ven- dibilia, & emibilia sunt locabilia, & con- ducibilia, & qui possunt iure vendere, & emere iure possunt esse conducto- res, & locatores. Hæc patet, nam loca- tio, est quædam venditio fructuum, & emptio quædam, est conductio. Hæc conclusio item patet ex. l. 2. titulo. 8. part. excipiuntur milites, qui non possunt conducere agros alienos, siquidem hoc illis inhihetur, ne abstrahantur à militia, item iudices oppidorum, aut rectores, qui non possunt propria oppidorum quibus præsumt conducere, vnde sic ha- bet regni lex, nulla iustitia, vel rectores, neque officiales iustitiæ, siue ij quibus incumbit regimen, possint conduce- re redditus, vel propria oppidorum, quibus præsumt, vel ministrant, & Ciuitatum præfetti, tentantibus hu- iusmodi conducere, prohibeant. Et in. l. 3. titulo. 17. libro. 3. fori sic ha- betur, res communitatis, Hispanæ de concejo, & propria Ciuitatis, non

Fructus cõ sideratio da plex.

16. Conclu.

Leges Hisp. pang.

15. Cõclu.

non possit ea locare prætor, communi- tatis Hispanæ, el alcalde, neque alia per- sona particularis, nisi tota communi- tas, simul vel cui à communitate facul- tas conceditur. Huiusmodi autem, pro- hibitiones, sunt iustæ, non quia pro- pria simpliciter non sunt locabilia, sed quia expedit bono publico seruando, & augendo, vt ipsi qui regunt oppida non conducant, propria oppidorum. Nam si eis fas esset, cum penes ipsos sit oppidi administratio, & cum sint su- periores reliquis, omnia quæ sunt pro- pria oppidorum, ad se traherent, & ex multo minori pretio, quam reliqui om- nes oppidani, quia præditi sunt pote- state, ad deterrendum alios, ne condu- cant, si ipsi possent conducere, propria huiusmodi, vnde dicunt iurisperiti, quod respublica æquiparatur pupillo, vt. l. in rempublicam. C. de iure reipub- licæ. lib. 11. Cæterum quædam sunt in locabilia simpliciter, & in conducibili- lia, qualia sunt sacramenta, quippe quæ sunt spiritualia, itemque & beneficia, quia sunt annexa spiritualibus, nisi quod redditus, & prouentus benefi- ciorum sunt locabiles, ad tempus. Nam isti non sunt spirituales, & si ius per- cipiendi eos est spirituale, & ideo ne- que vendibile, neque locabile, vnde su- pra dicebamus, quod is potens est lo- care, qui habet in re quam locat domi- nium, at vero nullus habet dominium sacramentorum, aut beneficiorum, nisi Deus solus, ideo hæc non sunt locabi- lia. Porro reddituum, est dominus be- neficiarius, ideo huiusmodi potest alijs locare. Quod si dixeris, sacerdos se locat, ad celebrandum sacra. Et paro- chi, item conducuntur à populis fi- delium, vt ipsis sacra ministrent. Imo omnes ministri Ecclesiæ videntur ex quali contractu conducti ad conficien- dum, & ministrandum eis diuina, vt sa- cramenta sepulturam, preces, &c. Ve- rum tamen, aliud est, quod minister sa- cramentorum, & aliorum sacrorum, se locet ad ministerium implendum, aliud quod sacramenta sint locabilia, utique sacerdos si se locat ad ministerium est, at sacramenta non possunt locari, ab ipso sacerdote. Quippe sacerdos non

est dominus sacramentorum, ideo lo- care ea non potest, vt neque vendere vt sæpè dictum est. Porro, adhuc insula- bis si locatio est quædam venditio, si sa- cerdos se locat ad ministerium sacro- rum, cum ipsum ministerium sit item spirituale, spirituale locat, quippe quod est ministerium rei spirituales.

¶ Et insuper ministerium, non est res distincta, ab ipsa re ministrata, aut ab ip- so ministrante, igitur cum hæc vniuer- sa sint spiritualia, siue sacerdos min- istrans vt sacerdos, siue ipsum sacra- mentum, &c. sequitur quod sacerdos non se potest locare, ratione ministerij sui.

¶ Namque alia ratio est, de eo qui se lo- cat ad colendum agrum, nam agricul- tura, est ministerium purè corporale: ve- rum ministerium sacrorum est spiri- tuale.

¶ Præterea, quia vt diximus, sæpè ope- ræ locatio, est quædam operæ venditio, opera igitur quæ non est vendibilis, ne- que locabilis, at ministerium sacrorum est inuendibile, sicut & cætera spiri- tualia, igitur neque ministerium huiusmo- di est locabile.

¶ Et quidem locatio ministerij ruralis, verbi gratia, est propter operæ pretium, at vero, ministerij sacri, non est pretium, quia est incomparabile pretio, spiri- tualia enim sunt pretio incomparabilia.

¶ Quocirca obligatio ministrorum ec- clesiæ ex qua se obligant, ad ministeria huiusmodi exhibenda, propter debi- tum stipendium, vt qui se obligat ad ce- lebrandum missam ex vno argento, uti que non est proprie locatio, quia pre- tium istud non est ad missæ pretium, sed ad ministri alimoniam, quippe qui altari seruit, de altari viuere debet, sed de his hæcenus quippe. 2. lib. de simonia disputantes, multa de re hac disserui- mus. Tempora autem, & sacra, & vasa, & vestimenta, eatenus sunt locabilia, qua- tenus vendibilia, qua autem ratio- ne sint vendibilia loco præci- tato discussimus.

Sacramenta nõ sunt locabilia neq; beneficia ec- clesiæ.

Redditus ec- clesiæ sunt locabiles.

Sacerdotes nõ proprie se locant ad ministeria spiritalium exercenda.

CAP. SECVNDVM.

De dolo, lata, leui, & leuissima culpa.

Quaedam sunt vicia contra eam aliam contractu.



VICIA, vt in praesentia loquimur, alia sunt ipsorum contractuum quae eos, qualifant, vel maculant, alia vero ipsorum contractuum, de vitijs contractuum, multa sunt haecenus disserata, porro vicia contractuum sunt varia ex varijs indebitis circumstantijs, quae afficiunt contrahentes tot enim vicia reperias, quot sunt circumstantiae indebitae, vt si vendit, qui vendere prohibetur, aut si vendit in tempore vel in loco non debito, aut ei qui emere non potest, &c. sed neque de istis modo disseremus, quippe supra disserata sunt, sed solum, de dolo, lata, leui, & leuissima culpa.

Et huiusmodi vocabula celebra sunt & iurisperitis, atque Theologis, quia iura & ciuilia, & canonica istis vtuntur, vnde Instito. qui mo. non ob. §. vltimo, quando contractus fit in gratiam vtriusque, vt fit in locatione conductor, si de defecerit a lege contractus tenetur de lata, & leui culpa, & idem in cap. i. de commodato & est vulgatum doctoribus & glossae, ad l. si quis domum. §. Celsus. Et in l. si merces. §. Qui colu. na. ff. locati. Et qui se custodem obtulit deposito, aut propter mercedem custodit tenetur si defecerit, etiam de leuissima culpa. Primum habetur cap. bona fides, de deposito. Et ff. eodem. l. i. §. si quis seruum. Et tertius casus est, si conueniat inter eos. ff. eodem. l. i. §. si conueniatur. & ff. commod. si vt certo. §. Nunc videndum. Item. 4. si causa depositarij penes ipsum deposita sit. ff. eodem. l. i. §. si pecuniam. Et ff. si certa. l. si quis neque, in quo casu etiam grauat depositarium, deficientem a lege depositi leuissima culpa.

¶ Vt etiam si moram fecerit depo-

sitarium, in restituendo depositum. ff. eodem si in Asia. §. vltimo vt etiam in locato, diximus, conductorem, si moram traxerit, in restituenda re locata teneri de leuissima culpa. Aut etiam si in alium vsum distaxerit, rem locatam, quam fuerit locationis contractus. Dolus autem est contrarius bonae fidei, vnde vbi abest bona fides dolus praesumitur. C. de rescinden. vendit. si dolo. & de deposito. cap. Bona fides. Expedi igitur exponere quid in iure velint haec vocabula.

¶ Dolus, igitur est, quando ex industria, aliquid fit, vel non fit, in nocumentum alterius contrahentis. Diffinitur tamen prolixius ab alijs, est insidiosa machinatio ex qua quis aliquid agit, vel omittit, ex intentione, in damnnum alterius, sed breuius ego finiui quando alter contrahentium data opera, alteri contrahenti nocere studet. Non enim modo sumitur dolus, vt pertinet ad intellectum, vt scilicet, est deceptio intellectus sed vt pertinet ad affectum ex industria intendentem, alij nocere, vt verbi gratia, locavi tibi equum, & tu equum astuantem, potasti, aqua multa, aut diu non cibasti vt intendens equi conducti mortem, tunc est dolus in hoc facto.

¶ Diducitur autem dolus in verum, & praesumptum: est autem dolus verus, quando manifesta signa peruersi nocendi studij apparent. Praesumptus vero, quando probabiles coniecturae, idem monent.

¶ Vnde si rebus depositarij saluis pereant deponentis, praesumitur dolus. Siquidem vt inquit textus, bona fides abesse, praesumitur, cum rebus tuis saluis existentibus, depositas amiseris. Et quando bona fides abesse praesumitur, dolus adesse, item praesumitur, nam contraria sunt. C. de rescinden. vendit. si dolo vt praedictum est. Porro huiusmodi praesumptio fallax potest esse, quaeque humana est. Enimvero depositario, accidere potest, quod saluis rebus suis pereant nihilominus deposita. Etiamnum adhibita pari diligentia, & ad sua seruanda & aliena.

Quid sit dolo.

Iuriconsul toru opinio de dolo & lata culpa.

Dolus duplex & verus & praesumptus.

aliena. Namque fac esse vtraque conclusa, & obseruata; sub eadem clau. Caterum fur casu incidit in depositam rem, & illam rapuit, quia forte alijs rapiendis locum non habebat. Numquid tunc depositum tenebitur in foro conscientiae reddere depositarius, propter praesumptionem doli. Siquidem salua fuerunt sua, & deposita sublata? non arbitror, siquidem nullus fuit dolus vbi aequa erat adhibita custodia, ad sua, & aliena. Imo crediderim, quod in foro exteriori, crit locus purgandi hanc praesumptionem.

¶ Tradunt autem iuriconsulti prope dolum esse latam culpam. ff. de leg. i. cum res. & §. vltimo. ff. de actioni. & obligationib. l. i. §. is quoque apud quem vnde latam culpam dolo conferrunt. ff. si mensor fal. mo. dict. l. i. §. lata est. Et denique latam culpam Nerua dixit esse dolum. ff. eo quod Nerua. Et intelligunt iuriconsulti esse dolum non verum esse praesumptum. Est igitur apud eos lata culpa, similis dolo, non tamen est verus dolum. ff. manda. si fidei iussor. i. responfor.

¶ Et quidem dolum esse culpam dabitare non possumus. Imo est maxima culpa contrahentis, quatenus talis. Nihil enim tam culpabile est contrahenti quam alteri studere nocere ex animo. Namque contractus eget bona fide, quod autem dissipat per se, hanc bonam fidem est dolus. Quandoquidem ex proposito agitur, contra bonam fidem contrahentium, quando dolum interuenit. Caterum iuriconsulti, cum recte potuissent dolum, appellare maximam culpam, noluerunt, sed dolum dixerunt esse, vt euidentius notificarent, esse hanc maximam culpam, contra bonam fidem debitam contractui. Nos vero possumus, aliter distinguere quam contractuum fert materia, culpam quandam esse maximam, & haec est dolus, & culpam esse magnam quam ipsi vocant latam, & aliam leuam, & aliam leuissimam, culpa igitur magna, quae & lata culpa appellatur, longe est ad dolo per se loquendo. Siquidem culpa huiusmodi lata, non procedit ex animo nocendi, sed ex improvidentia non obseruandi rationem contractus, vnde finitur est actus, vel omisio, vnde quis ex improvidentia deuit ab eo quod bonum est, & incidit in damnnum, quod aliqui praevideri poterat, vel aliter, est aliquid facere, vel omittere ex sola in circumspectione, quod aliqui obseruandum fuisset. Ex sola igitur in circumspectione, siue animo nocendi, procedit haec culpa. Accipe exemplum, fuit tibi equus locatus, tamen occupatus in interm negotijs alijs oblitus fuisti, adquare equum, & eum pascere, vnde consecuta fuit mors equi, utique teneris de lata culpa sane, non fuit tibi animus, quod moreretur, neque hoc intendebas, vt supponimus, at vero, ex tua distractio ne, secuta est mors equi. Haec sane distractio fuit causa per accidens mortis equi ideoque & si fuit lata, vel magna culpa. Namque tenebaris ratione contractus locationis, ad curandum equum qui suae fidei fuit commissus, & quia omisisti ex distractione, ideoque & si non per se fuisset causa mortis equi, quam non intendebas, at per accidens fuisset causa mortis, quia omisisti adquare, & cibare suo tempore equum: ad quod praestandum tenebaris ex contractu, vt is qui distractus die dominico non vadit ad audienda sacra minus peccat, quam qui non intendit eo die audire sacra, caterum vterque peccat omittendo, quod illis facere ex praescepto incumbebat. Ad eam rationem dicto, dolum & latam culpam, vtraque esse culpam, at dolus grauior est. Caterum, quia non adquare equum locatum, & cibare suo tempore est intendere per accidens mortem equi, ideo iuriconsulti tradunt latam culpam, esse praesumptum dolum. Et si quia maleficia ex proposito distinguuntur, cum in dolo agente, vel omittente, sit propositum nocendi, & a culpa lata, hoc abest propositum, sed sola est negligentia, & improvidentia circa ea, circa quae erat necesse diligentiam providentiamque habere: ideo magna est differentia inter haec duo, scilicet, latam culpam, & dolum.

C. c. 4

¶ Quam-

¶ Quamvis fieri potest, quod maius damnum sequatur ex lata culpa, quam ex dolo, vt si equum locatum quis dolo se, non pransum, neque potum dimittit inde mors resultat eius, minus peccat, quam is qui se locat ad merces magni pretij, deueniens per maria, & interim ex inaduertentia incidit in piratas, rapientes merces.

¶ Ceterum ceteris paribus semper dulus, maioris est malitiae, quam lata culpa. Et inter aequalia esse faciendam comparationem Aristot. admonet, dicens in specie atoma esse faciendam comparationem, lata autem culpa, non solum iacet in omissione, sed etiam, in commissione.

Lata culpa in omissione & commissione reperitur vt & dulus.

¶ De omissione exemplum exposui de commissione, exemplum accipe. Est qui locatum equum, ex inaduertentia per pontem angustum valde deduxit, vnde resultauit equi praecipitium conductor est in lata culpa. Siquidem conducens equum, scire tenetur, vnde poterit verisimiliter, ruina contingere equi. Et quia istud non aduertit, est in magna culpa, idem exemplum seruare potest in dolo, vt si quispiam ex industria idem fecit.

¶ Leuis autem culpa, est eo appellata, quo est leuior quam lata. Et si commune est omnibus istis tribus culparum modis absentia intentionis, ad nocendum, verum item omnes communicant, quia resultat ex eis alteri contrahenti nocumentum, leuiter igitur culpatus is est, qui peccat, quia non prouidus est in modo necessario, & si in substantia non peccat, vt culpatus ex lata, vt verbi gratia, est tibi equus locatus cibasti eum, & potasti, at quando ad aquabas equum, erat aestuans valde ex longo itinere defessus, vnde tormina ventris ex potu illo subsecuta, equum morti tradiderunt, utique est haec leuior culpa, quam prior ex qua, ex subtractione cibi, & potus, mortuus est equus in leuiori autem, non est subtractio, sed ex modo; potati onis, vel cibationis resultauit equi locati mors, vnde si quantitas nocumenti obseruetur, fieri potest, quod leuis culpa, & lata culpa, sint aequales. Siquidem vt dudum disterebam, ex vtraque est se-

cuta mors equi. At vero dicitur leuis, non ex nocumento subsecuto, sed quia minus praesumitur dolus, seu malus animus ad mortem equi, quando quis ipsum cibet, & potat quam si vtrumque omittat, ideoque dicebam, quod leuis culpa, est culpa in modo, lata est quodammodo in substantia.

¶ Leuisima vero, minor est istis, vt vel ex ipso nomine coniectare licet. Est namque leuisima, non ex nocendi animo, neque simpliciter ex negligentia, sed ex defectu maximae diligentiae, quam & si communiter homines, non impendunt suis, aut alienis rebus, ceterum diligentissimi, eam praestare solent, vt si habeo equum conductum, & postquam intraui in diuersorium tradidi eum stabulario qui coniecit eum in stabulum, & clausit ostium, non tamen obserauit, vnde fures, sunt furati equum, haec vocatur leuisima culpa. Porro considera, nocumentum, idem poterit accidere, ex leuisima culpa, vt ex alijs, videlicet perditio rei locatae, & quo ad hoc, aequari possunt istae culpae, ceterum, quia non est tam culpabilis amissio, quae procedit ex negligentia, quae opponitur diligentiae maximae, vt est ea quae opponitur diligentiae communiter adhiberi solitae. Qualis est negligentia, aut improvidentia, quae constituunt latam vel leuem culpam. At obijcies, casus fortuitus non est imputandus alicui nisi deductus sit in pactum. At quod sit furto sublatus equus de quo fit mentio est fortuitus casus, igitur si fecit diligentiam, qui curam habet diuersorij non imputabitur illi furtiua subtractio equi idem de conductore, &c.

¶ Respondetur quod exacte loquendo fortuitus casus est. cap. de pignorat. actio. l. quae fortuitis, qui omnino fugit humanam prouidentiam & diligentiam, quando scilicet, quidpiam, neque dolo, neque lata culpa, neque leui, aut leuisima furto sublatus est.

¶ In cuius rei gratiam non erit ab re, haec amplius exponere vocabula quam dudum exponere, quae passim sunt obuia lectitantibus vtrumque ius & authores. Ex dolo igitur tenetur quispiam, quando ex intentione iniuriam est molitus, aut ex insidijs vt qui ex animo

Tres gradus culpae quoad nocendum tam ex eis procedens sunt esse.

Fortuitus casus prauidetur non potest infli. quibus modis contrahit obligatio.

Ex dolo facere ex lata culpa ex leui culpa, ex leuisima.

animo occidit aut furatur, aut quod vis aliud facinus operatur dolo enim est in fidiola machinatio studiosa. ff. de dolo. l. 1. §. 2. Ex lata autem culpa tenetur aliquis quando non ex animo opus malum fecit, aut omisit potius quod debebat facere. Quia huiusmodi culpa magis collocantur in omissione, quam in commissione. Quando igitur aliquid omisit facere, quod alioqui tenebatur facere non ex animo, sed solum ex negligentia, quia non prauidit quod prauidere debebat, quia omnes alij homines, vel bona pars eorum rem prauidisset tunc appellatur huiusmodi negligentia lata culpa. ff. de iuris & facti ignorantia. l. regula. §. si filius. & est grauis negligentia, quia non fuit prauiditum, quod quouis alter prauidisset. Et ideo quia non erat difficile, sed promptum prauidere, latam culpam appellarunt Iuriconsulti; seu grauem negligentiam, quia etiam foecordes homines, talem negligentiam non solent habere, non aduertere igitur, quod communiter homines eiusdem professionis & artis aduertunt grauis est inaduertentia, ideoque vocatur lata seu ampla culpa, vt si quis vestem comodati acceptam reliquisset pro foribus non ex malo animo, sed ex negligentia lata culpa est, quia nullus etiam foecoris ibi reliquisset vestem, patientem furibus.

¶ At vero leuem culpam vocant, quando aliquid fit vel omittitur ex negligentia inquam homines diligentes non incidissent. Haecque negligentia non est adeo grauis, sed leuior prima: quia in negligentiam primam homines communiter non solent incidere, at in negligentiam hanc secundam, etsi solent incidere homines, non tamen in eam diligentes homines, vt si commodatarius habens vestem comodato, reliquit eam in cubiculo suo: at vero aperto ostio, & ideo furtim sublata est; culpa haec leuis est, aut negligentia leuis, similiter si is qui habet diuersorij curam qui tenetur hospitum custodire res, reliquit eas in cubiculo suo, at vero aperto ostio, culpa leuis tenetur. ¶ Leuisimae autem culpae is tenetur, qui eam diligentiam non praestitit, in seruandis rebus vel agendis, quam diligentissimus quisque exhibuisset, vt qui vestem comodatam, cubiculo suo

inclusit, & in theca sua coniecit, at thecam non obsignauit clauae, & ideo furtim fuit sublata. Enim vero haec est maxima diligentia qua maiorem non exhibet quispiam in suis custodiendis rebus, cubiculo, videlicet reponere & thecae includere obsignando eam clauae. Qui ergo hanc non exhibet ad ea quae custodiendi re, verbi gratia tenetur, habet leuisimam culpam, quando autem horum nihil id est fortuitus est casus, vt si hoste irruente sublatae sunt merces, ex diuersorio, aut igne ex fulmine deurete: ex casu igitur fortuito nullus tenetur, nisi qui huiusmodi casus suscepit in se periculum: enim vero, vbi nulla culpa interuenit neque dulus vllus, nihil restat obligationis in vtroque foro. At vero quia in promptu est eum teneri, qui dolo malum fecit, aut bonum omisit, & similiter eum teneri ad restitutum sublata ab eo furtim; ex lata culpa sua, quia non adhibuit diligentiam quam debebat vt supponimus ad custodiendum sibi concredita, & hoc item in vtroque foro. Nam qui occidit hominem, ex negligentia sua, quia non aduertit, ad quod quilibet aduertisset, vt qui iacit lapidem in iter frequentatum ab hominibus & ideo non ex animo sed ex negligentia sua graui occidit hominem. Totam autem disputatio est, de leui culpa & leuisima culpa id quod vertitur in controuersiam a Syluestro in verbo, Culpa. §. 4. Et indicat Innocentium in cap. plerique. de immuni. eccles. & in cap. sicut dignum. de homic. vbi astruere videtur, quod in foro animae, nullus tenetur de culpa leui, aut leuisima, sed solum de dolo, & lata culpa, in diuersam partem est glossa. 2. quae st. 4. in cap. consuluisti, vbi expresse docet in vtroque foro culpam leuem, atque leuisimam obligare culpatum. Ait enim occidens hominem, nolens occidere tenetur si fuit in culpa licet ea culpa fuerit leuisima. ff. ad legem Aquil. sed & quicumque. §. 2. & in lege. Et subdit, & tenetur etiam quoad Deum, vt in cap. consuluisti praecitato, & dist. 50. clerico. & 24. quae st. 2. in lectum. Non tamen venit huiusmodi puniendus, ratione homicidij, sed ratione negligentiae praetactae. Additur etiam Innocentium non probasse sententiam suam: vnde haec glossa sententia videtur tutior quod placet

In dolo est iniuria in lata culpa negligentia maxima, in leui culpa diligentia, sed non exacta, in leuisima diligentia sed non exactissima.

citum amant Ioan. Andr. in capit. quoniam, de probat. cui suffragatur Panor. Etsi Syluestro magis arideat Innocentij placitum. Inter hæc placita autem, si delectus datur, & optio permittitur, ice in glossa sententiam magis aridet in foro conscientie, has culpæ inducere obligationem: enim vero si lex iusta est, etiã in foro conscientie inducit obligationem. At vero l. 26. tit. 8. Part. 5. qui obnoxius est culpæ leuissimæ, tenetur restituere ex sua culpa amissa, & exemplum est, de eo qui habet diuersorij curam & de nauclero & de tabernario. Quia istis incūbit ratione habere de sibi concreditibus hospitis, vel nauigantibus rebus, quidquid ait detrimenti patiuntur istæ res, *por su culpa dellos o negligencia*, soluere tenentur, exceptis tribus casibus ibidem expressis si curans diuersorij vel nauclerus, patrefecit hospitis, se nolle habere rationem suorum rerum, secundus, si dedit clauem cubiculi, vbi custodiret sua. Tertius si casus accidit fortuitus. Hæc lex iusta est, & non fundatur in falsa præsumptione, sed in vera scilicet in culpa, negligentia igitur obligat in foro animæ. Item secundo culpa leuis culpa est, & culpa leuissima culpa est etiam in foro conscientie videtur culpæ, igitur in foro conscientie obligat, sicut ergo qui non patitur fame morientem occidit famelicum, ita propemodum, qui non custodit sibi concreditum vt quando est siue sit commodatum perinde est acsi perdidisset, vide l. 8. titu. 8. Part. 5. & l. 1. tit. 17. l. 3. fori.

At obijcies forsan, quid ergo, si ij qui sunt culpabiles ex leui & leuissima culpa ex æquo tenentur nocumentum restituere ex suis culpis resarcire, vt qui ex lata culpabilis est, oēs istæ culpæ sunt equales cur ergo distinguitur à Iuriconsultis gradus leuis, & leuissimæ, latæque culpæ? Respond. quod maxima culpæ gradus est dolo, & quo magis distat à dolo leuior fit culpa, & quia in lata culpa, pro cliuor est præsumptio de dolo, imò dolo æquiparatur, ideo vocatur ampla vel lata culpa. At in leui culpa, vbi præstat diligentia, non tamen tanta quanta à diligentiibus hominibus in simili casu præstaretur, ideo illa longius abest à doli præsumptione, in leuissima

Actio commodati resultat ex culpa leuissima. In l. 1. vbi supra.

Dolus est maximus gradus in culpis.

vero, longissimè abest præsumptio de dolo: quia diligentia tunc præstatur non tamen maxima, quæ à diligentissimis & valde circumspectis præstari solet, ideo Iuriconsulti has vocauerunt culpæ, & dolum non vocauerunt culpam, vt distinguerent dolum à culpis istis. Sic ergo aut habetur ratio nocumentum, aut habetur ratio culpæ, si nocumentum, idem nocumentum restituere potest, ex istis culpis, videlicet, aut ex ommissione ne aut ex omissione, in de que resultat restitutionis obligatio, si vero culpa consideretur, sunt gradus prædicti. Vnde rectè dixit Aristot. 5. Ethic. aliud esse iniustum facere, aliud vero per se iniuriam facere, vel iniustum esse, is enim iniustus est dicendus, qui ex animo malum operatur siue iniustum facit, qualis est, qui ex dolo iniustum facit, & hic poenam promeretur ratione delicti, quod dolo fecit, siue ex intentione patrauit: qui vero ex lata culpa, aut alijs gradibus culpæ, culpabiles sunt, iniustum quidem faciunt, aut iniustum omittunt, vt verbi gratia non custodire sibi concredita, vel ex officio, vel ex stipendio, & quia ad hoc tenentur, ideo si præmittunt culpabiles sunt & iniustum faciunt, verum quia non ex animo hoc intendebant & citra dolum prætermiserunt, aut admiserunt, ideo non sunt dicendi iniusti. Porro quia iniustum admiserunt, & iniustum est inæquale, tenentur hoc iniustum reducere ad æqualitatem resarciendo autem damnum ex culpis huiusmodi proueniens, reducent illud ad æqualitatem. Neque restitutio est proprie dicenda poena culpæ, quia poenam culpæ nemo tenetur subire, eam exequendo in se ipso, sed spectat iudicis officium, illam exequi, at quilibet per se ipsum in foro conscientie ante iudicis condemnationem, idamna quorum ipse fuit autor, aut committendo, aut omittendo reparare tenetur, videtur igitur probabilis glossæ commemoratæ sententia, etsi diuersam non resellimus, Doli, & harum culparum mentio fit in iure quæ prompta tibi erunt intellectu, ex disertis. Demum in commodato exactissima petitur diligentia, ideo non custodiens de leuissima culpa tenetur, quia commodatum proprie, est totum in utilitatem eius, qui eo vitur. In depo-

Allud est iniustum facere aliud iniustum esse.

Restituere resarcire dāna non est proprie poena.

posito autem, solum est obligatio ex dolo, non tamen de leui culpa. Ad custodiam autem pignoris tenemur exacta non tamen exactissima, quia de leuissima non tenemur. In l. quibus mod. contrahitur obligatio.

CAPVT III.

Vbi differitur de commodato.



Contractus commodati, iniur inter accommodatam, & recipientem commodatum. Quare in contractu huiusmodi, duo interueniunt, se habentia instar actionis, & passionis, quæ sunt accommodatio, quæ est tanquam quedam actio, & commodatio quæ est ceu passio quedam, & sunt relative opposita vt emptio, & venditio, locatio, & conductio, de quibus supra. Accommodationem autem in præsentia vsurpamus, pro actione commodandi, vt distinguuntur actio & passio, etsi latinis, accommodare, est apte rem collocare, vt accommodare dicimur vel coronam capiti, vel lapidem parieti agens nihilominus vocatur commodas. Est autem vt in præsentiarum loquimur accommodare, rem alteri tradere, seu mobilem, seu immobilem, ad usum suum, pro certo tempore, vt in capit. 1. ex. de commodato. & est text. in l. 1. & per totum. ff. commod. & in l. 1. C. per totum eodem tit. in l. autem. 1. tit. 2. Part. 5. finitur facilius ad hanc sequentem rationem, commodatum est, traditio rei in specie, vsque ad certum signatumve tempus, gratis facta: est autem necessaria particula hæc gratis facta, quia si gratis non fit, iam tunc non est commodatum, sed locatum.

Accommodare quid latins.

Quid sit accommodatio, vel commodatio contractus vt Iuriconsulti loquuntur.

Sed dices, item hæc finitio non est absoluta, quippe item mutuum est traditio rei gratis alteri facta. At vero in mutuo transfertur proprietates rei mutuatæ, in mutuatarium in accommodatione vero, non transfertur proprietates rei, sed solum vsus rei pro certo tempore. Item in mutuo, non est obligatio restituendi, idem in numero, sed satis est in specie, vt diximus, in 3. lib. verum in accommodatione, necessum est, vt idem numero restituatur, quod Iuriconsulti vocitant

idem specie. Quocirca, accommodatio, & commodatio magis consentiunt cum locatione, & conductione, quam cum mutuo, vel emptione, & venditione. Nam hæc transferunt dominium, sed in locato, non transferunt dominium, sed sola est vsus ad tempus determinatum trallatio. Porro, quia locatio fit ex certo pretio, & accommodatio, nullo ex pretio celebratur, idcirco, hæc diuersa sunt: vnde absolute finies hunc contractum, accommodationis si dixeris, esse contractum ex quo in alterum pro certo tempore vsus rei solum transfertur gratis. In l. autem dudum commemorata, trifariam distinguitur iste contractus. Primo nanque celebrari potest, in gratiam tantum recipientis, vt si commodato dero amico meo equum, sub certo tempore, vt cõcedat patriam suam. vel aliis. Secundus modus, quando commodatum fit in gratiam accommodantis, & commodatum recipientis, vt si duo inuidentur ad prandium, amicum amborum, & alter inuitantium alteri commodato daret vasa argentea, pro conuiuio celebrando, vtique hæc commodatio, est in bonum amborum inuitantium. Tertius inodus est, quando solum fit in gratiam accommodantis, vt si sponsus, vt sponsa sibi gratior reddatur accommodaret illi, torques & armillas, & vestes, quibus se ad certum tempus ornaret, tunc accommodatio est solū in gratiam accommodantis. Commodatarius tenetur aliquando etiam de leuissima culpa. In primo modo horum, commodatarius, qui scilicet, recepit commodatum propter se tantum, tenetur custodire commodatum, ceu suam rem propriam, imo melius, vnde iactura rei si quæ contigerit ex culpa sua, etiam leuissima, sibi imputabitur. Quoniam vt sæpe c. primo diximus, item que secundo, quando contractus est solum in gratiam alterius, is in cuius gratiam fit, tenetur de damno succedere, etiam ex sua culpa leuissima. In secundo vero modo, solum resultat obligatio ex lata, vel leui culpa, aut ex dolo, non tamen ex leuissima: liquidem contractus celebratur in gratiam vtriusque contrahentis. In tertio vero modo, cessante dolo ex parte recipientis damnum succedens imputatur accommodanti. Siquidem modus

Trifariam accedit commodatum.

Commodatarius tenetur aliquando etiam de leuissima culpa.

Commodatum sequitur regulas locationis.

modatum est solum in gratiam accommodantis. Hæc latius profecuti sumus, quam lex ferat, ut planior esset, & prius dictis conuenient. Sicut autem capit. 1. dicebam de locatione, quod si quis conduxit rem pro certo tempore, & successit rei damnum, quia fuit in mora restituendi, rem locatam locatori, tenetur de damno, aut si in alium usum, rem distraxerit, quam pro conductione, &c. ita de commodato dices. Rursus, sicut conductor, si recepit in seipsum periculum emergens tenetur de periculo emergenti, ita de commodato dicto. Rursus si casus fortuitus habuit occasionem ex negligentia commodatarij, sibi quoque imputabitur, ut de conductore prædiximus. Et sicut qui vitur re conducta, in alium usum, quam erat conducta, committit furtum, quia vitur re aliena contra voluntatem domini, ita etiam qui re commodata, vitur ad alium usum, quam fuerit contracta furtum admittit. Quæ omnia sancita habet. l. 3. tit. 1.6. l. 3. fori. & l. 3. Part. 7. Ibi enim omnes commodatarij, tenentur ex actione commodati. ut ff. eodem tit. l. 1. si ut certo. §. sed interdum. & Instit. de oblig. quæ ex delict. nal. §. furtum autem. Et causa est, quia qui vitur quomodo libet re aliena inuito suo domino, tenetur actione furti, ut ex. §. proxime indicato liquet. Vnde si commodatarius in eum se gerit modum circa commodatū tenebitur actione furti. Lex autē fori sic habet prædicta: quando aliquis homo, commodatō dat alteri equum, vel iumentum aliquod aliud, quod ferat ipsum, in certum, & signatū locum. Si in alterum locum, præterquā designatum, vel longius iumentum, vel equum duxerit, quam conuenit fuerit, vel si commodato dedit commodas ut ferret certum, & signatum vel nominatum pondus, nihilominus, grauiore onerauerit pondere, vel si fecit longius iter, quam esset facturus, si ob hoc iumentum perdat, aut deterioretur, vnde minoris æstimetur, quam æstimabatur, teneatur commodatarius, domino iumentum commodati, æstimationem. Cæterum si seruatis seruandis, à commodatario, iacturam commodatum tulerit, iuret commodatarius, quod huiusmodi iacturæ, ipse non fuit in culpa, & nihil soluat, & cō-

sentit. l. fin. ff. eodem tit. ¶ Sed quid si iumentum commodatum, ad certū usum, & ad certum locum, vitio tamen sui, non potest vsui seruire prædicto, neque locum concedere destinatum, ne videtur, quod si non ex dolo facit, commodans quod ad nihil tenebitur, si quidem gratis cōmodauit in gratiam non suam. Dicunt Iurisconsulti, quod tunc commodans tenetur de actione contraria commodati. Et dicunt esse text. singularem in. l. si seruus seruū. §. si quis seruū. ff. ad leg. Aquil. Ego vero dixerim, quod si commodans, non dolose commodauit, & si ex vitio rei commodatæ commodatarius fraudatur vsu eius, cum detrimento suo, ad nihil tenetur commodans, ut sub hæc patebit in secundo corollario. ¶ Quia autem diximus commodationē esse sub tempore determinato, est obseruandum pertinere ad naturam huius contractus, quod qui commodat, ad tempus certum, non potest petere commodatum, donec illud tempus absoluetur. ¶ Cæterum absoluto tempore, tenetur commodatarius, exhibere domino, rem commodatam sanam, & integram sine deterioratione aliqua. Quia non videtur reddita res, quæ deterior facta est, ut ff. eodem tit. l. 3. §. si reddita. Est enim commodatio, contractus gratis factus ad aliquem specialem usum alicuius rei, quia ergo non transfertur rei commodatæ, in commodatarium dominium, ideo eadem res sine deterioratione est restituenda commodanti. ¶ Ex istis infertur, si commodauit alicui vasa argentea, vel aurea, ut in domo sua ex illis potaret, & ipse extra domum potans, ea perdidit, tenetur de iactura in foro vtroque, scilicet in foro conscientiar, vbi statatur confessio rei, & in foro exteriori si probetur & ad hanc rationem statuitur in. l. 3. Part. 7. ¶ Secundo sequitur, quod qui commodat alicui, rem defectuosam, seu vitiosam, & hoc scienter, ut si commodauit seruū meū alicui, sciens esse latronem, & postmodum seruus commodatus, & commodatarij suffragatus est bona, tenetur de furto, commodans. Item, si commodauit, hydrias quas ego sciebam, esse non sanas aut esse mali saporis, vnde liquores super infusi, vitiantur apud commodatarium, tenetur de dam-

Absolute tempore commodatio tenetur commodari reddere eodem tit. l. 3. colume.

Primum corollarium.

Secundum corollarium.

Quid operetur æstimatio rei commodatæ.

ff. commodati. l. si ut certo.

de damno illato: siquidem vbi dolosa est commodatio, de damno resultat: ex commodatione, tenetur commodans: secus si ignorans vitium, inuincibiliter, aut si sciens vitium, patefecit, illud commodans damna refarcire, secus si non patefecit. Et forsan istud est, quod Iurisconsulti tradunt commodantem teneri ex contraria actione commodati. Nanque ut supra diximus, accommodatio est actio commodantis ut commodatio est veluti passio. Sicut ergo commodatarius tenetur de damno commodati, ita commodans tenetur ex accommodatio ne quæ est contraria actio, commodationi tenetur de damno commodatarij. ¶ Quod si querat quispiam, nunquid si res commodata datur sub æstimatione, & commodatarius, se æstimatione præstaturum pollicetur, tenebitur de quouis periculo ex quouis casu fortuito: supra hoc idem mouimus dubium, quædo de locato, & conducto agebatur cap. 1. huius libri. Et in dicauius placitum Iuriconsultorum, dicentium, quod in contractibus, in quibus veniebat leuissima culpa æstimatio rei, quæ est materia contractus, addit gradum obligationis ad contractum, ut verbi gratia, si commodatarius, accipit commodatum sub æstimatione, quia alias, si æstimatio non interueniret, tenebatur commodatarius, etiam de leuissima culpa, si tamen commodatio erat in gratiam commodatarij dūtaxat, succedente æstimatione adijcit nouum gradum, quia iam tenebitur ad casum fortuitum. Si vero, solum tenebatur commodatarius, vel quiuis alius debitor solum de leui culpa, tenebitur ex interuentu æstimationis, etiam de leuissima. Et allegant. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. Item. l. 1. ff. de æstimatione. actio. & Bart. in. l. si ut certo. §. nunc videndum. col. fin. in fine. Ego vero, quædo de locatione capit. 1. huius libri rem istam prolixè disserui, qua propter nūc super sedendū huic disputationi censui. Quoniam idem decernendum duxi de re æstimata, quæ conducit, & quæ locatur. vnde de huiusmodi idem est ferendum iudicium. Et interim solum hoc dixerim, me non posse credere, quod sola æstimatio, operetur obligationem ad fu-

stinendum casum fortuitum etiam eum qui præuideri nequit. Quandoquidem, hæc est maxima specialitas, quæ nisi exprimitur, non venit subaudienda, sub clausula generali, cum sit valde odiosa, ut loco prænotato prædictum est. ¶ Hæsitabis forte, quid si Petrus, dixerit Iohanni petenti equum commodato, Petri, En tibi adest equus in agro, sumo tibi & si Iohannes tunc acceperit equū, ex loco vnde sibi mādatum est, & post modum absoluto tempore commodationis reposuerit ibidem vnde accepit. At postquam reposuit, furto sublatus est equus, nūquid Iohannes tenebitur actione commodati? Vetus dubium cui duxi respondendum breuiter. Aut enim Petrus mandauit Iohanni, quod ibi reponeret, vnde furto fuit sublatus, & tunc Iohannes non tenebitur actione commodati. Quia fecit totum, quod sibi à commodante est illi impositum, & furtum non non sibi, sed commodanti est imputandum. ¶ Aut Petrus nihil dixit, de reponendo equo ibidem, verum Iohannes ibi reposuit, vnde accepit. Et tunc distinguendum amplius est, aut locus ille, est locus publicus, & communis, vbi solent versari bestia, ut captent pabulum, & quando reposuit reposuit quidem cum alijs bestijs, ibi carpentibus pabulum, aut id temporis nulla aderat. ¶ Quod si primum acciderit, ad nihil tenebitur cōmodator, quia satis sibi erat ad custodiam equi commodati, eum reponere in loco publico & communis pastus iumentorum, vbi tunc aderant alia bestia. Vnde ipse equū acceperat, siquidem vbi sunt multa iumēta multorum probabile est, non desiderare siue custodiam. Aut non aderant alia iumenta, sed solus commodatus equus, ibi est repositus, & tunc item distingue, aut reliquit sub custode, ut verbi gratia, famulo quæ credebatur esse bonæ frugis virū dixit; ei tu custodi hunc equum, tantisper dum ego nunciauero Petro, quod hinc accipiat equum suum. Aut reliquit desertum citra custodiam: si primum, commodatarius ad nihil tenetur si bonæ fidei reputabatur custos, cui commisit & ideo commodatarius non tenebitur tunc ex actione furti. Quia si tunc sub-

Casus aut quous dicitur.

tus

tus fuerit furto, commodarius non est in culpa aliqua vt liquet quando custodem reliquit cui quilibet prudens, committeret equum custodiendum, si vero commodarius reposuit equum, vnde acceperat, & non aderant iumenta alia neque bonæ fidei custodē reliquit, tum iterum distingue, aut quando inde accepit item erat solitarius equus, quem dominus eius solitarius reliquerat, & non alicubi inclusum in horto vel septo, sed in agro suo reliquit vt solet accidere, ligata iumenta in agro relinquere, vt capiant passum, tunc si commodarius, similiter reposuit, vt erat, à suo domino primo constitutus, at forte sublatus est aut non erat solitarius. Si primum respōdebis commodarium non esse in culpa, si furto subripiatur siquidem, sub eadem forma reliquit, sub qua acceperat. Neque commodatarius ad aliud videtur teneri, nisi fuisset præmonitus, quod in solitudine vnde acceptus erat, non reponeret equum. Nanque facile est creditu, quod si solitariè vagantem equū, ante commodationem, dominus dimittit, quod persuasum sibi erat, solā vagationem, non futuram occasionem furti, & ideo commodatarius, idem credēs, quod commodans, non fuit vel in dolo, vel in culpa.

¶ Si vero secūdo dixeris, videlicet quod non erat solitarius equus quando commodato fuit datus, sed quando reponebatur erat solitudo, tenebitur ex actiōe commodati, commodatarius, siquidem debuisset præuidere furtum, mutando formam commodati, & quia non præuidit tenebitur.

¶ Et demum vt huic capiti finem imponamus ij soli possunt commodato dare, qui possunt mutuo dare vel accipere, vt exponitur. l. 1. titulo. 2. Part. 5. Ij autem possunt mutuo dare, qui sunt domini rei mutuate, vnde, etiā ij possunt commodato dare, qui sunt domini rei commodata, ideo illius vsus gratis alteri concedere possunt, ij autem possunt mutuo recipere, qui lege non prohibentur. Prohibetur autem lege, qui sunt sub alterius potestate. l. 4. titulo. 2. Part. 5. Isti tamen si receperint mutuo quando fuerint sui iuris, si autoritate tutoris, aut eius sub cuius potestate. degunt reci-

Qui possunt commodato dare, vel accipere.
Causus quibus qui sub alterius agit potestate accepta mutuo restituerentur.

piunt mutuum tenentur restituere. At si suscipit is, qui sub alterius potestate agit præsentibus commemoratis tutore, vel patre, &c. Aut si cepit soluere partem mutui, tenetur soluere mutuum, is qui habet huiusmodi pupillum, aut filium familias, sub sua potestate. l. 6. titulo. 1. Partita. 1. Similiter si quod mutuo acceptū est, vertitur in bonum eius qui est sub alterius potestate. l. 5. ibidem. vt videlicet, si mutuum fuit ad alimoniam eius, vel suæ familiæ. vel ad tradendam sororem nuptui: sicut etiam si quod recepit ad soluendam mercedem magistro, sub cuius disciplina viuic, &c. l. 6. titulo. 1. Partita. 5. & l. 5. ibidem. Sed quid dicit aliquis, si dedit fideiussorem, filius familias, nunquid fideiussor tenebitur de mutuo? Respondet lex. 2. Com memorata, quod neque fideiussor huiusmodi tenebitur de mutuo. Quia contractus mutui est nullus nisi in casu, quæ filius familias, haberet alia bona posita, quorum administratio non suberatur ei, sub cuius potestate debebat. Aut casu, quo mutuans exquiret an esset filius familias, aut pupillus, is cui erat mutuum dandum, & ille mentiretur, negans se esse talem, tum tenebitur restituere, quod mutuo accepit, in poenam mendacij. Aut denique tenetur restituere, si gerit officia publica regis, vel alicuius domini, vel communitatis, vt si prætor sit, vel præfectus vel rector, &c. vel habet mercenariā tabernam, itemque miles. l. quarta. vbi supra, quia de huiusmodi præsumitur, quod in bonum communitatis mutuantur. Et secundum leges has commemoratas, in casibus solum per eas relatis, poterit is, qui sui iuris non est commodato aliquid recipere. Vnde si filius familias sine autoritate patris, aut pupillus sine autoritate tutoris, accepit equum commodato, & sua culpa perit, non tenebitur restituere, neque enim tenetur ex actiōe commodati. Et sicut ipse commodato dare nequit, quia non est sui iuris, ita neque recipere, præter casus commemoratos.

¶ Forſan quæret aliquis, & quid si is qui recipere potest commodato accepit commodato equum ad bellum, vel duellum, vel ad agendam tauros, & sub bello,

vel duello vel sub ipsa agitatione perit equus, num tenebitur ex actiōe commodati? vtique non tenebitur, siquidem commodatus equus, datur ad vsum huiusmodi ex quo vt plurimum sequitur mors, aut perniciēs eius. l. 6. titulo. 1. 6. libr. 3. fori. Et idem. ff. eodem titulo. l. si vt cert. do. §. sed interdum. Et rationem iam tetigimus, nam ad huiusmodi vsum commodatur, vnde vt plurimum vel mors, vel perditio commodati tam resultat, vt argum. ff. de usufructu. l. arboribus. §. nauis. vnde si seruum tibi commodauit, vt tegetet domus tuæ culmina, tegulis, vel quibusvis alijs tegumentis, & de culmine domus, quam tegebat cecidit, periculum erit commodantis, & non commodatarij, & est exemplum textum prædicto. §. interdum. Nanque casus hic præuideri debuit, ab ipso commodatē. Nisi tamen, commodatarius huiusmodi suscepisset in se periculum, vt iam sæpe dictum est: forsitan queritas quid discriminis inter sit, inter periculū, & casum fortuitum? verum videlicet, qui suscepit in se periculum cogatur item suscipere in se casum fortuitum, ex eo solo quod suscepit in se periculum. Respond. Non esse hæc connexa, sed diuersa vt not. Bald. in l. opus. ff. locati. Et est exemplū facile, quod prædictum est seruus enim commodatus tegēde domui, si forte lapsus interit, non tenetur commodatarius, at si commodatarius conueniat, de suscipiendo periculo, & forte seruus tegendo culmina domus tactus fulmine corruit, vtique, est ex conuentione hæc tenebatur periculo, at non tenebitur de casu fortuito fulminis, vel alterius huiusmodi euentus. Quippe vt sæpe dicebamus, istud est valde speciale & odiosum, & ideo si non exprimitur in contractu intelligitur exclusum. Et ratio diuersa periculi & casus fortuiti prompta est. Nanque periculum præuideri potest, videlicet periculum, vel suffocationis in flumine, vel lapsus ex culmine domus, vel furti & id genus alia. At vero casus fortuitus si proprie sit seruo, non potest præuideri, vt supra expositum est. Et colligitur. ff. de furt. l. eum qui §. idem scribit.

Qui commo dato accepit rem, ad vsam periculosa non tenetur de periculo.
An qui suscipit in se periculum eo ipso suscipit in le euentū fortuitum.

Alia est ratio periculi, alio casus fortuiti.

ri nequit reputatur casus fortuitus, vt si vxor, aut filij, aut familiaris, à quo præcauere non possumus fecit furtum, est casus fortuitus. Quod si fecisset is, à quo præcauere debuimus, iam non est casus fortuitus, vt rectè tradit Cyn. in l. 1. C. de positi. Quamobrem, si conuentio fiat de suscipiendo periculo, sit conuentio de eo, quod præuideri potest: vnde non sequitur, igitur sit conuentio etiam de eo quod præuideri non potest, cum sit lata differentia inter rationem eius, quod potest præcaueri, & de eo quod non potest. Vnde latrocinium est casus fortuitus, quando latrones, vel graffatores de repente, & ex insperato irruunt in viantem: quia huiusmodi aggressio insperata, præuideri nequit, vt in Authen. vt nulli iudi §. penult. C. de pigno. actiōe. §. qui fortuitis. & not. in l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. sed forsitan adhuc hæsitabis, an si mihi commodato datur vel homo vt seruus, vel ancilla, vel iumentum, aut venaticus canis, &c. an teneat hæc alere tantisperdū mihi commodato dantur. Respondent me teneri, siquidem commodatum est ad vsum meum igitur pro vsu qui accipitur alimonia est impendenda.

¶ At obijcies, commodatum gratis est dandum in commodum alterius. Vnde commodatum idem est, quod commodo alterius datum, si gratis, igitur non tenet alere huiusmodi vel hominem, vel animalia. Reipon. gratis eo dictum commodatum sciendum, quia non ex pretio aliquo conuenitur, vt fit in locatis, & conductis, nihilominus, quando animalia commodato dantur, alenda sunt à commodatario, quando eius vsui seruiunt.

¶ Quod si seruus commodatus in firmetur, aut iumentum, non tenetur commodatarius tuoc proprijs sumptibus, vel alere, vel curare, quia tunc cessat vsus ob quem commodato est acceptus, sed sumptus soluet commodans. Commodatarius igitur quando apud se hæc commodata habuerit, etiam infirma cibabit, atque curabit, at commodans tenebitur sumptus restituere. Est tibi factio de huiusmodi in l. 7. Part. 5. titulo. 2. Tu intellige, si huiusmodi agrotant, sub commodati tempore, & non ex culpa commodatarij. Nanque ex culpa eius re-

Que præuideri possunt non sunt proprie dicenda fortuita.

Cur contra-ctus commo-dati gratis dicitur celebrandus.

sultat

sulcat morbus, suo impendio tenetur curare morbum sufficienter medicamento. Unde si curatio, eget multo tempore etiam excedente commodati tempore, nihilominus coram toto necessario tempore impendere tenetur, quippe qui in culpa est. Hæc sitabit, item, quid si commodatarius, rem commodatam destinauerit, per nuntium commodanti, & submana nuntij res ipsa perijt? num tenebitur commodatarius restituere perditum? Et quidem, vnum in absoluto est quod si nuntius huiusmodi, non est verbonæ fidei, aut, est stolidus, aut iners, vnde est subsequuta perditio rei commodatæ, quod commodatarius, tenetur restituere. Tenebatur enim eam diligentiam alienis seruandis adhibere, quam suis. Si vero ijs mittitur, cui solebat commodatarius similia, vel maiora committere, tunc si seruas erat, & aufugit verbi gratia, non tenetur commodatarius de fuga. Vnde neque tenetur ad restitutionem solvendam, neque ad interese. Neque si quæuis alia res sit, & perdat, vt colligitur ex largentum. ff. commodati. cuius verba sunt. Argentum commodatum, si tam idoneo seruo meo tradidit, ad te perferendum, vt non deberet quis restituere futurum, vt quibusdam malis hominibus deciperetur tuum non meum detrimentum erit, si id mali homines intercepissent.

¶ Verum hæc lex, vt plerique aliarum fundamentum habet, in vulgari presumptione, quæ & fallere potest. ¶ Verum quia lex de ijs fertur, quæ in plurimum contingunt, ideo rectè itatur, pro foro tamen contentioso, at pro foro conscientiarum, vbi veritas nitet, & presumptio despicitur, secus est. Enim vero si confessorio confasset, ex facti veritate famulum hunc, quem opinio communis reputat idoneum, quod nihilominus ipse fuit in culpa, quod argentum fuit interceptum obligabit famulum hunc, ad restituendam iacturam argenti, & quantum in foro exteriori absolveretur, quando non esset culpa probata sufficienter contra ipsam, ceterum in foro animæ tenetur restituere, argentum, quod eius causa fuit interceptum.

¶ Et hoc idem obseruabis, siue in conductis, siue in depositis, siue in precarijs,

vel in quouis possessore vel detentore rei alienæ, si illam suo creditori, vel suo domino per nuntium destinat. Et idem constituitur, l. 4. tit. 2. Pa. 5. vbi habetur, qui misit rem commodatam restituendam domino suo, & eam tradidit restituendam famulo, cui dominus rei mandauit tradendam, si in potestate huius res perierit, vel damnata quoduis patitur, detrimentum erit domini. Et idem est, censendum, si rem huiusmodi destinauit, per famulum fidelem, cui sua committere solebat, tunc sane si res amissa est, vel vi, vel euentu detrimentum erit domini.

¶ Porro, si rem destinauit per famulum vel nuntium negligentem, ex huiusque negligentia res commodata perijt, aut noxa læcumbit, huiusmodi vertetur in detrimentum huiusmodi.

¶ Ceterum si dominus rei, misit, nuntium commodatario, vt mitteret rem, at nuntius permutans verba, adiecit, quod per ipsum res mittatur, cum aliquo dominus, non hoc dixerit, aut iussit, quod per nuntium illum res mitteretur, sed solum quod res restituatur adimonit, tunc sane etiam detrimentum erit domini, & non mittentis: hæc ibi. Et consentit. l. si mei causa. ff. commodati. & l. si is cui. C. de furtis. ex quibus habetur, quod si literas ego misit commodatario, vel de positario, vel aliis detentori rei meæ, vt huiusmodi mihi restituat, & non expressi, quod latiori literarum traderet, sed solum indicans quod restituat mihi quod meum est, at vero si ipse, qui rem meam habebat traderet latiori literarum mearum, & hic interim aufugit, cum ea vel rem perdidit, quod tunc ipse qui rem tradidit latiori non excusatur, sed tenebitur in vtroque foro, detrimentum subire. Enim vero nuntius huiusmodi, non mittebatur ad recipiendum, sed debitum solum ad requirendum de soluendo debito, vt ex prænotatis. l. satis colligitur, à Iurisconsultis à Bart. Paul. Salyet. & Bald. in l. si is cui. C. de furtis. vbi hoc idem tradunt. ¶ Aduertunt autem, istud esse verum, quando sit in specie commodatæ, non tamen in genere vocant speciem, quod nos indiuiduum, vt si commodatui seruum, vel equum, vel bouem hunc, vel illum, vocant autem genus, quod nos speciem, vt commodatui olei cadu,

aut

Vsu cōsumptibilia nō commodantur.

aut tritici coru, aut panes duos, vel tres, &c. Nam vsu cōsumptibilia, nonnunquam dicitur etiam commodari. Luc. 1. Amice comoda mihi tres panes, Et si vt dicebamus, vsu cōsumptibilia, nō sunt locabilia neque cōmodabilia, quippe quæ ipso vsu consumuntur, & ideo potius mutuantur. Quanquam lingua Hispana, nō habet item duo verba correspondētia istis duobus latinis, commodo, & mutuo. Nā que Hispana vox vna, ambobus respondens est, *prestare*, & *commodatum*, & *mutuum leges fori*, confundunt sub voce hæc *empresido*. Nunc vero quidam distinguunt, vocantes commodatum *prestare*, & *mutuum empresido*, verum noua videtur vocabulorum hæc aptatio, cum *prestare* significet præstima eclesiastica, verum refert nihil redeamus ad nos ipsos, si commodatui equum non tenetur de damno illius commodatarius, quando ipse immunis est à culpa, vt item si locauit; & conductor, si immunis est à culpa, de noxa conducti nō tenetur.

¶ Porro si commodatui, id est mutuauit olei, vel frumenti, vel aliorum hoc genus mensuram commodatarius tenetur restituere tantundem, etiam si nulla culpa interfuerit, vt pote si irruentis latrones, subripuerunt oleum, vel frumentum, &c. Si quidem ex contractu huiusmodi resultans obligatio, non est ad speciem, id est ad istud oleum soluendum, quod accepi mutuo, sed ad genus, videlicet, ad soluendum tantundem quantum accepi.

¶ Quocirca, etsi pereat species hæc, non tamen perit genus, vt isti loquuntur. Argumēt. tex. cum materia. C. si certum petatur. Pro quo facit Paulus de Castr. in prædicta lege argētum. ff. commodati. & alij Iuriscōsulti vt Alexand. in additio. ad Bartol. Bald. & Salyet. in dicta. l. si is cui. C. de furtis. Iaf. notat in l. prima. ff. de eo, per quem factum erit.

¶ Et quidem ratio prompta est, quippe in commodato horum, transfertur dominium & ideo non est proprie commodatum. Quocirca, si alicui commodatui tres panes commodatarius est iam dominus horum ideo que suo domino aut stant, aut cadunt. Nam qui furaretur non furatur meos panes, sed commo-

datarij, cum sit verè mutuum & non sit commodatum proprie. Verum quidem est, quod huiusmodi vsu cōsumptibilia, possunt commodari, quando distrahuntur ad alium, quam sit eorum naturalis vsus, vt quando commodantur pecunia, ad pompam, & ostentationem, & ad eandem rationem possent accommodari hoc genus cetera. Quod si gratis hoc fiat, vt commodatui pecunias argenteas, & arcas, mulieri, vel viro, vt ostentent diuitias, si gratis id feci commodatum est, si vero ex pretio locatio est. ¶ Ceterum, quia vsus natiuus horum est, consumptio ipsorum: nam panis est ad comedendum, & pecunia ad expendendum in rebus vtilissimis, ideo diximus, huiusmodi non proprie, commodari, cum igitur commodatum est in specie pecuniæ, id est ad indiuiduam soluendam pecuniam, est verè commodatum, cum non est obligatio ad speciem, sed solum ad quantitatem soluendam discretam, vt si dedi decem, solum ad decem est mutuum.

¶ Quod si etiam num hæsit, num si quispiam est debitor, vt Ioannes est debitor Petri debitor videlicet. 50. aureorum, quia verbi gratia, illi vendidit equum totidem, si Petrus petuisset comodatui Ioanne equum quem vendidit eidem, nū Petrus pro pretio non soluto equi vendidit Ioanni poterit ne retinere equum? vt pote si cōuentū est, inter eos, quod intra mensem, soluat. 50. Ioannes, Petro, si trāstō mēse, nō soluerit poterit ne retinere equum quem comodatō accepit à Ioanne, post quā eū vendidit eidem? De qua re extat. l. 6. tit. 1. 5. li. 3. fori. vbi habet, si quispiam accepit quicquā mutuo ab aliquo debitore suo, nō potest, quod in mutuo recepit ab illo, sibi retinere, ppter debitum. Hoc autem iubemus in mutuis quæ nō fiunt in ijs quæ consistunt, in numero, vel pōdere vel mēsurā. Enim vero si mutuū, est in istis rebus & debitū, est alia uerū similitudinē, & debitū est tam liquidū, quā mutuū, creditor poterit retinere, tantū ex re mutuata, quantum est ipsum debitum: verum si non est adeo liquidū debitum, quantum velit liquidare debitū, non potest interim retinere mutuatum, neque partē eius, propter debitū nō liquidum. ¶ Vnde inferit, quod si quispiā debebat

Qua ratio-
ne vsu con-
sumptibi-
lia possunt
comodari.

Mutuata-
rius tene-
tur ad quā-
titatē com-
modatarij
tenetur ad
speciem.

Dubij de
retinendo
comodatō
in reo pen-
sationē de-
biti.

D d decem

decē aureos, vt Ioānes Petro, & Petrus mutauit interim idem Ioannes decem mensuras tritici, totidē valentes, ad mensuram, verbi gratia, soluēdas transacto mēse, si non soluerit, Ioannes Petro decem aureos, poterit Petrus recompenfationem debiti capere ex decē mensuris tritici, quas mutuo accepit. Modo æquū liquidum sit debitum decem aureorum, vt est mutuum, iuxta huius legis dispositionem, & istud est verum in vtroq; foro. ¶ At vero, in rebus quæ ipso vsu non consumuntur, aliud disponit lex, videlicet, quod non datur recompenfatio debiti ex mutuo, & vocat mutuum commodatum. Vnde, si ego commodauit tibi equum, & eram tibi alioqui debitor, 50. aureorū, id quod erat pretium equi, non poteris retinere commodatum equum, pro debito quod tibi debebam, itaq; nõ datur recompenfatio, contra commodatum. Esti debitem emanet ex ipso commodato: vt si debitor eram 50. propter ipsum equum quæ creditor, alioqui commodauit. Enim vero contractus commodati, qui vsq; ad certū tempus celebratur, obligat commodatarium ad restituendum domino commodatū. Neq; enim debitum, quod præerat, soluit naturam contractus, quominus, non teneatur commodatarius, restituere commodatū, sub eopore initii contractus. ¶ Tu obserua interim in. l. citata, vt sub voce hac Hispana *empréstida*, o *empréstida*, lex comprehendit, & commodatum, & mutuum, vt etiam in. l. obseruatur, verum latius sermo hæc distinguit, vt nos distinximus. ¶ Addunt item Lariciõsuli istud verum esse, nisi debitum sequatur ad commodatum, vt si debitor tibi eram 100. aureorum, petisti interim à me commodato vasa argentea totidem valentia, & si nõ solui tempore conditio, retinere tu poteris vasa mea argentea. Nempe, quia creditor petendo argentea vasa à debitore, & debitor concedendo, viti sunt iam mutua natura contractus commodati, in naturam contractus alterius, scilicet pignorationis. Pignus enim rectè retineri potest, pro debito. Nam est pignus eum fideiussum debiti. Imo nullus fideiussum adeo idoneus, vt sufficiens pignus pro soluendo debito, & hoc idem constituitur in. c. titul. de commodato in fine.

ubi dicitur. Prætextu debiti restitutio debiti non probabiliter excusatur, id est si debebam tibi decem, & commodauit tibi equum, prætextuque debiti, non vis equum restituere, tunc non probabiliter, id est non rationabiliter reculas restitutionem. ¶ Glossa autem limitat, nisi comodatarius fecerit expensas, iure comodati. Tunc enim probabilis est excusatio restitutionis. Item limitat nisi debitum aliquid sit. & teneatur, non secundum speciem restituere, sed ad æstimationem, ex causa deteriorationis: nõ id temporis rationi consentanea excusatio est. Tu autē intellige, quod ait de expensis ex iure factis, non autē exhibito comodatarij, vt. ff. eo. d. in rebus. §. possunt. & de acquir. ed. poss. l. si quis rem. Tunc enim iure potest retinere comodatū, quæ circa illud necessarias fecit expensas comodatarij. ¶ Itē glossa limitat, nisi comodatū consistat in pecunia: cæterū pecunia cõsiderari potest, aut secundū primariū, sūū vsū qui est ex vsu cõsumi, & quæ hæc ratione, non comodatur, sed mutatur. Alio vero modo, si cõuertitur ad alium vsū, vt si vtatur quispiã ea ad ostentationē, & hac ratione comodatur, vel locatur, & videtur iuxta glossã quod secūdo modo retineri potest, ratione debiti nõ restitui, quousq; restituat. ¶ At forsan hæsitabis, & quæ si comodatus equus retinetur, pro comodato alio equo, nõ si alter nõ vult restituere comodatū, alius poterit retinere, quod comodato habet in re cõpensationē, supposito quod æquipolleanit. Quod si forte dixeris, illo non obstante, teneri commodatarium restituere: quia hæc est lex commodati, vt etiam tunc obliget commodatarium, ad restituendum. ¶ Occinam tibi, hæc legem habere locum, quando non impeditur ab extrinseco, videlicet, quia alter commodatarius, non vult soluere sibi commodatum, vnde videtur, quod æqua sit ratio si alter non vult soluere pecuniam quam debet, quod ego possum retinere commodatum æquiualens. ¶ Neque videtur, quod sit potior ratio cur ego possum retinere commodatum, quando alius commodatum mihi non soluitur, & cur non possum retinere comodatum tantisperdum pecunia mihi debita, non soluitur.

¶ Quod

¶ Quod si forsan dixeris, imo cum commodatum est magni pretij, & debitum est modicum, iniustum est retinere propter modicum debitum, rem commodatam magni pretij. ¶ At neque tunc videtur iniustum. Quædoquidem, qui id temporis, commodatum retinet, non retinet animo retinendi, sed solum eo animo vt suum debitum sibi soluatur. ¶ Sed ais fortasse, & quid si tunc comodans, eget suo commo dato, & debitor nõ est soluēdo, an non fieret iniuria ipsi commodanti, qui est debitor, si & suum commodatum non restitueretur? Respondetur, quod si casus huiusmodi accideret, si comodans, exhiberet vel pignus sufficiens pro debito, vel fideiussorem idoneum commodatario, pro soluendo debito, id temporis deberet restituere si vero interim non restituat, non videtur iniuste agere in foro conscientie, quidquid sit de foro exteriori: & idē videtur, si commodatum, & debitū sunt æquipollentia, verba autem legis ex lib. fori dudum relata sunt qui commodato recipit aliquid, à suo debitore, nõ possit illud collere propter debitum non officiant, nõ & hoc verum est, quod comodatarius non potest sibi tollere commodatum propter debitum, vel est non potest fieri dominus commodati, verum retinere commodatum, quando diu sibi non soluitur debitum, aut datur sufficiens cautio de soluendo, non videtur iniustum. ¶ Quod si cõuentū est inter debitore & comodatarium, vt hic retineat comodatū si ille nõ soluerit, tunc pignus est & retineri potest. ¶ Ex præhabitis solues dubiū aliud, quod videlicet, si debitor, & creditor conueniunt, quod debitor rē debita mittat creditor per nuntium, talis nominis, & coloris, & vultus, & habitus &c. & alter astans rem cognoscēs mentitur se esse illum & afferēs ea signa debitor crederis esse illum de quo cõuentū est, tradit huic mēdaci pecuniã vel quoduis aliud soluēdū creditor, nõ liberabitur debitor: vt quæ liber est ab ampliori solutione quia per ipsam nõ stetit, quominus solueretur & innocēs est, in facto illo. Et Inrisconsulti, ita decernunt, vt Bart. in. l. si quis vxori. §. apud Labeonē. ff. de furtis.

Exposito legis fori.

Primum corollarium.

& In. d. l. i. ff. de eo per quæ factū erit, & ratio est tacta: quia huiusmodi debitor citra culpã rē tradidit soluēdã. At vero is qui mentitus est, se esse nuntium de quo conuentū est, tenetur in foro conscientie restituere creditor, suamã totã sibi traditam. ¶ Rursus inferitur, quod quia non transfert dominium comodatio, ideo heredes comodatarij tenentur etiam ex actione commodati, si res extabat apud comodatarium, ideo tenetur hæres restituere comodatū, quod habebat defunctus, cuius est hæres domino comodati. Quod si multi sint heredes singuli pro rata & pro ratione acquisitæ hereditatis tenentur commodatum soluere, si commodatum non est superstes, nam si extat, illud idem restituēdum est. Hoc traditur. l. 4. tit. 2. Part. 5. Et ratio prompta est, quia commodatum non est commodatarij, ideo sicut commodatarius non poterat retinere vltra tempus præscriptum, quia esset veluti fur concectans rem alienam inuito domino, ita & heredes, de furto essent arguēdi si commodatum illud retinerēt, nisi commodatis noua accessisset voluntas. ¶ Sed quid si commodatarius accepit comodatum, ad semestre spacium, & tandem interim intra bimestre defunctus est, nõ quid heredes, poterunt vi commodato, pro quadrimestri spacio, quod superest? Neutiquam, quippe contractus commodati non fuit celebratus, pro heredibus, sed solum pro commodatario, nisi secus conuentum fuisset. ¶ At forsan quæret quispiam, quid si comodatum perditum est, vt iumentum, verbi gratia, & qui perdidit soluit domino pretium iumentum, ex culpa commodatarij perditum, at forte dominus comodati, inuenit iumentum suum, nunquid tenebitur restituere receptum pretium commodatario? Respond. l. s. titul. secundo. Part. 5. non teneri præcisè ad pretium restituendum, sed penes ipsum esse optionem, aut retinendi iumentum sui inuenit, & restituendi pretij, aut retinendi pretij, & remittendi commodatario iumentum, quod perdidit. Et forte lex hæc, hoc constituit in fauorem comodantis, quia comodatarius ex culpa sua comodatū perdidit: verū si quis alter iumentū hoc inuenisset & comoda-

Secundum corollariū.

Dubium non.

Dubia finalia.

D d a tarius.

tarius, pretiū soluisse dño, ipse comoda- rarius poterit, exigere iumentū, tanquā suū, vt ibidem cōstitutur. ¶ Demum si quæseris, si comodās ex industria, non patefecit vitiū rei comodatæ: vnde com- modatario, secutus est detrimentū, an hu- iusmodi detrimentū comodans tenebitur refarcire? respondēdo teneri, idemq; oportebit dicere, atque in locatis, & em- ptis, atq; permutatis. Quoniā dolus, & fraus nemini debent patrocinari.

CAPVT IIII.

De deposito.



Contractus depositi, est itē recēdē in numero cōtra- ctū, ex quibus nō trāsfertur dominiū. Nāq; depōsi- tarius non est dñs rei depōsitæ, ideo quē vsus eius est illi prohibitus. Quia solū ei cōmissa est depōsiti custodia. Habet cō- tractus hic extrema, scilicet deponētē, qui est velut agens, & depositarium, qui est tanquā patiens. ¶ In abstracto vero, relationes hunc contractum denotātes, nominibus earent: & non accidit, vt in alijs contractibus in quibus nominibus gaudēt, vt venditio, emptio, accommoda- tio, & comodatio, locatio cōductio, &c. ¶ Sed idē reperitur in hoc cōtractu, atq; in permutatione, vbi relationes, sunt in nominata, sed circulo possumus eas, per hęc scilicet permutati traditio & susce- ptio permutationis cōtractus. ¶ Est autē depōsiti cōtractus, quæ dā rei traditio, ex qua dñs rei, suā propriā rem, alteri tradit custodiendam. Est enim depōsitū, cum quis spū suā rem alteri cōmittit custodiē dam. Itaq; depōsitū, nō cōmittitur alteri, ad vsū, sed solū ad custodiā. Vnde depōsitarius, tenetur eā custodire, & resti- tuere actione depōsiti est text. in. l. 1. & per totū. ff. eod. tit. & c. 1. & 2. ex. de depōsito. ¶ In diuinis porrō literis sit men- tio huius cōtractus. Vnde Leui. 6. Ani- ma (inquit) quæ cōtempit Deo negaue- rit, proximo suo depōsitū, quod fidei eius creditū erat, vel vi aliquid extorserit, si-

Cōtractus depositi extrema in cōcreto habet nomi- nata.

ue calūniā fecerit (& pavels interceptis) reddet omnia, quæ per fraudē voluit ob- tinere, integra, & insuper quintā partē. Et. 1. Timo. 6. o Timothee, depōsitū tuū custodi, & 2. Timo. 1. potēs est Deus, de depōsitū meum seruare, in illū diē. Est hęc posteriora testimonia, de depōsiti spūa li veniunt intelligēda. Namq; gratia Spi- ritus sancti, est velut data in depōsitū san- ctis, si quidē illis conceditur. Vnde 2. ad Timo. 1. depōsitū tuum custodi per spi- ritum sanctū cōcreditor enim ad profes- ctū in bonis operibus: vt munus etiam apostolicum, conceditur fuit, apostolis, seu fidelibus depositarijs. Nā sicut fide- lis depositarius, non vitur depōsito, ad propriū vsū, sed solum ad commodū deponētis custodit, ita apostoli fecerūt, non enim vñ sunt apostolica gratia, vel ad diuitias, vel ad honores seculi obtinē- dos, sed solum ad gloriam Iesu Christi. ¶ Rursusq; & cælestis patria, est tanquā depōsitum. Namque estū vita æterna est Dei, cæterum sancti per sancta opera il- lam faciunt esse suam, & quanuis non continuo illis confertur, est tamen tan- quam in depōsiti, à Deo custodita, ad conferendam eam sanctis, qui habent ad illam ius ex gratia Dei & ex meritis proprijs. ¶ Porro, istæ acceptiones sunt metaphorice, & trāslatitice, quādoquidē dictæ sunt secundū translationē, ex ve- ro depōsiti de quo nūc à nobis instituitur sermo. ¶ Cōtractus iste, quod primo scias, habet pro materia bona mobilia: quia bona immobilia, non dicūtur tradi in depōsitū. Quanius enim dicat aliquis, relinquo tibi domū in custodia, non hoc dicit propter parietes, sed propter mo- bilia bona, quæ domū existunt, quia hęc sunt quæ egent custodia. Ad hęc cōtra- ctus iste, vt sit verē & propriē depōsiti contractus, sit sine interueniente pretio, & contractus commodati, cuius superio- ri meminimus capite. Enim vero, si pre- tium interueniat, videtur contractus al- ter, scilicet locationis, vt si apud quendā repono, custodiendū vas aureū, & causa custodię spopōderim numū aureū, tunc huiusmodi, ego conductione, ad custodiā, & ipse locat se ipsū, ad idem præstādum. Hęc colliges, ex. l. 2. tit. 3. Part. 5. Quia ve- ro depōsitum est traditio rei in custo- diam alterius, videtur quod sit necessa- rium

Litteræ fa- oræ facile mēto nē depōsit.

Gratia Dei & vita æter na cur diē tur depōsi- tum,

Materia de- posit.

Deposita- rius idē no- mero tene- tur restitue- re.

rium ad depōsitū, quod sit expressū, tra- ditio ad custodiā. Vnde si me sciente, & patente, alius depōsit in domo mea sac- culum pecuniæ, non videtur esse depōsi- tum vt in sine. c. patebit. ¶ Depōsitarius igitur, quia rem recipit, in suam si. lem, & custodiam, eandem rem tenetur resti- tuere suo domino. Neque potest ea vti vel conuētere in vsū suū, sed solum seruare domino suo tradendam fidele- ter. Vnde si depōsitū perdidit, ex sua ne- gligētia tenetur in vtroque foro resti- tuere. Est solum tenetur ex dolo, & la- ta culpa, ex natura contractus intellige. ¶ Namque poterit accidere ex noua con- uentione quod depōsitarius, non solum tenetur ad præstādum dolum, vel la- tam culpam, sed etiam ad præstādā le- uissimam. C. de eodem. l. 1. vbi habetur si incurfu latronum vel alio fortuito ca- su ornamenta depōsita, apud interfe- ctum perierint, detrimentum ad heredē eius qui depōsitum accepit, qui solū do- lum, & latam culpam (si nō aliud specia- liter conuenit) præstare debuit, non per- tinet. En tibi vt ex cōtractu depōsiti ob- seruata eius natura, non resultat actio de- positī, nisi ex dolo, & lata culpa. Cate- rum si aliud accessit ex conuentione, ad alia se extendit huiusmodi actio. Vnde glossa super verbo, cōuenit, inquit, tunc enim seruatur conuentio, vt hic & ff. eo- dem. l. 1. §. si conueniat. In alijs etiam ca- sibus tenetur vltra dolum, & latam cul- pam, vt si se obtulit, ad habendū depōsi- tum, vt ff. eodem. l. 1. §. sape. vel pretium accepit, pro custodia, vt ff. commodati. l. si vt certo. §. nunc videndū. item si gra- tia accipiētis sit depōsitū. vt ff. si cer. pet. l. si quis nec. ¶ Item si mora præcedat ca- sum, vt videlicet si deponens petit quod depōsit, & depōsitarius detrectat resti- tuere, at interim latro suffuratur: tūc mo- ra præcessit casum, & tenetur depōsita- rius restituere integrū: quia fuit in mora restituēdi, vt ff. eodem. l. si in Asia. §. sin. ¶ Itē si culpa vel dolo præcessit casum, vt si negligēs fuit depōsitarius, in seruā- do depōsitū, aut si ex industria, & malo animo depōsitū deseruit, vnde perditū est, vt ff. eod. l. quod Mævia. & ff. com- mo. l. si vt certo. §. comodati. & ff. de cō- di. fur. l. qui furtū. & ff. eod. l. 1. §. si rem. ¶ Et demum, obseruabis eadē in hoc cō-

tractu, quæ in cōtractu comodati decre- uimus obseruāda. Nisi quod in comoda- tis, commodatarius tenetur ex culpa le- uissima, qñ comodatū est vt ferē frequē- ter solū est in gratiā eius. At vero depōsi- tarius, vt plurimū non custodit depōsi- tū in gratiā sui, sed deponētis, & ideo so- lum de dolo & lata culpa tūc tenetur: secus si depōsitum sit in gratiam depōsi- tarij. Oportet autem casum fortuitum in istis esse verum, vt liberet à restitutio- ne, vnde in. c. l. iudicata subditur. ¶ Quod si prætextu latrocinij commissi vel alterius fortuiti casus, res quæ in po- testate hæredis sunt, vel quas dolo desijt possidere, non restituant, tam depōsiti, quā ad exhibendū actio, sed in re veditio competit. Hoc est si falso hæredes de- positarij allegāt depōsitū fuisse ex latro- cinio sublatū, vel ex casu fortuito; nihi- lominus, tenent restituere, quia casus ve- rus fortuitus, solum qñ sequitur extra cul- pā, & sine cōuentione de sustinēdo per- culo ex fortuitis casibus, liberat à resti- tutione non casus falso assertus. ¶ In ca- sibus porrō prænotatis, vbi depōsitarius tenetur restituere, nō solū datur actio de- positī, & premit depōsitariū, ad exhibē- dam rē, sed etiā ad dāna secuta, quia non fuit suo tēpore exhibita, videlicet si de- positū apud te mille aureos & noluit restituere depōsitū, si ego, quia non resti- tuiti, paterer detrimentū, vel quia vt sol- uerē debita, accipi ad vsurā, vel quia erā lucraturus centū vel alias, hæc omnia te- net refarcire depōsitarius, ex cuius dolo vel culpa dāna prædicta acciderūt: vnde C. eod. l. 2. sic habetur vsurā in depōsiti actione, sicut in cæteris bonæ fidei iudi- cijs, ex mora venire solent. & ff. eod. l. 1. §. hęc actionē. si species est depōsiti, vt vi- delicet, bos, vel ouis, vel ancilla, vel ser- uus, & omnis causa, & partus. idē de vsu- ris. l. videamus. 2. At in. l. p. dicta vox vsu- ræ, nō significat vtiū, sed vsū fructū. Si quidem si deponens erat verbi gratia lu- craturus, ex sua quam depōsitum pecunia centum, at quia eam remoratur resti- tuere deponētī, deponens est frustratus suo lucro, hoc lucrū lex prædicta, & alia sæpe vocant vsuram. Item si ex grege depōsitarius, accepit, lac, casum velle- ra, vsuræ dicuntur ex vsurpatione legū. Et huiusmodi vsuras tenet depōsitarius, vltusuctu.

Lex. c. vo- cat Introf- tū fortui- tū casum vt supra nos expres- mus.

Actio depo- siti tran- sinit contra hæ- redes depo- sitarij.

Vsuræ in legib⁹ vsur- patur pro vsusuctu.

deponēti soluere oēs, nisi sibi retinuerit quāsdā pro custodia, quā depositari⁹ nō soluit, itemq; nō solū vsum fractū restituere oportet rei depositæ, sed itē dāna omnia, si qua cōtingat ex mora nō restituēdi rē depositā, modo ex culpa vel dolo depositarij cōtingat vt sæpe diximus. ¶ Quod si mihi obieceris l. 3. tit. 3. Part. 5. vbi cōstituitur quod depositarius, nō restituens depositū, tenetur reparare dāna emergētia ex mora restituēdi: non tamē tenetur ad restituēda lucra, quæ poterat depositarius lucrari ex sua re quā deposuit. Respondetur, quod lex hęc loquitur de lucro possibili, quod in quā poterat depositarius lucrari, nos vero loquimur, de lucro illo quā lucraturus erat de facto depositarius, si mora restituēdi suā rē depositā nō interfuisse. ¶ Dubitabis forsan, & quid si pecuniā deposuit, an nō satis erit eādē specie restituere? Et quid si depositarius lucratur interim ex pecunia deposita tenebitur ne eandē pecuniam cum suo lucro restituere? Hoc sanē non esse necessarium supra docuimus. Enim vero lucrum hoc sub tempore depositæ pecuniæ præsumpto industria depositarij est tribuendū, nō pecuniæ. De re tū hac habes l. 1. §. tit. 1. §. li. 3. fori. vbi sancitur, quod si res deposita est pecunia, & traditur numerata, vel argentum sit, vel aurum, quæ deponuntur sub suo pondere id temporis si depositarius tantumdem tradiderit, etsi non idem tradat numero nō est redarguendus, quippe ad ampliora non tenetur. Porro si huiusmodi traduntur obseruata, vel clausa, & ipse ea recluserit non sufficit eadem specie restituere, sed oportet eadem numero restituere: & sub pona restituēdi dupli si aliter fecerit ad hoc tenetur. Et ratio prompta est, si quidem deponēs ea obseruans, & claudens eā clausit, & obsignauit, vt eadem numero, sibi restituerentur, vt videlicet prohiberet vsum pecuniæ sic obsignatæ. Quod si dixeris, quando deponitur pecunia non clausa, videtur, quod non sit contractus depositi, si quidem depositi contractus, non transfert dominium rei depositæ, vnde depositarius, tenetur idem numero restituere, at si pecunia non datur clausa vel obsignata, non tenetur depositarius, ad idem numero restituendum, igitur

nō est depositi contractus, sed erit alius, videlicet sapiens mutui contractum potius, quam depositi. ¶ Respondetur vera ita esse, quod argumentum præten dit. Nihilominus vt Iuriconsulti tradit, quæ remotissima sunt à depositi natura, fortiuntur locum depositi actionem. Quia depositarius huiusmodi pecuniæ, non clausa tenebitur ex depositi actione, si fuerit in mora, &c. & agatur cōtra eum tanquam contra depositarium, tenetur enim ad seruandam fidem depositarij, etsi re vera nō sit depositarius propter rationem commemoratam, & lex commemorata vocat eum depositariū, vt l. quintus Cæcilius. ff. eodem tit. & l. si sacculum. ff. eodem. est autem verē depositum, quādo obsignata traduntur, quia nisi eadem numero reddantur depositarius tenetur furti, & duplum tenetur restituere, vt lex præfata cōstituit. Et item Inst. de oblig. quæ ex deli. nascunt. §. furtum autem sit. Et C. de eodem. l. 3. ¶ Vertitur autem in dubiū, quid si sacculum pecuniæ, deponens, deposuit, apud aliquem ligatum, vel obsignatum, at vero tempore tradendi depositi, apparet solutum & depositarius inficiatur se soluisse vel vinculum vel signaculum? Respondetur, quo depositarius, si vera narrat, in foro conscientie non tenetur furti: si ipse, quam tenebatur obtulit in custodiendo deposito, ne referatur diligentiam. Quæ videtur exhibita, si omnia quæ in sacculo erant cōdita integra & illæsa reperiuntur. Nam si fieri potest, quod aliquis ex filijs, vel filiabus depositarij vel seruis, &c. ex curiositate potius quam ex dolo referarit, saluis tamen rebus contentis. Aut quod vinculum ex alia causa solueretur vt accidit ligataris, relaxari ex temporis ductu. At vero in foro exteriore, putō esse rem hanc sub arbitrio iudicis committendum, cuius erit in casu exquirere, an depositari⁹ erat vir bonus, & probatæ fidei in populo, de quo nullus prudens, & grauis suspicabit tale facinus referādi obsignata, sibi concredita, aut nō est talis ceterū quā Iuriconsultorū est, ipsi decernāt. Dubitabis rursus, nūquid semp tenebit depositarius, reddere depositū, quā scilicet idem numero fuisse alius idē reddendū numero. Respondetur, quod quidā ex cipiuntur casus quibus non

Depositū pecuniæ numeratæ & nō obsignatæ non est quoad omnia de positum.

Dubiū de vinculo rei depositæ fortē soluto.

5. Part. eor dem titul. lib. 6.

Fures non habēt actio nem ex furto.

non peccat depositarius, non reddendo depositum. Primus si petit gladium depositum is, qui furti. 22. q. 2. Nequis. Imo peccabit criminaliter, qui furem i gladium suum depositum restituerit, si quidem inde, est formidanda vel mors, eius vel alterius aut valde noxia percussio. Quauis enim restitutio depositi, sit actus iustitiæ, & secundum se sit bonus moraliter, at vero necesse est vt vestiat idoneis circūstantijs videlicet, quod fiat quādo, & quomodo oportet. Quippe bonum est ex integra causa, malum autem ex particularibus defectibus, vt scitē docuit S. Dionysius. Secundus casus est, si deponens fuerit deportatus. Quandoquidem id temporis, bona eius in publicum deferuntur. Dicuntur deportati qui perpetuo exilio in insulā auctoritate principis deportantur. ¶ Tertio cum fur depositū fecit, & ipse repetit, & veri domini petitio, cum furis petitione concurrat. Vt traditur. l. 6. tit. 1. §. lib. 3. fori. vbi sancitur, quod si depositarius à fure ignoranter, quod furto sublatum erat ab eo acceperit in depositum, & postmodum rescierit dominū rei concurrentibus, fure & domino, in petēdo deposito, debet illud tradere, domino depositi. Porro, si dominus nihil exegerit tradat depositum illi, à quo acceperit, etiam si latro fuerit, si tamen fuerit oppidi incola. Et hæc traduntur. ff. eodē l. bona fides. §. incurrit. Et aptē sunt hæc sancita. Nanque præferendus dominus depositi furi, ideo si ambo petunt depositum, domino est exhibendum. ¶ Rursus, quod furi sit conferendū depositum, quando non obstat domini ad petendum concursus habetur ex præfata l. bona fides. §. penult. itemque suffragatur. l. 1. §. si prædo. ff. eod. tit. Ex contractu enim depositi, quem præ se fert fur, potest petere rem depositā. Non tamen consequitur actionem ex improbitate sua scilicet ex furto quod fecit, ideoque non potest agere furti. ex. l. itaq; filio. ff. de furtis. Et equidem fur furto sublata deponens, non est verus deponens, quia nihil habet dominij in rem alienam neque qui rem illam accepit in depositum verē est depositarius: siquidē, non à domino, sed à fure accepit in depositū. Et nemo potest aliena deponere, apud aliū

inuito dño. Imo, depositarius huiusmodi, peccat mortaliter, huiusmodi depositum accipiens, si scienter accipit. Nisi acceperit, vt dño proprio restitueret. Et fur itē deponens de nouo crimine furti, itē est arguendus, quia cōtrahat, sic deponendo, rem alienā, dño inuito. Nisi deponeret respiscens, & vt honori suo conuulat, quia occultū est furtū, & intenderet, per depositarium restituere, quod furto subripuerat, vnde si cōstat depositario, de dño depositi, furi negare potest depositum, si tamen illud cōtinuō tradiderit dño. Neque fur potest agere actione depositi. Neque si res clausa est & obsignata agere potest furti actione, contra depositariū optimæ fidei, qui sciens esse furto sublata, voluit ea videre, vt restituat dño suo, vt furti qualitatem dignoscatur, at si res agatur in iudicio clausa sunt restituēda. ¶ Et demū quia depositi contractus, est bonæ fidei contractus, quādo fur deponit furto sublata, non est bona, sed mala fides, ideoque furi negatur actio depositi, postquā patuerit esse furtū. ¶ Quartus casus est, si fur, rem furtiuam deponit, apud illum, à quo subripuit tūc enim dñs rei agnosces esse suam nō tenetur eam restituere. vt. ff. depositi. l. bona fides. ¶ Est porro dubiū tertium, an depositi repetitio recipiat recōpensationem. An videlicet, is qui est depositari⁹, possit retinere depositū, ppter debitū quod si bi deponēs debet. ¶ Respondetur. negatiuē. Itaq; nullo obstante debito, illico tenebit deponēti petenti depositū restituere. Et ratio huius traditur in C. eo. tit. l. sine cōtractus qui ex bona fide oritur, ad perfidia retrahatur. Et verba sunt legis, si quis vel pecunias vel res quāsdā per depositionis, acceperit titulū eas volenti ei, qui deposuit, reddere illico modis omnibus compellatur. Nullamque compensationem, vel deductionem, vel doli exceptionem, opponat. Quasi & ipse quāsdam cōtra cum qui deposuit actiones personales, vel in rem, vel hypothecariā præstendat. Cum non sub hoc modo depositū acceperit, vt nō cōcessa ei, retentio generet. Et idem cōstituitur. l. 6. tit. 1. §. li. 3. fori. Quæ sic habet. omnis qui receperit aliquā rē in depositū, tenetur eandem exhibere, simulatque deponēs eam exegerit. Et illam non retineat, præ

Quis fur tūc accipit in de positū, de crimine furti est arguendus, si scienter facit.

Cōtractus depositi, est contractus bonæ fidei.

Depositum statim petenti domino est restituendum.

textu alicuius debiti. Siquidem non est ius, quando quidem deponens, depositario concedit rem suam, custodiendam, quod depositarius illam retineat prætextu debiti vel alterius rei verum si res data in depositum alioqui erat depositaria, id temporis, poterit eam retinere si volet. ¶ Ex illis inferunt Iurisco. aucti, quod in depositi petitione compensatio, vel deductio, non habet locum, vt ex eodem cap. vlti. tantoque depositum ornant privilegio, vt neque propter impenfas factas erga depositum intellige, etiam necessarias non possit retineri, si exigitur, id quod videtur ex. l. citata, co. dicitur planum esse. Esti alij aliud placeat quod propter impenfas liceat retinere, vt de commodato. c. proximo tradidimus, ex. l. ff. de acquir. possess. l. si quis rem. ff. de furtis. l. si is qui rem. Etiam si illa magis conuenire commodato, & de comodato esse intelligendas, alij autem mant. ¶ Ego vero magis assentio priori placito, siquidem si sunt necessariae depositi custodiæ, videlicet conducere custodes, ex temporis malitia, & deponens credit à depositario, homo cauulosus, & litigiosus, nõ faciet contra conscientiam, si retineat depositum in pignus impenfarum, quia hac ratione facilius recuperabit impenfas, quam si litem expectet cum litigioso. Et tunc induit nouam rationem depositum, scilicet rationem pignoris, non me latet in. l. 5. & 6. Part. 5. lib. 3. contrarium decernit, quod nec propter expenfas, liceat retinere depositum. At quantum considerando depositum sub sua ratione, esset illico restituendum, verum per accidens, non restituitur illico, vt etiam diximus, aliis in quatuor commemoratis casibus non esse restituendum, ad quos ceteri accidentes, possunt reduci: lex igitur commemorata si per se audiatur vera est.

¶ Insuper iam discrimen inter commodatum, & depositum quod commodatum, habet tempus determinatum, ante cuius expletionem, commodatum non potest repeti, vt ex prioribus colligere cuilibet erit promptum. At vero depositum, non habet tempus determinatum ex natura contractus, siquidem illico potest repeti, dico ex natura contractus. Namque etiam fieri potest, vt deposita-

rius, nolit recipere depositum nisi vsque ad certum tempus, & item deponens deponat vsque ad certum tempus. Nihilominus, etsi deponens, deponat vsque ad certum tempus, poterit sibi tollere ante uertendo illud tempus. Depositarius vero, si sumit depositum vsque ad præscriptum tempus, transacto illo tempore, poterit à se ablegare custodiam, neque tenetur villo modo ad custodiam, transacto tempore.

¶ Summa igitur prædictorum est, quod tenetur in foro conscientie depositarius illico petenti restituere depositum: verum quia præceptum est hoc affirmatiuum, ideo etsi semper obligat, non pro quolibet tempore, & loco, sed quando oportet, & quomodo oportet, &c. quod igitur lex, ait, illico esse reddendum intellige obseruata ratione personæ temporis, & loci, &c. Et rursum non omni petenti est reddendum. Namque si depositarius ignorat petentem, vel esse dominum, vel procuratorem domini, vel heredem si non reddiderit, non erit arguendus, vel mulcandus de dolo, vt. l. si quis. ff. eo dem tit. & ff. de reb. l. illud. §. si tantum. Negans autem depositum, ei qui iure petere potest committit furtum vt sepe dictum est & traditur. Insti. de actio. §. sed furti. Part. 7. tit. 1. o. l. 1. 2. vnde si depositarius interpellatur, congruo loco, & tempore, & absque congruenti causa depositum reddere detrectet, cum iam sit in mora post interpellationem, puniatur poena dupli, vt. l. quod te. ff. si cert. pe. ta. & l. mora. de vsuris. & l. si ex legati causa. ff. de verb. obligat.

¶ Ferunt autem Iurisco. aucti, quod negans depositum, extra iudicium poterit poenitere, antequam deducatur in iudicium, & euadet poenam dupli, inficiantibus depositum decretum. Et tradunt item quod huiusmodi dupli poena nõ solum debetur in flagi, propter negationem expressam depositi, sed etiam propter depositi procrastinationem, & in alioquin dilationem, vt commemorat Ioannes Fab. Inst. de actio. §. sequens diuisio. & §. sed furti. versic. sed illa.

¶ Hæsitant autem Iurisco. aucti num depositarius, si contumaciter non compareat aut respondere nolit exigenti iuste depositum, an condemnandus veniat ex duplo:

Non omni petenti est reddendum depositum.

An depositum possit retineri propter expenfas factas.

Depositum poterit induere rationem pignoris.

Commodatum & depositum, vt differunt.

duplo. Siquidem huiusmodi non negat depositum: nam tacens, neque ait, neque negat. Quod si non negat videtur confiteri. C. de iura. calumnia. l. 2. §. fin. aut reus vnde si non negat depositum, non videtur multandus ex duplo, sed sufficit simpli restituere. Et in diuersum est quia qui tacet, videtur reputari negans. ff. de interrogatio. acti. l. de ætate. §. Qui tacuit.

¶ Verum quod regula iuris. Qui tacet inquit, consentire videtur, quando respondere, scilicet, tenetur, est vera, quando de consensu agitur, is enim cuius consensus exigitur ad contractum, cum respondere tenetur, si id temporis tacet, habetur pro confesso. Quoniam si voluisset resistere vel dissentire, tempus exigebat contra, vt detrectaret, non detrectando, igitur videtur in sinuasse consensum.

¶ At vero in præsentis casu, non petitur consensus directus, sed solum restitutio depositi. Quocirca is qui se abscondit, vt non compareat aut vt non respondeat, quarit diuerticula, vt que ideo facere videtur, vt non restituat depositum.

¶ Vnde quia lex fori, præfata sic habet heredes, tenentur exhibere depositum, perinde atque is qui illud recepit in depositum tenebatur. Et qui depositum, noluerit restituere, aut negauerit, teneatur duplum restituere vbi vides duorum alterum sat esse, vt teneatur ad pendendam dupli poenam, is autem censetur in iure quod non vult restituere, qui post interpellationem non restituit, is autem negat, qui inficiatur se non fuisse depositarium, depositi huiusmodi. Quocirca hic negans, si conuincatur à deponente, tenetur ad duplum, sicut, & ille qui non vult restituere, id est, exactus non restituit nullam obtendens rationabilem causam. Aliter solunt iurisco. aucti, sed mihi aptius est sic soluisse.

¶ Porro, qualecunque hoc sit, in foro conscientie, depositarius cessante causa rationabili detentionis, tenetur restituere si vult crimen euadere, semper intellige nisi res deposita esset exigua, quia tunc illam non restituere, aut inficiari, non esset crimen. Ex leuitate enim materie, quod ex suo genere est crimen, ex leuitate materie, non est crimen, vt sepe dictum est superiori sermone, vt verbi gra-

Lex fori ex peditur.

Depositarius tenetur si vult euadere crimen restituere depositum.

tia, si deposuisti apud me calamum, aut libellam, valentem, verbi gratia, dimidiam argenteum, si non restitueris, aut negaueris, non est crimen, sed venalis culpa. Modo tamen inficiatio iuramento non stabilitur, iuramentum namque semper debet esse verum. Et peierans, non al leuiatur ex leuitate materie, nisi alias in deliberat peierasset, vt alibi nos diximus, quando de iure iurando differeretur.

¶ At forsitan obijcies contra dicta, si is qui tacet consentire videtur, igitur si quispiam me videntem, & patientem, vel dissimulante reposuerit in domo mea, vel cubiculo meo, sacculum pecunie, vel frumenti, aut quod volueris aliud, & forte illud furto sublatum est num ego tenebor depositi. Siquidem tacendo consentirebam in depositum, & tacite celebratus est depositi contractus, videtur, quod in foro conscientie tenebor.

¶ Respondetur, vel is qui me vidente, & tacente, deposuit sacculum in domo mea, dixit mihi, hoc relinquo tibi in custodia, aut nihil expressit, sed solum deposuit: & abijt. Quod si primum, vtique si ego taceo, cum debuissim respondere, dicenti hoc tibi relinquo in custodia, reuera videor confessus, & teneor, & deponens poterit agere depositi in foro exteriori. Quia expressit, & alter tacendo visus est consentire, si vero, deponens nihil expressit tunc distinguendum rursus est, vel enim, qui non expressit modo, solebat alias exprimere & quamuis tacebat is, apud quem rem suam reponerat, nihilominus res seruabatur. Et tunc, adhuc obnoxias est restitutioni, is qui taciturnitate sua dissimulabat custodiam, si vero nihil expressit, & ita solebat facere, & nihilominus, res custodiebatur, itidem obnoxias est restitutioni. Namque reputatur pro expresso ex adiunctis, vel modo accidit, quod reliquit rem apud quempiam, & nihil expressit isto vidente, & tacente. Et id temporis adhuc distinguo, vel magna intercedit alia amicitia, vel consanguinitas, vel nihil intercedit. Quod si nihil, non tenetur ex deposito, quia nulla fuit, vel tacita, vel expressa commissio & acceptatio custodiæ, & ideo non est depositi contractus. Nullus enim consensus fuit ex casu, vel tacitus, vel expressus, ex quo susciperetur res ad custodiam, si ve-

An requiratur ad depositum quod exprimitur traditio ad custodiam.

ro, amicitia intervenit, vel consanguinitatis erat tunc quia hoc videtur sufficere, ut deponens credat, suam rem esse custo diendam, quam reliquit apud amicum, vel consanguineum, quippe amicitia istud suadet, ut quae sunt amicorum, vel consanguineorum sedulo curemus, ideo amicus habebit id temporis actionem depositi contra amicum.

¶ Iam ex istis intelliges, quod traditur. l. si ego. §. si. ff. de iure Dona. & est. l. ser nus communis. ff. de donatio. inter vir. & vxor. ad probandum teneri depositi consanguineum, vel amicū in huiusmodi praescripto casu.

¶ Tu quoque scito, quod si quis deposuit rem suam in diuersorio vidente, & tacite eo, qui curā gerit diuersorij, etiā si nihil exprimat, teneri depositi, si furto, vel alijs subripiatur. Namque huiusmodi ex officio tenetur ad custodiendas res in suo diuersorio depositas. Et non est necessarius nouus, qui praestetur consensus, fat enim est antiquus, ex quo suscipiens curam diuersorij, ad hoc se constituit, idem dicitur, de quibus alijs officialibus, qui ad huiusmodi se constringunt, ut sunt nautae, caupones, stabularij, vt probat tex. no. in. l. 1. §. si. ff. nau. cau. stabu. & consentit Bal. ibi & alij iuriconsulti unde isti tenentur in conscientia ad custodiendum depositum & ablata deposita ex mala custodia restituere. Scito tñ non teneri, neque in foro conscientiae, neque contentioso, huiusmodi officiales depositi, in tribus casibus quos exceptit. l. 2. §. tit. 8. part. 5. Primus, si isti commemorati officiales eximunt se à custodia rerum, & dominis dicunt, vniuersi que vestrum sibi consulat.

¶ Secundus, si huiusmodi, exhibuerunt clauem, vel cubiculi, vel arcae, vel domus, vbi res custodiuntur.

¶ Tertius, si iactura rei deposita, non processit ex incuria officialis, sed ex euentu fortuito, cui ipse occasionem non suppeditauit, vt verbi gratia, ex fluminis repentino impetu, vel ex incuria hostium, vel alijs. Vnde si diuersorium incenderet, & res commissae stabulario, perderentur, tunc non est in culpa depositarius, neque tenetur depositi, si tamen eius negligentia, non fuit valde supina, vt traditur. l. 1. fort. tit. l. 5. lib. 3. vbi traditur, quod si

quispiam, deposuit equum, vel quoduis aliud deposuit apud alium, & forte dominus depositarij exarserit, si noctu exarserit, & res deposita, simul exarsit, si sequenti die, adustionem manifestauerit, non teneatur depositum restituere, si vero interdium facta fuit deustio, si eodem die euulgauerit deustionem, non teneatur depositum restituere, idem iubemus si noctu suffuratum fuit depositum, cum rebus depositarij, si vestigia apparuerint furis videlicet, vel paries perforatus, vel fores fractae, vel alias, si ergo statim quod sibi innotuerit furtum, euulgauerit, non tenebitur furti, si dixerit furto esse sublata, talia, vel talia, que deposita apud se habebat, si vero, furtum commissum fuit interdium, si quidem tunc vestigia non lucent furis audacia, nisi in locis desertis si ergo tum depositarius dixerit, quod depositum cum suis rebus, est deustum aut furto sublatum, si noluerit propositionem suam iuramento firmare, tenebitur depositi, verum si iuramentum interuenierit, ex quo iureiurando dixerit sua eū alienis apud se depositis, vel igne, vel furto perijisse, tunc non tenebitur depositi, item si iuramento asseuerauerit, quod ex impetu aquarum vel alias sua causa depositis rebus amiserit non tenebitur. Et quāquam lex haec non loquatur de officialibus, habet itē in eis locum vt patet, quippe eadem ratio est in omnibus, ideoque idem est iudicium. Porro autem huiusmodi lex, vt plerumque aliae procedunt ex coniectibus humanis, siue ex praesumptionibus, qui possunt fallere, & saepe fallunt, propterea non nunquam in foro conscientiae tunc non obligant. Namque fieri potest, quod quispiam, ardente igne, & saeuente in domum suam, nihil meminerit depositi, quippe repentina turbatio memoriam rapit, vt non possit, meminisse depositi suorum tamen meminit, quia vniuersi quisque, suapte natura prius fertur in sua quam in aliena. Nam amabilia ad alterum testante Aristo. procedunt ex amabilibus ad se & ideo, sentit te igne, currit, vt subueniat suis oblitus alienorum. Non quod ex dolo facit, sed sui impotens, & in memor. Aut. 2. quia volens vtriusque subuenire, non potuit nisi solum suis. Et tunc si eadem in eadem parte domus vtraque custodita, etiā in foro

Nota casum vbi statuit iuramento rei, vel parit, post quae constat factum.

exte.

exteriori non praesumitur fraus arg. ff. de iudicijs. l. si longius. 2. §. q. §. c. si non licet. ff. ad Silla. si quis in graui. §. si cum omnes. Aut etiā si sua erat pretiosiora, quā depositum, si primo consulit suis quam alienis, non propterea negligens fuisse in alienis custodiendis, aut de mala fide esset culpandus. Quoniam, quod ius ait, tunc non adesse bonam fidem in depositario, quādo saluis suis, aliena quae habebat in custodiam pereunt, est sanè verū, quantum ad praesumptionem humanā. Ceterum quantum ad veritatem, fieri potest, quod non ex mala fide, sed ex alijs causis diuersum contingat. In quā sola debet incumbere discernendam confessariis, missis praesumptionibus iudex autem exterior, in casibus istis nisi clare purgetur praesumptio procedit ad condemnationem, & coniecturae sunt valde probabiles, & non sunt temerariae, ideo sufficiunt ad condemnationem, vnde in. c. praenotato suspicionem fornicationis, fat esse traditur diuortio celebrando.

Obligatio restituendi depositi trahit contra heredes depositarij.

¶ Postremo notabis, pro complemento doctrinae, quae in hoc capitulo tradita est, quod obligatio restituendi depositi, in vtroque foro, transit contra heredes depositarij, itaque heredes deponentis, possunt petere depositum, vel ipsemet deponens, si superstes est, ab heredibus, depositarij, vel successoribus in hereditate.

¶ Qui illico restituere tenentur: quod si depositum est, vel iumentorum, vel vestium, & c. idem numero est restituendum, si extant, non extantibus vero, eorundem estimatio est exhibenda, si vero est numorum, aut aliorum vsu consumptibilium fat est, idem specie, & valore restituere. Modo tamen, numi, vel argentū, vel aurum, non sint tradita deposito, in arca recondita, vel alijs, obsignata, & inclusa. Quippe id temporis, idem restituendum est, numero, vt supra dictū est.

¶ Verum si depositum est eorum, quae vsu consumuntur, & non reponuntur obsignata, quilibet heredum pro sua ratione restituit, vt verbi gratia, si erant de

posita centū, & heredes depositarij, sunt decem, quilibet heredum ad decem restituenda tenebitur.

¶ Porro si res deposita diuidi nequit, vt verbi gratia, si iumentum fuit depositū, vtique restituatur integrum heredibus. Quod si ob hoc exortae sunt lites inter eos quia quilibet eorum contendit, iumentum ad se pertinere, id temporis ei restituatur ex heredibus, qui fidei iussores magis idoneos protulerit, quod stabit iuri, in restituendo, id quod ad se non pertinet.

¶ Si autem acciderit, heredes singulos spondere, optimos fidei iussores, id temporis nulli restituatur, sed depositum reponetur, loco tuto, vt in ecclesia, vel monasterio, eo vsque, quod causa, & lis exorta inter huiusmodi heredes, resolutura iudice, & decernatur, ad quem eorum, res huiusmodi pertinet.

¶ Quanto autem deposita fruuntur privilegio, debitumque restituendi depositum, vt excedat alia debita, quae ratio ne, sit alijs debitis praefendum. l. 9. tit. 3. part. 5. aperte in dicat, vbi constituitur, quod alijs debitis, debitum restituendi depositi, sit praefendum. Exceptis quibusdam casibus videlicet, nisi fuissent specialiter hypothecata omnia debitoris bona, vel pars eorum, vel nisi esset debitum aliud antiquius, quam debitum depositi, quia tunc iure antiquioris, est solvendum primo, vel nisi esset debitum ex sepultura, vel ex pecunia data ad reparandum domum, vel nauim, quae ibant perditum, nisi confessi fuissent, vel nisi esset debitum dotale, vel regi debitum vel debitum descendens ex delicto ad missio ante depositum.

Debitū restituendi depositi gaudet multa praerogativa.

CAPITULUM V.

De pignoribus, & hypothecis.



E qua re iuriconsultos, si iuuat legas, capite proximo, de hypothecis fuit facta mentio, imo de pignoribus & hypothecis, non semel supra facta est mentio. Quamobrem, opus factū est, de huiusmodi contractibus, connectere tractatum. Quandoquidem huiusmodi contractus etiam

Caupones stabularij nautae tenentur ad custodia eorum quae apud ipsos deponuntur.

Casus res quibus officiales deponunt ad custodia, de custodia non tenentur.

etiam referuntur, in catalogo eorum qui non transferunt dominium.

¶ Non enim creditor, qui apud se retinet pignus, est dominus pignoris, siquidem non potest eo uti adversus domini voluntatem. Namque si nulla esset debitoris reponentis pignus in fideiussorem debiti, vel tacita, vel expressa voluntas, unde sibi placeret, quod depositarius vteretur re sua, uti re illa esset simile furti delicto.

¶ Etenim contrectare rem alienam inuito domino, ad furtum spectat. Et colligitur ex l. si pignore. ff. de fur.

¶ At vero si verisimile est, vel ex amicitia, vel ex consanguinitate, vel aliis, quod non erit molestum deponenti, si depositarius legat librum pignoratitium, aut bibat ex vase, vel equiet equum, aut induat vestem pignori repositam, &c. tunc, non esset ut furtum, huiusmodi contrectare.

¶ Quippe non creditur inuitus dominus, ut etiam si usus rei est modicus, ut legere librum semel, vel bis, aut bibere semel ex vase argenteo, vel auro pignoratitio, aut quodvis aliud istis simile, siquidem in istis, non esset rationabiliter inuitus dominus, quoniam modica pro nihilo censentur.

¶ Item iure compensationis fas erit, ut Petrus modo est depositarius rei Pauli, & novit certo, quod cum Paulus erat, ite depositarius depositi Petri, quod utebatur huiusmodi deposito, pro suo arbitratu, tunc Petrus, si vteretur item deposito Pauli, non peccabit, si tamen cetera sint paria. Quoniam si Paulus utebatur, ad potum vase deposito Petri, si Petrus ob id vteretur vase Pauli, non sunt paria cetera, vestis enim facile consumitur ex usu, non item vas argenteum, vel aureum.

¶ Si vero cetera sunt paria non esset peccatum, usus pignoris recompensatio, ut in qua mensura mensus fuit vnus, alter quoque dimetiatur.

¶ In hypotheca quoque non transfertur dominium ut autem differant pignus, & hypotheca ex iuriscōsulto Vlpiano, hec est differentia, quod pignus proprie vsurpatur de rebus mobilibus, hypotheca vero immobilia spectat. Non enim vel liber, vel vas, vel vestis, &c. hypothecantur, sed bene pignori opponuntur.

Hypotheca & pignus vt differant.

¶ Et rursus pignus transit in creditorem, apud quem collocatur tanquam debiti si bi, fideiussor. At hypotheca non item, ut si domus hypothecata, manet apud debitorē. Est autē Græca, manet apud debitorē. Est autē Græcum nomen, ὑποθήκη hypothecae, id est subiectio, vel suppositio, & apte tunc domum emam, vel fundum hypotheco, vel quam volueris aliam rem, quia eam subiectio, seu obligo, pro soluendo à me debito, certo tempore hypothecam vocant. Quippe res manet obligata ceu quidam fideiussor, ad soluendum debitum. Et est certior fideiussor, quam si persona que is fideiuberet. Nam tutius est pignori incumbere, quā agere in personam. In sti. de obliga. quæ ex delicto nascuntur. §. furti.

¶ Latinis autem promiscua est horum duorum nominum vsurpatio, pignus, enim est quod creditori ad securitatem datur. Et dicitur à pugno, ut ca. de verbo. signifi. docet in l. Plebs. Nam res que pignori dantur, manu traduntur, vsurpatur etiam ad id quod Hispanè dicit, apueta unde Aulo Gellio, vocare in pignus, est quod Hispano idiomate dicitur apostar. Namque si duo de re aliqua contendunt vocatur in pignus certa res, que sit victoris, transfertur quoque in amoris indicium, vel argumentum certum, Hispanè empresa, vel alia amoris mutui amantiū, symbola certa.

¶ Cæterum Budeus, inquit pignus idem esse Latinis, quod Græcis est hypotheca, quasi obligationi suppositū, vel quasi ob fidem debiti depositū. Quod Latini pignori opponere dicunt, unde pignus iuxta Latinorum sententiam, tam de re mobili, quam immobili dicitur.

¶ Quando quidem, sicut res immobilis, manet obligata, ita & mobilis, ideoque ob seruata et ymologia vocis, quæ pignori opponuntur etiam hypothecari si dixeris non errabis.

¶ Verum iuriscōsulti ad maiorem legum distinctionem, distinxerunt vtrum que sicut & prædictum est Hispanè vero, voce obsoleta pignus appellatur penos, hypotheca vero prenda, vt est vide re in l. tit. 1. §. lib. 3. fori, de los empeños y prenda, nūc vero, voce vulgata vocantur pignora prenda, & Græca vox hypotheca, Hispanis vsurpatur, vt & iuriscōsultis, quando immobilia obligantur,

Tutius est pignori incumbere, quam agere in personam.

Pignori opponere quid.

tur, vel obligationi supponuntur ad securitatem creditoris de quibus habes in l. res hypothecæ. §. finali. ff. de pignori bus, & Insti. de actio. §. item seruiana. Et extat titulus in C. de pignoribus, & hypothecis, & in decretalibus epistolis extat item titulus de pignoribus vbi sub pignore, etiam hypotheca comprehenditur, vt ex ipsis tituli capitibus dignoscere non est difficile.

Quid est pignus.

¶ In diuinis literis porro pignus, vocatur arrhabo, vt Gene. 38. Quid tibi vis pro arrhabone? Et dedit Iudas Thamar, in arrhabonem, anulum, armillam, & baculum, pro hęcdo, exhibendo à Iuda de gre gibus. At Simeon, relictus fuit à fratribus apud Ioseph etiam in pignus, quod utque exploratum esset, fierant exploratores fratres Ioseph Gene. 41. id quod Hispanè dicitur, quedar en rehens, Latine in obfidem quando persona opponitur pignori. In l. autem. tit. 13. part. 5. Pignus ad hanc rationem diffinitur pignus, est res, quam homo aliquis tradit alteri vt illius habeat potestatem hec vero diffinitio, non est methodica, vt patet, sed facilius & verius diffinit pignus, est res, quæ alteri supponitur obligationi pro debito soluendo vel est res, quæ traditur creditori, ad securitatem debitis soluendi lex porro commemorata ite docet, quod iuriscōsulti, quod & si proprie vsurpatur pignus pro re mobili, cæterum, etiam vsurpatur pro rebus immobili bus, etiam si non tradantur in potestatem creditoris.

Pignoris diffinitio.

¶ Est autem pignoris hæc diuisio, est enim pignus, quoddam voluntarium, quando homo aliquis sponte pignoratitium contractum facit, opponendo alteri in pignus, suam rem pro debito certo tempore soluendo.

¶ Secundum pignus est iudiciale, quando iudex ob contumaciam debitoris, nolentis soluere, statim tempore, tradit rem debitoris in custodiam alterius, quousque debitor soluat quod debet, & si non velit soluere, rem vendi iubet, unde satisfiat creditori. Hoc pignoris gen⁹ est coactum, quia sit autoritate iudiciaria, repugnante domino pignoris.

¶ Tertium genus est, quod vocatur tacitum, est que hoc tacitum genus, quando & si non exprimat in contractu, con-

sequitur ad ipsam, unde hac ratione, bona viri, tacite hypothecantur, ad securitatem dotis suæ vxoris, nam & si expressa non fiat hypotheca, habetur pro expressa.

¶ Suntque & aliæ tacite vt bona prælatorum, sunt obligata ipsi ecclesijs, quibus presunt, propter malam administrationem ecclesiæ, si accidat. 1. 6. q. 1. c. constitutum, & 1. 2. q. 4. c. Quicumque, idemque Panorm. c. ex literis de pignoribus, & in l. 5. tit. 19. libro. 3. fori, idem sancitur idemque censetur, de bonis aliorum clericorum, que item sunt obligata, ad restitutam laesionem, si quam ecclesiæ intulerunt.

¶ Itemque bona eius qui promissit, verbi gratia, dotem, obnoxia sunt ei cui promissio facta est. C. de re vxor.

¶ Item contrahentes cum fisco, ipsi obligantur fisco. c. quibus causis pig. tacite contral. 1. & 2. Item eodem. l. 3. obligato fundo obligantur eius omnes fructus tacita obligatione.

¶ Verum si ex fructibus fundi, alter fundus emeretur, vel aliud prædium, hoc non itidem, est tacite obligatum. Siquidem fundus, aut prædium sic emptum, non hæret fundo obligato, sed ab eo separatum.

¶ Item ibidem. l. 5. & 7. in ducta, & illata in fundum obligatum allicui, ad pensionem soluendam, item obligantur tacita obligatione, vt verbi gratia, si inuexit rusticus, in fundum quem conduxit instrumenta apta agriculturæ, instrumenta tacite manent obligata, perfoluendæ pensioni.

¶ Glossa tamen huius legis, tres denarat conditiones, vt huiusmodi inuecta, tacite maneat obligata, prima, quod sint inuecta. 2. quod perpetuo ibi sint, & 3. quod domino sciente inferatur, vt. ff. eodem. in prædij. Et de pigno. l. debitor. & C. loca. l. certi.

¶ Et idem in locationibus sancitum est, idem esse obseruandum. Namque domo conducta, tacite conductor habet obligata bona quæ domi retinet sua, ad soluendum pretium locationis. l. 9. tit. 17. libro. 3. fori. item. l. si pater familias. C. quibus causis, vbi habetur, quod si patre defuncto, vxor impuberum filiorum legitimam tutelam nacta fuerit, præstito iuramen-

iuramento, quod ad secundas nuptias non conuolaret, si tamen, ad secundas nuptias conuolauerit contra sacramentum, id est iuramentum, pupillis tenetur mater ex mala administratione rerum ipsorum si antequam conuolaret ad secundas nuptias suorum impuberum tutorem non petijt. Tunc omnia bona, secundi mariti, obligantur pupillis istiusmodi. Et si glossa tradat hodie, non requiri iuramentum.

Hæc & alia hæc genus tacitam spectat hypothecam, item eisdem annumerata, ad ministrorum ciuitatis, vel collegij, bona, obligari, pro damno ab eis illato vt. l. ciuitas. ff. si certam peta. & l. 3. q. 2. illud. Et demum de istis tacitis, hypothecis, habes. l. 1. part. 5. titulo. 13. & l. 24. & 26. ibidem & l. 6. & 7. titulo. 19. lib. 3. fori.

Obijcit tamen quidam, lex exprimit bona huiusmodi esse obligata, & hypothecata, ergo non est tacita hypotheca, sed hic obijciens non aduertit ex eo dici tacitam hypothecam quia ex contractu non exprimitur, etiam si lege sit constitutum. At lex non est contractus, verum huic auctori hoc sæpe accidit, nam feruet studio contradicendi, & temerè cõtradicit communi placito suorum iuriconsultorum.

Secunda diuisio pignoris est, quodam est iudiciale, aliud conuentionale, est quidem conuentionale illud, quod peracto contractu pignoratitio, cõtinuo manet obligatum, creditori pro debito, etiam si creditor, non recipiat pignus, vt si conuentum est inter me & te, quod pro debito quod tibi debeo, sit tibi fundus meus in hypothecam, fundus meus est tibi obligatus, & positus pignori, vel hypotheca, vnde iam fundus, non potest subdi in pignus alterius, neque erit pignus, alterius etiam si ego subdidem illud alteri. Neque talis positio pignoris poterit creditori meo nocere, aut præiudicare.

Pignus ergo iudiciale, nunquam obligatur, nisi adfit, eius assecutio, vel tentio à iudice facta, itaque si antequam iudex retineat pignus, dominus pignoris, ponat illud pignori apud alium hic maius ius habebit in pignus, quam iudex, vt

habes ex. l. 1. titulo. 13. part. 5. & ff. de pignorati. act. l. 1. Alia item traditur obligatio pignoratitia prætoria. ff. de pignora. actio. Non est mirum, si sciendum.

Porro huiusmodi obligationes pignoratitiæ sunt expressæ, & non sunt tacitæ hypothecæ vt iam relatæ.

Est autem dubium in materia hæc, quale in prioribus, quæ res possint pignori poni? & C. quæ res pignori obligari possunt. l. 1. regula statuit generalis hæc. Alumnos, & cæteras res, quas neminem credibile est, pignori specialiter daturum fuisse, generali pacti conuentione, quæ de bonis tuis facta est, in causa pignoris non fuisse, rationis est, vnde in verbo generali, insinuat ex hac lege, non contineri omnia singularia, item colligitur, quod non generaliter conceditur, quod specialiter non est concessurus sic. ff. de minori. l. illud. §. fitalis.

Vnde si quis pignori obliget generaliter omnia sua bona, sub hac generalitate, non comprehenduntur vestis, qua se vestit, aut suppellectilia, aut mancipia, quæ sunt illi omnia vbi necessaria. Hæc namque ipse qui obligat pignori, omnia bona, non esset specialiter concessurus, cum sit concessio in magnum obligantis detrimentum.

At vero in. l. 7. titulo. 19. libro. 3. fori traditur quod qui obligauit omnia bona sua pignori pro debito, & post modum lucratus fuerit amplius, quod etiam hæc quæ lucro parauerit pignori manent obligata. Quippe sub clausula illa generali, etiam futura bona, quæ est possessurus pignori manent obligata. Nisi pignori obligentur quedam specialiter nominata, quia tunc, hæc sola manent hypothecata pro debito.

Itaque sub clausula generali, aliquando comprehenduntur etiam futura bona, etiam si non exprimeretur clausula illa quam tabelliones addunt, obligo omnia bona adepta à me, & adipiscenda, quia sufficit, quod lex intelligit sub clausula illa obligo omnia bona, etiam futura bona.

Quæ res hypothecari possunt aut pignori obligari possunt.

Quæ obligari possunt pignori.

De hypotheca futurorum bonorum, an comprehendatur sub hypotheca generali omnium bonorum.

Hypotheca actio duplex & directa & utilis.

At et si se extendat ad futura, non tamen comprehendit omnia presentia. Si quidem presentia, quæ ipse qui obligat generaliter omnia bona sua pignori, nõ erat specialiter concessurus, hæc excluduntur, etiam si sint presentia bona à cõcessione, & obligatione generali vt patet ex prædictis, item. C. quæ res pignori obligari possunt. l. 1. traditur quod nõ omnia futura bona, comprehenduntur sub clausula generali. Siquidem spes eorum prætorum, que pro coronis athletis præstanda sunt, priuata pactione, pignori minime admittendum est. Et ideo nec si generale pactum, de omnibus bonis pignori obligandis interuenerit, tenentur, itaq; pecunia, quæ datur athletis, aut equipollens pecuniæ, pro reportata de aduersario victoria, non obligatur pignori, & si pactum sit generale, sed quid de bonis ex bello paratis, aut ex doctrina num idem erit iudicium. Nam saltem quæ ex belli triumpho parantur, non videntur peioris cõditionis, præmia quæ bello reportant milites, quam quæ ex palestra athletæ, imo multo melioris.

Sunt autem obligabilia pignori, quæ sunt vendibilia, quæ autem sunt vendibilia, diximus cap. 2. vnde aliena pignori non possunt obligari, & si vendi possent, vt putant iuriconsulti, non tamen pignori obligari.

Vnde procurator citra domini voluntatem, non potest obligari pignori, quæ sunt domini. C. si aliena res pignori data sit. l. 1. item neque curator, siue adulti, siue pupilli, potest obligare horum bona pignori, nisi esset in eorum bonum pecunia mutuata. l. 3. ibidem, sed neq; qui maior. 25. annis, adhuc degens sub patris potestate potest quæ sunt patris pignori obligare inuito parente. l. 4. ibidem.

Sed quid si res aliena ego pignori obligauit, iam vero, pignus incipit esse meum. Respondet. l. 5. ibidem cum res quæ nondum in bonis est debitoris, pignori data est ab eo, postea in bonis eius esse incipiat ordinariam quidem actionem super pignore, non competere, manifestum est, sed tamen æquitatem facere, vt facile utilis, exemplo pignoratitiæ detur.

Est igitur hypothecaria actio, non ordinaria, sed ex æquitate, itaque quedam

est actio hypothecaria directa, quando scilicet, pignus est debitoris alia utilis actio, in casu legis, præ citata quando caput esse debitoris, quod non erat.

Et summa horum est, quod seruus, procurator, colonus conductor, vel actor, vel tutor, rem domini co inuito, non potest hypothecare.

Vnde. l. 8. ibidem dicitur nexum non facit prædiorum, nisi persona, quæ iure potuit obligare. Per nexum autem intellexit, obligationem, vt glossa intellexit, cur autem aliena possint vendi & non obligari pignori pendet ex quæstione à me vt puto satis disserta loco prænotato, an aliena possint vendi, quam videbis si iuuat hæc assequi. Hoc idem statuitur l. 9. tit. & lib. fori prænotatis vbi habetur. Prohibemus quod nullus homo, obliget pignori, rem alienam, item. l. 5. titulo. 13. part. 5. l. autem. 7. tit. 13. part. 5. disponitur de huiusmodi ad hanc rationem, qui potest iure distrahere rem, poterit pignori eandem obligare. Et tamen qui sperat, posse se alienare rem, si ante quam sit dominus rei, illa pignori ponat, post quæ factus fuerit dominus rei pignus manet obligatum, perinde atque si dominus actu fuisset rei, quando illam posuit pignori.

Porro si aliquis hypothecat rem alienam, scienti, esse rem alienam, non tamè tradit eam in manus eius. Etiam si is, qui rem alienam hypothecauit, parat sibi dominium huiusmodi rei hypothecatæ, & post partum dominium, tradat eandem pignori alteri, primus, non habet ius ad exigendum sibi hypothecatam rem, à secundo cui tradita est, donec secundo sit solutum sibi debitum.

Porro si ille primus ignorabat rem sibi hypothecatam, esse alienam, licebit rem sibi hypothecatam, sibi parare, à deotentore, quando is, qui hypothecauit æquisuit, eiusdem rei dominium.

Vnde videtur ex hac lege, quod etiam res aliena si pignoretur, valet contractus, quando is, qui eam hypothecauit ex iure sit eius dominus, verum vt dicebam, tunc utilis ex creditor habet actionem hypothecariam non directam, sed vilem.

Constituitur vero pœna dupli ijs, qui aliena pignori tradunt, vel qui habent aliquid in pignus, si alteri tradant in pignus.

Hypotheca ordinaria utilis ex

gnus nisi sub ea tantum quantitate debiti sub qua sub ipsis iacet pignus in l. 9. tit. 19. lib. 3. fori.

Liber homo no potest pignori.

Iam vero breui oportet transcurrere, quod ex praedictis colligitur, scilicet, quod liberi homines, non possunt pignori obligari. Namque liber homo vendi non potest, vt diximus late secundo libro, vnde. C. quae res possint pignori obligari. l. qui filios item expresse traditur, & ex. de pignoribus. c. lator, idem constituitur.

¶ At obijcies, quia saepe, pro pace seruanda, aut securitate promissionis, & se deris dantur liberi homines in pignus, à regibus, & principibus.

Quid sunt represalia.

¶ Item. 2. quia sunt quaedam pignorationes, quae in iure appellantur, represalia, vt liquet ex libro. 6. de iniurijs. c. vnico. Quae sane non sunt pignorationes reru, sed personarum.

¶ Sunt autem istae represalia, vt si quisquam ex Gallijs, Gallus, spoliaret Hispanum bonis suis, eum depraedando. At vero expositulans Hispanus depraedatus cum Gallo, coram rege Galliarum, rex Galliarum negligit huiusmodi expositionem, vnde Hispanus rex suo subuenire desiderans, de remedio concedit ei facultatem, vt quemcumque Gallorum potuerit captiuum ducere, ducat, donec ei satis fiat de irrogata iniuria.

¶ Caeterum vt hoc primo soluamus, huiusmodi dixerim pignorationes, regulariter esse prohibitas, iniquum enim est, quod vnus pro altero puniatur, sed anima quae peccauerit, ipsa punietur Ezech. 18. lege Bald. lege fin. ne vxor pro marito.

De obfidibus.

¶ At vero primo argumento respondebis, secundum glossam, ad. c. de rescripto. extra de iureiurando vbi traditur, quosdam monachos, pro securitate, cuiusdam conuentionis factae à suo Abbate in fauorem sui monasterij, datos fuisse in obfides quod idem est, quod esse traditos in pignus, cui canonici, glossa praefata obijcit iura supra indicata & item Auten. vt nulli iudij. Quia vero col. 9. vbi traditur, quod creditores, qui filios debitorum in pignus recipiunt, cadunt à suo credito: & aliam tantam quantitatem, tenentur debitoribus persolvere, verberibusque subijctendos.

¶ Caeterum textus praefatus, diuersa docet. Et. 2. 3. quae st. 3. c. vt pridem. Et. ff. qui testa. face. possunt, obfides. Et. ff. de iure fisci, Diuus.

¶ Soluit igitur hanc controuersiam glossa praefata, primo dicens, iura negantia liberam hominem posse tradi in pignus esse exponenda, quando vere habetur ratio pignoris amittendo, scilicet, suam libertatem, quando homo liber pignori datur, quia hoc est nefas.

¶ Porro pro pace seruanda, aut pro bono publico constituendo, si detur homo in pignus suo seruato honore, & iure, ius nulli reclamatur, sicut olim fratri Ioseph Simeon, relictus fuit pro pignore Iosephi. Genes. 42.

¶ Secundo diluit, esse prohibitionem solum pro debitis soluendis ne detur liber homo in pignus. ¶ At vero huic expositioni, obuiat textus, qui aperte ait, datos monachos in obfides pro debitis soluendis & pro securitate contractus. Quamobrem, recte dictum est, quod si seruetur ratio propria pignoris, homo liber non potest iuste dari in pignus. Namque supra pignus habet potestatem, qui recipit pignus, habetque ius contra illud, videlicet, quod poterit illud retinere, donec sibi fiat satis, à pignorante. At vero, dat us in obfidem, libertate sua debet frui, quippe qui non fit seruus recipientis cura in pignus. Non enim datur ad seruitutem, sed ad pactorum firmitatem.

¶ Idem sequitur, quod sacra pignori non possunt tradi, vnde sepulture non possunt poni in pignus. C. quae res pignori obligari possunt. l. 3. item neque ecclesiae, neque sacra vasa, aut libri, aut ornamenta ecclesiae. l. sanctimus. C. de sacrosanctis ecclesijs. ff. quae res pignori obligari possunt. l. 1. Et ex. de pignoribus. c. 1. in istis, autem nolo stylum vberius producere, quippe quae haec vniuersaliquent, ex lib. 2. vbi de simonia agebatur. Namque ea ratione, qua sunt vendibilia, quaedam sacra, vt ecclesiae ornamenta, libri, ius patronatus, &c. ea ratione pignori possunt obligari. in. c. autem praefata, & lege praenotata, de sepulturis traditur, non posse obligari, intellige per se, nam cum aliarum rerum vniuersitate possunt pignori tradi. vt. ff. de contractibus. emptio. l. immodicis. Et nos diximus supra

Quaedam spiritualia cum alijs possunt pignori obligari.

supra loco praefato, quod ius patronatus, cum alijs rebus posse vendi, non tamen per se. l. autem. 2. tit. 1. 3. part. 5. traditur, de hac re, quod sequitur, omne corporale, & non corporale, natum iam vel nasciturum potest tradi in pignus. Et debitum quod sibi debetur potest creditor pignori tradere. Et is, qui hoc debitum recipit in pignus, poterit exigere debitum, in iudicio & extra iudicium. Et tenetur detrahere ex debito fructus quos recepit ex pignore. Et. l. 8. tit. 1. 9. lib. 3. fori. quicquid secundum ius potest vendi, itidem & potest obligari pignori, vocat autem lex. 2. praenominata, non corporale seu spirituale, non ritu Theologico, quae gratiam conferunt spiritualem, vel eis sunt annexa. Nam haec pignoris rationem subterfugiunt, vt venditionis contractum sed non nata, nascitura tamen, & debita quae debentur & non sunt soluta, scilicet, ius illud ad debitum exigendum spiritualia vocat: quod tamen in. C. Quae res pignori obligari possunt, nomen debitoris vocatur. l. 4. in haec verba, nomen quoque debitoris pignori, & generaliter, & specialiter posse placuit, vnde si nomen alicuius, traditur in pignus, id est, si creditor, dat in pignus, debitum quod sibi debetur, si debitor non soluerit suo creditori primo, tenetur soluere creditori secundo quantum debet. Et habet actio nes, creditor secundus easdem, quas habebat primus, quae erant directae, si autem denuntiatio requiratur necne disserunt iuriconsulti, nobis satis fit in foro conscientiae, debitorum huiusmodi, si non satisfecerit primo creditori, teneri satisfacere secundo, cui primus creditor, in pignus dedit nomen debitoris sui.

Ius inuifibili vocat spiritualia, vel non corporalia cum tamen aer, sit inuisibilis nihilominus corporalis.

quidam fideiussores, ideo quando huiusmodi adfunt fideiussio non desideratur. Proptereaque post tractatum de pignoribus, & hypothecis, contextere placuit tractatum de fideiussione. Est autem nomen hoc descendens à verbo fideiubeo, significat autem fideiubeo, idem quod pro altero promitto, Vlpianus. l. si dubites. §. filiusfamilias. ff. de fideiussione. filiusfamilias, pro patre poterit fideiubere. Inde igitur verbale hoc deriuatur fideiussio & idem est quod sponso, pro alio facta. l. abo. l. sed & si. ff. de fideiuss. inde etiam fideiussor, sponso est, qui alteri aliquid promittit, vnde Donatus inquit fideiussor est autor credendi, alium daturum facturumve sua fide, suaque fide promittens. Et apud Latinos, idem est dictu fideiubeo, & fide mea, esse iubeo. Paul. l. vbi autem. ff. de verb. obligationibus.

¶ Iuris autem consulti, haec subtilius, enodantes, tradunt fideiussore, esse generale nomen sub quo comprehenduntur, haec videlicet mandator, constitutor, promissor & haec si proprie sumantur discriminantur, siquidem mandator, praecedit tantum obligationem. ff. mandati. l. si vero, non remunerandi causam. §. si post traditam. Nisi in casu qui habetur eodem. §. si post traditam. At fideiussor, & praecedat & sequitur obligationem, vt Instituit eodem. §. fideiussor & praecedere, verum constitutor tantum sequitur obligationem, vt. ff. de constitu. pec. l. 1. §. 1. & §. debitum. Hoc discrimen habes ex glossa. C. de fideiussoribus, & mandatoribus. l. 1.

Fideiussor mandator co-stitutor.

¶ Potest autem cuique contractui fideiussor accedere & mandator vt. ff. mandati. l. si hereditatem. §. & in summa. Et. C. eodem lege. 9. fit mentio horum, vbi habetur, si alienam, reo principaliter constituto, obligationem suscepisti, siue fideiussorio siue mandatorio, vel quocumque alio nomine pro debitore intercessisti, non posse creditorem vrgeri eum, qui mutuam accepit pecuniam, magis quam te conuenire, scire debueras cum si hoc initio contractus non placuit habeat liberam electionem.

¶ Vnde si mandauit alicui, vt fideiuberet Ec pro

CAPVT. VI.

De contractu fideiussionis.



Contractus hic excogitatus est ab hominibus, ad securitatem aliorum contractuum, & ideo in ceteris alijs contractibus se immiscet. Et pignus, seu hypotheca, habent se eum

pro mutuata pecunia, sum mandator, si vero me constitui principalem debitorem, sum constitutor, si vero solum fideiussor, sum fideiussor, vel intercessor, vt ius loquitur.

Vas, dis & vadimonium quid denotent.
¶ Huc quoque spectat quod dicitur vadimonium. Nam etiam est quedam sponso comparandi, vel sistendi in iudicio, per se, vel per alium ad diem prescriptam, inde vadimonium differre, aut deserere dicitur, vas autem significat fideiussorem alterius in causa capitali, de qua re sub hac paucis traditur.

¶ Fideiussio igitur ab alijs hoc distat contractibus, quod ex alijs homo obligat se pro se ipso, at vero fideiussione homo obligatur pro alio, item quia fideiussio precedit obligationem ex alijs contractibus ortam, aut sequitur eam vnde vel est prior, vel posterior, ceteris contractibus.

Fideiussio vel est prior, vel posterior ceteris contractibus.
¶ Cadit autem fideiussio, vel habet pro materia, omnem obligationem, siue naturalem, siue civilem quantum differentiam, nos superioribus expressimus, libris, & item habet in materiam obligationem, mixtam ex naturali, & civili, vt docemur ex. l. 4. & 5. titulo. 1. 2. part. 5. vnde fideiussiones, quae huiusmodi obligationes habent in materiam, sunt validae. Quocirca contractus qui est materia fideiussionis, ipso iure est nullus item, & fideiussio est nulla. Quia collapsio fundamento quod illi innititur, collapsi est necesse, vt si in contractu cum pupillo, cui subest fallentia, expellit a se fideiussionem, si autem non esset fallentia in contractu huiusmodi valet fideiussio. At vero fideiussori, non superest recursus, ad recuperandum, quod ipse pro illo minori soluit, propter obligationem naturalem.

Idoneus fideiussor, idoneus, qui iure, qui Hispana dicitur, siador lego llano y abonado.
¶ Distinguitur autem in iure fideiussor, idoneus, a non idoneo, idoneusque appellatur, qui possit facilius coram iudice conueniri. Et ob hanc difficultatem conueniendi ecclesia non censetur idoneus fideiussor, vt notat Bald. in lib. feud. titulo de alienatione feudi. ca. 1. & notatur per Accursium. in. l. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit. Vnde non est idoneus fideiussor, qui coram iudice eius causae non potest efficaciter conueniri, nisi privilegio suo renuntiet,

vt in. l. si quis in ius. ff. de in ius vo. Nisi sit acceptatus per partem, vel per iudicem, qui debet idoneus reputari facit. l. arbitrio. ff. qui satisda. cogan. At hoc intelligit Bald. in fideiussore iam dato, sed de dando, distinguit, aut est impedimentum iuris, videlicet, quia non erat idoneus ratione privilegij, & quia id temporis, ius repugnat, pro non dando habetur, nisi privilegium remoueatur. Aut est impedimentum facti, scilicet, defectus facultatum. Et tunc vel est acceptatus, ignoranter, aut scienter, si secundum non reputatur idoneus, & ipse quis scienter eum acceptauit, sibi imputet, at si ex ignorantia, acceptatio non praedudat.

¶ Quod vero ecclesiasticae personae non sint idonei fideiussores traditur. cap. 1. de fideiussore, videlicet, quod non possit pro laico, esse fideiussor, & 1. 1. quae. 1. cap. te quidem. Et clericus fideiubens panitur. Nam est abijciendus a clero, post debitam monitionem. Porro. ro. l. 6. titulo. 18. lib. 3. for. idem traditur quod nullus clericus, si Archiepiscopus, siue episcopus possit fideiubere intelligit pro clero. Ceterum. ex. l. hac colligitur, quod etsi prohibeatur fideiubere, at factum tenet. Quoniam clericus si fideiussit, obligatur, ex patrimonio suo, soluere pro debitore, item ex iure canonico, idem habetur, si quidem, vt ex. c. colligitur. 2. tituli praecitati de fideiussionibus, ex redditibus beneficij, clericus fideiubens, soluit pro debitore, & ex. cap. vltimo. idem habetur, quod fideiussio huiusmodi facta tenet, etsi prohibeatur. Quoniam multa sunt quae prohibentur quae facta tenent vt habetur de iureiurando. cap. Quem admodum & glossa, ad caput vltimum, & iuris consulti plerique ita censent, clerici pro laico fideiussionem ratam esse.

¶ Imo vt glossa ad cap. p. inquit, quibusdam placuit, non esse prohibitum clericis fideiubere simpliciter, sed ne assidui sint, in fideiubendo, quia textus ait, clericus fideiussionibus inferuiens, abijciatur, ex concilio Cantuariensi est textus. Non ait clericus fideiubens, sed in seruiens, in seruire autem est incumbere fideiussionibus. Et sicut

que

qui dicant istud decretum consilij esse, & non praecipit, vt Antonius Gomez de fideiussionibus. At vero si consilium esset, quomodo violans consilium, puniendus traditur grauisima excommunicationis poena consilia enim, sunt voluntaria, & quae opere non praestat non peccat, & ideo non est dignus poena. At vero ex canone hoc, discimus grauem poenam imponendam, inferuenti clerico fideiussionibus.

¶ Et quidem quod monachorum fideiussio, sit inualida nisi fiat iuxta formam canonis. Quod quibusdam, ibidem quae est quod illa celebretur ex licentia abbatis, & ex consensu capituli aut quod illa resultet, in bonum monasterij, res certa est, quippe monachus, non potitur bonis, vel patrimonialibus, vel ecclesiasticis, quippe qui seculo est mortuus, ideo contractibus secularibus non potest immiscere contractibus, Paulo testante, nemo militans Deo implicat se in bonum verteretur monasterij, & c. vt canon decernit, tunc enim contractus, habet finem spiritualem, videlicet alere, aut defendere Deiministros, aut eorum facultates temporales, sine quibus spiritualia conseruari nequeunt. Itemque clericus, si necessitas laici idem posceret nulla culpa esset fideiussor eius, vt si esset puella tradenda nuptui, & pro dote, clericus esset fideiussor, & alius non extaret, & cessante hac fideiussione, illa non nuberet, nihil criminis esset in hac fideiussione, quae esset valde meritoria, & ita in alijs hoc genus casibus.

¶ Et istud est, quod volebat opinio iurisconsultorum supra a glossa indicatorum, videlicet, quod inferuire fideiussioni, pro laicis, esset prohibitum clericis, non tamen simpliciter.

¶ Quia casus accidere possunt, quibus esset laudandum opus, tantum abesse vt vicio daretur. Quia igitur clerici possunt habere patrimonium, & habent quia sine horum patrocinio, non promouentur aut habent redditus ecclesiasticos, ideo illis non tam prohibetur, quam monachis. Nam ex patrimonio, vel ex redditibus tenentur,

principali debitore, non soluente, ipsi soluere, & hoc in vtroque consonat foro, & civili, & ecclesiastico, nisi quod non possunt, in carcerem conijci, si non soluerint, vt tradunt iurisperiti colligendo, illud ex. cap. 2. de fideiussor. vbi solum traditur, quod clericus fideiussor, ex redditibus soluat, & ex text. in cap. Odoardus, de solutionibus, & ibi glossa. Et glossa item ad. l. in les. ff. de regu. iuris, & ibidem vulgati doctores.

¶ Ceterum, quamuis carceri non tradatur, tenetur tamen in foro conscientiae, soluere fideiussor clericus, siue pro laico siue pro clerico, vnde Proverb. 6. filij, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuam, illa queatus es ex verbis oris tui. Desigere animam, vtique est obligatam tenere conscientiam ad soluendum, si alter non sit soluendo siquidem ecclesia etsi prohibeat ne clericus fideiussor sit pro laico, at factam tenet vt supra diximus, & ideo non prohibet, quod fidem quam iussit impleat. Siquidem hoc pertinet ad ius naturae implere promissa quando sunt circa materiam licitam, vnde inferitur quod clericus si obseruata prohibitione, non est idoneus fideiussor, at obseruato foro conscientiae, idoneus est, siquidem in foro conscientiae, idoneus est, is est censorius qui tenetur promissum implere, Imo obseruato etiam iure humano est idoneus sub hac ratione fideiussor, quia etiam secundum hoc ius tenetur ex fideiussione.

¶ At vero quia non potest conijci in carcerem, ideo non tam idoneus, quam laicus. Et item quia fideiussio, illi prohibita ex iure est ideo potest dici non idoneus, omnia ratione Baldi, quia non potest conueniri facile, quippe conueniri potest coram suo iudice ecclesiastico, & si non possit coram seculari. ¶ Rursus etiam non reputantur idonei fideiussores milites, qui bello seruiunt, quos ius civile, etiam excludit a fideiussione, ne illis intrinseci, impedimentum praesentent militiae in. l. milites. C. de loca. & conductionibus. ¶ Item etiam qui sunt conductores, seu arrendatarij censuum regionum, idemque, & serui, nisi habuerint peculium proprium, vt olim habebant serui ascriptitij.

Clericus fideiussor si principalis debitor non fit soluendo tenetur solueri.

Cleric⁹ qua ratione sit idoneus fideiussor.

Milites non est idoneus fideiussor.

¶ Rursus, mulier ex fragilitate sexus, rejicitur ab hoc contractu fideiussionis. Et non loquitur modo de muliere coniugata, de qua posthac erit mentio, sed solum de muliere generaliter obseruando sexum, non statum, de muliere igitur in l. 2. & 3. tit. 1. 2. part. 5. quod nulla mulier possit fideiubere, & quod si fideiusserit nulla sit fideiussio nisi in quibusdam casibus, primo si fideiusserit, pro libertate quæ seruo datur, secundo in causa dotis, quæ datur mulieri. ¶ 3. quando ipsa scienter priuilegium suum renuntiat.

¶ 4. si biennio durat in fideiussione, & post modum inuouasset, & dedisset pignori, vel pignus accepisset pignus super illa.

¶ 5. si pretio conducta fideiussit.

¶ 6. si se simulauit, aut mentita est esse masculinum, induens se uirilibus uestibus, uel alias accepit personam uirilem, ut putaretur esse uir, & sub uirili persona fideiuberet, ne sub muliebri habitu repellatur. Si quidem fraus & dolus nulli debent patrocinari. Et iura nolunt fraudulentis sed simplicibus patrocinium ferre, ideo huiusmodi mulier cadit à suo priuilegio, & fauore, & manet obnoxia fideiussioni, etiam in foro conscientie.

¶ 7. si ipsa fideiubet eidem, à quo ipsa recepit fideiussionem, & demum octauo, si iurauit ex cap. ex rescripto de iure iurando.

¶ Huiusmodi sunt casus, quos excipit. I. commemorata, à lege generali prohibete, & annullante muliebrem fideiussionem. Namq; non solum hæc lex, tanto ornata priuilegio sexum femineum, sed etiam ius ciuile, prius ornauerat, ut est text. in l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleian. Et communis est sensus iurifconsultorum glossa ordin. Bart. Bal. & communiter docto. in l. cum quis. C. de iuris, & facti ignorantia. Et huiusmodi iura, etiam scientia in foro conscientie. Namque exceptis commemoratis casibus, mulier si fuerit fideiussor pro aliquo, non tenetur ex fideiussione. Imo exceptio huiusmodi ualet etiam in foro conscientie. Si quidem iura huiusmodi fundantur super naturali fragilitate & mobilitate sexus femine, ideo quia fundantur super ueritate nature, habet locum etiam in foro conscientie, ita celsus Abbas in c. Pleriq;

de immunitate ecclesia. & ibidem alij doctores. ¶ Sed quæres, forsitan num si mulier fideiussor soluit, poterit ne repetere, quod soluit? & num creditor tenebitur in foro conscientie restituere? Respondetur primo quod mulier repetere potest, per conditionem in debiti. Nam huiusmodi exceptio est perpetua & fauorabilis textus est in l. qui exceptionem. ff. de conditio. Et in l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velle. & est communis sententia iurifconsultorum, secundo responderetur, quod creditor, tenetur restituere. Patet, quia quod sibi non debetur, accepit, ideoque recepit, quod non erat suum, quo circa, si alienum habet, furti arguetur, si retinuerit inuito domino. Quamobrem tenebitur restituere, huiusmodi quod à muliere propter fideiussionem, fuerit acceptum. Imo etiam si interuenisset contractus grauentigius, propter eadem causam. Quod si obieceris, quia post sententiam, & rem iudicatam, res indebite soluta repeti non potest ex l. Iulianus. ff. de condi. in deb. & in l. r. C. cod. tit. Respondetur, quod huiusmodi leges, loquuntur, quando post plenam discussionem in contradictorio iudicio, lata est sententia, at uero, quando lata solum est ex vi instrumenti continentis contractum fideiussorium, & guarentigium citra uulteriore cognitionem. Imo addunt iurifconsulti, quod exceptio Velleiani in fauorem muliebris sexus, potest opponi, etiam post sententiam diffinitiuam, antequam mandetur executioni, ipsa solutio, id est, quam soluat mulier creditori & indicant tex. in l. tametsi. ff. ad Mace. quæ omnia uera sunt ut dudum aiebam, nisi mulier renuntiet, beneficio Velleiani, & exceptis alijs relictis casibus. Namq; si renuntiauerit, non potest opponere exceptionem, ex Velleiano ut probat text. in l. si qua. §. si qua. ff. ad Velleianum. Potest enim quis renuntiare ijs, quæ in fauorem eius inducta sunt ut colligitur ex tex. quod fauore. C. de legibus. Quibusdam tamen iurifconsultis inficiantibus, quibus diuersa ardeat sententia, quod mulier, non potest renuntiare huic iuri, si quidem ius hoc introductum est, ut presidio esset fragilitati, & facilitati, aut leuitati muliebris, si autem renuntiatio ualeret, huiusmodi beneficij, facile induceretur mulier,

Iura ciuilia fundata su per ueritate nature etia efficiacia sunt in foro conscientie.

Renuntiatio Velleianua let ex iure regni Castellæ.

Quando renuntiatio priuilegij sit iuris renuntiatio non ualet.

An mulier possit renuntiare Velleiano.

Minor 25 annis non pot esse fideiussor nisi in casu quodam.

mulier, ad renunciandum, & persuasa renunciet, unde rarus esset fauor iuris illis impensus. Et hoc placitum est Bart. Albe. Baldi, & aliorum, uerum in regno nostro, non hoc recipitur placitum, sed primo commemoratum quod de tali renuntiatione, probatur ex l. 3. iam est ita tit. 1. 2. part. 5. Et uidetur rationabilis hæc lex, si quidem si mulier gnara legis, & priuilegij, nullo compellente sed spontanea, cedit suo priuilegio, cessio quid ni erit ualida? Neq; propterea priuilegij huius rarus esset fauor, imo frequens. Si quidem non multa sunt quæ renuntiat, nisi ob suam, uel aliorum utilitatē. Quod si dixeris, clericus nequit suo renuntiare clericali priuilegio, declinando iurisdictionem ecclesiasticam, & si ex factore renuntiet, non ualet renunciatio, igitur neque mulier.

¶ Respon. esse disparē rationem, si quidem priuilegium clericale, est in fauorem status ecclesiastici, & ideo renuntias clericus totum statum lædit ecclesiasticum, & ideo ius repudiat hanc renuntiationem. Ceterum priuilegium Velleianum, non datur propter statum, sed propter sexum, neq; repudium huius renuntiationis in iure legimus, & ideo si hæc renuntiat, non lædit altera, si nolit renuntiare. Et quid si renuntiauerit, habita deliberatione cum amicis, & maioribus suis, à quibus consilium accepit, apte renuntiare, nunquid hæc renunciatio esset inualida quæ ex maturo uirorum profecta est consilio? Utiq; si coacta, si decepta, si ignara renuntiat, quod non ualet renunciatio, quis inficiabitur? at si sciens & uolens, & habens ætatem deliberandi maturam renuntiat, satis rationi contentaneum est quod ualet renunciatio.

¶ Præter dicta, etiam minor, non potest esse fideiussor, ideo non est idoneus fideiussor minor 25 annis. Nam si sit fideiussor potest restitui, siue sit fideiussor extranei siue consanguinei, siue debitor principalis, sit soluendo, siue non: quia hoc casu semper præsumitur læsio text. est in l. ait prætor. §. non solum. ff. de minori, & ibidem glossa ordinaria, & accedit doctorum uulgatorum calculus. Et ratio est, quia fideiussor, obligat se pro alio, minor autem, huiusmodi, non

potest se obligare pro alio, quia nondum est sui iuris, imo neque pro se simpliciter, nisi in casu proprii commodi, ut supra relatam est.

¶ Limitant autem hoc uniuersale dogma, iurifconsulti, nisi fideiubeat huiusmodi minor, pro patre, in carcerem coniecto, quia tunc id temporis tenetur, & efficaciter obligatur, imo si non faceret, posset exheredari modo decimum octauum affectus fuerit annuum, & sit masculus. Et est argum. text. in authen. si captiui. C. de episcop. & cleric. & in authen. ut cum de appella. cog. §. causas, collatione. 8. & hoc est placitum iurifconsultorum in l. fina. C. de in integrum restit. minor.

¶ Iam uero de coniugata muliere, est disserendum, an sit idoneus fideiussor, in qua præter sexus fragilitatem, adest status matrimonialis uinculum, ideo ratione status coniugalis, nouum desiderat, & speciale tractatum, de huiusmodi autem, ad hanc rationem faceretur, in l. 5. titulo. 1. 8. libro. 3. fori si maritus fuerit fideiussor, citra assensum uxoris, & soluerit, uxor non tenetur ex hac solutione, neque uxoris hæredes neque dum uiuunt, neque defuncti uita. Quod si uxor fuerit fideiussor, citra assensum uiri, inualida sit, & neque ipsa, neque bona eius teneantur, ex huiusmodi fideiussione, & idem. l. 1. tit. 10. libro. 5. ordinationum regiarum, iubet quod uxor, non possit se obligare, & quod si quam obligationem fecerit ipsa, non liget, neque ipsam neque liberos suos, unde. l. 2. ibidem item iubetur, quod mulier non possit conijci in carcerem propter pecuniaria sua debita, etiam si sint debita regia, neque propter mariti debita. l. 27. Tauri & l. 7. recop. lib. 5. tit. 1. 3.

¶ Unde si uir premebatur aliquo debito pecuniario ante contractum matrimonium, illud soluere, uxor post contractum non tenebitur matrimonium, unde notant iurifconsulti, quod iuramentum, non erit efficax, si præstetur contra huiusmodi ius uidelicet, si uxor iurasset, se obligare, citra consensum sui uiri ut aduertit Bald. ff. de iure iurando, super rubrica uersicul. sed hic queritur. Et ratio est, quia huiusmodi iuramentum, est

Ee 3 contra

Mulier quæ ratione sit idoneus fideiussor.

Exceptio nes à iure, quibus mulier si sit fideiussor tenetur ex fideiussione.

Iurata fideiussio & si sit femine ualet nec iurano.

Minor 25 annis non pot esse fideiussor nisi in casu quodam.

Mulier non potest contrahere sine consensu uiri.

Iuramentum uxoris de nõ. regit do. assensu mariti in contractu non ualet.

contra vnitatem matrimonij, & ideo est iniustum iuramentum, soluens vnionē conubij, ideo non tenet, non enim potest iuramentum, agere contra matrimonij sacramentum.

In lege autem. 9. lib. recopila. 5. tit. 3. de re hac sic disponitur. Deinceps mulier non potest se obligare ex fideiufione, pro marito, etiā si dicat, & alleget, quod huiusmodi debitum conuersum est in suam vtilitatem. Et similiter iubemus, quod si ex communi consensu, se obligauerint vir, & vxor, ex contractu vno, vel ex diuersis quod vxor non teneatur, ex huiusmodi, ad aliquid soluendum. Præterquam si probetur, quod huiusmodi obligatio fuit in vtilitatem vxoris. Nam id temporis iubemus quod pro ratione, illius vtilitatis, valeat illa obligatio. Cæterum, si id quod conuersum est in commo- dum vxoris, fuit in rebus, quas maritus tenebatur vxori impendere, sicut in vestitu eius, aut alimonij, & alijs necessarijs rebus, iubemus, quod propter huiusmodi non teneatur ad aliquid vxor. Quæ omnia intellecta volumus modo, talis vtriusque ex communi consensu obligatio, non sit ob pecuniam, censibus regijs debitam & habetur hæc lex inter l. Tauri. 1. 5. 5.

Vxor etiam ex consensu viri non potest se obligare nisi ad ea quæ sunt sibi ad vtilitatem fideiuficando pro viro

Hæc autem lex moderatur pro regno Castellæ vniuersas alias relatas leges, & est admodum fauorabilis mulieribus coniugatis. Quod vero coniux egeat viri auctoritate, ad contrahendum, & citra eius facultatem, non possit se obligare, inde procedet, quia vir est. 2. Corin. 1. 2. caput mulieris, & ideo quia membrum sine capite nihil operari poterit, sine licentia mariti, non poterit contrahere. Et item, quia vxor, est sub viri potestate Genes. 3. sub viri potestate eris, hac ratio ne viri eget auctoritate, iuris autem consulti, tradunt in tribus esse mulierem sub viri potestate, & in residentia, vel cohabitatione, quia tenetur simul cohabitare cum viro, & item in operibus, quia tenetur viro cooperari, custodit enim mulier, & conseruat, quæ vir lucratur & ite in iurisdictione, quia tenetur viro obedire. ff. de iudicijs. ff. exigere dotem, vel breuius dicere poteris Theologicè, in omnibus attinentibus ad ius vxorium esse æqualem viro & non esse sub viri potestate

Vxor in quibusdam est æqualis viro, in alijs est illi inferior.

state, in iurisdictione vero, esse sub viri potestate, vt nos in. 4. Sentent. tradidimus. Porro autem in. l. 3. tit. 2. lib. 3. limitantur hæc, siquidem ibidem traditur. Quæuis vxor non possit fideiubere, neque se obligare, sine assensu viri, cæterum si fuerit mulier quæ negociatur, vendendo, & emendo per se, vel sibi sit necessarium emere aut vendere valeat obligatio omnis, & contractus omnis, de rebus sibi necessarijs. Et rationem huius assignant iuriconsulti, quia mulier, etiam iubente viro, non tenetur negociari vt docet Bal. in. l. si vxorem. C. de conditio. in ser. ideo si negociatur, ad obligationes seruientes suæ negociationi non eget, viri auctoritate. Item si emit re aliquam, vel vendit, &c. & non adest vir, & emptio rei est vtilis sibi, vel suæ familiæ, vel mutuum accepit, in sui, vel viri emolumentum, valet quod egit citra viri auctoritatem vt ex hac lege colligitur ex verbis finalibus.

Mulier etiam iubete viro non tenetur negociari.

Quibus adde, quod si casus necessarius emergat, & vir, detrectauerit facultatem exhibere vxori, vt se obliget, aut contrahat ex aliquo contractu necessario vel emendi, vel mutuo accipiendi, vel locandi, aut conducendi, &c. iudex poterit compellere virum, vt facultatem impartiatur vxori faciendi, totum id quod citra facultatem mariti facere nequit.

Quod si adhuc vir detrectet, iudex suam vt id faciat facultatem poterit impartiri, & ratum erit quod fecerit mulier in vtroque foro, modo iudex id faciât cum cognitione causæ.

Imo si absens fuerit vir, neque speratur, de proximo venturus, & est periculum in mora, iudex præcognoscens causam, si contrahere, est expediens aut necessarium vxori poterit iudex, eam præstare auctoritatem contractui, quam maritus esset impartiturus, si adesset, vt habetur ex. l. 4. & l. 6. lib. Recopilat. vbi supra. Et in. l. 7. traditur ibidem, quod vir potest ratificare, quæ vxor fecit, citra suam auctoritatem, ita in generali, vt in speciali. An autem mortua vxore, possit ratificare, vir quæ ipsa viuendo fecerat, citra eius auctoritatem, tacitam, vel expressam, arbitrator non posse. Siquidem iam solutum est

est matrimonium ad Rom. 7. mulier ligata est lege viri, quando vir eius viuuit, cum autem mortuus fuerit soluta est à lege viri. Ergo cum sit solutum matrimonium, & vxor iam non sit, neque vir superstes, est iam vir eius, nihil habet iurisdictionis, in gesta vxoris quæ fuit, ergo non potest ratificare contractum, vxoris defunctæ.

Dubium. 7. si optio sit creditoris agens contra quæ volent, vel fideiussor vel debitor prioris principalis.

Est autem dubium. 1. circa prædictam, num creditor, qui habet debitorem, & fideiussorem debiti, habeat optionem, eligendi contra quem mallet? An potius quando debitor principalis adest, fideiussor non est molestandus, sed agendum prius contra principalem debitorem, & quando non fuerit soluendo, facta diuisione suorum bonorum referenda est actio in fideiussorem?

Hoc dubium est antiquum satis. Et secundum iura antiqua optio erat creditoris, vel agere, contra principalem debitorem, vel contra fideiussorem. l. creditor, & l. iure nostro. & l. non rectè. C. eo dem titu.

Quæ tamen iura corriguntur per aucten. Præsentem. C. eodem tit. & per aucten. de manda. & fidei commissis colla. 1. & l. 9. eodem titulo. part. 7. quibus cauetur quod si debitor principalis, adest, contra eum sit primo agendum à creditore, aut si non adest, à iudice signetur tempus competens, vt à fideiussore, trahatur, compareat, & soluat, quod si non extiterit, tunc agatur contra fideiussorem.

Et sane huiusmodi iura videntur satis iusta. Enimvero cur dicitur debitor principalis, cuius est debitum, nisi quia ipse primo tenetur soluere, & fideiussor non dicitur principalis, siquidem primo impetu non est agendum contra eum donec facta discussione bonorum debitoris, constet, non esse soluendo. Imo videtur, quod in omni fideiufione, sit hæc tacita conditio, si debitor non soluerit, ego fideiubeo solutionem. Nisi fideiussor renunciaffet huic conditioni.

Porro autem in. l. 3. libro. 3. fori. titul. 1. & diuersa ab aucten. constituantur, & antiqua iura renouantur, sic enim habet.

Quia accepit fideiussorem pro sibi debito, si voluerit exigere debitum, à suo debitore fas sit ei hoc facere. Et debitor, non possit excusare solutionem dicens, quod ipse habet fideiussorem. Si quidem quamuis habeat fideiussorem, non ideo, ipse non est debitor, ite si voluerit creditor exigere debitum à fideiussore facultas sit illi, vt faciat. Si quidem cum ambo teneantur, & debitor, & fideiussor, in arbitrio erit creditoris exigere debitum, à quouis maluerit. Excepto si fideiussio, aliam habuerit rationem, ex alia conditione.

Lege prædicta. Monterosij tract. 7.

Et sunt iuriconsulti recentiores, qui omnino putant, hanc legem prædicari modo, in iudicijs, itaque secundum eos indistinctè potest creditor exigere debitum à principali debitore, vel à fideiussore citra renunciationem autenticarum prædictarum, vnde inferitur si hoc verum est, quod etiam non facta prius discussione bonorum principalis potest conueniri prius fideiussor, sunt qui exponant legem prædictam, quando fideiussor, etiam se constituit principalem debitorem, tunc enim optio erit agendi, contra quem primo voluerit creditor, verum tum iam fideiussor, non solum est fideiussor sed constitutus principalis debitor, at lex loquitur de fideiussore. Porro quæ sit praxis huius legis me latet, at rationabilem esse aucten. commemoratam, ego non hæsito. Quod scilicet, primo agatur contra debitorem in iudicio, quam contra fideiussorem nisi esset non soluendo, vel mortuus debitor, aut longe agens. Et quale quale hoc fuerit iuriconsulti viderint in foro saltem conscientie fideiussor non tenetur debiti, nisi quando, debitor non sit soluendo. Nisi fideiussor aliter conuenierit, vel paciscatur cum debitore. Et ratio est, quia fideiussor est debitor minus principalis, ideo conueniendus est primo principalis.

An autem pro mortuo possit obligari fideiussor, iacente hereditate, responsio est affirmatiua. Quippe in ipsa hereditate est obligatio passiva, tanquam in persona facta, quæ representat defunctum. text. est in. l. mortuo reo. ff. de fideiussio.

¶ Secundum dubium est, an fideiussor obligetur ad ampliora, quam debitor. Potest autem, excessus iste obligationis considerari, vel in quantitate, vel in qualitate, vel in tempore, vel in loco. In quantitate erit excessus, ut si debitor, debeat. 20. & fideiussor, fideiuberet. pro. 40. in qualitate, ut si principalis obligatio fuisset conditionalis, & fideiussio pura, & simplex, aut si illa fuisset, non iurata, & fideiussio iuramento solidarum. Aut si principalis obligatio fuit sine instrumento guarantee, quod habet paratam executionem & fideiussio, facta fuit, cum huiusmodi instrumento. Aut si principalis obligatio fuit celebrata sine hypotheca, & fideiussio tamen, fuit contracta ex hypotheca, & hoc genus sunt quæ possunt facere fideiussiones excedere ex qualitate ipsam principalem obligationem. Aut tempore, ut si principalis debitor, se obligavit, ad annum, at fideiussor, ad statim, vel loco, ut si debitor se obligavit loco commodo, solvere & fideiussor, etiã incommo. De quibus modis. l. 7. tit. 1. 2. part. 5. ita disponit, in omnibus istis modis potest fideiussor excedere obligationem principalis & ex omnibus nõ tenetur, nisi solum, in quanto, & in modo, quo principalis tenetur.

¶ Observandum tamen est quod huiusmodi lex, non tollit, quin efficacius, & maior vinculo obstringi possit obligari fideiussor, quam principalis. Quandoquidem si principalis solum obligatus est solum ex obligatione naturali, at fideiussor ex civili, ita si iurat, fideiussor, & non principalis, iam maiori vinculo tenetur fideiussor. Itaq; quo ad rem vel locum, vel tempus, &c. nõ potest amplius obligari fideiussor, quam debitor; ut. l. præfata sancit. Et hoc est quod volunt quædam iura dicentia, quod fideiussor non potest obligari in duriores partem, quam debitor text. in. l. Græc. §. illud. ff. de fideiussio. text. in. §. fideiussores Instit. eodem tit. verum, quod aliquando fideiussor possit teneri fortiori vinculo, quã debitor principalis, nõ possumus in sciam. Nam si iuravit fideiussor, se soluturũ, & debitor non iuravit, fideiussor tenetur ex iure, & ex iuramento solvere, & alter tenetur solum ex iure solvere, siue

si excessus fideiussor obligatio principalis non augeat obligationem fideiussoris.

Fideiussor nõ potest obligari in duriores partem quam principalis debitor.

inramento.

¶ Sed dicit aliquis, quid efficit hoc iuramentum, vel hoc qualecumque sit maius vinculum in fideiussore? Siquidem si autentica iam citata observatur, semper primo conveniendus est debitor principalis, quam fideiussor, & primo facienda est discussio in bonis principalis, ergo perinde est, ac si non esset innodatus maiori vinculo. Et equidem, hoc vnum operabitur maius istud vinculum, quod si fideiussor iuravit, se soluturum, si acciderat quod debitor non solvante, quia non habet unde, ille non solvatur erit reus periurij. At si accessit hypotheca fideiussioni, non videtur quod hypotheca obnoxia erit debitor principalis, si observamus verba. lex part. supra citata, ceteris, quid operetur amplius, supra debitorem non video.

¶ Sit. 3. dubium, an condemnato, principali debitor, ipso facto, sine ampliori, vel citatione, vel processu, sit condemnatus fideiussor. Et hoc dubium movetur, & deciditur à glossa, ad caput vnicum de iniurijs libro. 6. Distinguit enim dupliciter celebrari posse fideiussionem, aut quod sit fideiussor contractus, aut quod sit fideiussor, de iudicio fisci. Prior autem fideiussor, est de iudicatum solvi. Et ratio est, quia qui fideiussit. 1. modo, sic iubendo, in sententiam venturum consentit, & quando proceditur contra consentientem, non est necessaria citatio ut. ff. v. furis. l. Herennius, id quod verum est modo constat ex ipso iudicio, ipsos, id est, debitorem, & fideiussorem esse obligatos. Agitur enim tunc cum utrifque. Et agitur cum fideiussore actione ex stipulato. ff. de fideiussio. Græc. §. si cum fideiussore, si vero secundo modo celebratur fideiussio, & fideiussor tantum fideiussit, rem in iudicio fisci, debitor condemnato absolvitur fideiussor. Quippe iam adimplevit quod promissit, videlicet, quia fecit rem iudicio stare. ff. de fideiussio. Græc. §. 1. secus autem ut diximus si fuit fideiussor, de iudicatum solvi, quia condemnatur reo, fide consequenter condemnatur. ff. iudica. sol. l. 1. Et idem dicendum si fideiussor totius causæ est acceptus ut in prædicto. §. si ad finem. §. Nãq; tunc fideiussor apponitur ad soli-

Bal. l. sancimus. §. cõ antiquitas. C. de v. furis rei iudicata.

Fideiussor etiam in iudicio principalis si fructus defensionibus & exceptionibus principalis.

soliditatem iudicij, unde est pars intrinseca fideiussio ipsius iudicij, ut iuriconsulti tradunt. l. 1. ff. iudica. solvi. Et ut ipsi ferunt, hæc fortius vera sunt in criminalibus, ubi satisfidatur iudici non tanquam creditoris, sed tanquam exactori, & actoris. ff. de iniur. voc. l. eum pro quo. An autem post condemnationem debitoris, & fideiussoris contractus fideiussor habeat beneficium exceptionis excusationis, Iuriconsulti creditor quibusdam, quod adhuc competit, excusationis bonorum debitoris exceptio, quæ potest opponi in executione sententiæ quibusdam fideiussor de iudicatum solvi, ex verbis suis ante sententiam non tenebatur solvere debitum, quocirca tunc non poterat excipere, igitur poterit excipere, post condemnationem. Porro, si lex supra indicata fori practicatur, utique si creditor ante condemnationem debitoris, poterit convenire, vel debitorẽ principalem, vel fideiussorem, igitur post condemnationem multo fortius, poterit petere executionem, contra fideiussorem omisso debitorẽ principali, igitur non competit tunc exceptio de discussione bonorũ debitoris primarij; verũ istã hæc mittamus in Iuriconsultos.

¶ Hoc tamen scito ex. l. 1. 3. tit. 1. §. lib. 3. fori. quod ad omnia quæ tenetur debitor, tenetur & fideiussor, & nõ ad amplius, ut supra iam dissertum est, sed addit hæc lex. ¶ Item omnes defensiones, quas debitor habet in favorem suũ, omnes eas sibi vendicat fideiussor. Et poterit easdem allegare, & se defendere ex illis. Etiam si debitor qui introduxit fideiussorem, obstat fideiussori ne utatur de defensione.

¶ Glossa autem huius legis ad verbum defensiones, subaudit de defensionibus, realibus, vel rei coherentibus, scilicet debito, non de personalibus, ut. l. ex persona. ff. de titur. l. defensiones. C. de exceptio. vbi habentur verba hæc defensiones; siue exceptiones ad intercessorem extendi quibus reus principalis integro manente statu munus est constat, & glossa ibidẽ de realibus intelligit nõ de personalibus. Dicit integro manente statu, quia si mutatur status secus est siquidem ut habetur. C. de fideiussio. l. 1. si Lyfia mutuam decem, & ille damnatur exi-

Ho iã tertia pars signatur fisco: unde solum possum agere contra Lyfiam pro duabus partibus: verum contra fideiussorẽ, possum agere de toto debito, quia in solidum fuit fideiussor, & ei non competit defensio principalis, quippe status non perstitit integer.

¶ Ceterum si debitor principalis est verbi gratia, nobilis qui propter debita nõ potest in carcerem tradi; & fideiussor, est agricola, utique agricola non poterit gaudere exceptione nobilitatis, quã principalis poterit opponere. Hæc namque exceptio est personalis, & non realis ut prædictam est.

¶ Ex decisione huius dubij sequitur, quod liberato debitorẽ principali liberatur, & fideiussor; & omnibus modis quibus ille liberari potest à debito, si scilicet, & fideiussor regulariter loquendo.

¶ Iuriconsulti porro, sex enumerant casus, quibus liberatur fideiussor, primo liberatur à fideiussione solutione principalis debitoris. text. est in. l. in omnibus. ff. de solu. quod si rogatas, & quid si fundus vel res alia, data est in solutum creditori & postea sit evicta num tum potest creditor agere contra fideiussorem.

¶ Respondetur, quod obligatio fideiussoris, adveniente evictione quæ videbatur iam solutione extinctã reuixit: unde si iure erat sublata, datione in solutum, eodem iure restituitur evictione secuta. Unde si debitor non sit solvendo fideiussor subsequente evictione, tenetur restituere, & est argum. text. in. l. Titius. ff. de iure fisci.

¶ Secunda liberatur novatione, quia si principalis obligatio novatur inter creditorem, & debitorem, liberatur fideiussor nisi hic consentiat in novationem, vel de nouo obligetur, ut traditur in. l. vbi unquẽ. ff. de fideiussoribus.

¶ Tertio modo præscriptione, quoniam præscripta obligatione & actione principalis debitoris, ex lapsu temporis, censetur præscripta etiam actio fideiussoris ex. l. omnes. C. de præscriptione. 30. aut 40. annorum.

¶ Quarto liberatur fideiussor ex pacto inito inter creditorem, & debitorem, de non petendo, & quantum debitor pactũ illud postea remittat non potest auferri exceptio, & liberatio fideiussoris, quæ si

Sex casus quibus liberatur fideiussor.

Quomodo obligatio fideiussoris quæ videtur extincta reuiviscit.

ta sine nouo consensu, & voluntate sua, ex.l.fina. ff. de pactis. Siquidem ius semel mihi quaesitum ex contractu, vel per sona alterius non potest me inuito, à me auferri.

¶ Quinto successione, & actionis confusione. ¶ Sexto vt multi credunt Iuriscōsulci fideiussor liberatur prorogatione termini. Quippe tunc sit nouatio. Et est lex fori. i. c. titul. 18. lib. 18. quæ ad hanc rationem disponit si creditor prorogauit terminū solutionis debitori, intra illum terminum, citra consensum fideiussoris, fideiussor liberatur. quia in nouatus est contractus. Et glossa exhibet rationem, quia intra terminum primum videtur facta nouatio, per termini prorogationem. Et inducit in fauorem huius legis. l. pen. ff. de præto. stipula. & l. nouatio. l. si pupillus si tamē inquit post terminum fiat talis prorogatio, non liberatur fideiussor, & colligit lege eadem per sensum ex contrario. Quoniam lex ait, si ante terminum absolutum prorogauerit creditor solutionem, liberatur fideiussor, ergo si post absolutum terminum, fiat prorogatio non liberatur, vt videlicet, si terminus præfixus à creditore, erat annus, si elapsus anno, prorogauerit diutius solutionem, non liberatur fideiussor, & est text. in l. cum stipulatus sum mihi à Proculo. ff. de verb. oblig. & ibi per Bartolum.

¶ Panor. autem in cap. constituit. de fideiussio. communem credit esse de qua stione ista decisionē hanc, videlicet, aut fideiussor erat ad certum tempus solum, vt puta ad annum, & hoc modo non tenetur, ex fideiussione prorogato termino per. l. item queritur. §. qui impleto. ff. de loca. ex qua habetur quod si locauit tibi domum vsque ad annum, & tu dedisti pro pretio locatorio fideiussorem, at tamen conductor tacite concludit, in diutius tempus, fideiussor non tenetur iam de fideiussione, nisi nouē fideiubeat.

¶ Aut fideiussio erat pura, et si solutio dilata sit ad certum tempus, quia videlicet fideiussor, non præscripsit suæ fideiussioni certum tempus, sed solum simpliciter fideiussit, et si creditor, præscripsit tempus debitori principali soluendi. Tunc est solutio prorogatur fideiussor non liberatur, siquidem nulla facta

prorogatione tenetur fideiussor, etiam post terminum: sicut & reus principalis arg. c. cum dilecti. de dolo & l. Celsus. ff. de arbitris. & Panor. subscribit Syluester verb. fideiussor. quæst. 14. Et videtur rationi consentanea hæc dubij decisio, siquidem contractus, non producit amplius, quam ex consensu contractuentium. Igitur si fideiussor, solū se obligauit ad annum, transacto anno non tenetur ex ampli gratia, si creditor dedit spacium annum debitori, & fideiussor obliget se, quod si intra annum debitor non soluerit, quod ipse soluet pro anno illo: itaque solum se obliget fideiubedo ad soluendum pro illo anno. Et manifestum videtur, quod si fideiussio fuit restricta solum pro curriculo vnus anni, quod elapso illo curriculo fideiussor liberatur. Quia sunt solum consensum obligatoris fideiussoris ad annum verbi gratia.

¶ Porro aliter potest fideiubere, ad hunc modū debitor debet soluere intra annū, accedit fideiussor, dicens ego fideiubeo, quod ipse soluet: tunc sanē, etiā si transigat annus nō tollitur obligatio fideiussoris neq; liberatur. Et iāsi ante elapsum vel post elapsum annū, proroget solutio nihil ad rē. Enim vero, aliud est, quod differat solutio, aliud quod tollatur: quod cum differtur nō auferit. ¶ Et ideo prorogatio solutionis in secūdo casu dilatat solutionē debitoris principalis nō tñ tollit, & similiter in fideiussore, qui simpliciter fideiussit liberatur sanē fideiussor secūdum quid ne obligetur soluere in tanto tempore non tñ simpliciter. ¶ In primo autem casu, si prorogasset creditor solutionem in sequentem annum, vtique fideiussor esset liberatus à fideiussione. Quādoquidem, ipse astringit suam fideiussionem; huic anno verbi gratia, si ergo creditor prorogat obligationem in sequentem, ipse fideiussor liber est à sua fideiussione. ¶ Aut oportebit dicere, quod principalis est minor obligatus, quam fideiussor, quod fieri nequit, vt supra patuit, ex. l. Parti. Et patet antecedēs siquidem creditore prorogate in sequentē annum iam debitor, non obligatur pro præsentī anno, si autem fideiussor pro præsentī anno esset obligatus, esset magis obligatus. Id quod falsum esse constat, quia fideiussor non indu-

Fideiussor non in duriorem, sed leuiorem causam accipendus.

in duriorem, sed in leuiorem causam est accipendus. vt. ff. eod. tit. l. Græcē. §. si quis Stichum. eum. §. sequenti. & l. fideiussor. §. qui certo. & l. hi qui. & l. si ita. Et si in duriorem causam fideiubeat in nihil tenetur vt glossa astruit, & Bart. in dicta. l. Græcē. & est text. in §. fideiussores. In fine eod. tit. & si huiusmodi glossa & iura correctā sint in regnis Castellæ, vt supra visum est quoniam dicebamus fideiussorem, si se ad duriorem causam obliget teneri, quidem non in duriorem sed ad id præcise ad se tendebat principalis obligatio.

¶ Ex istis facile discet aliquis, quantum veritatis habeat lex fori. supra relatā, cui penitus refragatur Antonius Gomez Commen. suis de iure ciuili Tomo 2. cap. 13. dicens non obligare nisi, vbi est consuetudo. Quia inquit prorogatio videtur facta cum sua qualitate, id est cū sua fideiussione, at vero ego non video, quomodo facta sit cum sua qualitate, hac, quandoquidem, non adest nouus consensus fideiussoris. Qui videtur requisitus, quippe cum noua accedat contractui qualitas, scilicet ex noua prorogatione, videtur quod nouus requiratur consensus: quod si obieceris non requiri, quippe prorogatio est in fauorem etiam fideiussoris, quod scilicet diutius, prorogetur obligatio soluendi. Respondebo, quod inuito non est cōferendum beneficium; imo vt in sequenti dubio patebit prorogatio ista hæc est in iniuriā.

¶ Caterum, de istis hætenus, quia quod medicorum est; promittunt medici, & tractent fabrilis fabri, coguntur autem Theologi; cum de contractibus disputant, multa ex iure, & ll. conuhere, vt exploratis illis nouerint quid in foro cōscientiæ, sit dicendum: ideo mihi ignoscant Iuriscōsulci, si tot ex iure ciuili, & ex iure nostri regni in medium protulerim, quia non sponte, sed eoactus necessitate materia facio.

Quartum dubium.

Est autem dubium quartum, an aliquando fideiussor, possit agere contra principalem debitorem. Et ex. de fideiussoribus cap. vltimo, tres referuntur casus. Primus quorum est, si fideiussor diutius fideiussionis obligationem. Et vt ait glossa huius diuturnitatis expensio, pendet ex iudicis arbitrio, & nō ex ipso

iure. At hic casus accidet, quando fideiussor puram fecit fideiussionem. Namque si ad certum tempus fuit celebrata fideiussio, nulla est diuturnitas, alleganda siquidem expectandum est tempus, quo absoluto ipsa fideiussio ex se cessat.

¶ Secundus casus est, si debitor dissipando bona sua incipit vergere in inopiam, id quod videtur tendere ad mutationē status, ex diuite in pauperem. Et ideo quia hoc sapit mutationem status fideiussor, quasi statu debitoris mutato, in damnnum suum, quia expectat, quod omnino fiat inops debitor, non erit soluendo, & pondus debiti suis humeris totū incumbet ideo poterit agere contra debitorem tunc, vt ipsum à fideiussione liberet. Tertius si fideiussor condemnatus sit. Et hos tres casus glossa innuit ex iure ciuili inducens testimonia, quæ in glossa poteris videre commemorata. Et glossa addit alium casum, si ab initio cōuenit inter fideiussorem & debitorem, vt eum talitē tempore, liberet à fideiussione quod Hispanē dicitur, *facalle de las fianças*. Hæc autem idem quæ ex vtro iure colliguntur, traduntur in. l. 8. titul. 18. lib. 3. fori. in hæc verba ex Hispano in latinum idioma versa vt cætera, quæ hætenus indicauimus. Quia si fuerit fideiussor pro alio, propter aliquid, non potest agere cōtra debitorem, quod liberet eū à fideiussione priusquam illam soluat. Exceptis si is, pro quo fideiussit, coeperit dissipare substantiam suam vel distrahere suas facultates, vel si fuerit condemnatus ex iudicio, quod soluat debitum vel si fuerit dies cōditus præteritus, sub quo debitor tenebatur liberare fideiussorem vel si fideiussio, non fuit celebrata ad certum diem, & distulerit debitor non absoluerit fideiussorem intra spacium vnus anni vel si deposuit fideiussor quod soluendum erat realiter coram aliquo tertio, vel in aliqua ecclesia, si autem diē cōditū voluit creditori soluere & ille nolebat, & hoc vltimum adiecit lex. 14. titul. 12. part. 5. Veruntamen lex fori constituit, terminum fideiussionis esse annum, verum lex Part. arbitrio relinquit iudicis, vt ex glossa supra citata ad cap. vlti. de fideiussio. etiam indicabamus: diximus enim ad mentem eius, si multa trahitur mora in fideiussione,

Concor. f. Lucius Titus. ff. manda. C. manda. l. si pro ca.

quæ

quæ videtur gravare fideiussorem, aut si non est multa iudicis esse considerare. At lex fori multam esse moram sancit, si annum excedit. Nam excedendo annum poterit agere contra debitorem, vt cum liberet à fideiussione. Quod verum est quando fideiussio fuit pura, nam si fuit conditionata, vel præfigens terminum, purificanda est primo conditio, aut terminus est expectandus, vnde si fideiussit, pro euictione rei, quæ non est euicta, expectanda est euictio, similiter si quis intercessit fideiussor, pro aliquo tutore, vel curatore non potest agere, vt eximat à tutela, vel curatione, donec hæc fuerint perfecta. In omnibus enim istis contractibus, etsi non exprimat subintelligitur conditio absoluedi, & perficiendi, rei de qua perficienda celebratur fideiussio. ¶ Hic autem si ge paulisper si iuuat pedem, vt lex. 10. quæ à Iuriscoconsulto præfato negligitur, asseratur: si quidem iunge illi hanc legem. 8. quæ annu solum præscripsit sub quo teneatur debitor, fideiussorem absolueret à fideiussione. Et eo transacto potest agere contra ipsum, vt absoluat eum vel liberet à fideiussione. Igitur si creditor annum proroget, vt que in iniuriam est fideiussoris ista hæc temporis dilatio. Siquidem ipse est liberandus à fideiussione statim transacto anno: si ergo prorogatur diutius nonne agit in iniuriam fideiussoris, si fiat prorogatio eo inuito, igitur re etè disponit lex, quod tunc est innouatio, si quidem sit in iniuriam fideiussoris. Nam quantum est ex creditore, operatur ex prorogatione, ne fideiussor possit agere contra debitorem, vt asseratur à fideiussione, sed diutius ea prematur: ideo lex sancit, vt fideiussor ipse ipso facto sit liber à fideiussione, vt diuersam eueniat creditori, quam ipse intendebat & quia agit contra legis sanctionem, si autem transactus est annus, & fideiussor non agit contra debitorem, vt iuxta legem liberet eum à fideiussione, tunc si prorogetur diutius non fit in iniuriam fideiussoris, qui noluit vt beneficio legis ideo ex prorogatione huiusmodi non liberatur fideiussor.

¶ Porro, vt ad casus præscriptos redeamus Iuriscoconsulti tradiderunt fallentias quasdam, quæ sunt alij casus, quibus non

obseruatur, quod in istis à iure docetur obseruandum, si quidem primus casus fallit, si fideiussor, tempore quo principalis incipiebat dilapidare, aut distrahere bona sua, ipse fideiussit: si quidem volenti & scienti non fit iniuria, at fideiussor, fideiussit, pro eo quem videbat incipere dilapidare bona, hoc igitur non potest excipere quod ipse videtur voluisse, & est argum. ff. vt in posse. l. si his à quo. §. plane. Probabitur autem, quod debitor malè incipiat perdere substantiam suam, ex indicij manifestis, vel quia lafor est, aut scortator, aut aliàs prodigus, &c. aut si ex testibus idè comprobatur. ¶ Secundus item casus fallit quando iniuria iudicis est damnatus fideiussor, vel si fideiussor exceptionem scienter omisit. l. 1. §. tit. 13. Parti. 5. vel si ab iniusta sententia non appellauit, vt allegata. l. si pro ea. §. fin. & item si principalis transactionem fecit cum creditore non teneatur fideiussor. vt. l. 2. §. primo. ff. si quis caus. tertius item casus, scilicet, quando debitor est in mora soluendi in termino conuento, est verus, nisi debitor possit se aliqua legitima exceptione tueri, vt tunc non soluerit, vt colligitur ex cap. non est in mora. de regulis iuris. in sexto. Enumerantur item alij casus à Iuriscoconsultis, quos videre poteris in glossa Montal. ad l. præcitatam.

¶ Dubium quintum an fideiussio valeat, quæ fit pro debitore ignaro, cui dubio l. 1. 2. tit. 1. 2. Part. 5. respondet, dicens, si deussio quam aliquis facit pro alio, ad petitionem debitoris, hoc consentiente, siue antequam fiat fideiussio, siue postea consentiat, etiam si sub tempore, sub quo celebratur fideiussio debitor sit ignorans, quod celebratur pro eo fideiussio, fideiussio nihilominus huiusmodi rata est. Et tempore conuento fideiussor debet recipere ab ipso principali, quod pro ipso soluit.

¶ Tres casus quibus fideiussor non potest reciperare quod soluit.

¶ Et in

¶ Et in l. 1. 3. ibidem traditur, de eo qui fideiussit pro alio propter mandatum alterius, & soluit pro debitore, & disponit ad hunc modum, si quando talis fideiussor, celebravit contractum fideiussionis, erat absens debitor, & id temporis non habet recursum ad debitorem, sed ad mandantem, nam hic tenetur solvere. ¶ Caterum si erat præfens principalis debitor, tempore iniri contractus, estque initus in vtilitatem debitoris principalis optio est penes fideiussorem, vt recuperet quod soluit, vel agere contra mandantem, aut contra principalem debitorem.

Dubium sextum.

¶ Queritur item sexto an si plures sint fideiussores, quilibet eorum teneatur in solidum soluere debitum, an solum teneantur, quilibet pro sua ratione. Itaque quod gaudeat beneficio diuisionis, vnde si debitum erant nouem & fideiussores tres, vnusquisque teneatur ad soluendum tria, & non teneatur ad nouem, si alij non soluerint.

Collisio. II. fori, & Par.

¶ De dubio hoc, videtur duæ. II. contraria, si quidem. l. 4. tit. 1. 8. lib. 3. fori expressè disponit quod sequitur si quispiã acceperit duos fideiussores, vel plures pro aliqua re, siue aliquis eorum profiteatur se obligare in solidum, siue non in arbitrio creditoris erit, exigere ab omnibus fideiussoribus simul, vt soluat qui libet pro sua ratione, vel ab aliquo eorum in solidum. Quod si ab vno totum debitum exegerit, teneatur creditor illi actionem & vocè præbere, quia ipse ponebatur creditor, contra reliquos fideiussores. Et hic fideiussor, qui soluit pro debitore possit exigere quod ipse soluit pro ipso, à reliquis fideiussoribus qui simul cum eo fideiussorunt, vt quilibet soluat, quod soluendum ab ipso est.

¶ Caterum, si fideiussores fideiussent diuisim & non simul, vnusquisque, pro certa parte expressa non teneatur amplius soluere.

¶ At vero contrarium disponit. l. 8. & 1. 1. Part. 5. tit. 1. de fideiussoribus, cuius dispositio hæc est, si plures fuerint fideiussores, pro debito aliquo & quilibet erit obligatus in solidum, in arbitrio erit creditoris, vel exigere solutionem debiti, ab omnibus, vel ab vno & solutio vnus, tollit obligationem aliorum.

Ceterum si fideiussores, non se obligant in solidum, sed solum simpliciter fideiussent, dicendo fideiussimus, pro hoc debito. Tunc creditor, non potest exigere debitum integrum, ab vno quoque, nisi quantum diuisum debitum, vnusquisque tagit. Nisi inter ipsos essent aliqui adeo pauperes, qui non essent soluendo, vel essent absentes tunc reliqui tenentur soluere debitum, pro se, & pro illis. En tibi contrarias has duas. II. Et prior lex harum, videtur esse antiqui iuris, vt Instit. eodem tit. §. si plures. & C. eodem tit. l. non rectè, in fine. Vbi traditur quod si fideiussores sint idonei, quantum fideiussio non fiat in solidum, sed simpliciter, ab vno quoque idoneorum in solidum potest à creditore exigi debitum, si vero non sint idonei, vt quia pauperes, & ideo non sufficientes, totum soluere, diuidenda esset actio inter eos.

¶ At vero glossa, ait, hodie non tenere huiusmodi legem: & in reis debendi, aliam rationem esse quam in fideiussoribus. Caterum. l. fori, videtur hanc. C. approbasse & vigorem illi tribuisse in regno Castellæ, & si lex Part. illi aduersetur. ¶ Sunt ergo Iuriscoconsulti qui. l. fori, derogasse legi Part. autimant, vnde credunt, l. fori standum esse in indicij. Alij conciliant has leges, sed malè, alij vero Part. subscribunt cui esse standum profiteatur.

¶ Hanc autem controuerfiam, illis relinquo dirimendam. Dixerim tamen breuiter, in fauorem. l. fori, quod si vnus solum esset qui simpliciter fideiussit, censetur à iure in solidum fideiussisse, & nullus est qui hoc inficietur Iuriscoconsultorum: si quidem nisi exprimat se in portionem fideiussere, in totum censetur fideiussisse, si ergo alter accedat fideiussor similiter fideiussens, cur censetur non in solidum fideiussisse fideiussens etiam simpliciter? cur obsecro, sola accessio alterius mutabit, verborum intelligentiam? Bene video, quod si primus fideiussor dixerit, nolo solus fideiussere nisi socius accedat, quod tunc, etiam si fideiussor simpliciter ex adiunctis, vero verbis, in sinuari manifeste, quod ipse non vult, in solidum fideiussere, sed solum in portionem sibi contingentem, & in hoc casu veram esse legem Part. facile assererim.

Collisio. II. Part. & fori.

xerim neque repugnare. l. fori, que non loquitur in casu à me proposito, quando videlicet, ex adiunctis alijs verbis insinuat, quod fideiussio, etsi fiat sub forma simplici non tamen est simplex: ceterum si vniuersa quæ sunt huiusmodi non extent: vnde sufficenter colligi possit, quod animus fideiussorum erat non in solidum, sed singulos pro sua competenti portione velle fideiubere, videtur tunc quod, vt ex simplici fideiussione vnus, ita plurium obligatio exoritur in solidum cæterum, quale quale istud fuerit domini Iurisconsulti edisserant, mihi satis sit, dicere, quod lex humana obseruat verba contrahentium, at lex diuina animum, ideo dixerim in foro conscientie fideiussor, cuius non erat etiam sub forma simplici fideiussionis, se obligare ad totum, sed ad partem solum teneri ad partem, etsi in foro exteriori, ex verbis iudicetur animus, at in foro poenitentiali, vbi animus se debet pandere clare, & expresse indicanda sunt verba fideiussoris, secundum animum & non animus, secundum verba.

¶ Dubium septimū, an fas sit fideiussori propter beneficium fideiussionis aliquid accipere, dico notanter propter beneficium, quia si passus est fideiussor, quia debitor fuit in mora soluendi, & ipse soluit, & pro solutione, passus est detrimentum tenetur debitor, ad omne huiusmodi detrimentum refarciendum, & seruare indemnem suum fideiussorem, siquidem qui causam damni dat damnum de disse videtur, at qui damnum, dat tenetur reuocare quod malum dedit, vt satis liquet ex his, quæ de mutuante, & mutuario exposuimus.

¶ Cæterum non hoc queritur, sed si ob beneficium fideiussionis: siquidem forsitan videbitur alicui, perinde esse iudicandum de fideiussione, atque de mutuo: at ob mutui beneficium, nihil ex vi mutui, recipere poterit mutuans.

¶ Porro multo fecius, nunc dicendum erit, siquidem fideiussio, non est mutuum sed est contractus ad securitatem aliorum contractuum excoogitatus, ideo facile est respondere, quod licebit non nihil corrare, propter fideiussionem. Non enim tenetur gratis hoc beneficium alteri concedere. Nam fideiussor se exponit peri-

culo, si debitor non soluat. Non ergo vsuræ vitium admittitur, sed neque aliud si tamen recipiatur non excedendo iustum pretium, & fiat citra fraudem, & dolum. Tunc autem, non vsuræ dabitur, sed iniustitiæ.

¶ Tam vero quæ restant in hac materia, minutiora sunt quam quæ caput proprium possent suæ disputationi absoluenda, videlicet, quod fideiussor poterit intercedere, tam in obligatione, quæ descendit ex omni contractu vel quasi, quin etiam ex delicto vel quasi text. est in l. Græc. §. sed & fin. ff. de fideiussoribus. Cæterum si quis intercessit fideiussor pro reo decapitatio, quod non fugiet ex carcere, & tamen aufugit. Non tenetur subire poenam decapitationis, vt est text. si quis reum. ff. de custo. reorum. verum subibit poenam pecuniariam. Nemo enim potest se obligare ex contractu ad poenam capitalem subeundam, si quidem nemo est dominus membrorum suorum. 23. quæst. 5. si non licet. & in l. liber homo. ff. ad leg. Aquilianam.

¶ Si tamen dolose fecerit punietur poena arbitraria, vt notatur in prædictis locis. ¶ Sed quid si id quod offertur verum est de filia, quæ dolens vicem matris suæ, quæ erat ob delictum capitale, in carcere comprehensa, & morti addicta famis, ipsa tamen filia visitabat quotidie matrem suam, & ex verbis suis, lacte matrem pascibat, tandemque exiit vestimenta sua, & induit matrem quæ mentita filiam liberum habuit exitum ex carcere, filia tamen in carcere sub materno indumento manet, quam postquam aduerterunt, ex pietate in parentem eximia liberam ire iudices iusserunt. Et recte quidem, quia insons filia, nihil mortem commerebatur & miseratio pijsima in matrem, filia suasisit, vt poenæ, quæ mater debebat, ipsa se se subderet, sed tanta pietatis, non poenæ, sed vtriusque relaxatio fuit retributio.

¶ Sed dices quidam intercedunt fideiussores de carcere securo, Hispanè de cárcel se gura, & si debitores principales, non committuntur ipsi carceri traduntur. Est sane verum, quia carcer. l. aut damnus. §. solent. ff. de poenis. magis est ad custodiam, quam ad poenam, obiciens. l. ad committarien sem. C. de custodia reorum. vbi traditur, quod

quod custos carceris, si negligens fuerit in tenenda carceris fida custodia, & reus aufugerit, eadem est plectendus poena. Itæ si alius sibi focius fuerit aut eius substitutus: itidem negligens vocatur autem custos carceris commentariensis, quia in commentarijs custodias referebat, verum subit poenam eandem, si est in dolo, vel negligentia magna in custodiendo carcere. Hæc enim censentur crimina digna ea poena, quam reus aufugiens commerebatur limitant hæc Iurisconsulti, si tamen coniectus in carcerem, non esset iniuste coniectus, quia videtur tunc imminis à culpa, commentariensis: siquidem non erat reus qui aufugit. Et rursus, si tamen non credebatur absoluendus, is qui detinebatur alio qui iustus in carcere, sed equidem prima limitatio, non videtur rationi recte consentiens: si quidem non est discernere commentariensis, si iniuste, quis conijcitur in carcerem, sed iudicis hoc interest, verum est quod tanta poterat esse euidenti iniusti carceris, quod si commentariensis, non custodiret diligenter, non esset reus criminis. Vbi tamen non est hæc euidenti, etsi ipse commentariensis credat iniustam esse in carceratione, tenetur ad custodiam, sed de istis hactenus. Rursus obseruandum est, quod ius actiuum, & passiuum fideiussionis, transit ad hæredes fideiussoris, & debitoris principalis, itaque si ante solutionem debiti, moriatur fideiussor sub ipsa obligatione, scilicet, fideiussoria contra hæredes fideiussoris, transit actio creditoris. Et itæ si fideiussor soluit pro debitorum principali, & hic non restituens quod ille soluit, orbatur vita fideiussor, & hæredes eius habent actionem, quam habebat creditor, contra debitorem, vt supra dictum est, habes ex. l. 12. tit. 18. libr. 3. fori. Porro tenentur hæredes, iuxta vires hæreditatis: sicut igitur fideiussor, tenebatur, ita & hæredes eius. Nanque instantia causæ transit ad hæredes fideiussoris, quo non defendente committitur stipulatio, vt. l. si eum. ff. eod. tit. idem te docebit. l. 1. 6. tit. 12. Parti. 5. & l. fideiussoris. C. eodem tit. vbi dicitur quod obligatio fideiussoris transit ad hæredes, verum si fideiussor succedit debitori confunditur eius obligatio, & non po-

test conueniri, vt fideiussor, sed vt principalis, & huiusmodi hæredes, item tenentur in foro conscientie, nisi repudiet hæreditatem: qua non repudiata transit cum suo onere. Nempe, vt qui sentiunt ex hæreditate commodum, item soluendo debita onus non recusent.

¶ Porro autem sunt quedam fideiussiones, quas Hispana lingua vocat, *seguros y prometidos*. Qui sunt contractus quidam qui videntur sapere naturam fideiussionis. Est igitur contractus assicurationis ad hanc formam, habet quidam mercator exempli gratia, nauem Flandriæ quæ onerat ex mercibus consignatis in ciuitatem Burgensem, cuidam mercatori. Hic autem Burgenfis mercator, qui nouit, quod huiusmodi merces, sunt deportandæ in nauem per mare, schedulam componit tradentem, quod qui voluerit huiusmodi merces assicurare, quod scilicet venient saluæ & incolumes, quod huiusmodi assicuracionem, ipse soluet, videlicet pro assicuracione centum decem. Huiusmodi schedulam qui volunt esse assuretores, signant eam suo nomine. Quidam quidem se obligatæ pro incolumitate mercis, valentis centum, alij pro mercibus valentibus ducentum, &c. Et iuxta quantitatem assicuracionis, variam, recipiunt quod sibi debetur, pro huiusmodi assicuracione. Nam qui plura assurecat, plus mercedis recipit. At isti assuretores nesciunt, quando venient huiusmodi merces. Quando scilicet ex portu soluetur nauis, neque quis sit qui huiusmodi merces deferat. Quod si merces in itinere pereunt, assuretores, remanent obligati ad soluendum quilibet, pro sua rata. Si quidem qui multum assurecauit, multum quoque soluet, & qui parum, parum: vt qui assurecauit, ducentos, recipiet 20. in pretium assicuracionis, & si perduntur se soluet ducentos, damni si acciderit, vbi recipitur pecunia pro assicuracione. Nisi aliud, extet ex conuentione.

¶ Porro assuretoribus tradendum est, totum quod euaserit mercium earum, quas ipsi assurecauit totum enim quod euadit ex iactura aliorum, quæ sunt perditæ, est assuretorum, singulorum pro sua ratione, vt dictum est. Quod ergo incolumè & saluum superest mercium, repa-

Cōtractus
assicuratio
nis quis sit
docetur.

In foro
conscientie
ex
peditur
animus
non
verba.

Dubium
septimū.

Ob fidelitatem
pōtērit
referri
si
pretium.

rari

rari debet, impendio mercium, & quod superest lucri impartendum est inter affecuratores, pro rata. Affecuratio autem tunc incipit vigere, quando naus incipit se soluere a portu, vsq; dū appulerit in suum quo pergebat portum, vbi exoneranda est, adhuc autem dies naturalis: 24. horarum absoluedus postquā illo appulerit.

¶ Hic autem contractus est ex suo genere iustus, siquidem ex suo genere, est veluti quaedam realis fideiussio. In quo dominus mercium est tanquam creditor, & ipsa naus onusta mercibus affecuratis est tanquam debitor, quia obligatur quodammodo ad incolumitatem, & affecurator est fideiussor. Nam affecurator fideiubet & intercedit pro nave, quod veniet, sana & salua, id est, quod merces venient incolumes, quod si non venerint incolumes, ipse se subijcit damno soluendo.

Contractus affecuratio nis est bonus ex genere, & vitatur ex circūstantijs.

¶ Potest autem hic contractus vitari ex circūstantijs, vt si fraus interuenerit, vt verbi gratia, si affecurator nauis, scit, quod ipse nō potest soluere mercium iacturam, si acciderit, & nihilominus affecurat; quippe tunc decipit dominum nauis, & tunc contractus est iniustus, siquidem est inæqualis quandoquidem affecurator, se constituit ad lucrum & non ad damnum, & dominus nauis, exponitur damno soluendo affecurationem, & non commodo, si nauis perit: quia affecurator non est soluendo.

¶ Idem, & affecurator peccat, si sciens nauem, iam esse tutissimam, nihilominus affecurat, siquidem contractus affecurationis, est de re quæ subditur periculo, si ergo, scit affecurator quod quando affecurat, iam merces non versantur in periculo, vt si ex mari, deuenisset ad flumen. Aut quia periculofam nauigationem, iam absoluit, vel alias.

¶ Item poterit esse fraus ex parte domini nauis, si hic nouit nauem naufragasse & nihilominus, ipse perit affecurationē. Aut, si forte merces passæ sunt in mari iacturam, & loco mercium, arena immititur, & demum quæcunque fraus accidat vitiet huiusmodi, vt & ceteros contractus.

De contractu promissorum.

¶ Præterea est alius contractus, qui dicitur promissus, qui videtur etiam sapere si

de iussione, & hic est satis communis in locationibus hereditatum, quas vocat Hispana lingua, *arrendamientos*. Locat igitur dominus fundi fundum, vel domum, etiā suam. Et locatio, fit in publica auctione, est conductor aliquis, qui locat fundum, pro pretio certo, quo non contentus dominus fundi, promittit ei qui promouerit pretium primum de eodem, vel 20. aut aliis Hispanè, *a quien le pujare de de promitido, &c.* Hic contractus item ex genere suo est bonus, & est quasi fideiussio: siquidem is qui promouet pretium locationis, hic est tanquam fideiussor, & dominus fundi, ceu creditor, & ipsa res quæ locatur est instar debitoris, quia quodammodo obligata fideiussori manet, soluendo pretio promotionis: quod si eò non pertigerit, fideiussoris erit obligatio implendi, & soluendi, quod ex fundo solui nequit.

¶ Item rectores ciuitatum & oppidorū, hunc contractum exercent quando carnes, vel pisces, vel alia, quæ ad alimoniam oppidorum sunt necessaria, deducuntur ad auctionem publicam, siquidem statuunt promissa, & vel eis, qui deiecerint pretium rerum harum venaliū Hispanè, *a los que dieren barra*. Quia huiusmodi delectio est promotio pro bono publico, Hispanè, *es la puja*.

¶ Vnde si rectores sciunt quod huiusmodi, etiam sine promissis, sunt receptura pretij deiectionem, nefas est promissum constituere deiectionibus. Et similiter, si sciunt quod propter promissa sunt huiusmodi hoc interest sunt deiectioni huiusmodi, pretia in fauorem Reipublicæ, at nolūt statuerè promissa, sed amicis, propter amicitiam, vel potius quia sunt subornati ex occulta subornatione huiusmodi vendenda committunt, ex maiori pretio, item iniuste agunt, & damnum Reipublicæ restituere tenentur.

¶ Idem dicitur de locationibus fundorū, vel fructuum ecclesiasticorum. Nam capitula ecclesiarum, etiam promittunt mercedem, conductoribus, qui promouent suos fructus ecclesiasticos. At eodem modo vitari potest eorum contractus, ex malis circūstantijs, vt & ceteri contractus, fit horū promissorum metio in lib. 9. Recopil. tit. 13. et si aliter celebrantur in censibus regijs, quam in alijs.

CAPVT

CAPVT VIII.

De transactionibus.

Tracuit de trāfactionibus, in serere tractatum exigui tamen, quia de ea exacta tractatio, est Iuriscōsultorum: & quanuis in hoc lib. 5. de contractibus non transferentibus dominū fuerit institutum, at transactio transfert dominium: cæterum quia est transactio onerosus contractus, & non lucratiuus, quādoquidem gratis non fit. C. de transact. l. transactio. Transactio, ideo nullam sedem illi aptiorem arbitratu sum, quam in hoc quinto libro, postquā intermissus fuit eius tractatus in superioribus libris. Vbi de contractibus transferentibus dominū agebatur. ¶ At vero, quia transactio, est contractus non omnium, sed litigantium, ideo propter hanc eius specialitatem, non institui, tunc de ea tractatum. ¶ Est igitur transactio, pactio quædam inter reum & actorem, ex qua cessatur a lite dubia, mota vel mouenda.

Transactio quid sit.

Transactio extinguit actionem.

Acceptilatio quid sit.

¶ Quando enim actor & reus ex mutuo consensu controuersiam dirimunt, transigere litem dicuntur. Nam transigo, id est, quod perficere, vel absoluerè vt transigit vitam, id est absoluit vitam quia ergo, quādo dirimunt litem litigantes, eam absoluerunt, & finiunt, ideo dicuntur transigere, & illa absolutio, vel finitio litis, dicitur transactio. Vnde Cicer. pro Rosc. Qui pro socijs, transigit satis dat, neminem eorum postea petiturum. Etenim transactio sicut & acceptilatio, extinguit actionem. Nanque acceptilatio, item est contractus, per quem ex cōsensu partium fit remissio debiti, vt si quis dixerit alteri, quicquid tibi promisi vel ex stipulato debui, habes ne acceptum, & tu respondeas habeo, acceptumque fecero, quasi dicas, perinde habeo ac si accepissem, per meam solutionem. ¶ Vnde Paulus ad Rom. 4. huius acceptilationis meminit dicens, Beatitudinē hominis, cui Deus accepto fert iustitiā, sine operibus, id est perinde se habet Deus remittendo peccata, vt homo, qui alteri acceptū fert debitū, quā debebat, quasi esset solutū, cū alioqui nō esset solutū. Nā Deus itē nostrā peccata dimittit quæ sunt debita no

stra corā Deo, at quia homo non est soluendo, quippe cum sit in peccato, nihil potest soluere Deo, p suo peccato, ideo Deus poenitentia peccatoris acceptilat, seu acceptam fert, donando ei per poenitentiam sua debita, vel peccata, quæ aliās non erat sufficiens pro peccatis soluendis, nisi Deus eam acceptam ferret: ex gratia sua, de qua re nos diximus latè in 4. sent. cum de poenitentia ageremus.

¶ Porro, vt ad nos redeamus, declarare oportet finitionem trāfactionis, dicitur primo, pactio, est enim pactio sicut genus. Nanque transactio est pactio quædam, vel placitum quoddam, non tamen, omnis pactio est transactio, quod subditur inter actorem, & reum ponitur cum reliquis loco differentia. Et si transactio proprie vt glossa ait, ad l. 2. C. de transactio sit actoris, & non rei, siquidem eius est actio contra reum, qui per transactionem finitur & absoluitur. Nam actoris, est agere, & rei pati, ideo trāfactio, est actoris proprie loquēdo. Quod vero subditur, super lite incerta seu dubia, &c. declarat, trāfactionis materiam. Postquā enim dixerat definitio, qui sunt contractantes in hoc contractu, dicens esse actorem & reum, subdit deinde, quod sit eius obiectum, & est lis dubia, mota, vel mouenda. Nanque circa huiusmodi litem dubiam versatur transactio. Hæc nanque lis, cum dubium habet exitum, sæpe trahit ad concordiam litigantes. Quando autem lis, non est dubia, sed aperta est causa iustitiæ, quam intendit actor, contra reum tunc actor non intendit transactionem, vt colligitur, ex C. de transactionibus. l. 12. vbi traditur, quod præsidis erit existimare, vt rum transactio ab administratore ciuitatis facta, fuerit de dubia lite an solum facta fuerit ad ambitionem, super debito liquido, & indubitato, quod si primo modo celebrata fuerit, erit valida transactio. Secundo autē modo non finet quando quod indubitate debebatur remissum est.

¶ Isti autem definitioni addit in C. titul. de trāfactionib. l. transactio. quædā particula in hæc verba. Transactio nullo dato, vel retento, seu promisso, minime procedit. Itaque nō debet fieri gratis, sed vel aliquid dati, aut aliquid retineri, ff aut

aut promitti, aut remitti. Aliis transactio non habet vigorem transactionis. Et hoc verum est, usurpando proprie transactionem, pro contractu, ex quo ligantes, desistunt à lite, & actor ab actione litis, verum si transactio firmatur largius pro quadam concordia, & amabili compositione, propter bonum finem, facta inter aliquos, hac ratione non requiritur datum, vel promissum, interuenire, vel retentum, &c. ut sicut ex. l. de iudicio in i. C. eodem titulo. Et est autem huic contractui transactionis, commune, quod & ceteris, quod si licet sponte incutatur, & ideo siue ignorantia, aut ex illo timore suboritur iure rescinditur, ut etiam si ex dolo, unde habetur, ibidem l. interpositas. Interpositas metus causa, transactiones ratas non haberi, edito perpetuo continetur. At subdit. Neque tamen, quilibet metus, ad rescindendam ea quae consensu terminata sunt sufficit: sed talem metum probari oportet, qui salutis periculum, vel corporis cruciatum contineat, unde requiritur metus cadens in constantem visum, quippe qui solus est iustus metus, habet enim causam iustam. Quocirca, si transactio vi fuerit extorta, aut ex dolo, vel ignorantia procedens, non est valida. In transactione autem consideranda sunt duo, & antecedens transactionis, & ipsa substantia transactionis. Quamvis autem, antecedens ad transactionem fuerit coactum, poterit esse transactio spontanea, ut & tunc valida est, ut si te coegi ut videres tuam hereditatem mihi, deinde me convenisti, super coactione si tecum transigi super coactione, sponteque celebrata est transactio, valida est transactio, et si causa, unde descendit fuerit coacta: unde subditur in l. commemorata, ad vim autem, vel dolum arguendum qualitas, causae principalis non sufficit, id est coactio, vel dolum vel ignorantia in antecedente non sufficit. Nam haec ipsa transactio spontanea subsecuta extinguit.

Dubium primum.

¶ Dubium primum, quae personae possunt transigere, & responsio est, quod dominus actionum, tutor, curator, & procurator, qui super transactione habent speciale mandatum. ff. de procuratoribus l. procurator cui libera, & l. mandato. de procuratoribus ad agendum §. i. lib. 6. Non autem praetatus, de rebus ecclesiarum, sine

consensu capituli, extra de transactione. contingit. Neque abbas sine consensu conventus sui, ibidem. ¶ Seruus porro cum domino, non potest transigere. Neque enim dubij iuris est, dominos cum servis pacificos, ex placitis, teneri, atque obligari, non posse. C. de transactionibus l. interpositas. Caterum huic legi, videtur ibidem alia contraria lex 43. Quae sic habet iubem? in omnibus litigijs iam motis & pendentibus seu postea super seruilis, vel ascriptitiae conditione, mouendis transactiones celebrandas, vel iam celebratas (si non alio iuris cognito modo) eas vacillare contigerit vires suas obtinere. ¶ Vbi vides inter seruos, tam ascriptitios, quam emptitios transactiones esse firmas. Verum concordia harum illa est, quod quando agitur de causa libertatis, inter seruos & dominos, validas esse transactiones, ut haec lex disponit: non tamen in alijs causis, ut praecitata lex disponebat.

¶ Secundum dubium, de quibus causis, potest esse transactio, & est manifestum ex iure, quod super civilibus omnibus causis, potest iniri transactio, ff. eodem. per totum. At vero de criminalibus, exat. l. 1. §. C. quae incipit transigere. Transigere inquit, vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio prohibito non est. In alijs autem publicis criminibus, quae sanguinis poenam non ingerunt transigere non licet. Iurisconsulti porro, non ea ratione usurpant, crimen capitale, quae theologo. Nam nos capitalia vocamus, omnia mortalia peccata: quippe quae obnoxia sunt poenae aeternae. At illi distinguunt capitale. Primo illud vocant capitale, quod punitur ultimo supplicio, ut Instit. de publicis iudicijs, §. publicorum. Secundo, amissionem libertatis vocant capitale, & ex consequenti ciuitatis amissionem. Unde capitale est damnari ad metalla vel ad opera metalli. ¶ Tertio capitale est amissio ciuitatis, ut cum quis deportatur ad insulas remotas, ff. de publicis iudicijs l. 2. At vero in l. commemorata solui vocatur capitale crimen illud, quod sanguinis infert poenam ex. l. igitur licet ista transigere in capitalibus hoc genus criminibus. Nam quae est poena maxima sanguinis poena, quae est mortis poena, ideo id temporis fas erit transigere, & sanguinem

Serui quare ratione possunt transigere cum dominis suis.

Secundum dubium.

In capitalibus si accusatus transigit cum accusante non habetur poena, quia valida est transactio.

redimere, ff. de bon. eo. l. 1. & solum excipitur adulterium in publicis autem criminibus, non licet transigere accusanti, vel accusato. Quod si transigerent includeret in Turpilia. ff. ad Turpil. l. ab accusatore. Et in l. 1. §. 4. tit. 1. §. 3. lib. 4. fori traditur si quis accusauerit alium coram iudice furti, & dein citra autoritatem eiusdem iudicis, transegerit cum accusato, soluat septuplum regi, quia voluit occulte tollere illius ius. ¶ Incideret igitur huiusmodi transactores, in Turpilianum, quia puniretur quodam & accusatus, & accusans, si transigerent in hoc genus criminibus publicis. Publica autem iudicia sunt quae recensentur, ff. de publicis iudicijs l. 1. Et demum accusatus, ad eam rationem transigens duceretur pro sponte confesso, ex. l. in criminibus, ff. de praerogatorijs. & C. de his qui notant in fam. l. Athletas, & extra de collusio. de tegenda. cap. per tuas.

Porro autem in capitalibus irroganti bus sanguinis poenam, quamvis accusanti transigere non liceat, at accusato licet, qualitercumque redimere sanguinem suum, ut ff. de bon. eo. l. 1. iam indicata, quamvis excusati, transactio cum accusante, non erit impedimento alijs volentibus eundem reum transigentem, alioqui accusare de eodem crimine, ne dum de alijs criminibus ff. ad l. Iuliam. de vi publ. l. qui ceteri. §. fin. At vero istam doctrinam limitant Iurisconsulti, quando transactio facta, seu celebrata est, ex solo partium consensu, & non ex interposita iudicis autoritate, vel ut alijs placet, si tantum partes conueniant gratis inter se, ut desistat accusans, ab accusatione: tunc enim tale pactum nihil afferit impedimenti volentibus, noue accusare: ceterum ista haec Iurisconsultis differenda relinquamus.

Porro autem sub adulterio, quod express est transactionis comprehendunt quidam etiam raptum virginis, de quo inanem esse transactionem cotendunt. At vero l. commemorata solum excipit adulterium, raptus vero non est adulterium. Tu autem considera, quod lex huiusmodi prohibens transactionem in adulterio non prohibet, quod verbi gratia, & si vir accusat adulteram coniugem, quod ipse vir flexus precibus gratis, desistat ab accusatione uxoris. Nam

que istud est opus misericordiae, quod lex nequit detrahere, at solum prohibet ne fiat transactio, id est ne vir pecunia, vel alio munere subornatus, desistat ab accusatione. Quoniam hoc videtur fauere delicto adulterij propter munus. Primum autem, quando ex charitate vir, ignoscit uxori, est opus non fauens adulterio, sed ignoscens propter Dei amorem, alius Deus ignoscens delictis eis fauere, quod dictum est impium: at vero ignoscere propter pecuniam, auaritia est & non charitatis. Et hoc prohibet lex, dicens non esse transactionem validam in adulterio, idem dicitur de alijs criminibus quibus prohibetur transactio. ¶ Adhuc obijcies in capitalibus, quae irrogant sanguinis poenam, non licet transigere, siquidem postquam accusatio, est coram iudice proposita, iam delata est res ad iudicium, & habet ius acquisitum iudex in causa illa ferendi sententiam, at hoc ius impeditur ex transactione, si partes inter se componant pacem. ¶ Respondent quidam, quod transactio, priusquam accusatio rei, deducatur in iudicium, siue in iudicis cognitionem licita est, at vero postquam deducta est in iudicium est illicita, quia irrogat iniuriam iudici. ¶ At re vera, siue ante siue postea, licita est huiusmodi transactio, siquidem de morte lite, incerta, vel mouenda, transactio celebrari potest, ut patuit ex iuribus iam indicatis. Neque enim verum est, quod transactio tollit ius acquisitum iudici, ferendi sententiam. Siquidem ipse, etsi tunc non ad instantiam partis, ferat sententiam, ex officio publico castigandi delicta poterit ferre. Nisi transactio, celebretur iudicis autoritate, qua tunc, ipse sibi tollit iudicium, non transactio, & quotidie hoc fit, nam accusans homicidam, si transigit ex pretio, cum homicida, inita transactione, venia delicti obtinet à rege, ut à supremo iudice. Unde habetur in l. 9. tit. 4. lib. 4. fori, quod proposita querela super aliquo crimine, officialis poenam sibi debitam, non perdit, etsi fiat compensatio, aut transactio inter partes. Aduertendum enim est, quod remissio iniuriae facta ab eo qui eam recepit, nihil officit, vindictae publicae exhibendae per iudicem, etsi prodest, quantum ad actionem competentem remittenti, ut l. 1. §. sed si forte, ff. de iniur. & ff. ad l. Iul.

Ioan. à Medina. C. de resti. ca. de transactio - nibus reser - uatur.

de vi publi. l. qui cætu. §. qui vocantem. & ff. de pactis. l. iurigentium. §. si pacifcar. Crimina enim semel audita inulta non debent relinqui, neque sub dissimulatione iudicis, sunt prætereunda, etiam si accusatus cum accusante in gratiam redeat. vt. cap. 1. & 2. extra de col. lat. vñdecunque enim crimina claruerint statim punienda sunt. 24. quæst. 3. cap. ecce. Porrò in. l. 28. titu. de las accufaciones. Parti. 7. enarrantur quinque casus, quibus lex cõmemorata fori locum habet, quos ibidem poteris videre.

Quãdo erã factio non præiudicat fisco. ¶ At vero dubium, sit quartum quid si is qui accepit iniuriã, eam remittat vel consentiat, num huiusmodi remissio aut consensus præiudicat fisco. Barto. discernit quæstionẽ hanc in. l. 1. §. sed si forte. ff. de iniurijs. distinguendo. Aut is qui accepit iniuriam, antequam eam accipiat, siue ex contumelia sit, siue ex læsuo facto, dixit iniurianti, ego tibi dono iniuriam hanc si mihi eam intuleris, aut postquam illata est, illam donat: si post acceptã fiat remissio aut consensus, non præiudicat fisco, siue Reipublicæ, huiusmodi remissio, vt. ff. de pactis. l. iurigentium. §. si pacifcar. & ff. ad. l. lul. l. qui certum. §. si. si vero sit ante illationem adhuc distinguendũ vel prior consensus, adhuc durabat, quando iniuria inferebatur, aut iam euauerat. Si primũ, adhuc distinguendum, aut consentiens in iniuriam, inferendam, poterat in eam cõsentire, aut nõ poterat consentire: sunt nãq; iniuriæ, quibus non potest homo præstare assensum, vt in occisione sui, aut in mutilatione membrorũ suorum, vñde quantũuis consentiat, aut remittat inferẽs iniuriam est puniendus, vt. l. non ideo minus. C. de accusationibus. Quippe nemo potest se occidere, aut mēbra sua mutilare, vt. ff. ad. l. A. quil. l. liber homo. Neque se vulnerare, aut sua ossa frangere, vt. ff. de re milit. l. omne delictũ. §. qui se vulnerauerit. Aut factũ vel dictũ tale est quod ipsemet sibi ipsi impune potest inferre, vt sibi dare alapam, aut pilos barbæ euellere aut capillos capitis eradicare, vel contra ipsum iniuriõsa verba proferre vel se luto aspergere, aut cinere, aut se flagellare, &c. Tunc enim non potest ad vindictã Reipublicæ accusari, siquidẽ talis offensa nõ censetur irrogari Reipu-

blicæ, vt. ff. de iniurijs. l. nõ solũ. §. quantum. At vero si cõsensus prior, iam euauerat, & cessarat, antequam huiusmodi irrogetur iniuriæ, Tunc iniuriã inferẽs, perinde se habet ac si nunquam habuisset iniuriati cõsensum, & ideo potest accusari ad vindictã Reipublicæ. Et accipiens iniuriam habet actionem iniuriarum contra inferentẽ iniuriam. Imo etiã si prior consensus fuisset, in pactum deductus: quia cœu turpis contractus, non esset obligatorius, vt. l. generaliter. ff. de verb. obligat. Imo tradunt Iurifconsulti & notat Baldus, quod si vulneratus dixit, se nolle accusare vulnerantẽ & quod remittit iniuriam sibi illatam, quod ex mortuo poterit contra vulnerantẽ procedere iudex, & probatur ex glossã ex l. Diuus. ff. ad Syl. verũ hæc & alia multa remittenda sunt Iurifconsultis, quorũ est hæc discernere. ¶ Quintum dubium est, an transactio in criminibus priuatis, sit in foro exteriori licita: hæcenus egimus de criminibus, irrogantibus sanguinis poenã, & de publicis iudicijs non irrogãtib; iam vero de priuatis: cui dubio respondet glossã ad. l. transigere. C. de transactionib; ex Ioan. sententia, quod in huiusmodi licet, & transigere, & pacifci, siquidem quod inuenitur prohibitũ, creditur esse concessum. At transactio, non prohibetur in priuatis, igitur concessã est credenda. Cæterum hoc argumentum facile diluitur dicet nanq; aliquis, quod satis prohibetur quando solum excipiuntur crimina capitalia & crimen falsi in. d. l. trãsigere. vñde videtur, ita priuatis, vt in publicis non habere locum transactio, vñde, si in istis celebretur accusatus habetur pro conuicto, & subditur poenæ.

¶ At tandem distinguit, quod si agatur criminaliter, non licet transigere, si vero civiliter licebit, crimen autem falsi, excipitur, quia de hoc crimine licet transigere, & dicta. l. transigere. Nanque conuictus de falso iuramento, est quasi mortuus, cui nulla fides est adhibenda, & ideo est quasi crimen irrogans sanguinis poenam. ¶ Sextum dubium an transactio, sit licita in foro cõscientiæ, quãdo licita est in foro exteriori. Enim vero, in capitalibus l. si fiat transactio valida est, & accusatus si tran-

De transactioe in criminibus priuatis.

si transigat non habetur pro conuicto vel confesso, vt in alijs criminibus, vt supra dictum est. Porro hæc transactio necessario debet fieri aliquo dato, vel retento, &c. vt ius supra indicatum docuit. Cæterum aduersus hoc iam se promittit argumentum. Quãdoquidem videtur quod huiusmodi remissio iniuriæ debet fieri gratis, & non dato aliquo dato, vel retento: igitur in foro conscientiæ non est licita. ¶ Probatur antecedens, quia gratis videtur quod fideles teneantur, ad remittendum iniurias. Nanque vna vox est euangelica, quod remittamus debitũ, de bitoribus nostris, & in prece dominica nunquam non idem inculcamus, & dominus ait, dimitte, & dimittetur vobis, & Eccl. 1. 8. Relinque proximo tuo nocenti tẽ, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Neque videtur aliud sonare parabola illa euangelica, de patre familiaris omne debitum dimittenti seruo suo, at hic seruo non dimisit debitũ quẽ reprehendẽs dominus eius ait serue nequam nonne omne debitum dimisi tibi, nonne oportuit te cõmisereri seruo tuo Matth. 1. 8. Vñde Christus Matth. 7. inquit, in qua mensura mensi fueritis & remetietur vobis, & Luca. 6. dimitte, & dimittemini. & Matth. 1. 1. dimitte, si quid habetis aduersus fratres vestros. Et Matth. 6. si non dimiseritis hominibus, neque pater cælestis, dimittet vobis peccata vestra. Et Matth. 5. esto cõsentiens aduersario tuo cito dum es in via, quæ verba, idem præferunt quod priora, quod dimittamus peccata, inimicis nostris, & ibidem iubetur quod munus oblatum Deo, non erit gratum illi, nisi prius reconcilietur inimicis nostris. Est autem reconciliatio, relaxando eorum offensam, qua nos affecerunt. Vñde Augustinus in Enchiridio, qui roganti, peccati sui veniam, & petenti ex corde, non dimittit nullo modo existimet à domino sua peccata dimitti: & de mum ne in omnia euagemur, quia effectus immensi operis, hoc cõcessum est Theologis omnibus, nos teneri ignoscere inimicis. Quoniam dominus ait, Matth. 5. diligite, inimicos vestros, bene facite eis, qui oderunt nos, orate pro persequentibus vos, igitur necesse est, ex Christi præcepto, vt illatas nobis, relaxemus in-

urias. Porro autem, ne quis existimet euangelica præcepta collidere cum humano iure, est aduertendum, quod remittere iniuriam multifariam, est subintelligendum, vt etiam proximum diligere. Nanq; est dilectio quædã generalis, alia particularis, est q; dilectio, quoad spiritualia, & alia, quoad temporalia, est de niqu; dilectio actualis, & dilectio habitualis. Generaliter igitur tenemur diligere inimicos nostros, seu aduersarios nostros. Hæc autẽ generalitas est, quod à beneficijs generalibus, siue orando, siue operando, non possumus excludere inimicos nros. Vñde qui excluderet, dum Deum precatur dicens, & dimitte nobis debita nostra, &c. inimicos, quibus nolet, vt deprecatio valeret dominica, quæ generalis est, crimen admitteret. Et similiter si administrator esset horrei publici, & nollet ex publico horreo providere de frumento aduersario, vt prouidet alijs aut si esset administrator Reipublicæ, & excluderet inimicũ, alioqui aptissimum ad munus aliquod publicum, quia inimicus eius est, item crimen admitteret.

¶ Præterea si aduersario suo, quispiam optaret impoenitẽtiam finalem, vt in baratrum demergeretur, aut perseuerantiã in culpa, aut alia mala hoc genus spiritualia item faceret contra dilectionem generalem exhibẽdam omnibus inimicis, ideoque crimen admitteret.

¶ Porro, secus est in corporalibus: namque possumus aduersarijs nostris mala temporalia optare, si ex charitate optamus, vt Paulus volebat malum temporale inuestuosi, scilicet, quod corpus eius traderetur cruciandum diabolo, vt spiritus eius saluus fieret, in diẽm domini. 1. Corinth. 6. Malorum enim temporalium perperisio, excitat sepe mentẽ patientis vt sua corrigat delicta. Vñde qui hac ratione mala aduersarijs optat, bene optat si tamen optasset, solum vt vicisceretur de aduersario suo, crimen admitteret: si tamen graua mala optaret, vt mortem infamiam, exilium paupertatem, & hoc genus: hoc dixerim, quia tã leue posset esse malũ, qdã desiderẽ aduersario meo, quã nõ esset crimẽ, ex leuitate materiæ, etsi ex suo genere, malũ desiderare aduersario, vel cuius alteri sit crimẽ vt supra

Dilectio generalis, dilectio particularis.

Dilectio quoad spiritualia, & quoad temporalia.

Dilectio actualis, & habitualis.

ri semper ex suo genere malum est, at theruncium furari ex leuitate materiz, est veniale. Sicut etiam, qui odiret aduersarium fratrem suum, indeliberato tamē animo, non admittit crimen. Quia crimen non adest, quando voluntarium non est vt August. est autor, libro retratationum. Quod si obieceris, imo optare malum temporale, vt dudum dicebatur, est aliquando meritorium: igitur non est ex suo genere malum, siquidem quod est ex suo genere malum, non potest benefici. Respondetur quod optare malum, vt noceret, est ex suo genere malum, siquidem iam tunc ex odio optamus malum: at vero optare malum, vt proficiat, est alterius rationis. Et istud non est malum, quia est meritorium, vt etiam occidere hominem ex propria auctoritate, est ex se malum, at ex auctoritate iudicis non est malum, & sic occidere hominē formaliter est diuersum homicidium à priori.

¶ Præter hæc tenemur, dilectioni inimicorum, etiam particularem habere habitalem: est non semper actuale: enim vero oportet paratum gerere animum, q̄ qñ oportuerit & quomodo oportuerit, cibare inimicum, visitare, vestire, &c. quoad reliqua opera misericordiz, & corporalia, & spiritualia, quod illi præsto erimus. Nam qui hac ratione, non gerit paratum animum, aut in diuersum tenet animum, quod quando potuerit vlcisci iniuriam sibi illatam, & oportunitatem ad vltionem huiusmodi capienda obseruat, hic crimen admittit scriptura clamante si esurierit inimicus tuus ciba illum, &c. Actuale autem dilectionem, & particularem non tenetur semper exhibere. Nanque cum præceptum de diligendo aduersario, sit affirmatiuum, non obligat, sub omni tempore, sed quando oportuerit. Istis autem addendū est, quod remittere offensam, offendenti contingit etiam bifariam, vel actu interiori, vel actu exteriori. Et primo modo remittimus tunc offensam, quam nullo odio afficimur in offendente, sed eam gerimus erga eum dilectionem, quam lex Evangelica præcipit.

¶ At vero actu exteriori remittimus, quando vel gratis remittimus, vel per transactionem. ¶ Priorem autem mo-

dum remittendi, tenemur fratribus exhibere ex diuino præcepto, neque tamen inde consequitur, vt quidam existimet, quod non possumus exhibere dilectionem illam ex pretio. Enim vero, si quis læsus, dixisset, ego nō deponā odiū erga lædentē, nisi ex pecunia aut ex alio munere lædens etiā promeretur: vtique hic accipiens pecuniam, & ideo deprensens odium, redit in gratiā cum suo aduersario, non video cur crimen admittat. Etsi video, quod merito orbetur, quia non ex charitate, sed ex pecunia, aut ex propria vtilitate corporali, lædentem diligit. Neque enim ad modum diligendi, sed ad dilectionem constringimur. Nam substantia præcepti ligat, nō modus, etsi modus diligendi ex charitate, est necessarius, ad consequendam æternam vitam. Neque valet si obieceris, esse simoniacum, venderē dilectionem, propter pecuniam quippe dilectio est actus spiritualis, vtique non omnia spiritualia hac dote gaudent, quod ea commutans propter pretium, sit simoniacus, sed solum spiritualia super naturalia, vt disertum est, in secundo libro.

¶ Vnde si per transactionem, remittitur offensa, nihil criminis est. Neque in primo, aut secundo casu ea ratione dimittens tenetur ad restitutionem. Etsi secundus casus, quando desistit, læsus à querela propter pecuniam, vel aliud æquiuales est manifestior casus quam prior: quandoquidem nullus tenetur desistere ab accusatione gratis. Imo ex iure naturæ potest sibi, & suæ indemnitati consequere. At in priori casu, non tam patet, siquidem si tenetur homo diligere inimicum suum, quoad actum interiore, igitur non potest diligere ex pretio, si quidem obligatus, est ad diligendum interius, vt prædictum est, non tamen obligatur non accusare delictum, vel accusatum non persequi. Respondetur, quod non sub omni temporis articulo tenetur homo diligere proximum, vt prædiximus, ideo si sub eo articulo, sub quo non tenet pretio conductus quis diligit aduersariū suū, non peccat. Cæterum si in eo sit articulo, sub quo tenetur actum interiore habere dilectionis, vtique peccabit si ex pretio diligit: quā do sic ex pretio diligit, non dilecturus, aliā,

Nō est malū corpori optare malum, ppter bonū mentis.

Dilectio inimicorū habitus est semper est necessaria.

Ad Romam. 12. Prou. 25.

Qui diligit lædentem propter pecuniam nō peccat.

Transactio licita est in foro conscientiz.

aliā, nisi ex pretio: verum si tum allectus pretio diligeret dilecturus aliā, etiā non ex pretio, non peccaret.

¶ Quod si dixeris, si ex pretio diligit, peccat ad sensum præfatum: igitur non implet præceptum, negabis consequentiam. Siquidem fieri potest, quod quis peccando impleat præceptum, vt qui die festo, vadit in ecclesiam, visurus amasiam, sanè implet præceptum, non secundum quod peccat cundo in ecclesia ex prauo fine, sed secundum quod ire in ecclesiam, ex suo genere bonum est opus. ¶ Ista quoque diligere aduersarium ex suo genere est bonus actus, etsi vitium ex mala circumstantia. Vnde vt est bonus actus ex suo genere, implere potest præceptum de diligendo fratre quoad substantiam præcepti, non tamen, quo ad finē præcepti, qui est vita æterna.

¶ At non me latet, quod consequentia infirma est hæc, teneor facere hoc, igitur non licet ex pretio facere. Nanque medicus, qui valde laboranti ex morbo tenetur mederi, si alius non extet medicus, nihilo minus sibi licet, ex pretio medicari. ¶ Porro adhuc insultabit aliquis, circa secundum casum, sit verbi gratia, læsor pauper, & hic petit ex animo veniam læso, non habet pretium pro transactione, videtur quod læsus veniam petit, & non habet facultatem transigendi, igitur lædens, id temporis tenebitur, illi donare offensam. Et probatur ex verbis euāgelicæ parabolæ. Matthæi 18. serue nequam, omne debitum remisisti tibi quia rogasti me, nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui: sicut & ego tui miserus sum? & iratus dominus eius tradidit eum tortoribus: igitur roganti veniam, & misericordiam postulanti concedenda videtur, sub obligatione poenæ æternæ, vnde ait iratus dominus, &c. at vero solum peccatū mortale, meretur iram Dei. Et videtur huic rei concinere, quod Iacobus scripsit capit. 2. Si autem frater, & foror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis de vobis illis, Ite in pace, calefacimini & saturamini, non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? ita dicit aliquis. Si læsus dicat ego diligo lædentem, & opto illi

Qua ratione per peccatum potest aliquādo impleri præceptū.

Qua ratione etiā qui obligatus est ad opus ex pretio facere potest.

bona, cæterum, affigatur cruci, quam meretur propter læsionem, quid proderit? ¶ Porro autem his non obstantibus, dicendum est, quod dimittere debitoribus nostris debita, sit opus misericordiz, quia ait, misericordia motus, aut miserus serui illius, dimisit illi. Quocirca si lædens, aut inferens iniuriam non habet, vnde tranfigat, & petit veniam misericordiz est, illi condonare, vt ex euāgelicis licet literis. Quod vero teneatur in particulari hanc pauperi petenti veniā offensam gratis condonare, non deducendo eam in iudicio, aut deductam laxare non liquet ex euāgelio. Imo contrarium, quia si teneretur, non esse: opus misericordiz remittere, sed iustitiz, at ex Euāgelio patet esse opus misericordiz. Quod vero traditur tortoribus, non dimittens conseruo, vtique non est, quia non dimisit debitum, sed quia non habuit patientiā ad expectandam solutionem, quam conseruus offerbat vel quia suffocabat eum, vt redderet debitum, & ideo ex iniuria facta in conseruum, dominus irascitur. Nam iniuria debitoris, debitum exigere, crimen est. Et fuit tyrannus iste seruus, quia non solum noluit expectare paulisper debitum, quod soluendum offerbat conseruus, sed & suffocabat conseruum cū potius ex equitate tenebatur donare debitū, vt sibi à dño suo erat donatū. Et hoc insinuat euāgelii dicens, nonne oportuit miserere, &c. Et maioris misericordiz est donari iniuriā, priusquā deducat ad iudiciū, quam postquā deducta est. Nanq; in primo casu, nō exposita querela, iudex nō potest se intromittere in causā, cuius nō habet iudiciale notitiā, at in secundo casu, etiā si donet læsus iniuriā auctori, iudex potest se intromittere ex officio, vt dictū est. ¶ Secundo respōdebis quod, Iacobus agit, de cleemosyna, quæ sola verbi lenitate fiat, nihil potest. At vero, in præfata materia, agit an liceat si deli, querelā suā exponere corā iudice de iniuria sibi illata, absq; eo quod præiudicet dilectioni, proximi quā tenet habere. Et constituimus, quod si ex zelo iustitiz faciat, licebit ei sic facere. & eā prosequi, secus si ex odio fratris, quālibet aduersarij, inimvero, si S. Greg. cōcedit licere, optare malū corporale aduersario.

fario, vt mali tolerantia, cedat in spiritua-
lem profectum, vt ex Paulo pridem de-
ducebam, vtique item licebit, quod vindice-
tur delictum, si nō ad profectum pa-
cientis, sanē ad profectum Republicæ.
Ne peruerſi homines, impunitate deli-
ctorum inſoleſcant, & ad alia facinora
perpetranda animatiores euadant. Quod
vero Paulus ait ne reſiſtamus malo, ſed
vincamus in bono malum, eſt ſanē ve-
rum, quod propria autoritate, non ſu-
menda eſt vindicta, de malefacientibus
nobis, ac autoritate publica eſſe vindic-
tam deſiderandam, ipſe docet ad Ro-
manos 13. Non enim ait, ſine cauſa gla-
dium portat, ad vindictam malorum
laudem vero bonorum. Quod vero in
prece dominica precamur dimitte nobis,
ſicut & nos dimittimus, &c. Ille ve-
rē dicit, qui omnium inimicorum ſuo-
rum habet dilectionem generalem, &
habitualem, & non ex odio petit vindic-
tam, ſed ex zelo iuſtitie, ipſe enim ex
ſe non ſumit vindictam, ſed iudex. Et
item quoad culpam dimittit debitum
inimici, ſiquidem diligit vt fratrem, at
vero, quoad poenam, ei non dimittit vt
ſi accuſet iniuriam, non male facit, vnde
aptē tradunt iuriſconſulti, quod is qui
iam eſt in articulo mortis, recepturus
Euchariftiam non peccat, quia accuſa-
tionem non deponit, contra eum qui in-
tulit illi iniuriam, ſed peccat, ſi iſtud ex
rancore animi faciat, ideoque hunc ran-
corem deponere eſt neceſſe, non tamen
accuſationem, vt notat Bartol. In J. non
ſolum. §. 1. de iniurijs, & adde quod not.
C. familia hereticunda. l. in ipſius, vt re-
fert Bald. in allegato. §. quædam actio-
nes. ¶ Poſtremum dubium, an tranſa-
ctio locum habeat in ſpiritualibus? & re-
ſponſio eſt plana inſciatoria, ex capit.
ſuper eo. de tranſactionibus. Et ratio, tex-
tus eſt, quippe tranſactio, ſit aliquo hinc
inde interueniente pretio, vel æquipol-
lenti, ſpiritualia autem non poſſunt pre-
tio comparari, ideo non ſunt capacia
tranſactionis. Vnde lite mota, ſuper be-
neficio amicabileſ compoſitio permitti-
tur, non tamen tranſactio, quod ſi obie-
ceris, necbit ſaltem pretio redimere ſua
vexationem, ei qui habet ius in re, vel ad
rem, reſpondebis, vt reſpoſum eſt. 2. lib.
quando de ſimonia ageretur.

Dubium
vltimum.

CAPVT IX.

De compromiſſis.



Absolute capite, de tranſactio-
nibus, germana eſt diſputa-
tio de compromiſſis. Nam
in compromiſſis eſt quæ-
dam tranſactio, & de criminibus, de qui-
bus poteſt quis compromittere. C. de
tranſact. l. tranſigere. & 2. quæſt. 3. §. no-
tandum. & 5. quæſt. 2. c. primates, de eſ-
dem poterit fieri tranſactio, non tamen
contra, quia de multis nam ſit tranſactio
de quibus non cōpromittit, vt de capita-
libus, vt infra patebit: quia ſi poſſunt tra-
ſigere, à fortiori compromittere. Pro-
pterea igitur, nunc pauca de compro-
miſſis trademus. Nam vberioſiorem tracta-
tum à Iuriſconſultis petes.

¶ Eſt igitur compromiſſum contractus
quidam, quo conueniunt partes, ad deli-
gendum iudicem, qui componat, earum
lites aut contentiones, & iudex huiusmo-
di vocatur arbiter, vt diſtinguatur con-
tra ordinarium. Nam ordinarius iudex
habet poteſtatem iudicariam, à ſupe-
riore, cuius eſt illam conferre, vt à Papa
vel Rege, vel Imperatore, aut Epifcopo.
At vero quia Imperator, & Papa nō ha-
bent iuriſdictionem ab aliquo homine
ſuperiore, aptius deſines iudicem ordi-
narium eſſe eū qui habet ſubditos, quos
poſſit iudicare de omnibus, & hoc eſt,
quod aliter dicitur ordinarium eſſe qui
habet iuriſdictionem, etenim arbiter, nō
poteſt arbitrari de omnibus, ſiquidem
eius arbitrium, non ſe proferat, vltra cō-
promiſſum. Et illa ſola poteſt arbitrari,
ad quæ decernenda electus eſt à parti-
bus controuerſis. Vnde papa, epifcopi,
ſacerdotes habent hanc ordinariā iudi-
candi poteſtatem ex diuino iure. Niſi
quod papa eſt vniuerſalis ordinarius ſu-
pra vniuerſalem eccleſiam, in rebus ſpi-
ritualibus epifcopi vero, eſſi habeant à
Deo hanc poteſtatem ordinariam non
tamen vniuerſalem, ſed ſolum in ſuis
diocceſibus. Has autem diocceſes, habet
ex iure humano diſtinctas. Nam que eū
geliūm non diſtinxit diocceſes, vnde ma-
teriā exercendi poteſtatem epifcopalē,
habent ex iure humano, Papa vero, &
poteſtatem ordinariam, & materiā exer-
cendi

De cōpro-
miſſis.

Quis ordi-
narius iu-
dex & quis
arbiter.

Quædā dif-
ferentia in-
ter arbitriū,
& ordina-
riū iudicē.

cendi eam, id eſt, ſubiectionem Eccleſiæ
catholicæ, item habet à Deo Chriſto di-
cente, tibi dabo clauſes regni cœlorum
Matth. 16. & Ioan. 20. paſce oues meas,
&c. item quoque, parochi habent poteſta-
tem ſoluendi peccata, à Deo, & retinendi
Matth. 18. ceterum ſubditos habent
ex iure humano, diſtinguente parochias
Imperator autē & rex, habent poteſta-
tem à republica, ſed de iſtis alias factis di-
ximus.

¶ Arbiter igitur non habet ſubditos, ne-
que iuriſdictionem, ſed ſolum ex com-
promiſſo arbitratur, quantum ſe exten-
dit compromiſſum, & nō amplius, vnde
recte dicunt iuriſconſulti, quod arbitria,
ſtricta via incedunt, ſunt autem arbitria
iudicia, & ſententię arbitrorum. Nam ex-
tra compromiſſum, nihil efficiere poteſt
arbiter. ff. de arbitris. Nam diſtinguimus
§. vltimo. Nam id ſolum venit in arbi-
trium, de quo dictum eſt, vt veniat. ff. eo-
dem ſi cum dies. §. Plenum. At in iudicio
ordinario, veniunt omnia, quæ expreſſe
non prohibentur, vt habetur. ff. de iudi-
cijs. ſolemus. Et præter hanc differentiā
ſunt & aliz referentie gloſſa ex. de arbi-
tris. c. cum dilectus, quas ſuccinctē tranſ-
curram, videlicet, quod arbiter, non po-
teſt punire contumaciā litigatoris, ne-
que teſtes poteſt cogere. ff. co. quid ta-
men. §. 1. niſi in caſu, qui exprimitur ex
de officio delegati, ſuſpicionis, & hoc ve-
rum eſt, niſi in compromiſſo, actum ſit,
quod arbiter poſſit punire contumaciā,
& cogere teſtes. ff. de iudicijs. l. 2. §. vlt. &
ff. eod. Non ex omnibus.

¶ Rurſus arbiter non poteſt pronuntia-
re, niſi vtraque parte præſente, niſi hoc in-
ter litigatores conueniret. ff. eodem. diē.
§. ſi quis litigatorum.

¶ Item arbiter, non poteſt citare partes
niſi ad locum in quem compromiſſum
eſt. ff. eod. ſi cum dies. §. ſi arbiter ſecus
in iudice ordinario.

¶ Item arbiter, non poteſt delegare arbi-
trium. ff. eodem in compromiſſis. Et l.
non diſtinguimus. §. quæſitum.

¶ Item ſententia arbitri non infamat,
quia non poteſt cognoscere de criminibus
infamatorijs. ff. de his qui notantur
infamia quid ergo. §. ex compromiſſo
ceteras differentias tu lege loco præin-
dicato.

¶ Porro autem, in legibus regni Caſtel-
læ. l. 23. titu. 4. par. 3. Iulientius explica-
tur hæc materia arbitrorum, vbi habe-
tur quod arbiter dicitur, qui eſt electus
à partibus, ad cognoscendum de cauſis
eorum, per viam iuris Hiſpanē dicitur,
auenidor & contractus, qui dicitur com-
promiſſum, vocatur auenientia & com-
promittere, Hiſpanē poner en manos, vt
in l. fori arbitrator vero, eſt aliud ab ar-
bitro. Siquidem arbitrator eſt conueni-
at, cum arbitro eo quod ſimiliter eligitur
à partibus ad componendum inter
eos, at differt, quia arbitrator, non eligitur
vt componat partes, obſeruata forma
iuris, neque; ad hoc conſtringitur vt il-
lam ſeruet in componendo. Quia ſolum
intēdet amicabiliter componere, etiāſi
non ſeruet iuris formam, itemque; Hiſpa-
nē appellatur, auenidor, vt de arbitro di-
ximus, eſt porro hoc nomen arbiter la-
tius patens, quam iuriſconſultis, ſiquidem
quilibet moderator, alicuius rei arbi-
ter vocatur. Imo etiam à iure non ab-
horret ſignificatio, vt traditur in l. quis
tam. C. de Decurio. item quādoque per
iudice ordinario vt in l. arbitro, & in l. ſi
ab arbitro. ff. qui ſatiſdare cogatur, item
ſub voce arbiter, comprehenduntur, &
arbitrator vt in l. ſocietatem. §. arbitro-
rum. ff. pro ſocio. Et l. par. præfata, eos
communi nomine vocat iuezes auenido-
res. Et quamuis iuriſconſulti diſceptent,
ſatis vt differant arbiter, & arbitrator,
quibuſdam aſſerentibus, quod ſolo no-
mine diſcrepant, alijs differentiam ſu-
ſtalem conſtituentibus. At poſtremis ſuſ-
fragatur lex Par. commemorata. Quæ
conſtituit eum eſſe propriē arbitrum di-
cendum, qui procedit iuris ſeruato ordi-
ne, vnde poſtquam arbitri, acceptum ha-
buerint compromiſſam eis cauſam, de-
bent, procedere citando partes coram
ſe, & audiendo vtramque partem, quid
ſcilicet, exegerint, quid ve reſponderint
compromittentes quidve probauerint,
quidve defenderint perinde eſt ſi eſſent
ordinarij iudices.

¶ Et auditis accuſationibus, & deſenſio-
nibus vtrinque collatis, pronuntiare de-
bent diſtinctiuam ſententiam.

¶ Quam tamen, vt ſupra dicebam, non
poteſt iudex arbiter proferre altera par-
tium abſente, etiam ſi abſuerit ex con-
tumacia.

Arbiter &
arbitrator
vt differunt
& arbitriū,
& arbitra-
mentum.

Arbitri &
arbitrator
res differunt
nō ſolo no-
mine, ſed
etiā ratione
& ſi ſubie-
ctiōne ſunt
idē nā, idē
homo po-
teſt eſſe v-
trumque.

F f § tumacia.

Arbiter iudex nō pōt pronuntiare distinetam sententiam altera parti ab sente.

tumacia. Nisi hoc actum fuerit in compromisso. vt in l. diē proferre. §. si quis litigatorum. ff. eo. Et hoc intelligitur, etiā si esset conclusum in causa, vt Abbas ait, in .c. cum dilectus de arbitris.

¶ Arbitratores vero, Hispanē, *Aluedriados, e comunales amigos*, qui sunt selecti, ex conuenientia ambarum partium, vt decident contentiones subortas inter partes quocumq; modo, itaq; arbitratores, etiam possunt assumi super motam litē. Et huiusmodi conuentio horum, ad arbitratorem, vocatur amicabile transactio. vnde si promittit stare mandato alicuius videor eligere illum vt arbitratorem, ex .c. veniens de iureiurādo, secus si promitterem stare sententia, vide Abba. ex. de iureiurando. c. veniens.

¶ Arbitrator igitur vt diximus, non ardeatur ad seruandum formam iuris, idēque, quia solum intendit bonum pacis, si hanc assequendo, viderit expedire, poterit auferre, de iure vnus, & conferre alteri. ex. c. nisi essent de p̄bendis. in. l. sed si in seruū. §. si quis iudex. ff. de arbitris. Ceterum etiam isti arbitratores, tenentur post receptum compromissum audire vtramq; partem, & post auditā pronuntiare suum arbitramentum.

¶ Verum quid si volent seruare isti arbitratōres formam, & ordinem iudiciariū, an possent vtiq; possent si volent, ceterum non coarctantur vt seruent, vt iudices arbitri. Nam illi si pro bono pacis, viderint expedire ordinem iudiciarium seruare, possent, & si viderint, non expedire, possent non seruare, vnde traditur in. l. commemorata, quod isti possunt componere contentiones, & lites sibi cōpromissas, in quacumq; rationem, quam ipsi probatam habuerint, ad finem prædictum assequendum.

¶ Ex istis inferitur quod isti arbitratores, etiam si non seruassent ordinem iuris, sci licet, quod alter, ex litigatoribus exigat, & alter respondeat, &c. valeret nihilominus arbitramentum ipsorum vt Innocē. meminit de iureiurando. c. Quinta vallis contestante Abb. ibidem tradit, quod si nudo verbo pronunciaisset arbitrator, arbitramentum validum esset, & haberet vim sententia, etiam si in scriptum, non esset redacta. Eatenus tamen valet hoc arbitramentum quatenus, citra dolum,

pronuntiaetur. Nam si compromissum dolose fuisset celebratum, nullum haberet robur. Hæc enim est conditio quæ in est compromisso, quod citra dolum fiat lita demū. ff. de arbitris. Nam sententia arbitri lata pro dolum, est ipso iure nulla secundum Cyn. in. l. Arbitro. C. eodem. ¶ Additur autem in præfata lege, quod si dolus acciderit recurrendum esse ad viros bonos, ad corrigendum dolum, qui viri boni, sunt diligendi ab ipso ordinario. Et si Gregorij Lopez glossa, tradat hoc non seruari in practica, sed quod iudex ordinarius procedit de iure communi, ad corrigendum huiusmodi arbitramentum.

¶ Iudex autem ordinarius debet esse, eiusdem loci, vbi latum est arbitramentum. Et huiusmodi reductio arbitramenti, ad iudicem ordinarium est velut quedam appellatio, sicut & ipsum arbitramentum, habet quandam vim sententię vt prædiximus.

¶ Est aut obseruandum, quod tam arbitris, quam arbitratoribus, hoc commune est, quod possunt deligi, super causa vna vel multis, secundum qualitatem, compromissi. Et compromittentes sese obligare debent, ad obseruantiam, iudiciorum, siue arbitri, siue arbitratores, illud pronunciauerint. Et ideo imponenda est pœna parti nolenti morem gerere huiusmodi iudicijs, quam dabit, inobediēs, obediēti, iudicio istorum iudicū. Enim vero, si pœna non fuisset imposita in huiusmodi compromissis, partes compromittentes, non tenerentur stare hoc genus iudicio, vel mandatis horum iudicū. Excepto nisi notificato mandato, partes siluissent, tunc enim taciturnitate, acta probassent, si non contradicerēt, per spacium decem dierum. ¶ Ex lege huiusmodi colligitur, quod arbitrium, vel arbitramentum, contra formā cōpromissi non valet. Quia huiusmodi iudices nō se possunt extendere ad alia præterquam ad eā formam, quam habet cōpromissus.

¶ Vnde ex. de confirmatio. viii. & in l. l. c. examinata ex duplici causa, irritum esse huiusmodi iudicium, siue arbitrium, vel arbitramentum traditur, vel quia est contra ius commune, aut quia est contra formam compromissi, vt ibi traditur, etiam si partes consentiant, in latum

Arbitramentum dolum, vt cōpromissio, retractanda sunt quia nulla, ipso iure ex. de arbitri. Non si ne, quod vero sit reducendum si non retractatur habes. ff. pro socio. §. si. c. c.

mandatum, vel sententiam ab arbitris, vel arbitratoribus, non tenet, quippe, quod non est, vt ait glossa, vel non tenet ratum nō potest haberi, per consensum partium.

Quando valet iudicium arbitrorum cōponentiū excedētium formā compromissi.

¶ Sed quid si compromittentes probatum habent, quod arbitratores, vel arbitri, se extenderint ultra compromissum, nunquid ratum erit, quod aliis irritum fuisset? Enimvero ex. l. commemorata, videtur quod irritum sit.

¶ Ceterum, ex. de p̄ben. & dig. c. nisi essent docetur, quod propter bonum pacis, si probatum habent compromittentes, quod excesserint arbitratores formā compromissi, ad alia extendentes manus, de quibus non erat forma compromissi, valet arbitrium.

¶ Verum in. c. examinata, alia fuit ratio, quia arbitrium erat contra ipsum ius, & ideo neq; partium consensus, potuit illud ratificare, neq; Papæ confirmatio, vt ibidem traditur. Et maximè hoc videtur quando compromissum factum est, nō in arbitros, sed in arbitratores, nam istorum est amicabilem pacem componere, & nō arctantur ad formam iuris, ideo si se extenderint alia, partibus tamen cōsentientibus, videtur validum esse iudicium. Porro autem extat. lib. 4. recopil. tit. 2. l. 4. quantum valeant huiusmodi arbitria, itidemque & transactiones. Et appellatio in eis, qua ratione sit obseruanda, & qua ratione sit reijcienda. Et extra ista est ex ordinationibus regijs, Matriti euulgatis. Et huiusmodi lex docet, quod executioni tradantur arbitraria sententia, vnde sic habet item, quia plerumq; accidit, quod partes affectantes pacem, & ad euitandum impendia, & lites, & cōtentiones, priusquam aggrediantur lites, & iudiciorum examen, & aliquando, postquam agitur lis, & sub lite pendente in nostris consilijs, & in nostris audientijs, vel ante alios iudices, & aliquando, postquam alter litigantium, iam obtinuit, ex lite sententiam, vel sententias sibi suffragatorias, quæ transierant in rem iudicatam, postquam hæc sciuerint, decernunt huiusmodi, compromittere huiusmodi lites, in manibus iudicum arbitrorum, vt determinent secundum ius, vel in manibus iudicū arbitratorū, amicorum & promittunt stare sententia; hu-

iusmodi, ab illis euulgata, & ab illa non recedere, sub constituta pœna. Et iudices arbitri, & arbitratores, vtentes facultate ipsis concessa sub termino ipsis præscripto in compromisso & super illis rebus comprehensis sub compromisso pronunciant sententiam, à qua contingit, quod alter compromittentium, videtur reclamare, & exigit, reductionem illius sententię, ad arbitrium boni viri, vel allegat cōtra illam, nullam esse, vel alio remedio, agit contra illam, vnde fit, vt lis noua sumat exordia. Et protelatur diutius multo, quam si, per iudicem ordinaretur. prosequeretur. Et sententię pronuntiatæ in fauorem partium, frustrantur, & non mandantur executioni vnde partibus multa resultarunt damna, & molestia. Quapropter, volentes huic malo subuenire, iubemus, quod simulatque huiusmodi arbitraria sententia fuerit pronuntiatæ, quam pars, exegerit, mandari executioni, extante, & præsentato compromisso, & sententia, signata, à publico scriba, si constiterit, quod fuit pronuntiatæ sub termino compromissi, & de rebus, super quibus fuit celebratum compromissum istis obseruatis, parti satisfaciendum est, in cuius fauorem fuit promulgata sententia.

¶ At pars huiusmodi, obligauit se & exhibebit fideiussorem idoneum, vel fideiussores coram iudice, vel iudicibus, à quibus exigetur, huiusmodi sententię executio, obligauit autem se coram huiusmodi iudice, vel iudicibus, restituenti, quidquid receperit virtute huiusmodi sententię, cum fructibus, & redditibus suis, secundum quod condemnatio tulerit, si huiusmodi sententia fuerit reuocata.

¶ Quod si alia pars, occinerit aut reclamauerit, vel exegerit, reductionem, ad arbitrium boni viri, vel se iuuare voluerit, ex sententię nullitate vel alia quæsierit præsidia, vt sententia non mandetur executioni, si huiusmodi sententia fuerit confirmata, à præside regio, & senatoribus regijs, huiusmodi confirmationis, nulla sit supplicatio. Neq; nullitati sit locus, aut alijs remedijs.

¶ Porro si à iudicibus inferioribus fuerit cōfirmata, recursus restet, appellationis, ante senatum regium, vt serar de re illa sen-

sententiam. ¶ Qui si confirmauerit eandem nullus reflet gradus. Cæterû si fuerit reuocata, huiusmodi reuocationis, liceat supplicationem referre, ante eundem regiam senatum, manente tamen in suo vigore, executione, quousq; sententia feratur alia ex reuisione.

¶ Præterea illæ fideiussiones sunt probandæ, & reputandæ sufficientes, quas iudices executores sententiæ, probatas habuerint super qua re nulla admittatur, supplicatio vel appellatio.

¶ Et hoc idem iubemus, quod fiat, & executioni mandetur, in transactionibus, quæ initæ fuerint inter partes, quibus reddat testimonium, tabellio publicus lex hæc optime declarat, quid sit obseruandum in arbitrijs & arbitramentis, & itæ in transactionibus, quippe quæ eandem subeunt legem, vnde palam est, quod supra diximus, transactiones posse celebrari, & ante motam litem, & post motam litem, vt etiam compromissa, vt constat ex verbis huius legis.

¶ Sed item patet quod ab arbitrio vel arbitramento, pars quæ se ex iudicio huiusmodi grauata sentit, potest appellare, ad iudicem ordinarium & nihilominus, sententia prolata in fauorẽ alterius partis, est mandanda executioni sub fideiussione tamen idonea.

¶ Porro autem obijciat aliquis contra. l. part. & hanc. l. tradentes, quod compromissum, debet compromitti sub pœna imponenda, soluenda à non morigero, quia si pœna non imponitur, nulla videtur obligatio standi arbitrio. At vero. l. 1. tit. 1. lib. 1. fori contraria videtur, quæ sic habet. Omne pactum initum inter homines, siue scripto, tradatur, siue non tradatur, siue sub pœna ineatur, siue nulla pœna fulcitur firmiter seruatur, & iudex cogat, nolentem obseruare, vt obseruet.

¶ Quod si pœnam imponit pactum violanti, iudex cogat violentem pactum, vt eandem pœnam luat. Igitur compromissum sine pœna, item in foro exteriori habet vim, cur ergo compromissum, si non roboratur impositione pœnæ erit infirmum?

¶ Et quid si compromissum iuratur ab ipsis compromittentibus: nunquid tunc etiam si pœnam non iniacetur violanti,

nonne sufficiet, ad cogendum violatorem, vt stet arbitrio arbitri, vel arbitramento arbitratoris?

¶ Et quid si partes compromittentes renuntient appellationi, & pactum faciunt de non recedendo, ab arbitrio nihilominus recedere possunt. C. de arbitris. l. penult. igitur pacta non sunt inuolabiliter seruanda, contra id quod decernit. l. fori. ¶ In gratiam dubij primi, est aduertendum quod. l. 1. C. de arbitris, idem primo videtur sancitum, quod in compromissis sit statuenda pœna. Et rationem reddit, quoniam metu pœnæ à placitis non recedatur.

¶ Et rursum, quia arbitrium arbitri, non confert iudicati actionem, quia non est indicis ordinarij sententia, vnde ob hoc ab hoc arbitrio appellari nequit.

¶ Et vt exponit glossa, non quia digna est sententia, sed quia vilis. Quandoquidem non est lata à iudice ordinario. Ob hoc igitur, quia huiusmodi arbitrium nõ præstat iudicati actionem, ideo adijcitur pœna, vt suppleat iudicij imperfectionem.

¶ At vero eadem. l. 5. traditur, quod ex sententia arbitri pacto nudo & sine pœna assumpti omologata, id est confessi, & approbata, tacite vel expresse tacite vide licet, si sub spacio. 10. dierum eadem non contradicatur, expresse, si illa approbatur, quod in eodem codice, dicitur omologari, verbo Græco, oritur actio, & exceptio, igitur compromissum, etiam si sit nudum pactum, valebit, siquidem ex eo exoritur sententia arbitraria, dans actionem, & exceptionem.

¶ At vero, quod. l. 1. C. indicata, valde videtur deijcere arbitrariam sententiam, quia ob eius vilitatem, ab ea non potest appellari in. l. ordinationis, indicata, videtur correctum ibi expresse, quod ab ea potest appellari & in. l. parti. commemorata, itidem. Nisi velis contendere de nomine quod non sit dicenda appellatio proprie, quæ non est à sententia ordinarij iudicis, qui absolute, & simpliciter loquedo, est iudex: nõ iudex, arbiter, est iudex secundum quid, id est, electione partium, in diem constitutus. Nam si excesserit diem præscriptum in compromisso, & tunc pronunciauerit sententiã nulla est, vt supra traditum est, neq; vllã pœnam

Transactio
nes subeunt
legẽ cõpro
missorum.

Exponitur
quædam. l.
par. & fori.

An ab arbitriaria sententia possit appellari.

L. ordinationis regie corrigi. l. 1. C. de arbitris.

pœnam committit quies non paruerit. l. 1. C. de arbitris.

¶ Sicut etiam vocare si voles iudicium arbitrorum sententiam poteris, etsi non sit sententia simpliciter, quia non est à iudice simpliciter pronuntiata sed solum secundum quid. Cæterum si nudum pactum esset compromissi an valeret compromissum, videtur ex allatis, quod valebat olim. Nam q; vti patet ex. l. C. indicatis bifaciam fiebant compromissa adiecta pœna, aut non adiecta. Neq; .l. 1. indicata ex. C. pœnam tradit esse necessariam, ad rationem cõpromissi: sed quod quando additur eo additur, quod à placito non recedatur, vt ibi exprimitur.

¶ Cæterum in legibus. par. & ordin. videtur quod compromissum, sit vallandum pœna, vt apparet ex earum ad longum indicatione supra relata, quamuis. l. par. non esse pœnam de substantia compromissi insinuat statuet, si partes tacerint per decem dies, etiam si nulla sit interposita pœna parere tenentur. Quod autem l. fori. constituit, pacta etiam nuda esse seruanda. Est equidem verum quando lex non dat formam nouam pactis, vt accidit compromissis. Tunc enim legitimum non erit compromissum, si legis non extat forma. Non ergo tunc valebit vt cõpromissum legitimum: sed erit pactum compromissi non legitimi: quãdo quidem orbatur lege compromissis necessaria.

¶ Quippe non potest legitime in arbitrum compromitti: nisi compromissum roboretur pœna, vnde lex ordina. regie ait, quod pro celebrando compromisso debent sese obligare partes, &c. vt dudum indicabamus.

¶ Idem tradit. l. 26. par. indicata. Quo fit vt legitimum dixerim compromissum, quod sub pœna initur, quia tunc pars nõ obediens arbitrio obnoxia efficitur pœnæ. Quod si pœna non interuenerit ad nihil in exteriori foro tenetur non pareri arbitrio. Videtur autem quod in foro cõscientiæ non parens iusto arbitrio, quod culpa inno dabitur. Quia in ista promissa in foro conscientie obligant promittentes, etiam si nulla interueniat pœna.

¶ Dubio autem. 2. si velimus respondere, continuo sese offert, Authen. de iudicibus. C. de arbitris, quæ incipit. Decer-

An cõpromissum nudum à pœna cõstringatur cõpromittentes ad parandum arbitrio.

Ad dub. 2.

nit, vbi traditur nullum posse fieri arbitrum, vt cum sacramenti religionem iudicet: sed pœnam statuat, qua præstita, liceat, à iudicatis recedere, vnde non solum vt ex glossa constat, arbiter iurandæ to constrictus, de bene iudicando, si iudicet, nullum erit iudicium, neq; litigatores sententia eius constringet, sed etiam vt Azou. & Ioan. qui ibi indicantur credunt, compromittentes, si iurent se obtemperaturos esse arbitrio arbitri, compromissum est nullum: quamuis, istud placitum ex. l. hac non colligatur, ideo huic placito non statuitur. Imo vt ex additione ad glossam habetur, solum lex hæc loquitur de arbitris non de arbitratoribus, quibus non prohibetur, iuramenti religione se arctare, ad ferendum verum arbitramentum. Quandoquidem arbitratores, non arctantur, ad seruandam iuris formam, vel ad ordinarium processum in causa sequendum, vnde non prohibetur iuramentum, idcirco, si illud interponant, non viciat. Et si reuera, in oppositum vergit hæc ratio, imo quia arbitri imitantur iudices ordinarios, videtur quod iuramentum non viciat arbitrium siquidem si ordinarius iudex, iuramenti religione se constringeret ad ferendam rectam sententiam, non ideo esset viciofa, verum tamen neq; priori placito videtur acquiescendum, quod si arbiter iuret de recte iudicando, quod iuramentum quassat iudicij valorem. Enimvero iuramentum hoc bonum est, & ad bonum, & super bono ideo obligat arbitrum vt recte iudicet, ideo si non recte iudicauerit, peierat. Quod si malè iudicauerit, vt inquit, l. pœnam à Deo expectet, non ab hominibus. Et ad hoc introducta est lex hæc, ne iurent arbitri vel ne inducantur ad iurandum à compromittentibus, quia iuramento huic si forte contrauerit arbiter non faciet litem suam, arbiter, neque compromittentes habent vt videtur ex. l. indicata actionem periurij contra eum.

¶ Verum tamen, si recte iudicauerit valebit arbitraria sententia & in hoc casu tenet arbitrium, vnde inquit glossa, quod per hanc. l. nõ prohibetur substantia cõpromissi, sed qualitas eius. Quia compromittere est bonum, sed sic compromittere, sub iuramento prohibetur. Et ideo

Arbitrator nõ arctatur ad seruandum ordinem iuris.

iuxta

iuxta regulam iuris, multa sunt quae fieri prohibentur, quae alioqui facta tenent, ita in proposito.

Arbiter & arbitrator tenetur iuramentum praestitum de re & arbitrando implere.

¶ Quid quid autem sit de iuramento, ex iure diuino arbiter, tenetur iuramentum implere, scilicet arbitrando recte in causa sibi compromissa, & sibi coherentibus, dixi coherentibus, quia compromissum ad illa se extendit, etsi ea non exprimat ex. de confir. vtili, & inutili. C. examinata ad iuncta glossa.

¶ Sed quid si compromittentes iurando, sese obstringat, se morem gesturos, pacto arbitri, & nulla interueniat poena? idem dixerim, tunc compromittentes tenentur ex iuramento, quia malus vinculum est iuramentum solum, quam omnis poena obligatio, ideoque tenentur, multo fortius ex praestito iuramento, quam ex iniuncta poena. Neq. ill. connumerat aduersant huius doctrinae. Quia ill. hoc praetendunt, quod se obligent compromittentes, ex poena sibi ipsis se imposita, at maior est obligatio ex iuramento, quam poena. Et ideo & si ill. regni Castellae, non loquantur in hoc casu, satis comprehenditur sub verbo obligandi. Enimvero si ill. praefata, ex obligatione ad poenam iuncta in compromisso, sunt contentae, an non ex maiori obligatione ex addito iuramento, contentae etiam erunt?

¶ An tamen valeat pactum, de non appellando ab arbitro, vel de non deducendo ad iudicium boni viri id quod ultimo tangebatur. Glossa citata iam, docet, quod si partes conueniant de non recedendo, ab arbitrio, & renuntiant appellatori, quod nihilominus, possunt discedere ab arbitrio.

¶ Et hoc sane verum, si dolus sit, vel fordes, vel euidens gratia. Puta si arbiter, in iudicio corruptus, iudicauit, vel si aliquando debito absoluit debitorem id quod vocatur euidens gratia, vt fordes si precio, prece, timore, vel odio corruptus fuerit vt exponit glossa ad c. i. de senten. & re iudicata.

Si arbiter legitur ex proposito reputatur dolus tunc autem legitur ex proposito, quando legitur.

¶ Verum tamen secus est si arbiter, vel arbitrator arbitrentur bona fide, & non ex proposito, ledat, & si quae lesio sit, est leuis lesio, & non maxima lesio, quae reputatur esse dolus quidam velatus calliditate verborum, vt ff. de verb. significatio. Magna negligentia enormissima autem

tem lesio, reddit arbitrium iniquum. Quia propter huiusmodi pactum ratum esset tunc foueret iniquitatem arbitrorum, ideo non valet. Imo neque si iuramento si maretur tale pactum, de renuntianda appellatione, iuramentum non obligaret ad sui obseruantiam. Si quidem compromittentes, quando sic iurabant non cogitabant, huiusmodi lesionem enormissimam. Et talis lesio excessiua, habet in se dolum praesumptum, in arbitrorum ledente, ideo iuramentum, non confirmit laudum contra arbitri dolum, vt notat Dyn. in regula iuris scienti, lib. 6.

¶ Vtique lesio excessiua, & intolerabilis est, si arbiter, absoluit, debitorem, a debito, quod debet suo creditori, quod liquido constat, deberi illi ex authentica scriptura vel alia. Et huiusmodi euidentis gratia facta debitori, quae est, & non mislesio creditoris, reputatur sicut fordes, & illa, vt haec, reddit laudum nullum. I. si filius. ff. de iudicijs. Et laudum arbitrorum. C. de arbitris, dolus, fordes, & gratia euidentis, aduersaria esse, arbitris, traditur, sunt autem quaedam poenae de senten. & re iudica. c. i. lib. 6. constitutae, contra malos iudices, qui per gratiam, aut per fordes iudicium corruerint, sed vt glossa testatur non habent locum in iudicijs arbitris, sed solum feruntur contra ecclesiasticos, corruptos iudices, qui sunt ordinarij, vel de legati ordinariorum. At vero arbitri, si per gratiam, vel fordes, vel dolum iudicauerint iudicium est nullum. Quando ergo arbiter ex proposito ledit, alteram partium compromittentium, quia tunc praesumitur dolus pactum de renuntiatione appellatione, vel de non petenda deductione ad arbitrium boni viri, non valet, etiam si iuramento firmetur. Quia huiusmodi dolus, non comprehenditur sub iuramenti religione. Tunc autem, quando fit lesio magna, praesumitur iste dolus, non autem quando lesio est leuis. Et ideo tunc standum est pacto, & iuramento. Et haec vera sunt item in foro conscientiae. Si quidem iuramentum in generali, non se extendit, ad non cogitata, id est, ad ea quae quis, si dum iurabat cogitasset omnino excluderet, qualis est lesio, valde magna.

¶ Ceterum si pactum, adeo amplius fuerit, vt conuenirent compromittentes, in

Dolus gratia & fordes vitiati arbitrarij iudicium.

Poenae latae contra iudices corruptos de ordinarijs intel liguntur quae sunt simpliciter iudicibus.

Iuramentum non se extendit ad non cogitata. ex. de iuramentum do. c. Quia tauallis.

arbitrium alicuius, secundum omnem rationem, vt arbitrareretur pro libito suo, nihil excludit, sed si suldeq. vt liberet ferret arbitrium, ipsi starent eius arbitrio tunc pactum huiusmodi & iuramentum esset feruandum. Quia iam specialia omnia, videtur comprehensa, ex partium intentione vt Abb. in c. Quintauallis, de iur. reurando, prosequitur.

Dubium 1.

¶ Dubium est primum, si qua partium venerit contra arbitrium quod vocant laudum, habens tamen iustam causam contraueniendi, an succumbet poena in terposita? Respondetur negatiue. Nam poena fuit intelligitur constituta repugnantini iniuste, & Deo qui iustam habet litigandi causam, non conuenitur, ad poenam vt notat Bal. in l. reuolitis, in l. generaliter. C. de episc. & cleri.

Dubium 2.

¶ Secundum dubium, quae sit materia compromissorum, & respon. l. 23. parti. vbi supra, quod omnis lis, vel controuersia, est materia, compromissi, nisi morte, mutilationem, exilium libertatem feruitutem, aut matrimonium respiciat, vel si est actio popularis, de qua compromitti non potest, nisi per procuratorem, compromittenti potestatem habentem. Et in iure canonico, idem fere traditur ex. de in integrum restitutione. c. causa. vbi addit enueneratis, quod restitutio in integrum non potest compromitti, sed requiritur iudicem ordinari. sed huiusmodi causa, referenda est ad ordinarium iudicem vel ad delegatum, quem scilicet, ipse delegatus substituerit & tandem ait, in matrimoniali quoque causa, liberali, id est, in qua agitur de libertate, vel criminali, cum maiores iudices requirantur, arbiter non potest assumi.

Quae sit materia compromissorum.

¶ Et quidem iustae sunt huiusmodi sanctiones. Namque si omnes cause possent deferri ad iudices arbitros, videretur frustra, constitui ordinarios.

¶ Ad haec, quia iudex arbiter non potest cogere partes, vt sibi obediant nisi ex poena quam partes sibi imposuerunt, si non obediunt ideoque poena praestita, nihil restat vnde arbiter cogat, vnde recte dicebam, huiusmodi iudicem, esse secundum quid, iudicem, non simpliciter, crimina autem possunt ad sui correctionem iudicem simpliciter qui possit cogere reum, ad poenam subcundam, qua-

Cur arbiter non possit eligi ad iudicandum de omnibus.

obrem excipiuntur crimina, a compromisso.

¶ Rursus restitutio in integrum, matrimoniales causas, & liberales, quae spectant libertatem donandam alicui, quia sunt graues hoc genus cause, ideo maiores pro sui decisione desiderant iudices.

¶ Et in l. 4. titul. 6. lib. 1. fori. in idem sancitur in haec verba, transferendo in latinum sermonem, omnes, quae contigerint lites, siue de iustitia, siue de alijs rebus, iudicabunt iudices ordinarij, quos praefecerit rex. Et qui substituti fuerint, eorum iuxta legis sanctionem. Ceterum arbitri iudices non iudicabunt litem de iustitia haec ibi.

¶ Vocat autem lex haec litem de iustitia litem de criminibus, quae coercenda sunt per iudices ordinarios. Et idem habetur. ff. de arbitris. l. Non distinguemus. §. si per errorem, & §. de liberali, & cum tempore de arbitris.

¶ Limitant porro haec iurisconsulti, ad hanc rationem, quod si de crimine, civiliter, & non criminaliter agatur, tunc poterit, causa criminalis compromitti, scilicet, quando non agitur ad punitionem rei, per accusationem sed ad interesse litigantis, vt ff. de his, qui notan. in l. quid ergo. §. ex compromisso. Et notat glossa in l. Non distinguemus. §. Iulianus. ff. de arbitris.

¶ Glossa porro, ad c. causa, indicatum, crimina distinguit famosa, a non famosis vnde inquit, quod de criminibus famosis, non potest assumi arbiter iudex, ceterum de non famosis, nihil vetat, nos tamen supra cum de transactionibus tra debamus, diximus de quibus criminibus poterat fieri transactio, & idem applicabis, ad compromissa. At forte glossa, habet in sententiam, quod sicut, neque capitalia, ita neque publica crimina, possunt subd arbitrio, iudicis arbitri, bene tamen privata quae vocat non famosa, vt publica famosa.

¶ At in cap. si primates. §. q. 2. traditur, quod iudex potest pacificare litigantes, per transactionem, vt. go. dist. studendu. Et hoc esse verum glossa decernit, in criminibus quae non inducunt poenam de positionis, id quod non videtur correspondere, iuri civili tradenti, quod de criminibus capitalibus, nulla potest esse transactio.

De criminibus potest agi civiliter & criminaliter.

transactio. vt proximo. c. fuit disertum. Namque depositio à clericali honore, est ceu capitale crimen.

De crimibus in ducibus deponitio ab statu clericali non fit compromissio.

In istis igitur, non potest iudex ecclesiasticus ordinarius esse arbiter, neque assumi vt arbiter, vel tanquam arbitrator ad componendum lites partium, sed in alijs poterit. Quod si fuerit aliquis arbitrator in criminibus inducentibus depositionem, nihilominus iudex ex officio suo poterit de crimine inquirere, vt ex. de coll. detegenda, c. 1. & 2. ¶ Addit item glossa quod in quadam denuntiatione, non addicitur compositio, videlicet in casu. c. quapropter. 2. q. 7. vbi iubetur omnino clericis eis vt denuntient crimine sui episcopi, si dilapidauerit ecclesiasticam, vel fabricam, vel pauperum portionem. Nam olim, erat diuisio facultatis ecclesie in. 4. partes episcopi, scilicet, clericorum, fabricae ecclesiae, & pauperum quae partitio, iam abolita est.

Dubium.

Dubium. 3. si partes possunt eligere iudicem ordinarium, in arbitrum. Et responsio, est negatiua ex. l. 1. q. 4. tit. 4. part. 3. At vero Glossa ad. cap. infames. 3. q. 7. explicans verba capituli, quae tradit quod lex. par. commemorata, scilicet, quod ordinarius iudex, vel quiuis alter, qui sit ex officio, non ex electione partium iudex non potest in se suscipere arbitrium, causa eiusdem cuius est ordinarius & probat tribus rationibus.

¶ Prima, quia si posset esse arbiter, semper hoc procuraret, vt eligeretur in arbitrum, ne ab ipso posset appellari.

Rationes glossae probantis quod non potest ordinarius eligi arbitrum de re de qua est ordinarus.

¶ Secundo, quia iudex ordinarius, debet cogere arbitrum, vt mandet sententiam suam executioni, ex. de foro. competen. si quis contra. ff. de arbitris. l. 3. At vero si idem est arbiter, qui ordinarius huic coactioni obstruitur via.

¶ Tertio, quia arbitria sunt admodum ordinariae iurisdictionis, quia arbiter, debet procedere ordinaria via: & sic idem esset simile sibi.

¶ Et tandem glossa exponit suam mentem, dicens, quod ordinarius non potest cogere partes, vt cum eligant in arbitrum, verum si vltro eligatur poterit, esse arbiter. Et hoc videtur ex verbo textus colligendum, quia ait, si quis vero iudex sit, arbitrium suscipere eiusdem rei de qua iudex est in se compromitti iu-

bere prohibetur. Et si sententiam dixerit non est danda poenae persecutio.

¶ Porro autem, si rationes istae quas glossa concinnauit, sunt probabiles, vtique siue vltro eligatur, siue ex coactione eligatur, idem concludunt, & eosdem nervos habent, ideo aut nihil colligunt, aut si colligunt suum dogma evertunt, vt liquet.

¶ Ceterum videtur, eas nihil colligere.

¶ Prima enim soluetur, si dixeris, quod poterit appellari, ad ipsummet subtractione ordinarij, & non subtractione arbitri. Etenim & si coeant in eandem personam, vtrumque, quia idem homo tunc est arbiter, qui ordinarius, at longe diuersa ratio est iudicis ordinarij, qui est iudex ex officio, à ratione arbitri, qui est iudex ex electione. Et quando agit vt ordinarius non agit vt electus à partibus, sed vt habens ex officio potestatem in partes.

¶ Secundo dices, quod casu admissio, non potest cogere se ipsum, verum potest cogi à partibus, vt proferat sententiam tanquam ordinarius & mandet eam executioni. Nam litigantes conclusa causa possunt, sub certo termino legis compellere ordinariū vt iudicet lex enim. l. titu. 17. lib. 4. Recop. statuit iudicibus terminum pronuntiandi sententiam interlocutoriam, & diffinitiuam sub certa poena, si intra certum terminum ad partis petitionem, non pronuntiauerint.

¶ Tertio dices, non probare eandem personam esse similem sibi sed quod idem potest in se habere rationes, similes: & hoc est annuendum. Siquidem esse iudicem ordinarium, est respectus, & relatio quaedam, & esse arbitrum, est altera relatio, similis priori, at vero nihil obstat, quod idem habeat relationes varias, sibi similes, vt vna albedo est similis multis albedinibus, & vnus pater, vt qui abundat filijs, habet multas paternitates ad filias, & filios, &c.

¶ Quamobrem videtur, dicendum iuxta capitulum indicatum, si primates, quod iudex ordinarius potest eligi in arbitratorem qui tanquam communis partium, amicus componat res litigantium, neque obstat quod vocetur arbiter, quia nonnunquam confunduntur vocabula haec arbiter, & arbitrator, vt supra tradid-

Rationes glossae soluantur.

Iudex ordinarius potest esse arbitrator causa est ordinarius non arbiter.

bam, quia vtriusque est componere litigantes partes. Et ita decernitur in. l. 24. par. iam indicata. Et tu interim obserua nihil dubij esse si iudex ordinarius potest eligi in arbitrum, de rebus, quae non sunt postulare ante eum in iudicio, quia de re hac dubij nihil est, sed tota dubitatio est, de ijs rebus, quarum iudicium ante ipsum pendet.

¶ Addit tamen lex, quod si huiusmodi causam voluissent partes, compromittere, in alterum vt etiam in amicum communem, qui aptius componet inter eos pacem, quod possunt facere, at vero, si fuisset arbiter ordinarius non possent.

¶ Sed forsitan queres, cur ordinarius, iuxta hanc legem non potest eligi in arbitrum, & potest eligi in arbitratorem? Enimvero, aequa ratio videtur, ad vtrumque excludendum respondetur, quod eo est quod arbiter debet procedere via ordinaria, & ideo superfluum est, eam qui ex officio tenetur ad procedendum via iuris ordinaria, ad idem munus subeundum eligere, at arbitrator non item vt patuit ex superiore sermone vnde quod causa infames, dixit ambiguit, videlicet, quod iudex ordinarius non potest iubere partes, vt in se compromittant, vnde videbatur, quod compromissum vltro oblatum poterat suscipere. l. partit. clarè expressit, tradit quod ordinarius, respectu causa cuius est ordinarius non possit esse arbiter. Et quidem glossa ad cap. infames non aptè collegit, ex verbis textus iam indicatis, quod compromissum vltro oblatum à partibus, potest iudex ordinarius, arbitrari. Siquidem ex negatiua collegit affirmatiuam, scilicet, non potest iubere vt partes in se ipsum ordinarium compromittant, vt in arbitrum, igitur si nulla cogat iniurio, sed spontanea sit oblatio, poterit suscipere compromissum, vt in arbitrum. Et qualequale hoc fit textus praedictus, sumitur ex lib. Digestorum, & per legem partita prehabite, aut correctus, aut expositus est.

Dubium 4.

Dubium quartum, de personis idoneis, vt sint eligende in arbitros. Et in. c. infames supra saepe indicato, docetur, qui possunt eligi in arbitros, vnde ser-

uus & infamis rejicitur ab hac electione, item mulier, non potest esse arbitratrix, nisi ex dignitate iurisdictionis, hoc sibi vsurpet vt regina ducissa & comitissa, &c. ex. de arbitris. c. dilecti filij. Rursus laicus non potest esse arbiter in rebus spiritualibus, eodem in cap. contingit, quia negocia Ecclesiastica tractari non debent à laicis, ex. de iudicijs, c. decernimus. si vero res ecclesiasticae compromittantur in clericum, & laicum auctoritate tamen superioris, putat glossa ad. c. indicatum contingit, quod valebit arbitrium, & tenebit compromissum, siquidem non fuit compromissum in laicum solum, sed in laicum, & clericum, & hoc auctoritate superioris, at vero committi causa spiritualis clerico, & laico, non potest, sicut neque delegari, quia iudicare de re spirituali laicus non potest, bene arbitrari, quia arbitrium non est res spiritualis.

Quis sit eligendus in arbitros.

Laicus non est capax iudicij spiritualis. c. quāto de iudic.

Dubium 5.

Dubium quintum, an in aduersarium possit compromitti, ab ipso qui accepit iniuriam. Et responsio est aperta praemittens, quod compromissum, est relationum nomen, & importat, duas relationes, alteram ad compromittentem, alteram ad eum in quem fit compromissum, qui scilicet, eligitur in arbitrum, vel arbitratorem. Quocirca necessarium est, quod compromissum, sit inter compromittentes, ad eum in quem spectat compromissum. Quocirca si iniuriatus, causam suam decernendam, commiserit, iniurianti non est compromissum, & ideo non potest arbiter tum, proprie dici arbiter, nam arbiter hoc modo dicitur respectu compromissi, at si nullum est compromissum propriè, vnde autem solus non est compromittens, nam compromittere, est simul cum alio promittere, vel cum alio committere suam causam, alteri decidendam, & verum fieri potest quod quis iuret se stare mandato, alterius, super satisfactio ne iniuriae ab eo acceptae, dum tamen ille iuste arbitretur, vt traditur. l. 24. titulo. 4. partita. 3. vbi dicitur, quod modo iniurians tunc iuste iudicet, quod valebit iudicium, secus, si iniuste indicasset, tunc enim laesus

Gg non

transactio.vt proximo. c. fuit disertum. Namque depositio à clericali honore, est ceu capitale crimen.

De criminalibus in ducibus deponitioe ab statu clericali non fit compromissio.

In istis igitur, non potest iudex ecclesiasticus ordinarius esse arbiter, neq; assumi vt arbiter, vel tanquam arbitrator ad componendū lites partium, sed in alijs poterit. Quod si fuerit aliquis arbitrator in criminibus inducentibus depositionem, nihilominus iudex ex officio suo poterit de crimine inquirere, vt ex. de coll. detegenda, c. 1. & 2. ¶ Addit item glossa quod in quadam denuntiatione, non admittitur compositio, videlicet in casu. c. quapropter. 2. q. 7. vbi iubetur omnino clericis eis vt denuntient crimē sui episcopi, si dilapidauerit ecclesiasticam, vel fabricā, vel pauperum portionem. Nam olim, erat diuisio facultatis ecclesie in. 4. partes episcopi, scilicet, clericorum, fabricæ ecclesiæ, & pauperum quæ partitio, iam abolita est.

Dubium. 3. si partes possunt eligere iudicem ordinarium, in arbitrum. Et responsio, est negatiua ex. l. 24. tit. 4. part. 3. At vero Glossa ad. cap. infames. 3. q. 7. explicans verba capituli, quæ tradūt quod lex. par. commemorata, scilicet, quod ordinarius iudex, vel quiuis alter, qui sit ex officio, non ex electione partium iudex non potest in se suscipere arbitrium, causæ eiusdem cuius est ordinarius & probat tribus rationibus.

¶ Prima, quia si posset esse arbiter, semper hoc procuraret, vt eligeretur in arbitrum, ne ab ipso posset appellari.

Rationes glossæ probantis quod non potest ordinarius eligi in arbitrum de re de qua est ordinarius.

¶ Secundo, quia iudex ordinarius, debet cogere arbitrum, vt mandet sententiam suam executioni, ex. de foro. competen. si quis contra. ff. de arbitris. l. 3. At vero si idem est arbiter, qui ordinarius huic coactioni obstruit via.

¶ Tertio, quia arbitria sunt admodum ordinariæ iurisdictionis, quia arbiter, debet procedere ordinaria via: & sic idem esset simile sibi.

¶ Et tandem glossa exponit suam mentem, dicens, quod ordinarius non potest cogere partes, vt eum eligant in arbitrum, verum si vltro eligatur poterit, esse arbiter. Et hoc videtur ex verbo textus colligendum, quia ait, si quis vero iudex sit, arbitrium suscipere eiusdem rei de qua iudex est in se compromitti iu-

bere prohibetur. Et si sententiam dixerit non est danda pœnæ persecutio.

¶ Porro autem, si rationes istæ quas glossa concinnauit, sunt probabiles, vtique siue vltro eligatur, siue ex coactione eligatur, idem concludunt, & eosdem neros habent, ideo aut nihil colligunt, aut si colligunt suum dogma euerunt, vt liquet.

¶ Cæterum videtur, eas nihil colligere.

¶ Prima enim soluetur, si dixeris, quod poterit appellari, ad ipsummet sub ratione ordinarij, & non sub ratione arbitri. Etenim & si coeant in eandem personam, vtrumque, quia idem homo tunc est arbiter, qui ordinarius, at longe diuersa ratio est iudicis ordinarij, qui est iudex ex officio, à ratione arbitri, qui est iudex ex electione. Et quando agit vt ordinarius non agit vt electus à partibus, sed vt habens ex officio potestatem in partes.

¶ Secundo dices, quod casu admissio, nō potest cogere se ipsum, verum potest cogi à partibus, vt proferat sententiam tanquam ordinarius & mandet eam executioni. Nam litigantes conclusa causa posunt, sub certo termino legis compellere ordinariū vt iudicet. lex enim. l. titu. 17. lib. 4. Recop. statuit iudicibus terminum pronuntiandi sententiam interlocutoriam, & diffinitiuam sub certa pœna, si intra certum terminum ad partis petitionem, non pronuntiauerint.

¶ Tertio dices, non probare eandem personam esse similem sibi sed quod idē potest in se habere rationes, similes: & hoc est annuendum. Siquidem esse iudicem ordinarium, est respectus, & relatio quædam, & esse arbitrum, est altera relatio, similis priori, at vero nihil obstat, quod idem habeat relationes varias, sibi similes, vt vna albedo est similis multis albedinibus, & vnus pater, vt qui abundat filijs, habet multas paternitates ad filios, & filios, &c.

¶ Quam obrem videtur, dicendum iuxta capitulum indicatum, si primates, quod iudex ordinarius potest eligi in arbitratorem quitanquam communis partiu, amicus componat res litigantiū, neque obstat quod vocetur arbiter, quia nonnunquam confunduntur vocabula hæc arbiter, & arbitrator, vt supra tradebam,

Rationes glossæ solvuntur.

bam, quia vtriusque est componere litigantes partes. Et ita decernitur in. l. 24. par. iam indicata. Et tu interim observa nihil dubij esse si iudex ordinarius potest eligi in arbitrum, de rebus, quæ non sunt postulare ante eū in iudicio, quia de re hac dubij nihil est, sed tota dubitatio est, de ijs rebus, quarum iudicium ante ipsum pendet.

Iudex ordinarius potest esse arbitrator cause cuius est ordinarius non arbiter.

¶ Addit tamen lex, quod si huiusmodi causam voluissent partes, compromittere, in alterum vt etiam in amicum communiem, qui aptius componet inter eos pacem, quod possunt facere, at vero, si fuisset arbiter ordinarius non possent.

¶ Sed forsitan quæres, cur ordinarius, iuxta hanc legem non potest eligi in arbitrum, & potest eligi in arbitratorem? Enimvero, quæ ratio videtur, ad vtrumque excludendum respondetur, quod eo est quod arbiter debet procedere via ordinaria, & ideo superfluum est, eum qui ex officio tenetur ad procedendum via iuris ordinaria, ad idem munus subeundum eligere, at arbitrator non item vt patuit ex superiori sermone vnde quod ca. infames, dixit ambiguè, videlicet, quod iudex ordinarius non potest iubere partes, vt in se compromittant, vnde videbatur, quod compromissum vltro oblatum poterat suscipere. l. partit. clarè expressit, tradit quod ordinarius, respectu causæ cuius est ordinarius non possit esse arbiter. Et quidem glossa ad cap. infames non aptè col legit, ex verbis textus iam indicatis, quod compromissum vltro oblatum à partibus, potest iudex ordinarius, arbitrari. Siquidem ex negatiua collegit affirmatiuam, scilicet, non potest iubere vt partes in se ipsum ordinarium compromittant, vt in arbitrum, igitur si nulla cogat iusio, sed spontanea sit obligatio, poterit suscipere compromissum, vt in arbitrum. Et qualequale hoc sit textus prædictus, sumitur ex. lib. Digestorum, & per legem partitæ præhabite, aut correctus, aut expositus est.

Dubium 4.

¶ Dubium quartum, de personis idoneis, vt sint eligende in arbitros. Et. in. c. infames supra sæpè indicato, docetur, qui possunt eligi in arbitros, vnde fer-

uus & infamis rejicitur ab hac electione, item mulier, non potest esse arbitratrix, nisi ex dignitate iurisdictionis, hoc sibi usurpet vt reginè ducissæ & comitissæ, & c. ex. de arbitris. c. dilecti filij. Rursus laicus non potest esse arbiter in rebus spiritualibus, eodem in cap. contigit, quia negocia Ecclesiastica tractari non debent à laicis, ex. de iudicis, c. decernimus. si vero res ecclesiasticæ compromittantur in clericum, & laicum auctoritate superioris, putat glossa ad. c. indicatum contingit, quod valebit arbitrium, & tenebit compromissum, siquidem non fuit compromissum in laicum solum, sed in laicum, & clericum, & hoc auctoritate superioris, at vero committi causa spiritualis clerico, & laico, non potest, sicut neque delegari, quia iudicare de re spirituali laicus non potest, bene arbitrari, quia arbitriū non est res spiritualis.

Quis sint eligendi in arbitros.

Laicus non est capax iudicij spiritualis. c. quāto de iudic.

¶ Dubium quintum, an in aduersarium possit compromitti, ab ipso qui accepit iniuriam. Et responsio est aperta præmittens, quod compromissum, est relationum nomen, & importat, duas relationes, alteram ad compromittentem, alteram ad eum in eum in quem fit compromissum, qui scilicet, eligitur in arbitrum, vel arbitratorem. Quocirca necessarium est, quod compromissum, sit inter compromittentes, ad eum in quem spectat compromissum. Quocirca si iniuriatus, causam suam decernendam, commiserit, iniurianti non est compromissum, & ideo non potest arbiter tum, proprio dici arbiter, nam arbiter hoc modo dicitur respectu compromissi, at si nullum est compromissum proprio, neque arbitrium proprie vllum erit, vnus autem solus non est compromittens, nam compromittere, est simul cum alio promittere, vel cum alio committere suam causam, vel cum alio committere suam causam, alteri decidendam, verum fieri potest quod quis iuret se stare mandato, alterius, super satisfactioe iniuriæ ab eo acceptæ, dum tamen ille iuste arbitretur, vt traditur. l. 24. titulo. 4. partitæ. 3. vbi dicitur, quod modo iniurians tunc iuste iudicet, quod valebit iudicium, secus, si iniuste indicasset, tunc enim laesus

Dubium 5.

An compromissum possit fieri in aduersarium.

non tenerentur, stare mandato eius, etiã si iuramento firmasset, se pariturum eius mandatis, quia subintelligitur iuste mã datis, & est casus, in. cap. Quintauallis, de iureiurando, ubi fœmina iurans, se parituram mandatis, quorundam, postmodum ij, quorum se subiecit mandato, mandarunt iniusta, & decernit capitulam, quod iuramentum fuit validum, at quia mandatum iniuquum, ideo non tenebatur parere mandato, ex iuramento vnde vt sãpe diximus, iuramentum non obligat ad non cogitata.

¶ Cæterum, vt dicebam, est tunc propriè arbiter iniurians, vt. l. penul. ff. de arbi. Quia compromissum requirit duo extrema vt. l. 2. ff. de stipu. ser. Potest tamen dici arbitrator, vnde in aduersarium meum possum rejicere causam iniuriæ ab eo mihi illatæ, vt in arbitratorem, vel vt in bonum virum, & tenebit tanquam nudum pactum argu. ff. pro focul. si margaritam, vnde quidam iuriconsulti dicunt, quod si fiat compromissio in iniuriantem, vt in arbitrum, non valere, quia nihil agit, si autem vt in arbitratorem, tunc valere, tanquam in bonum virum, si vero res dubia trahatur, an fuit compromissio, vt in arbitrum, vel vt in arbitratorem, ne res pereat, interpretandum est esse vt in arbitratorem. Quia non præsumitur, quod velit litigare, qui se constituit in manibus aduersarij, quare non præsumitur, eum eligere tanquam disceptatorem sed tanquam amicum. ff. mand. l. creditor. §. 1. Arbitrator autem est disceptator, quia vt diximus, procedere debet ordinaria iudiciorum via. Cæterum lex. partit. non ad hanc rationem distinguit, sed semper valere iudicium huiusmodi tradit si iustum ediderit aduersarius iudicium, siue eligatur tanquam arbiter, siue tanquam arbitrator, non distinguit sed solum ait, quod si lædens dixisset læso, ego volo, hanc emendare iniuriam, dimitte eam in manibus meis, quod valebit, iudicium, si iustum datur. Quod si inquit non fuisset iustum quod mandat iniustitia est corrigenda, per arbitrium bonorum virorum, ubi videtur, reputasse hanc legem, huiusmodi aduersarij iudicium esse arbitri iudicium,

Cõpromissum requirit duo extrema.

Arbiter est disceptator casus, non tamè arbitrator.

siquidem deducendum est ad arbitratorem. ¶ Subdubitabis forsã, & quid si compromissio fiat, vnius in alterum, non de iniuria recepta, sed de alijs rebus, familiaribus, vt si agit de emptione, aut de venditione, aut de quauis alia re, & emptor dicit se pariturum mandato alterius super pretio rei. Videtur autem quod huiusmodi contractus, non subeat legem prioris, quippe lex. part. solum loquitur, de iniurijs, sed re vera, eadem ratio est, in casu legis, & in alijs de quibus differitur. Imo à fortiori sequitur si quis potest suæ iniuriæ causam, in manus constituere aduersarij, multo aptius & quando causa non est accepta iniuria, siquidem ex iniuria accepta, præsumitur inimicitia concepta in lædente.

¶ Sextum dubium, qui sunt ij, qui secundum ius, compromittere possunt. Et traditur in. l. 2. §. titul. & part. sãpe præcitata. Quod omnes ij, qui possunt per se ipsos, sistere in iudicio, ante iudicem ordinarium, ij sunt habiles, ad compromissum incunda, alij vero, quibus hoc negatur, inhabiles esse sequitur.

¶ Vnde infert, quod minores. 25. annis, si compromittunt, iniurioso tutore, etiam si fideiussores præsentent idoneos, qui se obligent parituros mandatis arbitrorum, si postquam sententiam arbitrariam, contra huiusmodi minorem pronuntiauerint ipse minor, si noluerit obtemperare sententiæ, poterit facere & non subdetur pœnæ constitutæ. Cæterum fideiussores quos ipse præstitit tenentur soluere pœnam, si pupillus nollet, parere iudicio arbitri, cum esset excedens quatuordecimum annum.

¶ Vnde ex hac lege sequitur quod si sit in ætate pupillari, pupillus compromittens non tenetur soluere pœnam fideiussor eiusdem. Et si de re hac sunt lites iuriconsultorum, verum hoc ex iure regni est obseruandum.

¶ Rursus inquit, verum si pupillus, excefferit. 14. annum, & orbatur tutore, & compromittit, suam causam, in arbitros, vel arbitrum, tunc tenebitur stare sententiæ arbitrarie. Quod si detrectauerit, parere mandatis, obnoxius erit constitutæ pœnæ. Vnde infertur, quod si haberet tutorem, & sine assensu eius

Subdubitatio.

Dubium. 6.

eius compromitteret, non obligaretur stare arbitri sententiæ vt in. l. si ratorem. Cade in integ. rest. minorum. ¶ Præterea lex moderatur, quod dixerat dudum, excepto ait, si probasset pupillus, fraudem contingentem in lite, aut quod peius habebit, si paruerit, vel quod damno non mediocri afficiatur.

¶ Vnde non solum probata erit læsio, ex eo quod minor est. 25. annis sed ex alijs damnis emergentibus.

¶ Ex iure autem communi videtur, lædi minor ex eo solo quod compromittit. Enimvero, compromittere est in arbitrum, à quo non potest appellari, & istud magna est læsio minoris, vnde non læditur, si minor compromittit in arbitratorem, siquidem si damnum emergat habet antidotum, scilicet, deductionem, ad placitum boni viri.

¶ Porro lex hæc non distinguit inter arbitrum, & arbitratorem, & quia ex lege supra citata ex lib. recop. fas est appellare ab arbitraria sententia, in iudicem ordinarium, sub limitationibus ibi expressis, propterea nulla læsio est minoris, si compromittant in arbitrum, quia ex. l. ordinationis regis læso minore ex sententia, præsidium habent in appellatione.

¶ Dubium. 7. an liceat ad hanc rationem compromitti, verbi gratia, compromitti in Petrum, & Paulum, modo, ipsi teneantur ferre sententiam secundum placitum, alicuius tertij signandi à compromittentibus, & non alterius. Et respondet lex. 2. vbi supra inualidam esse compromissum. Et rationem profert, quia arbitrium debet in voluntate arbitrorum, & non in voluntate tertij signandi à partibus. Hoc namque non est iudicare, sed aliorum sequi iudicium, vt liquet, ideo istud recte, sancitur, cui addet. Item si vnus, §. idem Pomponius. ff. eo dein.

¶ At vero hæsitabis forsã, ac quid, si ad aliam rationem fuit compromissum, videlicet quod arbitri, certam, & decretam, apud partes sententiam, pronuntient, nam tunc teneat compromissum? Enim vero est textus contrarius in. l. qualem. ff. de arbitris. ex qua videtur, quod huiusmodi compromissum non valeat, itẽ

ex. l. part. indicata idem videtur. Siquidem in casu proposito, arbitrium pendet ex voluntate partium, ideo non videtur sententia arbitraria, sed potius partiaria, contra est, quia ex. C. de arbit. l. penul. si eis oblogetur sententia arbitri, ex illa orietur actio. Hæc autem in casu proposito, non solum tacite, sed expresse emologatur, id est, approbatur. Siquidem arbiter, vel arbitri, determinatam à partibus sententiam ipsi pronuntiant, quod sapit Bart. in. l. si conuenerit. ff. de re iudicata, & Grego. Lopez. super. l. part. prædictam & si Bal. contra ad. l. qualem prædict.

¶ Vtique dixerim, sententiam huiusmodi non esse arbitrariã, propter rationem commemoratam. Non enim pendet ex voluntate arbitri, sed ex voluntate partium. Et emologatio non inuat, siquidem, emologatio, debet esse arbitrij, tunc autem potius arbiter approbat sententiam partium. Quidquid reuera arbiter tunc non est iudex nisi nomine tenus, siquidem sententiam aliorum ipse pronuntiat, verum de iustis, ipsi viderint, quorum est istud dufferere. Siquidem res est controversa apud iuriconsultos, quibusdam assentibus laudum tunc tenere, alijs inficiantibus. Et quidem laudum quatenus laudum, vel sententia arbitraria non tenet, sed tenebit, quia partes volunt ei obedire, id quod possent facere, nulla interueniente sententia, sed ex nudo pacto ipsarum, quale hoc videtur esse potius.

¶ Porro autem, si ulterius quæras, & quid si partes conueniant vt ad aliam rationem facerent compromissum videlicet, si duo arbitri essent & non possent conuenire, quod eligerent tertium quæ partes signassent, qui simul arbitretur, cum illis. Et lex. par. prædicta tunc valere compromissum dicit. Et quidem videtur pugnare, cum priori legis determinatione. Siquidem, in hoc casu etiam est incertus arbiter tertius, vt in priori. Cæterum ne pugnent hæc duo scito in primis, quod ex. de arbitris. c. innotuit, dicitur, legali prouisione esse statutum, vt compromissum de incerta persona in arbitrum assumenda, non teneat, quia. ff. eod. itẽ si vnus. §. si in duos, idẽ cauetur. Quamobrẽ, quod modo tradit & quod

tradidit in causa primo ne sibi obuiet intelligendum est, hoc secundum valere compromissum, quando a principio arbitri signauerunt in particulari, in arbitru tertium, si casus accidisset, quod ipsi discordent, quod in eam casum, sit signatus iam alter cum illis arbitris. Enimvero, si non esset iam nominatus, ad tempus discordia contingentis, arbitri possent etiam discordare etiam in nominatione tertij, & res esset sine exitu.

Tertius est eligendus particulariter et valeat compromissu

Sunt iuriconsulti credentes, quod arbitri possent non nominare tertiam personam, & quod neque iudex potest compellere eos ad electionem tertij, quia ipsi funguntur vice partiu, vt ergo partes possunt non nominare, 3. ita & ipsi, neque tunc possunt compelli ad eligendum tertium.

Ceterum, quod videtur certu ex hac. Iest quod in casu proposito, si ab initio signant tertium, quod tunc valebit compromissum, & habet locum, quod traditur ex. de arbitris. c. vltimo. quod videlicet valet compromissum, in vnum, vel in plures, vt ipsi per se causam diffiniant, vel per alios, quos ipsi elegerint, id quod videtur obuiam ire. cannotuit, siquidem etiam isti tertij eligendi sunt in certi, nisi dicatur hoc capitulum esse subaudiendum, si ab initio nominantur tertij personae, vel tertia tunc enim valebit compromissum, casus autem capituli innotuit, est quando est incertus tertius a principio, Et tunc verum est quod lex par. inquit, quod iudex ordinarius compellere potest ad petitionem vtriusque partis, vel alterius compromittentis arbitros, vt eligant tertium, pro casu discordiae si acciderit, vnde videtur quod si petitio huiusmodi non extet, quod iudex non poterit compellere, ad nominandum tertium, & si non fuerit nominatus, res poterit esse sine exitu.

Concordia duoru. cc. extra de arbitris.

Est quidem rationabile est, quod neutra parte petente, vt ordinarius compellat arbitros vt eligant tertium, quod iudex non possit compellere, siquidem ordinarius non potest compellere partes, vt eligant tertium arbitrum, igitur neque arbitros. Siquidem horum potestas, ab illis est, vt. l. 3. ff. eo. Et sub hac ratione vera tradunt iuriconsulti, quidam dicentes, vt dudum commemorabam iudice non

posse cogere arbitros vt eligant tu intellige, quando partes ambae vel altera, hoc non possunt a iudice iuxta. l. 26. part. quam differimus.

Dubium. 8.

Dubium. 8. an arbitris poterit iudicare de his, quae non comprehensa sunt in compromisso. Respon. distinguendo, aut non expressa in compromisso, sunt coherentia, rebus comprehensis, vel sunt non coherentia si secundum, non potest arbitris de illis arbitriari, aut si arbitretur, nullu erit arbitrium ex. c. cu dilectus, de arbitris. Ex. l. 3. 2. par. indicat sepe, vbi habetur quod arbitri non se intromittant in causa alia, praeterquam in ea, ad qua decidendam sunt assumpti. Excepta causa fructuum hereditatis, vel reddituum, qui ex illa re super qua litigatur processerunt. Haec enim sunt coherentia causae principali, & ideo vt accessoria consequuntur principali, Et compromissum de principali, censetur esse item de accessorijs.

Et aduerte, quod lex inquit fructuum qui processerunt ex re super qua litigatur, loquitur, igitur de fructibus perceptis post litem contestationem, tunc enim si arbitris adiudicat hereditatem alteri partium litigantium, adiudicabit item & fructus perceptos post contestatam litem, vide glossam in. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris. Et rursus, de quibusuis accessorijs alijs, quae cohaerent rei principali de qua fit litigatio, arbitris potest iudicare, vt si litigatur super pecunia debita, & non soluta, negociatori, qui ex illa negociabatur, & cessauit lucrum, aut danum est passus, ex non soluta pecunia. Arbitris adiudicans soluendam pecuniam adiudicabit, item soluendum interesse. Hoc enim est cohaerens principali.

Dubium. 9.

Dubium. 9. si plures sint electi arbitri, an sententia lata vno absente, valeat, vt si essent tres electi, & vnus abesset. Respon. negatiue, sed necesse est, quod omnes explicent vota sua, vt sententia teneat. Et quamuis, non idem sapiat, sufficit, ad sententiam concinnandam, quod maior pars, arbitrata fuerit. Et quamuis duo, qui ad sunt essent meliores, & sapientiores tertio veru si tertius abest, sententia est nullius momenti siquidem si compromissum fuit in 3. vel. 4. vel. 5. &c. omnes oportet adesse. Habetur, in. l. non distinguemus. §. cu in plures. ff. de arbit. Et in. l. 3. 2. par. indicat.

Sed

Sed quid si arbitris, vel arbitri, ante compromissum erat inimicus occultus, & post compromissum fuit reiectus aut si durante compromisso, inimicitias conciliauit, cum altero compromittentium. Respon. ex. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitris, & ex. l. part. 3. 1. quod postquam probate fuerint inimicitiae, ordinarius coram quo sunt probatae, compellet arbitrum, vel arbitros vt cessent in prosecutione causae, quod si adhuc arbitri pronuntiauerint, non obstante compulsionem pars non obediens, non subdetur poenae ob contumaciam, idemque sancitur si probatur, quod arbitris sit corruptus aut prece, aut pretio, aut munere, vel quouis alio fauore vt supra ex. C. tradidimus. Et ex lib. .sex. de sentent. & re iudicata ca. 1. adiuncta glossa.

Obijcies forsan, ex dict. l. non distinguemus. §. in dictato, quia ibi non quasiatur arbitri sententia in casu proposito sed solum opponitur contra sententiam exceptio doli. Haec autem l. par. omnino quasiatur sententiam, & poenam non committit testatur. Respon. quod si ordinarius non interfuerit compellens arbitrum ne prosequatur causam, tunc habet locum, quod sententia valida, est quando arbitris non recusatur coram ordinario.

Esset autem dubium an de partium consensu scientium arbitrum esse suspectum, ex aliqua causarum praedictarum an valeret compromissum, videtur enim quod consensus purgat suspicionem, sicut etiam de partium voluntate, potest compromitti in procuratorem litem, aut etiam in aduocatum partis contrariae, vt de partium voluntate procurator potest esse testis vt iuriconsulti tradunt. Et item supra diximus quod potest aliquis compromittere, in suum iniuriatorem vt late, superior differuit sermo, iuxtaque dicendum videtur affirmatiue, propter rationem commemoratam.

Dubium. 10. an mortuo altero arbitrorum, expiret compromissum? Respon. affirmatiue siquidem, si compromissum factum est in quatuor, verbi gratia, mortuo vno, iam sunt tres superlites, & quia non potest seruari forma compromissi, ideo expirat. Nisi compromissum

sordes in arbitro reputant dolus.

Consensus compromittenti purgat suspicionem contra arbitrum.

sum aliud tulerit videlicet, quod ea ratione compromittatur, ex qua etiam mortuo altero arbitrorum compromissum non expiret, item de partibus compromittentibus, idem dicitur.

Nam si altera earum moritur, cessat compromissum, nisi compromittatur, sub hac ratione, videlicet, quod altero mortuo, valeat compromissum & transeat vis eius ad haeredes, haec in. l. par. 28.

Obijcies forsan, cap. vltimo. ex. de arbitris, vbi traditur, quod compromissum non extenditur in compromittentis haeredes, sed tex. se exponit dicens, si de ipsis non caueatur ibidem, id est in compromisso, idem. l. diem proferre. §. 1. ff. eodem. Et. l. si interpellatur. §. si ab altera parte. At vero, debet fieri mentio ex parte vtraque haeredum vt extendatur ad haeredes, vt ait. l. praedicta si interpellatur si ab altera.

Compromissum non extenditur ad haeredes ex sua ratione sed bene per accidens ex nouo pacto.

Per se igitur loquendo non extenditur ad haeredes compromittentium, compromissum, quia pacta personalia, non se extendunt ad haeredes, & compromissum est huiusmodi, secus autem est in iudicijs, quae se extendunt ad haeredes. Etenim arbitria non tam late patent quam iudicia sunt enim stricti iuris. Ex nouo autem pacto inito inter compromittentes, potest extendi ad haeredes, vt patuit, & haeredes tunc tenentur in foro scientiae stare compromisso iuxta praedicta. Et iuriconsulti, quidam idem autumant, in arbitris, quod scilicet, possent extendi arbitrium ad haeredes, modo essent habiles ad arbitria edenda.

Quod vero sancitum est, quod per mortem, vel arbitri, vel compromittentis expiret compromissum, idem sancitur, etiam si mors non afficiat naturalis, sed ciuilis: qualis est religionis status. Nam monachus soluit compromissum. ex. l. parti. indicata. idem. l. non distinguemus. §. sacerdotio, et si status clericalis, non est istiusmodi, vnde sacerdos bene possit pronuntiare arbitrium si vellet, siquidem, non est mortuus seculo, vt monachus. Et de monacho, ex licentia sui superioris idem videtur. Et si. l. indicata. Partit. contrarium insinuet, vnde etiam non est idoneus arbitris, qui factus

Gg 3 est

De qua re supra.

est seruus, aut qui exularet. Hæc inquit lex eandem rationem subeunt ad soluendum compromissum, quam subit ipsa mors, quæ omnino soluit compromissum.

CAPVT X.

De compensationibus.

Debuit antequam perire huius quinti libri clauderem pauca quædam differendo de compensationibus. Non quod ipsa sit contractus, sed quia est sequela quædam ad quosdam contractus est enim compensatio contra positio, debiti vnus, ad debitum alterius, æquiualens, scilicet, æquiualens, & æque liquidum liquido. Per compensationem enim soluitur debitum, quod homo alteri debet, nam qui compensat soluere videtur vnde quia compensatio, habet locum in contra positis debitis, quæ prouenerunt ex contractu, ideo eã dixi esse sequelã ad contractum Hispanè vocatur discuento, vel desquitamiento, verbi gratia, debet mihi Petrus decem, & ego illi totidem, petit à me decem, oppono illi exceptionem alterius debiti, quæ vocatur exceptio compensationis. Deriuatur autem compensatio quod est verbale nomen à verbo compenso, est autem compensatio, idem quod retribuio, ex equo quia si ponderè rependo, inde compensatio idem æqualis retributio, vnde Modestino autore. l. 1. ff. de compensa. est debiti, & crediti inter se contributio, vnde sequitur, quod quia cõpensatio requirit æqualitatem necessum est, ad opponendam exceptionem recompensationis, quod sint debita æqualia, & æque liquida. Pro liquidatione autem debiti. l. 2. o. titu. 14. part. 7. iudici præcipit, quod signet decem dies, quod si intra hunc denarium dierum, non liquidetur debitum, quod opponitur perentialiud debitum quod non sit locus compensationi. Et si ex iure communi, videtur huiusmodi tempus, necessarium liquidationi, non esse determinatum, sed subdi iudicis arbitrio. Et huiusmodi exceptio compensationis, potest opponi non solum coram iudice, ordina-

rio, sed coram iudice delegato vt inquit Bal.in.l.penu.ad fin.C. si non à competente iudice, licet in arbitrio, non idem censet, si compensatio non esset cohærens compromisso.

¶ Sunt autem compensabilia, quæ continentur pondere, numero, & mensura cù altero eiusdem speciei quæ enim numerari, aut mensurari, aut pōderari possunt ad eam quantitatem, quam vnus, alteri debet, compensabilia sunt, item etiã sunt compensabilia, quædam alia, quæ & si non possunt mensurari, aut ponderari, & c. at vero, habent similitudinem specificam inuicem, vt equus, ad equum, sit autem cõpensatio, rerum huiusmodi in certa aut. in simili, si in certa sint quæ debentur idest, non sit. Addit tamen lex præfata, quod si quispiam debitor sit alteri rei nõ certæ secundum indiuiduum sed solum secundum speciem, vt si debet equum non hunc, vel illum, aut si debet se ruum, non hunc vel illum, sed solum, vel equum, vel bouem, in specie, id quod iuriconsulti dicunt in genere, tunc admittitur compensatio, in simili specie, vt si petit à me equum, quem debeo, possum objicere tibi alium equum quem debes, aut si seruuum alium seruuum, si quidem in indiuiduo non fuit debitum, vt accidit in pecunia debitor decem aureorum, poterit objicere, aliud debitum decem aureorum & si aurei non sint idem numero. ¶ Vnde si diuersa esset species, non admitteretur compensatio, vt si alter debet equum, & alter bouem, quia differunt specie.

¶ Ceterum si mihi debitor est aliquis huius signati equi, voca eum buccalum, si libet, & ego ei deberem multo maiorem pecuniæ summam quam sit valor mei equi, debitor equi non potest me petente equum excipere compensationem, si quidem, debitor equi huius, tenetur hunc restituere numero, verum scito, quod & si non admittatur recompensationis exceptio, in istis debitis de re signata, vel ex nomine, vel ex circumstantiis, aut notis quibusdam, at si impossibile est, quod res eadem numero, adsit, quia mortua est, aut perita, sine spe recuperationis, admittitur restitutio secundum valorem rei perditæ, si quidem ad impossibile nullus obligatur, si ergo, non est locus recom-

Debita secundum indicium nõ admittuntur recompensatione

An in debitis iuratis sit admittenda exceptio recompensationis.

recompensationi erit locus restitutioni. Et in foro conscientiarum, ad nihil amplius obligatur quam vt restituat rem, quam sua negligentia amisit, aut aliàs ex culpa sua. Quod si quæras, quid ergo, si Petrus mihi debet decem numos aureos, & ego illi totidem, at ego iuravi me illi soluturum, illos decem, nunquid si Petrus à me petit vt soluum debitum, ego poterò opponere eidem exceptionem recompensationis? Enimvero videtur, quod huiusmodi oppositio, sit contra ius iurandum, iuravi enim me soluturum, at vero si recompensatio sit, non soluo, & si videatur qui recompensat soluere. Respondetur, quod huiusmodi dubium est controuersum apud iuriconsultos. Nam Bart.in.l. amplius non peti. col. fina. ff. rem ratam haber. affirmatiuam partem non credit esse veram, sed potius negatiuam, videlicet quod is, qui non obstante iurando, excepit compensationem, quod non est periurus. Enimvero, vt. l. præcitata ex par. docet, ille qui recompensat videtur soluere. l. si peculium. ff. de statu liber. sunt alij, vt glossa & communiter doctores iuriconsulti, qui credunt huiusmodi excipientem recompensationem esse periurum. Et indicant in sua opinionis suffragium c. Ad nostram, el. 1. de iurando, verum ego diluerem controuersiam, ad subdendam rationem, vel enim, et iurabat se soluturum decem, aduertebat quod is cui iurabat debebat totidem, supposito, quod ad idem tempus, quo ipse iurabat se soluturum alius item tenebatur item soluere, quod dixerim, quia si Petrus mihi debet decem soluenda, ad annum, verbi gratia, & ego illi debeo alia decem soluenda ad mensem, & iuravi me soluturum ad mensem, teneor soluere ad mensem, quia debitum Petri diutius prorogatur, & ideo non est locus recompensationi, quia tempus est diuersum. Et essem periurus, si non soluerem, stato tempore nisi aliud obstaret, quod impedire posset iure, solutionem ad præfinitam tempus.

¶ Verum, vbi ad idem tempus concurrunt amborum debitorum solutiones, si is, qui iuravit, soluere ad illud idem tempus, quo alter tenebatur ad soluendum aduertebat, alium esse obli-

gatum tunc ad soluendum, & nihilominus, ipse iuravit se tunc soluturum, omnino videtur non posse opponere recompensationem, quia iuramentum illud videbatur ten disse, quo nullo obstante solueret. Aliàs quorsum iurasset, & se nouo iuramenti vinculo constrinxisset, sciens alium tamen teneri ad soluendum, & sine iuramenti vinculo. Hoc igitur casu dicerem huiusmodi esse periurum si non solueret vere, & realiter, & non compensando. Siquidem vt vere solueret iurasse videtur. At vero, si forte non aduertebat alium esse sibi debitorem, & teneri ad soluendum pro eodem tempore, sed forte iurauit soluere, quia alius nolebat illi mutare, verbi gratia, decem aureos, nisi iure iurando, se constringeret ad soluendum, & tunc locus erit exceptioni recompensationis neque ob eam causam esset periurus. Siquidem vt ex. cap. Quinta uallis, de iurando, iuramentum non extenditur, ad non cogitata.

¶ Rursus aduertendum est, quod compensatio, habet etiam locum in delictis, quæ committunt socij, contra commo-dum societatis, vt si verbi gratia, quidam ex socijs, læsit societatem, in certa quantitate, & alius item læsit, in altera æquali, potest opponi aduersus socium petentem, damni reparationem (quod ex culpa, socij, irrogatum est societati) exceptio compensationis, item si ex altera parte intulit damnum, & ex alia lucrum cõpensari potest damnum ex lucro, si equalia sunt, vt si damnificauit, in decem, & profuit in totidem. Et hoc item disponit lex. Part. præcitata. 21. Esti obitare eidem videtur, quod habetur. l. non ob eam, & l. Et ideo. ff. pro socio. vbi habetur, quod non compensatur per socium compedium cum negligentia.

¶ Enimvero, quilibet sociorum debet studere lucris parandis societati, & damnis auertendis, vnde litigant de re hac iuriconsulti. An tunc sit cõpensatio, & dicunt tandem quidã, quod lex indicata ex digestorũ libro intelligitur, quando illatũ est damnum ex dolo, quia tunc nõ compensatur compedium cum dolo, secus si ex negligentia, quia tunc est locus compensationi. ¶ At vero, ego facile dixerim, quod siue sit ex dolo, siue ex alia

culpa, potest esse compensatio damni cū lucro, si lucrū longe excedat damnum. Namque si tantum studium apposuit, qui fecit damnum ex dolo, quantum nō tenebatur, ad parandum maius lucrum, quam esset damnum utiq; videtur compensasse dolum ex quo intulit damnum, quia plus diligentia exposuit ad refarciendum damnum quā tenebatur. Imo multo creuit lucrum ex eius opera supra damnum. Et in hoc casu, videtur fecisse satis commodo societatis.

¶ Quod si dixeris, non est compensatio, quia non esset tunc æqualitas. Respon. imo est æqualitas, si obseruas dolum, vel latam culpam, si ad hanc purgandam, plus lucrī parauit, quam tenebatur ex societatis lege, ex qua tenebatur non plus studij apponere, lucro acquirendo, quā alij socij. Itaq; si sola negligentia illatū est damnum sufficit compensatio ex tāto lucro, quantum fuit damnum, si autē ex dolo, tunc videtur admittenda compensatio, ex maiori lucro, quam fuerit damnum. Et quidquid sit illud quod decernunt iuriconsulti, de hac exceptione, in foro conscientia sufficit, si damnum illatum, reparauerit, & si iniuriā ex dolo illatam societati, vel ex venia à socijs impetrata si illis fuerit nota, vel aliās, eam purgauerit. Et quidem, hoc verum est, quando alij socij, nihil doli commiserunt contra commodum societatis. Nāque si alij etiam in eodem crimine sunt tunc ex. l. 23. part. admittenda est doli, ad dolum cōpensatio, quando tam noxius fuit dolusnius societati, quam fuit alterius socij dolo, vt verē tunc dixeris illud proverbio celebratum clauus clauo traditur.

¶ Ceterum, si alter sociorum, ex negligentia, non tamen data opera, quæ est dolo fuit noxius societati, & alter ex dolo, non est tunc à iudice, admittenda exceptio compensationis, quam opposuerit, qui ex dolo fuit noxius, petentisocio no cumentum qui solum ex negligentia fuit noxius. Siquidem vt lex disponit in trutinarius, præponderat dolo negligentia, & ideo quia non est æqualitas, interdolum & negligentiam, idcirco, non est admittenda compensatio.

¶ Verum forsā quæres, ecquid, si plus noxæ intulit negligentia societati, quā

dolo; vt si ex negligentia societas laesa est ex centum, verbi gratia, ex dolo vero ex decem. Nonne tunc præponderabit negligentia; vtique in hoc si noxam confectas noxæ, præponderant, centum ipsis decem. At vero, si culpa ex negligentia conferatur culpæ ex dolo, hæc longe inter se distant. Quia semper dolo ex suo genere grauior est, quam negligentia, & si ex leuitate iniuriæ dolo, potest esse minus malus. Imo dicere, quod negligentia tunc superat dolum, siquidem ex illa magnum processit damnum, imo præsumi saltem potest ex dolo processisse, sed admissio quod fuit citra dolum dixerim, quod tunc non est etiam admittenda exceptio compensationis, quia damnum ex negligentia excedit multū damnum ex dolo, & ideo quia cætera non sunt paria, non est compensatio. Non sanè, quia dolo præponderat negligentia, sed quia damnum est multo grauius, quod effecit, negligentia, quam illud quod præstitit dolo.

¶ Sunt porro multi casus, in quibus non habet locum compensatio, quos habes, in. l. 26. & 27. tit. 1. part. quinta, & in. C. de compensationibus. l. in ea.

¶ Vnde contra debitum regis, vel communis, vel numerorum qui sunt deputati, ad refectioem murorum, vel pontium vel ad instructionem bellicarum nauium, vel ad emenda arma, vel ad alimoniam militum, vel eorum, qui seruiūt regi, vel communitati, vel contra debitum ex delicto nascens, siue furtum sit, vel aliud quoduis facinus, vt si quis debet ex furto decem, si totidem debeat furi, is à quo furatum est non admittitur compensatio, item depositarius, compensatione non iuuatur: sunt & alij casus, quos refert glossa ad. l. in ea. C. de compensationibus. In capitulo autem ex causa traditur, quod ex causa iudicati debitum solum repeti non potest, vt puta si quis soluit quod non debebat, hic non potest opponere, compensationem vt puta, si petebas à me decem, quæ non debebam & condemnatus sum, & solui ex causa iudicati, non possum tibi opponere compensationem, quia tanquam indebita solui, bene tamen si nondum solui. Et. C. eodem. l. compensationes, traditur

com

compensationes, ex omnibus actionibus, posse fieri ipso iure, siue sit actio in rem, siue in personam. Modo tamen causa sit liquida, & non ambagibus commixta, id quod supra ex. l. Part. clarius est sancitum vn de in fert. l. prædicta, quod iudices, non debent esse procliuus ad admittendas compensationes, non li quidas, sed iure stricto vtentes, si non sunt liquida alij iudicio liquidandas referent: licet autē iam penè expeditā, sententia terminali cōponant: id est debito rem opponentem compensationem alterius debiti, si non est liquida oppositio, condemnent vt soluat, saluo iure suo compensationis intra terminū præscribendam probandæ. At vero de istis hæcenus: dixi tamen præscribendum, quia etsi, ex. l. Part. denarius dierum sit præscriptus, istud est ad liquidandam te sibus, vel scriptis compensationem, sed postquam eo tempore non potest liquidari, & iudicium est quod soluat debitor, saluo suo iure, tum in arbitrio erit iudicis tempus præscribere liquidatio cōueniens, lege tractatū Tyndari de compensationibus si plura de istis scire iuuat.

CAPVT. XI.

De contractu promissionis.

Connexa satis & bene germana videtur, de promissione tractatio tractatui de compromissis, quem abfoluimus superiori capitulo. Etenim cōpromissum non aliud esse dissebamus nisi plurium in aliquem eligendum in arbitrum promissum. Quinquam autem hæc duo promissum & compromissum ex etymologia, sunt satis vicina, & sibi confinia, at in ratione contractus, sunt admodum diuersa. Siquidem compromissum solum spectat electionē arbitrorum ex partium consensu, at promissum latius patet, vt sub hæc diceada monstrabunt.

¶ Contractus autem promissionis non nunquam est lucratiuus, seu gratiosus, vt cum alicui promittimus, nos eum donaturos aliqua re, equo vel veste vel alijs, quibus vales. Aliquādo vero est onerosus, vt quando promittimus mercedē

laboranti, vt si medico dixeris, si saluti me restitueris, dabo tibi centum.

¶ Quocirca etsi contractus hic, sit veluti habens ambiguum naturam, quia simpliciter neque est onerosus, neque lucratiuus est, quia vtrunque poterit esse, estque instar animalium de quibus dixit Aristot. esse amphibia, id est dubiam gerentia vitam. Quippe quæ tam in aquis, tam in terris degunt, vt ranas videmus, etiam extra aquas viuere, & crocodilū, & marinum vitulum sunt Aristot. exempla. Cæterum quia plerunque est onerosus iste contractus, ideo malui in hoc libro de eo differere, quam eum remittere in sextum librū, quippe in hoc quinto libro de onerosis textitur tractatus in sexto vero de lucratiuis differetur.

¶ Hunc contractum, Iuristæ vocāt etiā stipulationem, finitur autem stipulatio. l. i. tit. i. Part. 5. est consensus inter contrahentes, super re aliqua, danda, aut facienda, verbis expressis, seu breuius si maus est contractus, ex quo quis obligatur alicui ad dandum, vel faciendum aliquid in commodum alterius, obligationem expressè acceptantis. ¶ Etsi Iuriconsultus, tit. de verb. obligat. stipulatio inquit Pomponius, est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum, facturumve se id quod interrogatur, respondet, syngrapho, id est scripto. ¶ Vnde qui interrogat, dicitur stipulator, & qui annuit promissor. Vnde hæc duo extrema sunt huius contractus opposita, stipulator, & promissor. l. autem præfata, ex Part. de scriptura nō meminit: quanuis ipsa scriptura vnde constat obligatio promittentis, vocatur stipulatio à Cicerone, ait enim legi, stipulationes: verum quod scriptura sit necessaria, ad stipulationem, lex nostri regni præfata non habet.

¶ In diffinitione autem, præfata contractus habet locum generis, omnis namque stipulatio est contractus, non tamē è contrario: cætera constituunt diffinitā differentiam. Vnde necesse est, si contractus est quod sit voluntarius, & intentionem exprimens obligandi promittens enim intentionem debet habere adimplendum quod promittit. Est autē quædam promissio simplex, sine stipulatione alia verò ex stipulatione, ideo pmif-

Gg 5 ho, la

Contractus promissionis est quasi ambiguum naturam.

Stipulator & promissor sunt membrum opposita.

sio latius patet,quam stipulatio, vt post hæc referabitur.

¶ Ad hæc cum omnis contractus, sit de re aliqua certa, siue præsentis, siue futura, itidem promissio, quæ est de re futura, etiam erit de re certa: quando quidem incerta promitti nequeunt, saltem absolute. Quod dixerim, quia sub conditione incerta promissio fieri potest, de re certa, vt si fuero, verbi gratia, episcopus creabo te canonicum meæ ecclesiæ: etiam quia conditio est incerta futuri episcopatus, facit totam promissionem incertam.

¶ Cæterum si conditio impletur, de qua fit stipulatio, hæc item certa est, scilicet canonicatus promissio.

¶ Oportet autem, quod ipsa promissio acceptetur, ab eo cui fit promissio. Namque si non acceptatur, non oritur actio, ex promissione.

¶ Quemadmodum enim donatio nulla est, nisi is, cui fit donatio acceptam habeat donationem, & nulla est venditio, nisi sit, qui emat, aut locatio, nisi sit, qui condecat, &c. ita neque promissio nisi sit, qui eam gratam habeat.

¶ Vnde de promissione in lege commemorata Partitæ traditur, quod debet fieri inter præsentem: & verbis expressis, vt etiam. l. prima. ff. eodem. in principio. & s. item verborum. In sit. de inutili stipulatione. Vnde Iuriconsulti discrimen constituunt inter promissionem, & pollicitationem, quod hæc est inter absentes, at illa inter præsentem.

¶ Quod si obieceris, votum esse promissionem, at vero si quispiam vouet Deo, religionem, vel quoduis aliud Deus non explicat se acceptasse, nihilominus, votum obligat.

¶ Accedit eodem, si quis apud Indos moriens legat monasterio, vel ecclesiæ alicui Hispaniensi centum aureos. vel quod malueris, pro fabrica ecclesiæ, vel pro ornamentis, vel aliis, votum valet, si illud voueat de legato huiusmodi, at vero hoc votum est inter absentes.

¶ Primo horum dices, quod quia votum est personale: & si Deus non explicet modo, se tamen accepta habere hoc genus ostendit vota, dum ait per sanctos prophetas, & doctores suos, vota esse sibi reddenda: secundo dices, votum illud esse

reale, & non obligare, donec ecclesia vel monasterium acceptum habeat votum.

¶ Quibus tamen adde quod votum inducit obligationem in foro conscientiæ, & ideo etiam non fiat verbis expressis, sed mente concipiatur, obligat in foro conscientiæ, verum promissio mentalis, nihil obligat in foro exteriori: leges autem, non faciunt mentionem illius obligationis, sed obligationis civilis, ad quam sunt necessaria expressa verba. Vnde in l. 2. eiusdem Part. & titul. traditur, quod nisi expressa fuerint verba acceptantia promissionem, promissio, non est obligatoria: ideo si quis quæserit ab aliquo, num mihi promittis, te facturum hoc vel illud, & ille alius dixerit promitto, obligatio resultat, item si dixerit quid ni? at si dixerit bene erit, aut bene fiet, non resultat obligatio: quoniam, responsio debet fieri præcisè, sine suspensione voluntatis. Est igitur necesse, vt obliget in foro contentioso, huiusmodi stipulatio promissio, quod sit interrogatio hæc promittis ne hoc te facturum, aut daturum, & responsio sit præcisè. Vnde inferitur quod non sufficientia signa vel natus, siquidem forma huius contractus, sunt verba expressa, & præcisè: ideo neque mutus, neque surdus, possunt in foro contentioso obligari ex promissione.

¶ At hoc verum est, de mutis, qui est tanquam stolidus, non demonstrans intellectum, sunt autem muti, exterius demonstrantes intellectum, qui bene interrogata percipiunt & per signa ad illa respondent, & explicat se velle, aut nolle, quod illis proponitur, vt in l. mutus. ff. de pro cu. l. vbi non voce. ff. de reg. iur. Vnde videtur quod hic mutus, posset obligari, exprimendo consentum, per signa: quid quod sunt muti, qui nouerunt scribere, & hoc sufficere videtur, vt obligetur, si scripto suum exprimit consentum. Si quidem si natus explicat consentum, multo clarius scriptura illi explicabit. Quoniam scripta verba, verba sunt, vnde item videtur, quod si quis ad interrogationem hanc, promittis ne hoc? si non voce, sed scripto responderet promitto: quod item obligatio resultaret in foro contentioso suffragatur. l. 3. ordin. tit. 8. lib. 3. At vero surdus à natiuitate, ite mutus est, ideo eius habenda est ratio eadè,

Votum sic potest inter absentes.

An surdus & mutus teneat potestatem ex stipulatione.

quæ

quæ prior: si vero non sit, à natiuitate erit non autem.

Differitur lex ordinatio.

¶ Porro autem, lex hæc ordinat. videtur difficilis satis & quæ videtur naturam, & substantiam contractus enervare, siquidem lex hæc ait, quod si appareat quod aliquis, alteri se volebat obligare, quod eo ipso maneat obligatus. Et rursus addit. quod valeat obligatio inter absentes: vnde inferitur, quod si appareat scripto, vel testibus, vel aliis, quod aliquis voluit donare, quidquam alteri absenti, quod iam obligatus, neque poterit reuocare donationem, sed donatio tenet, quauis alter cui donatur sit nesciens, & ideo non volens, quoniam ignorantia facit inuoluntarium, quod si donatio potest fieri inter absentes, quod nisi alij contractus, quia ratio generica contractuum vna est. Vnde tenetur quod esset venditor, & nullus emptor, & locator, & nullus conductor.

Contractus sunt correlati, ideo non potest esse vnus extremum sine altero.

¶ Enimvero, si ex l. potest esse donans, & non donatarius, cur non venditor, & non emptor, &c. cum hæc omnia sint correlatiua?

¶ Et videtur, quod sicut pater, non potest esse sine filio, ita neque venditor, sine emptore. Nam si venditor potest esse sine emptore, cur emptor non erit, sine venditore, quod videtur impossibile.

¶ Sunt qui dicant, quod donatio potest fieri inter absentes, at vero non stipulatio, quæ requirit præsentem. Nam non potest fieri promissio inter absentes. At vero, quæ ratio videtur de omnibus contractibus, ideo si semel admiseris, aliquem posse fieri inter absentes ignorantem. Nam inter absentes, qui sunt præsentem, vel pistola, vel nuntio vel procuratore, &c. nihil mirum, quippe iam sunt præsentem epistola enim ex absentibus facit præsentem, & ita de alijs. Et tunc adest mutuus consensus, inter contractantes, at est sermo de absentibus ignorantibus, qui ex ignorantia, consentire aut dissentire nequeunt. Si ergo non est mutuus consensus non erit contractus. Nihilominus glossa ordin. in l. fina. de donatione, asserit, quod si stipulatio vel promissio fiat de præsentem, vt si dixeris, do, vel concedo Titio stipulanti, talem rem meam quæ non est præsentem, etiam non transferatur dominium, dicta verba operantur dare,

& tradere, & resoluantur in promissionem: & videtur suffragari legi ordinatæ: quam modo differo capit. si tibi absenti de præbendis in sexto. vbi dicitur, quod absenti promissio facta de beneficio ecclesiastico, quod vale: neque potest episcopus, qui prouidit, alteri conferre, huiusmodi beneficium donec is, cui collatum est, non acceptet prouisionem in se ipso factam, ideo interim prouisio, si alteri fiat nulla est. Igitur potest esse obligatio inter absentes ignorantem.

¶ Rursus, si quis vouit se daturum pauperibus absentibus, in seculis elemosinam, aut ecclesiæ aut monasterio, absenti obligatur ex voto, neque potest retractare votum, quoad non constiterit dissensus vel pauperum, vel ecclesiæ, vel monasterij in quorum gratiam vouit. Ergo potest esse obligatio inter absentes. Iuniores Iuriconsulti, vt Gregor. Lopez. l. 4. titu. 4. Parti. 7. contendit, hoc esse contra ius commune, vnde inficiatur donatio non esse celebrari inter absentes, quia sunt ignari & ideo non voluntarij. At vero Anto. Gomez tracta. de dona. cap. 4. diuersim autumat: & vnusquisque eorum, multa conuoluit vt suam stabiliat sententiam, quæ sanè huc vocare mihi impertinens visum est, legat apud eosdem qui volent. Siquidem hæc obiter differimus, vt clarescat in contractibus, quæ obligatio resultet, in foro conscientiæ.

¶ Porro, vt meam inter diuersa placita doctorum, exponam sententiam, dixerim mihi non esse dubium, quod obligatio ad contrahendum potest esse inter absentes, at vero deductio obligationis ad contractum celebrari nequam potest nisi inter præsentem, ad sensum supra indicatum: Et controuersia doctorum exorta est, quia non distinxerunt obligationem à contractu. Enimvero, si apparuerit, quod Paulus se voluit obligare, ad donandum in seculo, verbi gratia, Petro centum, vtique manet obligatus Paulus in foro exteriori, etiam verè habuit animum se obligandi, item in foro conscientiæ. Enimvero obligatio mea, ad faciendum quod ex me est, ex mea, non ex aliena voluntate pendet, quare possum me obligare alteri, altero in seculo, quia sum obligatus quantum ego possum. Itaque is qui sui iuris est, vt te obliget alteri

Promissio est inutilis nisi acceptetur.

Promissio & pollicitatio, vt differunt.

Inter absentes potest esse obligatio ad contrahendum.

teri non dependet ex presentia alterius, sed ex sua voluntate, quae libera est & potens se obligare cui volet, & quando volet, at vero quod obligatio mandetur executioni, pendet ex voluntate alterius, cui fit obligatio in eius absentia. Na postquam ille resciverit poterit obligationem alterius in sui favorem factam, non acceptam, habere: vt is cui est ab episcopo prouisum beneficium poterit reijcere a se prouisionem, si quidem beneficium non est dandum inuito.

¶ Contractus igitur habet necessario duo extrema contrahentia, et si contrahunt consensus est mutuum amborum. Enim uero haec est definitio contractus, vt. i. libr. vi. sum est. Atque etiam idem liquet ex definitione Iuriconsultorum, est uero, citroque obligatio, igitur si contractus est utrinque obligatorius, & obligatio debet esse uoluntaria, necesse est quod contractus sit inter praesentes: intelligendo, vt saepe intelleximus extendendo praesentia, ad praesentes ex epistolis, vel ex nuntijs, vel alijs. Quia haec absentium iungunt uoluntates. Quamobrem, possum me obligare ad donandum absentis, at uero non possum donare, nisi praesenti, item possum me obligare ad uendendum absentis, sed non possum uendere nisi praesenti. Item possum promittere aliquid dandum, vel faciendum Petro exempli gratia stipulatio, ceterum non deducetur promissio ad consummationem, nisi quando Petrus stipulatus fuerit. Quando enim fuerit actus stipulatio, tunc promissio, consummata ex stipulationis contractu. Et si promittens quantum est ex parte sua, antequam Petrus stipuletur, iam restat obligatus nisi quod pendet, ab stipulatione quantum ad consummationem obligationis. Enim uero, si Petrus non stipulatur obligatio ex promissione euacuatur.

¶ Et quid lex ordinationis Regiae praefata, solum loquitur, de obligatione quae potest fieri ad absentes, non autem loquitur de contractu, vt ex uerbis citatis liquet. Vnde patet argumenta, ex quo fit, quod si quis se uoluisset obligare per solum actum interiore alteri in foro conscientiae remaneret obligatus. Sicut per actum exteriorem absentis se potest obligare. Ex istis, non est operosum pla-

cita differentia, quae retulimus doctorum, in consensum reducere. Namque inficientes non posse fieri obligationem ad absentes recte dicunt, de obligatione, quae est ex contractu. Affirmantes, uero posse obligationem fieri, ad absentes apte tradunt, quia intelligunt, de obligatione, quantum est ex parte ipsius se obligantis, vt ex dictis perspicuum est, & quod absentis, facta ualeat obligatio, uidetur item colligi, ex. l. cum quidam. C. de uerbor. significatione. ubi institutio, legatum, &c. ex testamento facta ab absentibus ualent.

Est igitur ut summam dicamus, promissio quaedam simplex citra stipulationem, & alia est stipulatio. Et utraque obligationem inducit promittenti. Namque etiam si non sit ex stipulatione, sed simplex sit, obligatoria est in foro conscientiae, & in foro exteriori, vt. i. 2. quae stione. 2. cap. quicumque suffragio, tradi uidetur, & quae st. 5. capit. quia Ioannes, Namque qui promittit, animo non implendi, ille fallit, & si materia sit grauis, crimen admittit, secus si leuis. Imo ut habetur. 2. 2. quae st. 5. cap. iuramenti. utrumque & peritium, & mendacium diuini iudicij poena damnatur. Vt ergo qui iurat falso est de crimine arguendus, ita & qui falsum dicit. Vnde infert glossa mendacium omne esse peccatum mortale, sed male intulit, cum sint mendacia officiosa, & iocosa, quae sunt uenialia, uerum tamen uere pronuntiauit, si de perniciosis sit sermo. Ideoque, qui promittit simpliciter, modo sit promissio de licitis, & honestis tenetur ex promisso donec, is cui promisit, promissum non acceptet, ideo tradit a Iuriconsultis, quod ex nudo pacto, oritur actio.

¶ Quod si scire cupis, quos obligat promissio, siue simplex, siue ex stipulatione scito, quod ij qui sui non sunt compotes, vt sunt amentes, vel mente capti, non possunt obligari, quippe qui liberi non sunt arbitrij. Verum est tamen, quod quidam horum non sunt perpetui amentes, sed habent interualla, quando recte sapiunt, & tunc nihil uentur, ex amentia obligari posse, quippe tunc sunt sui compotes. Et a qua ratione infantes, si quidem sub infantia, non lucet mens, infantes enim, sunt ueluti belluae: auctore Aristo.

Promissio simplex, & promissio ex stipulatione.

Qui potest sine obligari ex promisso.

Obligatio potest esse ad absentes sed non contractus.

Obligatio quae est ad absentes non est consummata, donec accipietur a praesente.

Aristo. & hoc uerum est de infantibus, qui nondum fari possunt. Na isti etiam ex tutoris autoritate, obligari non possunt. Qui uero fari possunt, Iuriconsulti tradunt ex autoritate tutorum obligari posse, vt in. l. i. §. penulti. & ibi glossa. ff. de actionib. & obligationib. Vocatur autem infans, qui est minor septem annorum, item pupillus non tenetur ex promisso, qui nondum attigit annum 14. & excessit septennium in. l. pupillus neque uelle. ff. de regul. iuris.

Quis dicatur pupillus aut excedens aetate pupillare, & quando horum stipulatio ualeat in utroque foro.

¶ Hic igitur non potest facere stipulationem, sibi noxiam: ceterum si stipulatio esset sibi utilis, ualere uide poterit pupillus facere maioriem, seu primogenituram per contractum, seu donationem inter uiuos in filium, vel in alium si bis successorem: si quidem ex hoc ipse & pro sapia sua consequitur utilitatem.

¶ Ceterum, ut traditur in. l. 4. titulo. 1. 1. Parti. 5. non maneret obligatus pupillus huiusmodi nisi solum ad eam rationem, ex qua sibi res saltaret utilitas, & non ad ampliorem.

¶ Et haec quae de pupillo, faciuntur, intellecta uelis de pupillo, qui excedit 14. & nondum attigit 25. annum qui tutore positus. Namque huiusmodi pupillus, si ab eo aliquis stipularetur, non ualere stipulatio, aut promissio sine assensu tutoris, vel curatoris, nisi huiusmodi stipulatio uerteretur in pupilli commodum.

¶ Hoc habet. l. si curatorem. C. de integritate restitutione minorum. ubi dicitur, quod qui excedit aetatem pupillarem, si habens curatorem, & hoc non autorizante contractum, uendidit uerbi gratia praedium contractus est nullus, si autem cum uendidit orbabatur curatore, uenditio tenet. At uero si laesio, aut dolus malus interfuit in uenditione, aduersus huiusmodi, conceditur a iure in integrum restitutio modo tempus ad petendam hanc restitutionem a praetore, non excesserit.

¶ Quocirca, si uenditio vel contractus qui uis alius fuisset uilis huic qui excedit pupillarem aetatem, orbato curatore contractus tenet, quia ubi non est laesio, non est locus restitutioni.

¶ Porro autem, quoad matrimonia sufficiens est aetas, pupillaris, scilicet. 14. annorum, & repugnantibus, parentibus

si habuerit, uxorem ducens, uel inuitis curatoribus, ualeat matrimonium, & spolia sunt firma quae sunt quaedam promissiones matrimonij uenturi, itemque quoad religionem profectam, siquidem per huiusmodi consilium animae salutis, & perfectioni. At uero quoad alios contractus, quibus consulitur bonis corporalibus, alia ratio est, quia ex huiusmodi laesio poterat sequi pupillis, aut excedentibus aetatem pupillarem, & non attingentibus aetatem. 25. annorum, quia nondum perfectio fruuntur iudicio ad administrandum recte bona sua, ne laedantur, aut ne decipiantur illis subueniunt iura.

¶ Item, & prodigus, cui interdicta sunt bona sua administrare, dato illi curatore, ex cuius autoritate, ille teneatur, sua dispensare bona, non est potens stipulationi annuere, sine autoritate curatoris, & hic non est ab similibus pupillo subaudi nisi annuisset stipulationi sibi uili, vt de pupillo dictum est. uocatur autem prodigus, qui neque tempus, neque finem habet expensarum, sed bona sua dissipat, & dilacerando profundit, vt in. l. prima. §. primo. ff. de curatore furioso. Prodigus dicitur, qui expendit, ultra substantiam suam, citra necessitatem. Est enim prodigalitas uitiu, oppositum uirtuti liberalitatis. Est autem liberalis, qui expendit sua, quando, & ubi, & quomodo, & propter: quid oportet, uide prodigus, est contrarius ex Aristotele. 4. Ethic. cap. 1. & 1. magnorum cap. 2. 3.

¶ Oportet autem annotare, quod est necessaria interdictio iudicis, ut annulletur stipulatio a prodigo facta, id est necesse est, quod iudex praecipiat, ne prodigus utatur bonis suis, nisi ex autoritate curatoris sibi dati, id quod et si sit controuersum Iuriconsultis, quibusdam enim creditum est, quod sat sit dare ei curatorem, ut sit interdicta administratio suorum bonorum, alijs uero inficiantibus, at uero. l. 5. Parti. praedicta, diuersum constituit a priori placito, imo duo praedicta esse necessaria aperte docet.

¶ Ceterum gaudet hic prodigus beneficio, restitutionis, ex quo sibi datus est curator, etiam si iudicis nondum interuenit interdictum, si quidem si ex. l. curatorem si habes, proximè citata, prodigus non

Liberalis, & prodigus sunt oppositi. ff. 4. Ethic. cap. 1.

non est ab similibus pupillo, aut pupillus prodigo; pupillo autem taso vel decepto datur restitutio in integrum, si non habuerit curatorem, igitur prodigo habenti, si ad ministrum non autorizante, cur non dabitur, etiam si interdictum iudicis desideretur.

¶ At vero forte dubitabis, eequid si prodigus huiusmodi, contractum quem celebrat, sine auctoritate, sui curatoris, iuraverit huiusmodi contractum num tenebitur ex iuramento? Baldus in l. fin. verfic. filijs autem. C. de bonis quae liber. tradit iuramentum hoc non valere siquidem iuramentum hoc, representat eum non esse sanorum morum, alij vero autumant prodigum in iure censeri furiosum, furiosi autem iuramentum nullum est, quippe qui furore correptus, nescit quid iurat, sed si hoc verum esset, non peccaret prodigus prodigendo sua.

Ego tamen, ex alia ratione arbitror huiusmodi iuramentum, esse quassum: unde obseruandum est, quod iuramentum, cuius materia est contractus de se nullus, item ipsum sit tunc nullum, & iurans, peccat mortaliter iurando: at vero ex iuramento non tenetur.

¶ Quippe si teneretur ad peccandum id quod implicat. Namque si teneretur ad peccandum, & cum teneatur ad non peccandum, ad duo contradictoria implenda simul teneretur.

¶ Est porro contractus bifariam nullus, aut per se quippe qui est de re mala, aut per accidens; siquidem non est nullus, quia est de re mala, sed solum est nullus propter causam aliquam rationabilem in fauorem aetatis, aut sexus, aut alias annullandus. Exemplum est primi, qui promissit alteri occidere eius inimicum, & iuramento firmavit aut in sacris constitutus, qui iuravit, se ducere uxorem &c. exemplum secundi, est de pupillo, qui iam est. 14. annorum, si masculus est, & si foemina. 12. annorum, si si contracterint & delicti fuerint ex contractu, si ante vel postea iurauerint contractum, etiam si iuret non petendam restitutionem minorum, contractus sane hic si fiat sine auctoritate curatorum annullandus est in fauorem aetatis fragilis, nihilominus firmatur ex iuramento, vt est communis opinio Iuriconsultorum. Et si age-

ret pupillus contra iuramentum peieraret, extra de iurando. c. si vero. & in Authent. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi.

¶ Si quidem huiusmodi contractus non habebat materiam malam, neque ob eam causam nullus est ex. II. sed in fauorem fragilitatis aetatis pupillorum, &c.

¶ Iam vero contractus prodigi, cuius facta est mentio, est nullus primo modo, si quidem est contra bonos mores. Namque est contra virtutem liberalitatis, vt supra docuimus, ideoque iuramentum adueniens, contractum non firmat, sed contractus potius ipsum iuramentum quassat, & iurantem culpam de male iurando, quia in vanum iurat, qui non potest implere quod iurat, ideoque agit contra Dei praecipuum, non assumes nomen Dei tui in vanum.

¶ Censetur a iure prodigus, quando illi interdictum est de bonis suis administrandis, vt patuit. Et dices prodigalitas, non est peccatum mortale, siquidem qui dominus est suorum, nulli facit iniuriam, si bona sua, temere dissipet, igitur non agit contra bonos mores.

¶ Respondetur si prodigus, habuisset liberos alendos, ad iniuriam peccaret ipsorum quod si non haberet peccatum esset veniale temere dissipare, & ideo contra bonos ageret mores. Et est sermo de notorie prodigo cui interdictum est de bonis, iuxta praefata, quod si obieceris, etiam si non sit notorie prodigus, hoc est cui ex iudicis auctoritate, datus est curator, & interdicta administratio bonorum suorum, hunc enim vocant Iuriscōsulti notorium prodigum, nam sententia iudicis, facit notorietatem: quāuis igitur non sit notorius, nihilominus potest esse prodigus, ergo si hic iurauerit contractum dissipantem substantiam eius, &c. non valebit iuramentum, quia videtur non valere, quia etiam est contra bonos mores, nempe contra virtutem liberalitatis: quod si dixeris, tunc contractus, non erit prodigalitate. Imo erit, quia virtutum prodigalitate, vt neque virtus liberalitatis, non pendet a sententia iudicis: siquidem autore Aristoteli. libr. 1. Perihier. cap. ultimo, propter nostrum affirmare, aut negare nihil mutatur in re.

¶ Respondet forte, tunc iuramentum valere,

Popilli iuramentum firmat contractum a liis nullum ac prodigt iuramentum non firmat contractum alioquin nullum.

Popilli iuramentum firmat contractum a liis nullum ac prodigt iuramentum non firmat contractum alioquin nullum.

valere, quia contractus est validus, Nam quauis contractus sit ex prodigalitate: at vero non reputatur talis donec sit notorius prodigus, & ideo iudex cogit talem contractum, & iuramentum implere. ¶ Verum adhuc difficultas vrget in foro conscientiae, num tale iuramentum valebit? quandoquidem, nemo tenetur exequi peccatum etiam si solū sit veniale, at hic prodigus non notorius saltem peccat venialiter, ex tali contractu prodigali, igitur si eum iurat, non tenebitur ex iuramento, & ita videtur in foro conscientiae, imo peccauit mortaliter, iurando impletionem venialis peccati, nam tunc assumit nomen Dei in vanum. Nisi ex ignorantia excusetur, quia ignorabat se peccare venialiter dissipando bona sua sine iniuria alterius.

¶ Iudex autem compellet eum seruare vtunque, quādiu sibi non constat de prodigalitate. ¶ Quod si obiter haesitas, quis sit competens iudex super istis contractibus, iure iurando vallatis? Respondetis hos contractus esse mixti fori, vt ex. c. fin. de foro competenti. & ex glossa ordin. & ex communi Iuriscōsultorum opinione traditur, vt de siue ecclesiasticus, siue secularis iudex, est iudex competens. Limitant autem modo, non fuerit de sanctis iurans, sed de istis factis.

Iam vero, vt ad nos redeamus, interpretemur, & filium familiam, non contrahitur stipulatio efficaciter, nisi ex peculio castrensi, vel quasi, itemque inter dominum & seruum, nisi gratia libertatis obtinenda seruus promittat domino pecunias. Namque id temporis si libertate donatur, tenetur domino ex stipulatione haec ex. I. Part. indicata.

¶ Expedito igitur tractatu eorum, qui sunt idonei, ad promittendum.

¶ Iam paucis expediemus, quae sit materia promissionis, siue simplicis, siue stipulatione. Et quidem materia, est actus proprius promittētis, siue datio sit, siue factum. Namque aliena nemo promittēs, ex illis tenebitur. Si quidem aliena, siue data siue facta, non sunt in potestate promittētis, est sane verum, quod operam dare, vt alter det, vel faciat promittētis potestatis est, ideo haec polliceri, cuiuslibet promptum erit, & si pollicetur, ex pollicitatione, seu promissio-

Quae sit materia, promissionum & stipulationum.

netenebitur. Et de huiusmodi stipulationem contrahere licebit.

¶ Excipit autem lex. 11. Part. commemorata, nisi sint actus haeredum suorum, vel si in iudicio quis promittit, alium in iudicio sisti, aut rem ratam habere, aut rem pupilli saluam facere.

¶ At dicit aliquis, promissio obligat ex intentione promittētis, faciamus igitur, quod quis promittat, quod alter soluet pecuniam suo creditori, videtur per haec verba, non intendisse, quod non erat in sua potestate, sed quod fuit potestatis erat, videlicet, quod daturus esset operam, vt alter solueret pecuniam. Alias stultum fuisset, dicere ego promitto, quod tibi soluet, nisi interpreteris, id est me curaturum, quoad licebit solutionem, unde si impenderit operam sufficientem, liber erit a promissione, vel ab stipulatione. Namque interpretanda est promissio magis vt valeat. l. quoties in stipulationibus. ff. de verborum obligat. & capit. Abbate sancti Syluani. de verbo. sign. Et ad hanc rationem constituit lex ordin. vt huiusmodi promittentes teneatur ex promissio. Nam vt cap. dudam citato habetur verba dubia sunt intelligenda, vt res, de qua agitur valere possit potius, quam perire, vt. ff. de vsu. & habit. l. Diuus. in principio. Vnde qui promittit se daturum librum scriptum manu alterius, valet stipulatio. Et hinc est quod si quis iuramento firmat promissionem, de facto alieno, vt promittit, quod amicus, Pinciam concedat ad litem agenda tenetur ex iuramento, & iuramentum firmat promissionem vehementius. At solum tenebitur tunc ad curandum, & sollicitandum profectum amici in Pinciam. Sed nunquid si quis voueret, Deo quod filium tradet religioni, aut filiam, aut socium, aut quod scortum auellet, ab scortatione tenebitur ex voto? Equidem iuxta praedicta, tenentur ex voto, quoad illis licuerit, scilicet ad sollicitandum praedictos ad religionem: huiusmodi igitur promissores, si sibi indixerunt poenam, si non impleverit promissa, aut damnationem subsecutum est, recipienti promissionem, ex stipulatione, si tamen praestiterunt, quod suum erat, vt alter factum praestaret, quod illi promiserunt praestandum, liberi sunt in vtroque foro, a poena,

Lex ordin. correxit. l. Part. h. de ius antequum.

pena, & interesse, ex. l. si vendenda. §. penul. ff. ad. l. Rhod. de iact. & idem testat Abbas in cap. Gemma. de sponsalib. Et ratio est, quia solum ille tenetur ad præstandam sufficientem operam, igitur hac præstita obligatio tota cessat.

¶ Sicut autem non sunt materia promissionis facta aliena, ita excluduntur à materia huius contractus facta turpia quæ dicuntur in iure mala promissa. De quibus extat regula iuris in sexto, in malis promissis fides non expedit obseruari. Sunt autem distinguenda mala promissa, à malè promissis. Enimvero, malè promissa dicuntur, quæ vel ex causa turpi sunt promissa, aut quæ ex timore, seu ex coactione sunt promissa. Et fieri potest, quod sit bonum ipsum promissum, & quod malè promittatur, vt si quis promittit religionis ingressum coactus, bonum est quod promittit: at vero malè promittit, quia coactè promittit. Vnde etiam si mala promissa, nunquam sunt obseruanda verum accidere potest, quod malè promissa seruanda sint, quando sine animæ periculo seruari possunt, maxime si interuenerit iuramentum, de iure iurando. c. si vero, vt qui grassatoribus ingruentibus promittit, & iureiurando firmavit pecunias concedere.

¶ At vero mala promissa, non sunt obligatoria: quia etsi iuramento firmentur, non obligant. Non est enim obligatorium, contra bonos mores, præstitum iuramentum, ex regula iuris in sexto. Vnde si promissit quisquam stipulanti occidere patrem, &c. non valet stipulatio, vt si promissit foemina, vt faceret adulterium, aut negaret Catholicam fidem. Vnde 2.2. quæst. 4. cap. 1. si promissit tibi stipulanti patrem meum occidere, quod si non occiderem, darem tibi centum aureos, non teneor stipulanti si non occidero, dare centum. Et ex. l. contractus, versic. excepto. ff. de regu. iur. non valet pactum huiusmodi, ego apud te deposui libros meos, vel aliam rem, & pepigi tecum, quod etsi dolo malo, eos perdes, ego nihil agere contra te, & hoc pactum iuramento firmavi. Enimvero hoc pactum est contra bonos mores, incontinentium præstans ad dolose agendum. Quocirca pacta, & promissiones de rebus turpibus irritæ sunt ipso iure. Diximus au-

tem supra, quod prohibita propter turpitudinem sui, non firmari ex iuramento accedente, nam iuramentum est accessorium contractui, & ideo si contractus turpis est ex se, iuramento non roboratur, si vero sint prohibita in fauorem personæ, vt diximus, de contractu pupilli, tunc iuramentum accedens firmat contractum.

¶ Porro autem promissio facta stipulanti multifariam contingere potest, aut enim turpitudine est ex parte suscipientis tantum, vt si promitto tibi decem aureos, verbi gratia, ne feceris adulterium, vel furtum, vel alia id genus nefaria vel vterem, quam apud te deposui mihi restitutas, cum aliàs restituere nolis, vel vterem quæ mihi subripuisti restitutas. His similibus casibus turpitudine est ex parte recipientis, quia recipit, quod non est sibi debitum, id quod turpe est, vnde recipienti tenetur restituere, non solum in foro conscientie, sed & in foro exteriori, vt traditur. l. 47. in Part. commemorata.

¶ Et huiusmodi promissio, est nulla & stipulatio itidem nulla. Neque acquiritur ius stipulanti est enim contra rationem recipere pretium, propter ea quæ ipse recipiens alioqui facere aut non facere tenetur, videlicet non furari non occidere, depositum reddere. Vnde. l. 1. c. de conditione ob turpem causam. traditur, quod promissum ex causa turpi non debet peti, ideoque causa turpi probata reus debet absolui. Siquidem promissum ex causa turpi, non debetur & quod non debetur, non debet peti, ideoque neque promittens debet soluere. At vero, si quis dedit pecuniam mulieri, vt illi commiseretur, etiam si sit datum, ob turpem causam, qui dedit repetere non potest, sed mulier fit domina huius dati, & hoc in vtroque foro, vnde in. l. cum te propter turpem causam. C. citato, traditur datum ob libidinis causam, non repetitur cum in pari causa turpitudinis, melior est conditio possessoris, & est regula iuris in sexto. Et idem. ff. de conditione ob turpem causam. l. si ob turpem. §. porro.

Aliquãdovero est turpitudine ex vtraque parte, scilicet, & promittentis, & recipientis, vt qui episcopo dat pecuniam propter ordinum, aut beneficij collationem. Aut iudici vt iniustam promat sententiam, cum alioqui essent impotentes ad nuptias contrahendas, contrahunt nuptias, & alter, alteri aliquid in dotem exhibet, vel arrhabonem. At vero tunc celebrato diuortio propter impedimentum, & inhabilitatem, ad nuptias contrahendas dos huiusmodi, vel arrhabo, non possunt repeti, siquidem ex turpi causa contraxerunt, quæ ex vtraque parte, processit & viri ducentis vxorem, & foemina, nubentis viro. Nanque vterque nouit impedimentum vel consanguinitatis, aut affinitatis vel aliàs. Et est sermo de impedimento annullante matrimonium. Nanque, si votum simplex castimoniam, habebat alter coniugum vel vterque, & hoc constabat eis, nihilominus connubium est inter eos celebratum, quia verum est connubiū, locus est repetitioni dotis vel arrhabonis, quando diuisum esset connubiū castat matrimonium, tunc huiusmodi dos, vel arrhabo, fisco acquiritur, & non potest mulier repetere. Nā fisco est successor eorum, quæ scelere acquisita sunt, vt in. l. Lucius. ff. de iure fisci.

Part. 5. titulo. 4.

rentiam, vel vt eam dilateet. Aut si dolo scienter, cum alioqui essent impotentes ad nuptias contrahendas, contrahunt nuptias, & alter, alteri aliquid in dotem exhibet, vel arrhabonem. At vero tunc celebrato diuortio propter impedimentum, & inhabilitatem, ad nuptias contrahendas dos huiusmodi, vel arrhabo, non possunt repeti, siquidem ex turpi causa contraxerunt, quæ ex vtraque parte, processit & viri ducentis vxorem, & foemina, nubentis viro. Nanque vterque nouit impedimentum vel consanguinitatis, aut affinitatis vel aliàs. Et est sermo de impedimento annullante matrimonium. Nanque, si votum simplex castimoniam, habebat alter coniugum vel vterque, & hoc constabat eis, nihilominus connubium est inter eos celebratum, quia verum est connubiū, locus est repetitioni dotis vel arrhabonis, quando diuisum esset connubiū castat matrimonium, tunc huiusmodi dos, vel arrhabo, fisco acquiritur, & non potest mulier repetere. Nā fisco est successor eorum, quæ scelere acquisita sunt, vt in. l. Lucius. ff. de iure fisci.

¶ Porro. l. 5. 1. Part. commemorata limitat hoc quod ex eadè diximus, nisi coniuges huiusmodi essent minores. 25. aut nisi, per ignorantiam contraxissent, tunc enim, non acquiritur fisco, quia vel ætas vel ignorantia excusat. ¶ Tunc igitur vir potest soluto matrimonio recuperare dotem, vel arrhabonem, quem contulerat vxori. ¶ Est item aliud exemplum, quando turpitudine accidit vtrique, vt si alter litigantium dedit iudici, pecuniam vt ferat sententiam pro illo, siue habeat melius ius quam alter litigator, siue peius, tunc turpitudine est ex parte dantis, quia intendit corrumpere iudicem, muneribus & est turpitudine ex parte iudicis recipientis. Enimvero si iniustè fert sententiam iniustè facit, & item si iustè, quia tenetur illam ferre ideo malè facit si conducatur pretio ad id faciendū, quod ipse facere alioqui tenetur sine aliquo pretio itaq; etiã si litigans causam habeat iustam, si dederit pecuniam iudici nihil exprimentis, se illam offerre, vt sententiam promat iustam, non potest repetere, etsi iustè profert iudex iudicium, sed acquiritur quod dedit fisco & constituitur poena iudici hu-

iusmodi. l. 5. 2. quod iudex (si causa fuerit de rebus mobilibus, vel in mobilibus) tripliciter fisco restituat: ite nq; quo i deponatur ab officio, & maneat infamis vterque; & iudex, & litigator qui dedit. Verū si causa fuerit criminalis, digna vel morte, vel membri mutilatione: iudex damnandus est, ex amissione omnium bonorum suorum, & exilio perpetuo multandus, ad insulas eum relegando. Adde istis authenticis. nouo iure. C. de poena iudic. qui male iudicat. & l. 2. tit. 2. 3. Part. ¶ Verum huiusmodi acquisitio, vel successio fisci, intelligenda semper est, in hoc casu, & in casu iam proposito, in exemplo dudum proposito, de ineuntibus matrimonium. scientibus propria ipsorum inhabilitate, & alijs hoc genus postquam iudicis sententia fuerint condænati. Nanque ante condemnationem, iudex huiusmodi, non tenetur, se prodere, sed potius potest vt pecunia huiusmodi sibi concessa ex causa turpi, vt traditur. c. secundum leges, de hæreticis in. 6. hæretici bona quæ acquisierunt post patratum crimen hæreseos, non tenentur ea exhibere, sed licet eis eisdem vt, quousq; ex damnatione, ab eis auferantur, vt est cõmunis Iuriconsultorum sententia. Et si placitū est quorundam, quod si huiusmodi hæresis, sit probabilis ordine iuris, possessores non possent eis vt, ad titulum onerosum vendendo, illa &c. nisi habuissent aliud: vnde possent vendita refarcire, de qua re alibi.

¶ Porro in. l. 27. titulo. 2. Part. 3. disponitur, quod si iudex quicquam acceperit, vt iniustam sententiam pronuntiet litigator non potest repetere, sed quod dedit iudici, acquiritur fisco. Et similiter si dedit vt prologet diutius sententiam. Quia turpia lucra ex officio fisco, accrescunt: si autem litigator, dedit exprime do, vt iustitiam faciat, litigator potest repetere, & non accrescit fisco regis, quod dedit, sed sibi. In capit. autem qui rectè 1. 1. q. 3. vbi traditur, quod nefas sit iudici expectare, ex iusta sententia remuneratione, glossa autem ad cap. commemoratum, rem hanc differit, primo constitutis, quod si dederit litigator aliquid iudici, vt iniustè iudicet eum repetere non possit, id quod dedit, verū si dederit, vt iustè pronuntiet sententiam posse repeti, quod datum est, ex. c. non sanè. 1. 4. q. 5. et si qui-

Litigator dando pecuniam iudici, si exprimit se exhibere, vt iustè iudicet, potest datū repetere, quia non extat causa.

h h dam

Mala promissa & malè promissa.

dam ex Legistarum numero, diuersam sentiant, videlicet, vt quq; decur iudici non esse repetendum, vt ff. de condi. ob turpem causam. l. 2. Quia venales sententia nolla sunt. 2. q. 6. §. venales. Ceterum quid sit secundum. ll. regni dicendum aperui ex paulo ante habitis. Et quidem quod sit iustum, dare iudici munus (quod quod timetur, iniustam latum sententiam vt vera promat sententiam) inde patet, quia licet redimere cuius suam vexatio nem. Non enim qui cuiusmodi est, animo facit corrupendi iudicem, siquid ex- primit, se munus offerre, vt iustitiam seruet. ll. autem, quae puniunt, offerentes mu- nera iudicibus eo puniunt, quod praesumitur, eos id facit vt corrumpant iu- dices, & peruertant iudicium. Et ideo tunc turpiter dant, & turpiter recipiunt, & priuantur dantes iure repetendi quod datum est: scilicet autem, quando exprimitur, quod datur vt seruetur iustitia cuius obseruatio in periculo est, ob leuitatem iudicis tunc enim non datur ob turpem causam, sed ob rationabilem causam, quae si constiterit, erit immunitas a culpa litigator: & in foro conscientiae nihil habet de re hac, vnde culpae suam conscientiam, si ita res se habuerit quod vero, §. ait, venales &c. est verum qui corruptus iudex, iniustam sententiam protulit. ¶ Sed quare aliquis, quid si sit turpitu- do ex vtraque parte, & litigantis, & iudicantis, at occultum est, & probabile non est iuris ordinaria via, & accedunt huiusmodi ad confessariu, & respiciunt de crimine, num tunc iudici imponenda est restitutio, eius quod turpiter accepit ob sententiam iniustam, quam pronunciauit? quia quod accepit propter iustam sententiam restituendum est litiganti vt dictum est. ¶ Et quidem videtur, quod quando iudex iniustam sententiam protulit, vnde laesit alteram partem, cuius erat ius, quod huic parti tenetur obnoxius, ad restituendum, totum quod ex sua sententia laesit vt liquet. At vero de huiusmodi restitutione, haesitat nemo, sed de restituendo eo quod accepit, vt corrumpere iudicium, & occultum est eius crimen. Nam vt diximus, si damnatur de repetendis fisco accrescit, quae accepit. ¶ Et quidem sunt qui volunt huiusmodi ex turpi causa parti, esse donanda pau-

Iudex iustus
iudicis est
ex munere
iudicet non
est corrup-
tus iudex
quia iudex
cum non est
corruptus.

peribus, & in alios pios vsus inquam sen- tentiam refert Adrianus in. 4. de restitu- tione, in quaest. quae incipit circa praedi- cta Innocentium ad cap. plerique, de im- muni. eccles. docentem, quae ex iniustis negotiationibus parantur esse conuer- tenda in vsus pauperum, vel in alios pios vsus, vt videtur colligi, ex Augusti. 1. 4. quaest. 5. cap. qui habetis. & 17. quaest. 4. capit. si quis. Et sequitur hoc placitum Panor. ad idem cap. Et item Petrus Palu- da. 1. 5. distin. 4. sentent. quaest. 3. dicens, si iudex corrupta intentione receperit, quod ei turpiter datur, potest inde elemosyna fieri. ¶ At vero, cum dictum sit ex. ll. citatis quod quando est turpitu- do, vtrin- que acquiri fisco, quod paratur vtique si elemosyna fieret ex alieno, quia in ac- cepta habet fiscus ius, etiam ante condem- nationem, & si non habet ius in ipsis, ni- si post condemnationem. Et si forte ac- cepta erogasset in elemosyna nihilomi- nus, cogere ea rursus probato crimi- ne restituere fisco potest, igitur vt illis accipiens antequam condemnatur. ¶ Ideoque oportet rem hanc enucleatius disserere, vt si sit solum habendus ser- mo, quando crimen huiusmodi, seu tur- pitudinis occulta est, & non probabilis ex ordinaria iuris via crediderim non esse necessario restituenda. Et quidem Bar- to. tradit in. l. affectionis. ff. de donationibus, quem cum alijs refert Ioan. Lup. in repe. rubr. de dona. inter vir. §. 4. quod si verbi gratia, iudex accepto munere ad corrupendum iudicium, illud corruptit, vel mulier, obtulit corpus suum libidini, ppter munera quae recepit, sunt recipi- tis, & quod non tenetur ea restituere, nisi velit ex consilio, ea mandare pauperibus non tamen ex praeco: quia isti facien- tes ea, ad quae facienda susceperunt mu- nera sua esse fecerunt, ideoque non sunt obnoxia restitutioni. Vnde inferitur, quod non solum prostibulum, fecit suam esse mercedem suae scortationis, sed & aliae foeminae quales, quales cas volueris, siue sacras, siue profanas, siue viduas, siue co- iugatas, siue virgines, siue corruptas. E- nimvero supposito, quod sit fraus nulla, & quod potest sit dare, qui dat, vtique, mulier huiusmodi se locat, ad exhibendum voluptate veneream, suo amasio, & qui ea adducit, ad huiusmodi ex ea capienda voluptate

Male par-
ta in pios
vsus cogit
tendat ex In-
nocentio.

Palada. re-
solvitur.

An prosta
libidinis sic
restituenda.

soluens

soluens pretium conductionis, de suo sol- uit, igitur trasfert dominium eius in amasia, dixi cessante fraude, quia si forte se locat, tanquam virginem, & inde augetur venereae voluptatis pretium, cum alio qui sit valde corrupta, vt est illa, quae refertur in libro Caesalingi tunc enim manifestum est, frau- dem non suffragari, & teneri mulierem hanc restitutioni, & idem dicitur ex alijs causis fraudis extorquentibus maius pretium, quod oporteat. ¶ At scio te obiecturum mihi legem refragari huic pretio: siquidem quae ex turpi causa comparatur fisco compa- rantur, vt saepe dictum est, verum casibus praetactis, turpitu- do, est vtrinque, & inde vocatur huiusmodi lucrum turpe lucrum. ¶ Respondetur quod quantum attinet ad meretriculas, quae cunctorum patet libidi- nibus (nam has vocat iura meretrices) ius ipsum excepit eas, siquidem. ll. eas permit- tunt, meretricia agere ne maiora damna consequantur, iuxta illud Augusti. me- retrices si tollas mundum implebis libi- dinibus: ideoque, etsi turpitu- do sit ex parte vtraque, scilicet, & accipientis quia acci- pit ex turpi causa, & dantis item, ceterum quia ad hoc sunt expositae foeminae in lupanariis, ideo non accrescit fisco hu- iusmodi lucra, sed sunt ipsarum foemina- rum, & possunt illa repetere, & tenentur scortatores, etiam in foro conscientiae, pro- missa citra fraudem illis suae concedere pretia. Ita Thom. 2. 2. quaest. 32. artic. 7. in corpo. & resp. ad. 2. & est vulgatum apud Theologos. Et. l. 4. §. primo. ff. de condit. ob turpem causam. dicitur, quod etsi meretrix turpiter faciat exercendo meretricia, non tamen turpiter accipit pretium suae libidinis, sed re vera, vt videor mihi, & acceptio, & datio turpia possunt dici, vt & dicitur turpe lucrum, huiusmodi lucrum, nisi quod ad. ll. per- mittitur: ideo etsi veniant ex causa, siue datio, siue acceptio, non censentur tur- pia, vnde neque huiusmodi lucra com- parantur fisco, vt saepe dictum est. Ne- que video, cur sit turpitu- do, vtrinque in dato & accepto pretio, ob libidinem adul- terinam, aut incestuosam, &c. & non sit tur- pitudo in dato & accepto, ob simplicem fornicationem, cum meretricibus. ¶ Quid quod etiam cum meretricibus, potest esse for- nicatio non simplex, quae fieri potest, quae cleri- cis, aut religiosus, aut coniugatus, cum illis

Quid in lu-
re mere-
trix.

coeat dato solito pretio, & nihilominus pretium facit suum. ¶ Vnde arbitror quod ex eo meretrix retinere potest pretium turpitu- dinis & exigere, & est domina huiusmo- di pretij, quia secundum iuiles. ll. non reputatur huiusmodi esse turpitu- do: si quidem impane sit, at vero ceteri coi- tus illiciti, reputantur turpitu- do, quia non impunè fiunt, imo puniuntur, si de- feruntur & probantur. ¶ Quocirca, pre- tia horum concubituum, sunt fisci, vt saepe dictum est, id est, fiscus habet ius ad hanc turpia lucra, & non ad illa meretri- cia, quauis, si occulta sunt, non habet ius ad illa, sed quando probabilia sunt in foro exteriori tantisper autem dum non probantur, neque damnantur, & adiudicantur fisco, sunt possidentium, & possunt eis vti, & si nunquam dam- nantur, semper erunt dominae foeminae huiusmodi lucrorum. Itemque de vi- ris dicendum est, si a foeminis ex pretio sollicitentur, ad huiusmodi coitum, tum enim vtrinque est causa turpis, vt con- tra. Item de concubitu nefario dixerim catamytorum, quorum lucrum est longe omnium turpissimum, quia contra naturam patrat. Item de lucris eorum vel earum, quae interueniunt ad concilian- dos amores huiusmodi iniquos foeminarum & virorum, quae Hispanè di- cuntur, *alcabuetas*, quia etiam horum lu- cra sunt turpia, quia ad turpem finem ten- dunt. Vnde inferas huiusmodi turpia lu- cra coniugum, non esse lucratiua bona Hispanè, *bienes gananciales*, etenim sunt fisci, si damnentur, si vero non damnen- tur, sunt vxoris adulterae, verbi gratia, & si illa dona dederit cui volet factum tenet, quia non requiritur viri consensus ad huiusmodi. ¶ Porro autem, sunt qui turpia lucra meretricum, asserant esse sua, quia nihil tam equum est, quam quod res secundum domini voluntatem trans- feratur. Instit. de rerum diuis. §. per tradi- tionem, vt loco indicato Adrianus vide- tur collegisse: at vero, nisi aliud addatur haec ratio non est peremptoria, nam probarem, ex eadem omnia lucra turpia hu- iusmodi, esse recipientium, & omnia lu- cra iudicium corruptentium ppter pretium ius- titiam, & omnia lucra denique turpia vtrin- que vt qui pretio adducit alium vt occidat inimicum suum, vel ad alia iniqua patrandam,

Hh 2 con-

conducit scribas, vel testes falsos, &c. Si quidē in omnibus istis, qui dat, trāsfert sponte dñum in accipientē, propterea oportet addere, nisi secundum. ll. sic prohibitum, vnde tunc ratio bene colligit, quod intendit. Quia ergo. ll. non prohibet accipere & dare lucrum, in re meretricia, & in alijs turpibus prohibet, ideo illa retinere, & accipere potest meretrix, & qui dat eis dare potest in alijs vero prohibita sunt siue datio, siue acceptio. Multa tamen sunt quæ iure prohibentur tamen facta tenent, ideo que, solum legalis prohibitio, ad id feruit quod adiudicanda erunt fisco, si damnentur vt diximus non semel.

¶ Quod si quæris, si virgo, verbi gratia, aut alia quævis mulier non meretrix, accipit pretium suæ turpitudinis, & amarius dat, peccat ne isti, in datione, qui dat, & in acceptione qui recipit. Et quidem videtur, quod in dato & accepto non sit peccatum: nisi in causa dati & accepti, sit crimen. Nanque, si meretricia acceptio vacat à culpa, itemque datio pretij, ob meretriciam libidinem, etsi causa sit culpabilis cur non item dicemus, de alijs acceptionibus, & dationibus prædictis: Quod si dixeris, quia huiusmodi prohibentur à. ll. & non illæ, vtique prohibent, vt nouerit recipiens huiusmodi lucra, fisco esse adiudicanda, si probata fuerint, ideoque ad altera, que pretio illecta fecit adulterium, non potest repetere pretium, si negatur, aut virgo, quæ pretium stupri peteret non est cur ex iure petat, ius enim prohibet, ne ipsa petat, & ne sibi detur at acceptum, sic accipientis, ad altera, & aliarum, hoc genus delinquentium mulierum, quantum, qui dat eis pretium turpitudinis non tenetur eis dare, siquidem est causa turpis vtinque ex parte dantis, & accipientis. Neque putauerim ex conscientia teneri, & si datum tenet. Et. ll. hoc recte disposuerunt, vt mulierum pudicitia confulerent, nam hæc dispositio. ll. frangat earum salacitatem.

¶ Contra prædicta forsā colliges, ex Adriano, vbi supra, siquidem videtur, quod teneatur restituere, prædictæ personæ aliæ à meretricibus. Etenim qui accipit pretium vt faciat quod debet tenetur restituere, vt iudex, qui accepit pre-

tium, vt iustam ferret sententiam, & scriba, vt rectā & veracem cōderet scripturā & testis vt verum ferat testimoniū, isti enim, & omnes hoc genus alij tenentur accepta restituere ijs, à quibus acceperunt, vt supra traditum est: igitur, qui accipit pretiū, ppter causam turpē, quæ est iniusta causa tenebitur restituere. ¶ Item secundo ex Ioanne à Medina, Codice de restitutione, q. 20. quia propter peccatū nihil potest dari, igitur neque recipi, igitur meretrix, vel quæuis alia persona, propter turpē causam, nihil potest accipere, & ex cōsequētī neq; illi dari. ¶ Probatur antecēdēs, quia peccatū nō est vtdibile, cum sit nihil auctore Augusti. ad Ioannē. Et constituitur ratio, quia spiritualia non possunt vendi, ob eorū excellentiā: igitur, neq; peccatū, quod est spiritualibus contrarium vendi poterit ob eius vilitatē. Et promouet suā sententiā ex August. ad Macedonium. vbi vocat pretium prostibuli mercedē iniquitatis: igitur iniqua est acceptio, &c. vnde ait, quod dare meretrici aliquid propter coitum illum meretricium est iniquum, vt & alijs fœminis, nihil potest exhiberi in pretiū vel stupri adulterij, incestus, &c. quia hæc non possunt vendi, neq; emi, quippe quæ peccata sunt, verum meretrici donare pōt scortator, quod illi exhibet, & ideo per modū donationis recte possidet, & sit suū, quod ei donat. Et hoc placitū videtur haustū ab Adriano illud idem insinuāte, vocat enim quod datur meretricibus donū turpis quæstus lococitato. q. annexa vnde nō tenentur restituere illi qui ob causam turpē suscipiūt aliquid, quæ non suscipiūt, tanquā pretiū, quia iniquitatis nullū est pretiū, sed tanquā donū. Et hac ratione excusat meretrices, & ceteros oēs prædictos, à restitutione, siue histrones, siue lenones, & reliquos hoc genus. ¶ At vero ego huic placito lōgē latēq; refragor. Enimvero vbi est locatio & cōductio, nō est donatio. Nāq; sunt isti cōtractus inter se pugnātes vt satis perspicuū ex prioribus libris restat. At vero meretrix, vel quicūq; alij qui ex pretio oblato vel accepto perperant facinora, vtique se locant ad facinus, operandum, ex pretio, & ex pretio conducuntur. Igitur non est donatio.

¶ Respondet huic argumento, quod perinde

Responsio ad obiecta.

inde est censendum, atque in venditione, quando quis emit, rem carius pretio iusto si donatur excessus ab emptore, veditio sine periculo est conscientia. Ad quem modum in proposito, etsi sit locationis contractus: ceterum pretiū quod offertur donatur. ¶ Porro hæc solutio est sibi aduersaria, quippe necesse est, si fatearis esse locationem, & cōductionē quod pretium habeat, vnde fit cōductio, etsi fieri potest, quod si is qui se locat, carius se locauerit, quā pro iusto pretio, quod excessus pretij condonetur à conductore, ceterum per te, nullum hic interuenit pretium locationis, quia autemas esse puram donationem. ¶ Secundo quia vbi est merces operis, nō est donatio: siquidem donatio ex gratia, cum sit non est ex debito, at merces, est debita, modo autē legimus in scriptura Deuter. 23. mercedem prostibuli nō esse offerendam in tēplo: quid ergo, si est merces, igitur debita, si debita quomodo donata? Nam ad Roma. 4. ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum.

¶ Tercio quia vbi pretiū est, donatio nō est, quod enim donatur gratis donatur, quod vero est pretium non est donum, sed operis merces. At vero Prouerb. 6. legimus, scorti pretium vix est vnus panis. ¶ Quarto, quia si donatio igitur meretrix, non potest exigere pretium suæ scortationis, quia donatio est quod falsum esse diximus paulō ante. ¶ Argumentum quoque huius placiti dilues facile si dixeris, quod scortator non emit peccatum, neque conducit meretricem, ad nihil quod est formale peccati, sed ad aliquid quod est materiale peccati. Nanque eam conducit, vt ex ea voluptatem degustet venerem & istud aliquid est. Et ideo cadere potest sub quodam contractu locationis, quæ est venditio secundum quid, istam autem concedere voluptatem, vendibile est, quodammodo, vt etiam cōducit nebulo, vt occidat hominē, & tūc non conducit, ad nihil, quod est formale peccati, id quod non est vendibile, sed vendit ipsa turpis actio, quæ aliquid est, vnde Balaā fuit cōductus ad maledicēdū populo Israelitico Numer. 22. & dicitur est illi pretiū suæ maledictionis & Petrus ait, eū amasse mercedē ini-

quitatis. 2. Petr. 3. Et huiusmodi merces, nō dabit, p. nihilo. sed pro labore maledicēdi. At rex si cōducit milites ad bellū sæpe iniustū nihilominus est sciuisēt: milites, esse iniustū nihilominus reportarēt mercedē suā, nō obstante turpitudine ex vtraq; parte, & regis mādātis, & ipso rū obsequētū. Neq; est dicere quod tūc rex donat, siquidē, quod ppter belli pericula datur, nō donat, quia debetur. Et in hoc casu, quæ regis fit autoritate, lucrū istud etsi turpe nō acquiri fisco. ¶ Argumento autē Adriani, respōdebis, quod si argumētū vtriusq; cōstaret cōcluderet, quod quæ admodū, iudex accipiens munera, vt iustā ferat sententiā, tenet dātū restituere ita etiā & ad altera ptiū adulterij teneret restituere ad altero, quod falsum esse, supra docuim. Et quod sicut dās iudici, repetere pōt, ita dans adulterij, id quod ex regula iuris prælibata esse falsum conuincitur. ¶ Quocirca dicitur, quod ad huiusmodi lucra habet fiscus ius, quia si probentur adiudicanda erunt fisco, ideoq; qui ea habet lucra, nō tenetur ea erogare pauperibus, quæ quantumuis erogaret, si deferretur scelus ad iudicē, & cōuinceret reus, ad iudicarent fisco vnde cogeret reus, duplicē subire restitutionē, eiusdē lucrū, id quod iniustū esse nemo ignorat. Quod si fuerit occultū, vtique, etiam nō est necessarium erogare pauperibus. Quippe pauperes ad hoc genus lucra ex scelere parata, non habet ius, siquidē si haberet, possent illa exigere à iudice, & hic ea, eis adiudicaret, id quod nullus iudicum præstat: sed neq; habet ius in illis, quoniam quidē nō possidet illa. Ex nullo igitur titulo, pauperibus necesse est erogare huiusmodi lucra. Doctor Nauarrus, multū se angit, vt soluat hoc argumentū in suo manuali. c. 17. nu. 32. & multa cōuoluit, in gratiā eiusdem, sed illa arbitror, nō esse necessaria. Ad id vero, quod ex decretis inducitur respō. nō colligere esse præceptū, sed bene cōsiliū. ¶ Sed quid si is qui ad facinus alii cōducit cōmittendū ex pretio, & iurat se illi daturū pretium facinoris cōstitutū, nunquid tenebitur tam ex iuramento pretium porrigere, qui aliās non tenebatur. ¶ Respondetur quod. ll. constituites, huiusmodi nō teneri ad solucndū pretium etiam subsecuto facinore, eo sunt introducta, quo detestentur huiusmodi pa-

Meretrix mercedem suam retinere potest neque tenetur eam in elemosinam erogare.

Obiectio- nes contra prædicta ex Adriano & Medina.

sta, seu promissiones, & vt nemo ex promissa iniquitatis mercede animetur, ad iniqua facinora perpetranda, in odiu igitur iniquorum sunt constituta huiusmodi. Il. vt alie leges in fauorem quarundam personarum, scilicet, minorum, & mulierum sunt sancite. Itemq; pupillorum, qui 14. annum non habent, quibus, vt se quis obliget, non est necessaria tutoris autoritas, vt autem ipsi se obligent ex contractu tutoris est opus autoritatis. In st. de autoritate tutorum. §. autoritas. Minores autem, & pupilli differunt quasi isti sunt impuberes, & ideo agunt sub tutore illi vero puberes maiores tñ 25. annis, & ideo agunt sub curatore. In st. de curatoribus. §. masculi. ¶ At vero memini me dixisse superiori cap. quod iuramentum minoris, qui agit sub curatorum administratione eum ligat, si quidem, iuramentum illud confirmat contractum eiusdem, qui aliis rescisibilis erat. Nam non potest violari, sine detrimento animæ minoris. Ita in presentia ex iuramento tenebitur pretium soluere promissum, quia hoc soluere, non est de se malum, nisi quia est ex malo fine, at poterit soluere, non quia is, cui promittit facinus commisit, quia tunc esset malum, sed solum, quia iuravit se soluturum, at. Il. non detrahunt, hanc solutionem.

Leges que dam intro ducuntur in odium alie in fauorem quorundam.

Pupillus & minor, vt differunt.

Repetitur diuisio compta, vt compleatur.

pretium solum ob id quod ipse sine pretio alioqui prestare tenetur. C. de condit. ob turpem caus. & l. quoties. traditur quod si tibi dedero decem ne adulte rium admittas, vel ne homicidium, aut furtum facias, si non hæc admisieris propter pretium turpiter recepisti, ideo contra recipientem datur repetendi actio. Et recipiens tenetur restituere oblatum sibi pretium, de quo item extat lex vt puta. ff. de conditio. ob turpem causam. ¶ Frater porro Dominicus à Soto libr. de iustitia & iure. 4. quaest. 7. artic. 1. rem hanc quã glossa legis præcitat, & Sum mistæ tradunt, huiusmodi videlicet recipientem ad restitutionem teneri, distinguendam duxit ratione hac, aut enim peccatum à quo retrahere curat oblatio pretij est peccatum perniciosum alteri, vt est homicidium, furtum, adulterium, aut non est perniciosum, quia non est contra iustitiam vt priora, quale est scortatio. ¶ Si ergo sit sermo de priori peccatorum genere, datur repetitio danti: at vero si dans non repetit, non est recipiens obnoxius restitutioni, imo iure naturali recipiens, si non exigitur retinere oblatum poterit, quippe in gratiam dantis ab iniuria patrandam se se continuit. Porro si est peccatum secundi generis, neque repetitio datur neque restitutio oblata est necessaria.

Dom. Soto non probat tur.

¶ Et probat, quia lex relata se exponit in suis exemplis videlicet in furtis, & homicidijs, ideo restringenda videtur solū ad sua exempla. ¶ Verum hæc opinio, non est mihi adeo plausibilis vt Summistarum, quam autor eius rejicit. Siquidem sub iure naturali si solū consistimus contra iustitiam agit, qui cum debet aliquid facere pretium accipit, vt faciat. Nā hoc est naturæ ius, & iustitia exigit, vt qui tenetur non facere, vel facere non educatur pretio vt faciat vel non faciat igitur qui conducitur pretio contra iustitiam recipit pretium, quod si contra iustitiam recipit tenetur acceptū restituere: quippe quod iniuste recipit. Et hæc ratio ad omnia se extendit peccata quæ nos euitare tenemur, siue sint primi vel secundi generis, vnde leges indicatæ non videntur esse omnino pœnales, quia si purè essent pœnales, non obligarent ad restitutionem, ante condemnationem iudicis: at

Datio licita ex parte dantis & illicita, ex recipiente obligat recipientem ad restitutionem quod accipit.

ciat vero obligant propter causam commemoratam, siquidem credo quod huiusmodi recipientem lex fecit inhabilem, vt Soto ait ad recipientem, imo ex iure natura est inhabilis, qui recipit aliquid contra iustitiam, sed lex declarauit hanc iniustitiam. Neque est idem, de eo qui pecuniam dat ob stuprum si non dat vt euitetur stuprum, sed in pretium stupri, quippe tunc non datur repetitio. ¶ Et præterea qui dat vt alter non occidat, aut furetur, aut ne scortetur vtique quasi iniustus dat, dat enim vt euitet in altero non ocumentum, quod si aliter vitare potuisset non daret, igitur non spontaneus dat, quare qui recipit danti tenetur restituere. Et hoc idem argumentū conuincit in materia præceptorum secundi generis. Vnde Syluest. in verb. restitutio. 2. §. 1. sine limitatione hoc idē statuit. ¶ Tu tamen interim notabis, aliud esse conducere ex pretio, ad faciendam ea quæ alius alioqui tenetur sine vilo facere, pretio, aliud vero, eum allicere, vt faciat ex inuinculis. Nanq; filium, verbi gratia, nolentem consistere tempore debito, vel nolentem relinquere amantem, si mater alliciat eum muneribus, vt ea prestet, non est contra rectam rationem. Neque iustissimo di recipere, turpe est iudicandum, vt neque in hunc delem trahere muneribus, & blanditijs ad fidem, & vt relinquat vitæ suæ errores, turpe esse dixeris, quod alioqui sanctum est: quod tamē esset, ei valde turpe, si infidelis ex pretio conditus veniret ad fidem, & si quis ex pretio illū conduceret rectè faceret, si posset, vnde ad Philip. 1. Quid ergo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annūtie turpiter deo; siue cōductus, quis Christi fidem recipiat, siue non cōductus, optimū est vt cunq; siquidem Iesu Christi suscipere. ¶ Secundū autē diuisionis membrū satis iā expediimus supra: quia si turpitudine est ex vtraq; parte, peti non potest pretiū cōstituti, at semel datū erit possidētis: vnde si vir, vxorē suam cōsensit esse adulterā propter pretiū ei, promissū hoc non potest petere si negat: at vero acceptū, erit suū ad sensum supra sæpe expressū: quia in pari causa turpitudinis, melior est cōditio possidētis. ita ff. eo. l. 1. in fine. & l. 2. & l. quoties. C. de cond. ob turp. & l. mercalē. idē habet vt ad e aduocatū recipit pretiū, vt

Cōduci ad id quod debemus ualeat licet alliciat muneribus ad illud bonum.

Secundum membrū diuisionis.

iniustū ferat patrociniū, cū sit turpitudine ex vtraq; parte, non potest repeti à cliētulo, quā illi datū est, at promissū pretiū aduocatus in foro exteriori non potest petere, et si iniustū euidenter tulisset patrociniū. At hoc in foro cōscientiæ verū est, quā aduocatus decepit cliētulū suadēs iustā esse causam quā alioqui videbat esse iniustā ar. C. de adm. tut. l. non est ignotum. ¶ Fiscus autē potest repetere datū ab aliquo ob turpē causā vt supra dixim⁹, vnde non acquiescit Theologis dicētibus, quā huiusmodi aduocatus tenet restituere pretiū acceptū, propter iniustū patrociniū, eisdē à quo accepit. Enimvero cū sint ambo, & cliētulus & aduocatus in pari causa turpitudinis, melior erit cōditio suscipientis. Et hoc est verū itē in foro cōscientiæ, quā cliētulus dans ob turpē causam, prius à ill. dāto eius quā dedit. Et quid si aduocatus ferēs iniustū patrociniū non potest petere à cliētulo, iniustitias mercedē, quā tūc melior est cōditio cliētuli qui possidet, igitur neq; poterit cliētulus ab aduocato petere eandē mercedē iā exhibitā, aliā melior semper fuisset cōditio cliētuli, quā aduocati, cū tōtra sit ex iuris regula vbi est par causa turpitudinis melior est cōditio possidentis. ¶ Porro autē, forsitan obijcies, quod Pharisæi, & Scribæ, pecuniā acceptā à Iuda proditore, non sibi retinuerūt, sed erūt ex ea agrū figuli, itēq; Iudas, illā restituit illis. At hoc exemplū docet, quod, neq; Iudas, erat dominus illius pecuniæ, neq; Pharisæi, siquidē ille eā noluit retinere, vt pote mercedē summarum iniquitatis, & Pharisæi item ob eandem causam, à se eandem ablegarūt, sed in bonū publicū conuerterunt. Etenim, vt sæpe diximus lucra ex turpi causa, siisco accrescūt, & perinde tunc factum est de pecunia illa, ac si esset fiscus, quia publicum fuit scelus turpissimū Iudæ proditoris, & Iudæorum, etiam notum ex cōfessione Iudæ fuit, dieētis, peccani tradēs sanguinē iustū. ¶ Tandē vt prædicta tibi sint disertiora scito, turpe lucrū bifariū, esse considerandū, aut secundum se, aut per accidens: primū est, quando fortitur causam turpem secundū se, vt ex homicidio, adulterio, violatione iustitiæ, & id genus. Et de huiusmodi, ill. præfata sunt audiendā, aliud est per accidens, vt qui lucratur, ex commercio in die festo, aut

Aduocatus cliētulum non potest petere pretium iniustū patrociniū.

Joan. à Medina. vbi supra.

In proditio ne Iudæ fuit turpitudine ex vtraque parte.

Turpe Iudæ crū duplex & per se & per accidens.

in loco sacro, aut qui vendit excommu-
nicato iusto tamen pretio, huiusmodi
enim lucra sunt turpia, non quia sunt
contra iustitiam, siquidem venditio fit se-
cundum pretium iustum: ceterum ex
circumstantia, vel loci, vel temporis vel
personae, &c. huiusmodi lucra sunt tur-
pia, ceterum de istis turpibus lucris. In no-
meminerunt praeterea. At forsaa obij-
cies mihi Paulum ad Rom. 11. dicentem
si radix sancta & rami, unde ex cotrario
si radix non sancta, neque rami, igitur lu-
crum omne descendens ex peccato, est no-
sanctum. Diximus sane esse huiusmodi
lucrum non sanctum, & turpe, sed non
omne per se, sed per accidens, siquidem
vendere iusto pretio, mercem, ex se bo-
num est, vitiatum autem per accidens ex
circumstantia. Quocirca huiusmodi lucra
non sunt sicut neque sequuntur legem,
aliorum lucrorum turpium.

¶ Sed quid si ad praeteritum referatur
causa turpis, ut si quis dixerit, si Marti-
nus occidit Ioannem, ego dabo illi de-
cem, & perinde est, si occidit, ac si dixit
si occiderit siue enim in praeterito, si-
ue ad futurum causa interueniat turpis,
lucrum est turpe.

¶ Superest denique vt absoluamus hu-
iusmodi cotractum promissionis succin-
te tractare diuisionem promissionum:
est enim quaedam promissio, & stipula-
tio pura, & est ea ex qua statim sequi-
tur obligatio naturalis, atq; civilis. Haec
enim nihil habet admixtae conditionis,
neque fit in diem, aut in tempus deter-
minatum aut indeterminatum, neque in
praeteritum respicit, neque in futurum,
sed ab omnibus, quae poterant remora-
ri obligationem, se expedit, vt si dixero,
promitto tibi centum non apponendo
conditionem aut tempus, siue determi-
natum siue indeterminatum, & haec prom-
issio continuo in praesenti die debetur,
cum qui calendis in principio. de
verborum obligationibus.

¶ Alia vero est promissio in tempus de-
terminatum vt qui promittit, se datu-
rum, vel futurum, aliquid hinc ad de-
cem dies, vel ad mensem & haec prom-
issio, dicitur in diem, est & alia promissio
ad tempus indeterminatum, & haec dif-
fert a commemorata, siquidem illa est
in tempus determinatum, haec vero in

tempus indeterminatum, vt si promit-
to aliquid, quando moriar, vel quod ha-
redes mei tibi dabunt, &c. huiusmodi
promissio, est in tempus determina-
tum, siquidem, est statutum sit omni-
bus hominibus semel mori, quia vnici
que stat suis dies: ceterum non est no-
bis certa dies haec, sed incerta. Huiusmo-
di autem promissio etiam vocatur in
diem a Iuriconsultis. l. 1. 2. titul. 1. 1. Part.
5. Ego tamen eam distinxit a priori, quia
haec est in diem incertum, illa vero, in
diem certum: non tamen est conditiona-
lis, quia si esset conditionalis, esset maxi-
me de futuro, sed consequens est falsum,
Nanque conditionalis de futuro, non cau-
sat obligationem, donec sit impleta con-
ditio, at vero huiusmodi promissio sta-
tim parit obligationem, cum naturale
tum civilem, & si effectus exactiois su-
spendatur: siquidem cum mors, certo sit
correptura, cum sit necessaria, non est
promissio huiusmodi, vt promissio pen-
dens ex conditione futuri contingentis,
quod quia potest non esse, ideo non pa-
rit obligationem, quousque sit: at vero
cum mors sit necessaria, stipulatio facta
in diem mortis promittentis, continuo
ligat promittentem, est exactio effe-
ctus suspendatur in eum diem. Et proba-
tur ex textu in l. nam et si cum moriar.
si de conditio. in debi. vbi traditur quod
si huiusmodi promissum, cum moriar
ante mortem soluat a promittente,
non potest repeti, tanquam indebitum:
igitur, si non potest repeti a promitten-
te, argumentum est, quod exorta erat
iam obligatio ad soluendum, quia si no-
teneretur indebitum erat, & repeti po-
terat, vt in l. qui promissit. ff. eodem.

¶ Iuriconsulti distinguunt, inter has pro-
missiones promitto, cum moriar, aut si
moriar, aut per meam mortem, & hanc
promitto post mortem dicuntque, prio-
res esse aequipollentes, & quod in illis
substantia promissionis confertur ante
mortem, & ideo ante mortem oritur obli-
gatio, & naturalis & civilis. At vero in se-
cunda non item, quia non oritur obliga-
tio nisi post mortem. Et ad hanc ratio-
nem adducit. l. vnica. C. vt actio, ab ha-
redi, & contra haeredes, id quod videtur
difficile, quia post mortem, non est sub-
iectum obligationi fundandae, & si is,
qui

Qui pmittit
in diem
mortis sta-
tim obliga-
tur, sed ex
actio effe-
ctus suspen-
ditur.

Promissio-
nes variae.

Post mortem
non potest
fundari obli-
gatio.

Diuisio sti-
pulationis.

qui promittit, post mortem non potest
fundare obligationem, neque haeredes
videntur obligari: quia ex promittente
transit obligatio ad haeredes, verum de
istis iuriconsulti differant, verum ex. l.
indicata parti, siue dicat dabo tibi post
mortem, vel pridie ante mortem aut die-
bus decem ante mortem, haeredes ma-
nent obligati, implendo promissio pro-
mittentis. Nisi promissio esset faciendi
aliquid ante mortem manibus suis, tunc
enim si non fecit ante mortem, non tenentur
haeredes, post mortem, promittenti-
tis, siquidem promissio, non extendit
obligationem suam, plusquam se exten-
debat intentio, sed intentio, erat proprijs
manibus rem facere ante mortem.

¶ Est autem, 3. genus promissionis, con-
ditionalis promissio, vt si quis dixerit
ego tibi dabo decem, quando venerit na-
uis ex Mauritania, in Hispalim, & est
exemplum legis relate. Et haec prom-
issio, est de futuro contingenti. Namq; si
conditio fuerit de re necessaria, vt de mor-
te, sicut praediximus, aut si dixeris, pro-
mitto tibi decem, si sol craftina die, ortus
fuerit super nostrum horizonta non est
conditionalis promissio, nisi verbo tenuis
quia reuera pura est.

¶ Haec autem conditionalis promissio,
etiam de futuro contingenti, sed
etiam de praeterito vt si dixero, dabo decem
tibi, si electus est Ioannes in pontificem.
Inter has autem promissiones, est latum
discrimen, quoniam ex priori promissio-
ne, nulla resultat obligatio, quando con-
ditio non est impleta, quae quia potest
accidere, & potest non accidere, ideo ex
contingentia futuri euentus, non potest
resultare certa obligatio.

¶ At quando adest conditio, tunc in vitro
que sero obligat, vt colligitur ex. l. ecede-
re diem. ff. de verbo. signifi. spes autem
tantum est in conditionalis obligatione
huiusmodi illamque transmittimus, si
antequam veniat complementum con-
ditionis moriamur, vt ex §. ex conditio-
nali. In sti. de verb. obliga. Itaque huius-
modi stipulatio priusquam existat con-
ditio, solum est in spe venturi effectus,
at vero quando est de praeterito, conti-
nuo, resultat obligatio, vel non obliga-
tio quia necesse est, alterum contradicto-
riorum esse verum, vel quod Ioannes,

Ex contingē-
tia futuri
euentus no-
pote resultat
certa obli-
gatio.

fuit electus, vel quod non fuit electus, in
pontificem si fuit electus promittens ma-
net obligatus, si non fuit electus obliga-
tione non premitur.

¶ Rursus notabis, quod quando est de
praeterito, promissio est de eo quod cer-
te est, vel non est, si vero de futuro, de nul-
lo extremo est certitudo.

¶ Est autem promissio pura, quam dixi-
mus fieri sine die, & loco obligatoria co-
tinuo vt praediximus. Est autem iudicis
tunc praescribere diem, & locum, quan-
do sit implenda. Quod si iudex obseruat
multum tempus iam fuisse elapsum in
quo licebat eam implere, & tamen, non
dum fuit impleta, iudex potest cogere,
promittentem, vt impleat statim, sub die
praescripto a iudice. Quod si iudex non
cogeret, si nulla facta sit rei imutatio tene-
tur in conscientia promissor implere,
quia verba ligant homines, & taurorum
cornua funes, vn de ipse soluet, quanto
ocius licuerit. Porro, quid si promiserit
in certo loco, non signando diem soluere
decem, vt Salmantice, at promissor re-
fugiens impletionem promissit, differt in
longum concedere Salmanticam, qui
alioqui, potuisset opportunē Salmanti-
cam concessisse, sed ex industria, detre-
ctat opportunitates, ne soluat vtique hic
in foro conscientie peccat, & tenetur im-
plere promissum, si datae opportunitas
eundi, & si stipulatori, damna acciderint,
quia promissor non absoluit promissum
tenetur de damno resultate, aut de lucro
cessante. Quippe qui causam damni dat
damnum dedisse videtur. Nisi stipulator
ide est, cui facta est promissio contentus
fuisse, promissi solutione & ampliora
non desiderasset. Quippe volenti, & scie-
ti nulla sit iniuria.

¶ In foro autem exteriori, iudex cogna-
ta industria promissoris, poterit eum co-
pellere, vt vadat in locum vbi prom-
issum est implendum, & poterit, eundem
cogere ad resarcienda damna que emer-
serunt nisi stipulator, suo iuri cesserit, re-
cipiendo sortem, sine accessioibus ex
mora debitis, item dicitur si poena fuit in
terposita, in promissione.

¶ Hinc iuriconsulti tradunt, quod qui
recipit, principale sine accessioibus, ex
mora alioqui sibi debitis, quod non po-
test petere accessiones ex mora non sol-
uendi

Ex. l. 1. §.
eiusdem ti.
& par.

Promissio
facta ad cer-
tum locum suo
signatione
dicitur quam
obligatio-
ne parat.

uendi debitis. Et qui recepit dotem, sine pena alioqui debita, quæ fuit interposita si non soluaretur ad certum diem, & fuit in mora, qui erat soluturus si militer non potest eam petere, quia sibi dotem sic recipiens præiudicauit vide Soci. consilio. 18. vol. 1. colum. 2. & 3. Tu subaudi nisi protelletor, recipiens contrarium.

Cōditio expressa si spem dnat obligatiōem.

¶ Obseruabis autem circa prædicta, esse conditiones quasdam expressas, vt dabo tibi decem, si nauis ex Mauritania uenerit in Hispalim, est uero alia tacita, conditio vt dabo tibi fructum fundi mei, vel partum ancillæ meæ, vel ex vacca, &c. subintelligitur enim si nascantur, vnde si quis promiserit alicui mulieri dotem subintelligitur, tacita conditio, si nupserit. Et antequam conditio existat nulla est nata obligatio, sed res est in pendenti, & solum est ipse obligationis, sicut diximus quando est cōditio expressa text. in l. stipulationem. ff. de iure doti.

¶ Vnde huiusmodi debitores, ex promissionibus, non sunt simpliciter dicendi debitores, imo neque qui promittunt in diem. Nam ille est simpliciter debitor dicendus, à quo statim potest exigi debitum. text. est. in l. debitor. ff. de verb. signific. vbi habetur. Debitor intelligitur à quo inuito exigi pecunia potest. Quocirca huiusmodi debita conditionalia, non sunt pura debita, quæ dicuntur simpliciter debita, sed sunt debita secundum quid, id est, ex conditione pendentia, vnde qui legat in testamento, quod Titias debet intelligitur, de puro debito vt in l. si ita scripsisset. ff. de legat. 2. & est communis assertio legis peritorum id est de debito in diem, vnde inferunt, quod si creditor cessit alteri per contractum, iura sibi competentia contra alium, quod in tali cessione, vel contractu, non veniunt debita conditionalia, vel in diem, sed tantum debitum purum, vt notat Bald. in prædicta dudum lege si ita scripsisset. Et hoc verum est si creditor, haberet sibi debita pura, & non pura, & non exprimeret ius in debita non pura, cedere in alterum, sed solum cedere ius in debita, verum si exprimeret, se cedere in alterum per contractum ius in debita etiã non pura, vel conditionata, vel in diem, tunc talis cessione, ad omnia se extenderet, aut si non ha-

Quis sit dicendus proprie debitor.

Effectus conditionalis promissionis.

beret creditor, contra debitorem nisi solum ius in debita non pura, qualia sunt prædicta.

¶ Notant vero iurisperiti, quod etiam si ex huiusmodi conditionali promissione, non oriatur, sed suspendatur obligatio, nihilominus foritur, quosdã effectus.

¶ Primus est, quod purificata conditione inducit transmissionem, ad heredes si interim cui facta est promissio decedat In si. de verb. obli.

¶ Secundus, quod si interim fiat traditio transfertur dominium ex. l. sub conditi. ff. de soluti.

¶ Tertius, quia præter spem culus meminimus, tenetur debitor præstare cautionem de soluendo, adueniente conditione, si efficitur suspectus, post debitum contractum ex. l. in omnibus. ff. de iudic.

¶ Quantum autem ad primum recensitum effectum aduerte, in l. 1. tit. & par. prænotatis, sic haberi, si forte quis spiam, vel promissor, vel stipulans, mortem subierit, antequam conditio, adueniat, vel dies, si facta promissio fuit in diem hæredes, manet sub eadem obligatione ad implendum, quod promissum est. Transmittitur enim stipulatio, contra heredes, & in heredes, siue in dando, siue in faciendo, consistat. l. veteris. C. de contrahen. & committenda stipula. & ex. §. cum quis In si. de inutili stipula. itaque adueniente die, vel conditione, hæredes stipulantis, si hic vita decessit, possunt exigere stipulatum ab ipso promissore. Aut hoc defuncto, hæredes huius tenentur, implere, stipulanti, quod est promissum est, etiamque hoc verum puta in foro conscientiar, siquidem ex iure obligatio transit ad heredes, & contra heredes vt dictum est.

Obligatio promissionis transit ad hæredes etiam in foro conscientiar.

¶ Iam uero, differendum est ecquid, si in promissione exprimitur tempus in specie, non tamen in indiuiduo, vt verbi gratia, si promitto alicui, dare decem, in principio mensis, non explicando, cuius mensis, idem de reliquis. Et est expressum in iure, quod de proximis semper est audiendum, vt initio mensis proximi, aut hebdomadæ, aut anni. Itaque iuxta communem ius disponitur, in l. 1. §. titulo. & partit.

Quomodo intelligitur promissio, sub temporibus in genere.

com.

commemoratis, itaque si promisero dabo tibi decem Kalendis, denotantur Kalendæ primæ, quæ successerint ad diem, promissionis sed quid si promisero, alicui, exhibere decem, quolibet anno quando premit obligatio, nunquid, in principio, vel medio, vel anni fine? Aduertunt iurisperiti, quod huiusmodi promissionibus tempus adijcitur aliquando demonstrationis causa, vt tibi dabo decem hodie, tuncque, continuo, potest peti, non transacto, nec finito illo die, vt colligitur ex l. liber homo la. 2. §. decem. Namque qui expressit istum diem, intēdebat non differre solutionem in crastinum, quia si intendisset dilationem, aut pro castinationem, non promississet hodie. Et rursum, quia talem temporis demonstrationem, non adiecit debitor, qui promissit, in suam utilitatem, sed in utilitatem, creditoris, scilicet, illius cui facta est promissio. Namque, si utilitati suæ confuleret, longius tempus, adijceret, ideo tenetur, ante transactum diem promissio facere satis.

¶ Et equidem huiusmodi promissio, tametsi dicatur in diem, at uero videtur promissio pura. Quandoquidem, promissio, pura si statim obligat, ad diem præsentem talis est huiusmodi promissio. Et si proprie debitor est, qui continuo soluere tenetur, talis huiusmodi promissor quippe statim ab eo peti potest solutio ante transactum diem.

¶ Aliquando uero tempus apponitur gratia dilationis, vt si promittat dabo tibi hoc anno, vel mense, & tunc promissor, non tenetur nisi in fine anni, vt habetur ex text. in l. qui hoc anno, eodem tit. Et in §. qui hoc anno. In si. de inutili stipula. Etenim in dubio, semper tempus adiectum solutioni, semper censetur, appositum in fauorem debitoris, & non creditoris. vt text. in l. cum qui. ff. de annuis legat. & in l. quod in diem. ff. de solu.

In dubio tempus adiectum solutioni videtur adiectum in fauorem debitoris & non creditoris.

¶ Tertio apponitur, gratia dilationis vt prius, sed per uerba denotantia perfectio nem temporis, vt si quis promittat Titio, pecuniam, vel rem aliam post annũ, vel post aliud certum tempus, vel cum peruenierit ad certam etatem, tunc enim debetur in fine temporis, vel ætatis. ex l. Non putabam. ff. de condi. & demonstrat.

¶ Quarto, item gratia dilationis apponitur tempus, sed uerba dirigitur ad creditorem, vt si promittitur Titio, vel pecunia, vel res alia, quam possit petere infra annum, vel mensem. Et tunc potest petere, in principio anni vel mensis, ex. l. si ita fuerit libertas. ff. de man. testa.

¶ Quinto apponi potest gratia multiplicandæ præstationis, vt si quis alteri promittat annuam præstationem, & sic certam pecuniæ quantitatem, quolibet anno, de qua re sunt variæ iurisperitorum contentiosæ opiniones. At uero in l. 1. §. tit. & par. indicatis, sic habetur, si quispiã alteri promiserit certam pecuniæ quantitatem, quolibet anno exhibendam. Huiusmodi promissio, non obligat debitorem, id est, promissorem, nisi sub finem cuiuslibet anni, quando nõ signatur speciebus, qua opportunitate anni, sit soluendum, scilicet, aut vere, aut hyeme, &c. si uero promissio ad hanc rationem fiat, promitto dare, vel facere, per omnes annos vitæ meæ, siue annuatim per vitam meam, tunc debitor, obnoxius est solutioni in exordio cuiuslibet anni. Itaque aliud est promittere aliquid soluere annuatim, aliud quolibet anno secundum hanc. l. par. quia primum obligat soluendum in principio cuiuslibet anni, & secundum obligat in fine. Et primum est in fauorem, non debitoris, sed stipulatoris, & ultimũ in fauorem debitoris, id est, promissoris. Et rursus secundum hanc legem, idem est dictum, promitto aliquid dari, omnibus annis vitæ meæ, & promitto dare, vel facere, singulis annis vitæ meæ, sed quid si dixerõ, promitto tibi dare, vel facere hoc anno, in vere, quando tenebor, nunquid statim in principio ueris, aut in medio, an sub finem? Nam uer completeitur menses tres, videlicet, Martium, Aprilem, & Maium, num satis erit, in fine Maij promissum absoluisse? & quid si promiserit, in mense Maio, huius anni tibi dabo, nunquid in principio an medio, an fine soluendum erit promissum? videtur quod uerba huiusmodi præferant, quod hoc anno adueniente vere soluã vnde videtur, quod cum Martio mense uer iam adueniat, quod mense Martio sit soluendum promissum, & idem de. 2. dubio quoniam idem videtur sensus, id est, cum uenerit mensis Maij tibi

tibi solum. ¶ Sed quid si dixerit, promitto tibi decem, quo ad vixeris? nunc tenebitur, minutatim decem prestare, per singulos annos vitæ alterius, an totum simul est prestandum? Magnæ sunt controuersie iuriconsultorum, mihi magis probanda videtur opinio, credens minutatim esse soluenda, neque verba aliud videntur sonare.

Quid in foro conscientie

¶ Porro autem, quidquid sit de illis & foro exteriori, in foro tamen conscientie dicendum videtur, quod huiusmodi promissionum obligationes non tamen ex verbis, quam ex animo sunt pendende. Enimvero si decem promittens, isto anno, intendebat, in exordio soluere anni, & decem quolibet anno, intendebat, ite in exordio, in exordio est solutus, & si in fine, item in fine est solutus, & ita de reliquis. Etenim, obligationis robur, ex intentione ortum habet.

¶ Et reuera difficile videtur, quod si promiserim, me daturum infra annum, quod teneat soluere in principio, ut quidam ex iuris peritis tradunt, vel dudum aiebamus. Etenim, verba hæc infra annum, non ad principium anni spectant. Siquidem anni principium non est infra annum, ut patet. Nam qui promiserit, se daturum aliquid infra octauas natalis domini huius anni, 1579. sanè non tenetur in ipso die natalis domini, qui est primus octauarum soluere, sed neque in die qui est octauus, quippe hic non est infra octauas, sed solum in aliquo intermedio tenebitur.

¶ Verum adhuc dubium est, ecquid si quisquam non signando tempus, neque diem, promissit se, vel daturum, vel facturum aliquid, interposita poena, si non prestiterit, quando poena poterit exigi ab stipulatore, si promissor non prestiterit promissum? videtur enim prima facie quod nunquam. Quandoquidem neque promissor signauit, vel tempus, vel diem. Et item videtur contrarium, videlicet, quod statim tenebitur ob ea, quæ supra disseruimus.

Conditio bilis potest non nisi contra etiam vel ante promissionem, vel post promissionem

¶ Namque promissio pura, huiusmodi videtur, igitur continuo promittentem, ex l. prenotata, videlicet, quod si stipulatio incipit a promissione, præcedente conditione sine die, poena interposita si contra fecerit committitur poena, quando in iudicio petitur unde

sic habet lex. Quando quis promiserit alteri, vel dare, vel facere, aliquid, obligatus se, quod si contra fecerit, exoluet poenam, poterit hæc exigi poena, quando adfuerit opportunitas, præstandi promissum, & nihilominus non præstat. Tuncque promissor, obnoxius est soluendæ poenæ, si in iudicio postulata fuerit ab stipulatore. Hic enim stipulatio præcessit, conditionem poenalem.

¶ Porro si stipulatio incipit ab ipsa conditione, verbi gratia, si non fecero, vel non dederò, hoc vel illud, subdo me poenæ, soluendi centum, vel quinquaginta, tunc non committitur poena, nisi post mortem promissoris, vel in die, quo res promissa non comparuerit, aut perierit.

¶ Nam post huiusmodi diem potest poena exigi coram iudice, quippe tunc incurritur in poenam.

¶ Itaque quando conditio ponitur in contractu ante promissionem, tunc poenæ executio prolongatur, per totum tempus vitæ promittentis, si vero contra factum fuerit, ut in priori casu, ubi promissio præcedit conditionem, tunc solum prolongatur exolutio poenæ in articulum vsque opportunitatis, absoluedi promissum.

¶ Quod si exquiris, dicens, legem hanc solum mentionem facere de poena, nihil de principali, id est, de re promissa. Respondetur, quod si opportunitas absoluedi promissum adfuerit, etiam si non exigatur promissum in iudicio, promittens tenetur, absoluerit promissum in foro conscientie, secus de poena, quia lex citata facta est indebitam, nisi petatur, quãdoquidem lex constituit eam esse petendam in iudicio.

¶ At vero lex commemorata fallit, quãdo conditio præcessit promissionem in 4. casibus expressis in l. 1. 6. ibidem. Primus ut si dixerit Martinus, verbi gratia, Ioanni meam promitto vineam, si Petro non dederò, & Petro, item promitto daram, si non dederò Ioanni. Enimvero primo petenti eam in iudicio, tenetur Martinus vineam suam dare, itaque primo petenti vineam in iudicio tenetur eam dare, & tum alius orbat iure petendi eam, unde dans vineam, non tenetur respondere in iudicio.

¶ 2. casus est in fidei iuribus, ut si Petrus

Casus in quo bº fallit lex de conditio ne ante promissionem.

trus dixerit Ioanni, si Martinus tibi non dederit pecuniam tibi debitam, ego promitto soluendam, tunc sanè, si creditor suo debitori, id est, Martinus Ioanni, non dederit pecuniam petendo eam in iudicio Petrus tenetur, ex promisso eam statim soluere.

¶ Tertius casus, si dixerit aliquis in suo testamento, si meus hæres, non dederit Petro, verbi gratia, talem fundum, vel talem rem, hæres meus Petro pendet in penam centum aureos, post mortem testatoris, tunc Petrus ab hærede testatoris in iudicio si exactus fuerit tenebitur, fundum aut rem legata exhibere Petro, aut penam iaculis subiacere soluere centum aureos, verbi gratia.

¶ Quartus casus, si quis ex testamento disposuerit ad hanc rationem, si Petrus, verbi gratia, meus seruus, non concesserit talem locum, vel non fecerit talem rem esto continuo a morte mea liber, si seruus potens facere, & potens ire, non fecit, non iuit, mortuo testatore, manet liber.

Censura casu sui secundi forum conscientie.

¶ En tibi casus ex l. 16. quibus fallit lex superius posita, quod si conditio præcessit, promissionem, prolongatur, executio poenæ in finem vitæ, &c. Et prior casus habet ex l. 1. si Titius. ff. de verb. oblig. & secundus à l. fideiusor. §. si. ff. de fideiussor. 4. vero à l. 1. §. ite si ita. ff. ad l. falcid.

¶ Sed quid in foro conscientie? utique si animus fuit ex equo, dare vineam, primo petenti duorum, primo petenti tenetur dare, non solum in iudicio, sed extra iudicium. In 2. vero casu, non tenetur soluere, nisi postquam debitor ad iudicium vocatus, & damnatus, noluerit soluere, aut non potuerit.

¶ In tertio casu in foro conscientie, & si vocatus non fuerit ad iudicium, tenetur alterutram dare, vel fundum, vel pendere pecuniam incursum.

Conditio alia casualis alia potestatiua.

¶ In quarto casu res est aperta, quod seruus implens conditionem potestatiuam, id est, quæ erat sita in arbitrio serui, ut fieret, aut non fieret, est enim conditio, alia casualis, quæ non est in potestate, vel promissoris, vel stipulatoris, ut quod nauis, veniat ex Asia, aut quod victoria reportetur ex bello, hæc enim casualia sunt, quæ accidere possunt præter intentionem nostram, alia vero sunt quæ nostro subduntur arbitrio, quæ sanè si veniant

in conditionem, dicitur non casualis, sed potestatiua conditio.

¶ Est autem dubium primum, quid si promissio, est condicionalis & in diem, quæ vocatur mixta, ut si feceris hoc, vel illud, vel dederis, hinc ad decem dies, vel ad annum istum, tibi promitto centum, num si conditio existat, antequam venerit dies, tenebitur, promissor an expectandus erit dies, ut oriatur actio. Dubium multis est inuolutum materiam apud iuriconsultos, verum l. 17. tit. 11. ubi supra part. 5. sequens opinionem Azonis, rem discretè satis explicauit, tradens, non sufficere, vnum sine altero, sed vtrumque ad esse est necessarium, & diem conditionem adesse. Et aptè docet hæc lex, quoniam si dies, adesset, & conditio adhuc non existeret, promissor, non tenebatur ex promisso, igitur si conditio existat, & dies non adest, item non tenebitur. Neque enim maior est ratio vnius, quam alterius cum sit par vtriusque. Et hoc verum est, siue conditio dependeat ex facto promissoris, vel ex facto alterius, siue ex vtriusque fortunæ, siue aliàs. Et ratio est, quia dies in dubio, semper appositus est in fauorem debitoris, volentis dilatare promissi solutionem.

1. Dubium Conditio illis mixta.

Dies in dubio appositus est in fauorem debitoris.

2. Dubium.

¶ Secundum dubium est, an conditio impossibilis vitiet contractum, in cuius gratia, scire oportet quæ vocentur conditiones possibiles, quæve impossibiles. Et quidem hæc solet conditionum esse diductio, præter commemoratas, diductio nes, & si impossibilis conditio, nomine tenus est conditio, quia reuera, non est conditio, illa quæ impossibilis est impleri, cæterum, quædam vocantur possibiles, quæ vel de facto, vel ex natura, vel de iure fieri possunt. Impossibiles item, quæ vel de facto, vel secundum naturam, aut secundum ius fieri non possunt, & quidem iuriconsulti ad hanc rationem finiunt, unde secundum factum est impossibile conditio, si dederis montem aureum, aut si calum digito tetigeris. Ex natura vero, si ignis frigidificat, aut si sol non fuerit lucidus, secundum ius vero, si furaberis, si occideris, hæc enim quæ turpes esse duximus conditiones, impossibiles secundum ius putantur, & aliis confirmata, ut si sacerdos duxerit uxorem, aut si monachus apostatauerit, &c. Impossibiles

possibiles,igitur conditiones omnes viciant,&annullant contractus,quomodo cumq; sunt impossibiles.ex.l.impossibilibis.ff.de verborum obligatio. Et Insti.de inutili stipula.s. si impossibilis.

¶ Et obserua, quod secundum varietatem scientiarum, est item varietas significantie nominum. Theologus enim aliter loquitur, de possibili, & impossibili aliter philosophus, aliter iurifconsultus Theologus enim edoctus ab euangelio. S. Luce, omnino nihil esse impossibile iudicat apud Deum, sed solum ea docet impossibilia, quæ diuinam potestatem fugiunt, qualia sunt quæ implicant contraditionem, vt quod aliquid, sit homo, simul & non homo.

¶ Philosophus vero, in nature viribus, fixam habens mentis aciem, & ad diuina nesciens conuolare, quæ nature sub sunt viribus, hæc credit solum possibilia. Et si dialecticus ex peripatetica schola ea vocet possibilia, quæ possunt esse, & possunt non esse qualia sunt contingentia. Necessaria enim Aristoteles negat esse possibilia, quia non sunt contingentia, sed potius non possunt non esse, vt cæli motus, & generationes & interitus rerum.

¶ At vero iurifconsultus, omnia quæ sunt contra ius, quia iure non possunt fieri, etiam vocat impossibilia, & huiusmodi, addit viciare contractus, si in conditionem veniant.

¶ Necessaria autem, si vocentur in conditionem, purificant contractum, tantum abest, vt eum viciet vnde. l. 17. supra indicata ex par. sic habetur, si quis dixerit alteri si non tetigeris digito casum, dabo tibi decem, quod ex huiusmodi conditione quippe quæ est necessaria, promittens aliquid manet obligatus.

¶ Vnde infertur, quod conditio de re contingenti suspendit actionem contractus, siquidem non inducit actionem, donec veniat conditio de re impossibili, quassat contractum, conditio vero de necessaria re purificat contractum, quia & si videatur conditionalis contractus, alioqui est purus.

¶ Et aduerte, quod quando sit promissio in diem, non est conditionalis, sed temporalis contractus. Nam quæ aliud est dictu, promitto tibi hoc vel illud, si venerit dies talis, aliud quando talis dies

aduenerit. Siquidem primus contractus est de re necessaria & continuo obligat, secundus vero, non est conditionalis, sed temporalis dilatans solutionem, vt que in certu diem, ideo non statim obligat.

¶ Dubitabis circa hæc forsitan, quæ sit causa horum, & causa est prompta, siquidem qui conditionem impossibilem addit, irridere videtur, & non contrahere. Nam que ad impossibile nemo potest obligari, ideoq; de re impossibili nullus potest celebrari contractus, vnde non est contractus, sed irritio.

¶ Qui vero necessariam addit, contra se habet. Quippe videtur, velle se statim ex contractu obligare: quando quidem conditio necessaria fieri nequit, vt non impleatur. Quod si queris, & quid si is qui addit conditionem impossibilem, credit esse possibile, item qui addit necessariam credit esse contingentem? videtur enim obligationem, pendere ex intentione volentis se obligare, vnde videtur, quod qui credebat esse possibile, quod alioqui erat impossibile, quod maneat obligatus. Quando quidem credens esse possibile, se obligare intendebat.

¶ Respondetur, quod in huiusmodi promissionibus conditionalibus intentio est necessaria, & item existentia conditionis vt resulet, ex promissione obligationis. Quocirca quia intenditur obligatio, non simpliciter, sed si conditio extiterit, si ergo conditio non potest existere, quippe quæ impossibilis est, nihil ad rem, quod ipse qui promittit, credat ex sua ignorantia, conditionem esse possibilem.

¶ At in casu. 2. dicere oportebit quod is qui putauit contingens, quod alioqui erat conditio necessaria, continuo obligatio ne innodatur. Siquidem eius animus erat obligandi se ad aliquid dandum, vel faciendum, si conditio adesset, at vero conditio cum sit necessaria, necessario erit, idcirco statim manet obligatus. Quod si obieceris, ex ignorantia adiecit conditio nē, & ignorantia tollit voluntariū. Item horum casuum eadē disciplina videtur, si ergo in primo casu non obligatur, & si credebat esse possibile falso tamen cur obligabitur in. 2. credendo falso esse contingens, quod erat necessariū. ¶ Respondetur, q. ignorantia in hoc casu, nō tollit intentionem.

Casus quidam deciduntur.

tionem se obligandi, si conditio existat, cum ergo existat, iam aut existet, quia est necessaria conditio consequitur continuo obligari. Et conditio hæc reputatur non adiecta. ¶ 2. Respondebis, esse disparē rationem, vt ex præhabitis liquet.

¶ De conditionibus vero matrimonio adiectis, multa esset textēda disputatio, & de ipso contractu matrimonij si soluitur quoad vinculum ex fornicatione mulieris, an solum quo ad horum, de qua res olim fuit magna controuerfia, propter quædam verba. S. Ambrosij, & Orige. & Euthymij, & Tertuli. & Chrysof. ex recentioribus Thomas, Caie. cō. ad Matth. 19. & cō. 1. ad Cor. 7. & Ambrosius Catha. episc. Capse. &c. quibus visum fuit vinculum solui ex fornicatione vxoris. At res certa est ex conc. Tride. non solui vinculum, sed esse diuortium thori cōnubialis, verum de istis legito, disputata à nobis in. 4. Sent.

Amb. in cō. c. 7. 1. ad Cor. Euth. in Matth. c. 5. Tert. li. 6. duersus Marcionē Chryso. in Matth. ho. 17

¶ Vnum est de quo modo est admonendus lector quod si forte interponatur pēna pro matrimonio celebrando à parentibus pro filiis, vel à presentibus, pro absentibus, si contrahentes, nolūt contrahere, immunes sunt à pœna, qui sibi eam indixerūt ex. l. 36. par. & tit. prædictorū.

¶ Limitant iurifconsulti modo pœnalis hæc promissio, sit facta, per parentes, vel amicos, vel consanguineos. Nam si per extraneos fieret valeret, vt tradunt ad. c. Gemma ex. de sponfalibus, tunc enim libertas, ad contrahendum mammoniū.

¶ Est tamen dubitatio, an facta promissione, ad diem certum, teneatur promissor stipulatori adueniente die stato, etiā si non admoveatur à iudice, vel interpelletur. Respon. affirmatiue, itaq; in foro exteriori, non purgabit moram non soluendi, quia non fuit interpellatus, si tamen sit præfixus certus vt habetur. l. 8. ti. 1. 4. part. 5. ad. l. Magnā. C. de cōtrahe. & cō. stipulatione, vbi notat Bal. quod dies incertus, non constituit in mora debito rem, vt. v. g. dabo tibi centum, quando venis, ad adultam etatem, tunc enim est necessaria interpellatio seu admonitio, de peruentu ad etatem illam, siquidem debitor non tenetur acquirere etatem creditoris, quippe magis constat creditori, sua etas, quam creditori. Ita tenet

Quādoque nō est necessaria interpellatio, vt debitor, sit pœnæ solus de obnoxio stipulatori.

Bal. in. lsi pacto, quo pœnam. C. de pœnis col. 3. vers. 2. quæro. vnde etiam in foro conscientie, debitor huiusmodi ex promisso, si non fuerit admonitus, de etate creditoris, scilicet, quod iam adest adulta etas, ad cuius aduentum se daturum vel facturum obligauit.

¶ Et quia certum est, quod promissores debetur adueniente certo statoque die, ideo in. l. Magnam, de pœna fit mentio, quæ si interponatur, præfixoque tempore non soluerit, quamuis non admoveatur pœnæ debitor sit promissor, quia inquit, quæ promissit ipse in memoria seruare debet, & non ab alijs manifestari. Hæc autem intellige, dummodo non sit inter partes actum, quod reus debeat certificari per actorem, tunc enim dies, & si sit certus non interpellat, & ideo reus nō est in mora donec certificetur debitor, per creditorem vt glossa in. l. ita stipulatus super verbo certo die. ff. de verb. obligat. & Angelus eam notat dicens, quod tunc perinde est censendum ac si nullus dies esset appositus vnde tunc in foro conscientie, & si dies aduenerit, non tenetur promissor ad pœnā, quousq; certificetur, & si nunquam certum eum fecerit stipulator obligatio euacuabitur.

¶ Porro autem, sunt iurifconsulti tradentes, quod de æquitate canonica semper mora purgari potest, quando aduersarius non sit damnus passus ex mora. Et inducunt in fauorem suæ sententiæ. causa ex. de pœnis. & ex. c. dilecti. de arbitris colligit Ioan. de Imo. Et Alexander. in. l. si quis maior. C. de transactio. Et si ex locis indicatis clare, non colligatur placitum præhabitu est tamen valde rationabile, quod si nihil damni passus est aduersarius propter moram, quod debitoris mora purgetur, id est, non imputetur debitori, neque teneatur pœnæ obnoxius.

¶ Existis habes, quod dies certus interpellat, & admonet, implendum esse promissum, sine interpellatione facta ab homine, vnde si quis promiserit, rem certā ad diem certum, si res periret, ante euentum diei certi sub quo facta est promissio, non teneretur promissor ex promisso, quia ante diem mortua est res promissa, si vero post diem perierit, iam tenebitur æstimationem illius soluere, quāuis non

Quādo mora purgari potest interpellatione.

Dies certus interpellat sine hominis interpellatione.

Variatur significatio verborum ex varietate artium, & scientiarum.

Conditio de contingenti re, conditio de re necessaria, conditio de re impossibili.

non esset admonitus, à suo creditore.
 ¶ Secus si esset dies incertus, nam tunc tenetur promittens ei, qui promissit, eam exhibere quando is cui res est promissa, eam petit, & promissor potest eam dare, itaq; duo debent concurrere, & quod qui promissit possit promissa dare, & quod is cui fuit promissa res, illud petat: antequam res perierit. Et quamvis petat eam extra iudicialiter tenetur eam dare, ut notat glossa in l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de verbo. oblig. Nisi peteretur, id quod solum ex officio iudicis est debitum, quia tunc deberet interpellare in iudicio ut in l. cū postulassem in princ. ff. de dam. in fact. ¶ Sed quid si res non est certa secundum individuum, ut hic seruus, vel hic equus, &c. sed solum secundum speciem, ut si promissit seruum, bouem, equum, &c. Tunc sane, nihil ad rem quod moriatur ante diem bonæ, quem ego cogitaueram me daturum & si non expressi individuum, sed solum promissit in specie bouem, tunc enim mors non absoluit à promisso, quia species non moritur, ideo semper tenetur promittens adueniente die, soluere promissum in foro conscientie, & in foro exteriori ut in l. in ratione. §. incertę. ff. ad l. falc.

¶ Ceterum si promitterem, vnum ex bouibus meis, & solum haberem tres boues, vel quatuor, & antequam adueniret dies præfixus, à me adsoluendum promissum, perirent omnes mei boues, qui tunc erant tres, vel quatuor, absolutus sum à soluendo, quia perempta est res ante moram, ideo extinguitur obligatio ad speciem, quam vocant iurista, obligationem generis, ut in l. vt in nave San. Phil. ff. loc. sed quid si promissit bouem, non hunc, vel illum, & cum venit dies, est multo maioris pretij quam cum promissit, nunquid tenebor illum exhibere adueniente die quando certus præfixitur, aut non adueniente, nisi non præfixatur, iuxta legis. 1. §. tit. 1. par. 5. dispositionem? Respondetur, quod difficultas superueniens, sine culpa promittentis, excusat debitorem specie, à mora, vnde in l. supra citata habetur, quod debitor si potest soluere rem quam stipulator petit antequam ipsa petat, & nolit soluere, tenetur debitor soluere rem si postquam negauit eam, cum esset potens eam soluere, mortua est, vnde

de videtur quod si non poterat commode rem tum soluere, quod non esset in mora non soluendo tunc idem habetur in l. quod te mihi. ff. si certum petatur.

¶ Quod si adhuc petas, quid ergo, si neq; promissio est de specie, vel in diuiduum, sed de quantitate, ut si quis alteri promissit centum aureos dare? Namq; huiusmodi promissio, neq; refertur ad speciem, neq; ad diuiduum, sed solum ad numerum, quod est quantitas discreta. Nam siue argento, vel ære soluas, absoluiti promissum, sed nunquid si stipulator petit tempore opportuno, quando promissor, potest dare, attamen non exhibuit, post modum vero sublata est à latronibus eius sublatia, aut nauigando est mari demersa, vel aliis sine culpa promittentis, est sublata, nunquid tunc tenebitur ex promisso? Si quidem ex l. supra indicata, videtur obnoxius, quia tempore opportuno fuit exactus, antequam res perisset, & promittens poterat dare. Et quamvis forte, res hæc non est promptæ solutionis, dixerim, non teneri ad solutionem, si postquam, noluit soluere, perituit, & mutata mente, volebat soluere, at non apparuit creditor cui cito solueret, & interim amiserit substantiam suam, & factus est impotens, qui solueret. Et ita videtur ex cap. significasti de pignoribus. Nam casus superueniens, cum excusat à culpa vt non sit mora non soluendo, vt ex illo capitulo docemur.

¶ Sed quid si promissor alicuius rei, rem quam promissit occidit, vt si promissit seruum, at vero succensus ira eum occidit, nū tenebitur ex promisso? videtur enim quod tenetur, siquidem si seruus moreretur morte naturali, absolutus esset adimplendo promissa, si prius moreretur, quā peteretur. Huic aut, si promissor occidit ipse se fecit impotentem ex sua culpa, ne impleret promissum. lex. 1. 9. par. commemorata, quod si seruum occiderit iuste, v. g. quia inuenit eum concumbere cum vxore, aut filia, tunc non tenetur implere promissum, si vero occiderit iniuste & inactionem illius, ei cui promissit obligatur rependere. Et in l. §. tit. 2. 1. part. 4. traditur, quod dominus potest occidere seruum adulterum cum vxore, vel filia sanè, quando alienum, vel seruum, vel liberum, potuerit, videlicet, si adulter est vxoris,

Dubium.

Promissio alia in specie, alia in diuiduo.

Dubium. 5.

vxoris, aut filie, & extendendo. li. has, ite si matris, aut fororis deprehenditur adulter, tunc enim quando in huiusmodi facinoribus, fuerit deprehensus, seruus potest occidi à domino, propria autoritate, & si alioqui tenetur, ex iure eum tractare modeste, & non crudeliter, idem traditur. l. qui seruum. ff. de adult. & in c. si vero de sententia excommunicatio. ¶ Alia questio tamen est an extra hos casus enarratos, sit autoritas occidendi seruum ex iure: quia lex dudum commemorata. 6. & 1. 9. prius enarrata, tradunt quod potest occidi à domino, propter adulterium cum vxore, vel filia, vel propter aliud delictum simile, verum tamen ego heere placito asseueranti, quod solum tunc est autoritas occidendi seruum, quando & liberum hominem. Patri autem ad est autoritas, occidendi adulterum & maritum. l. patri. c. l. Marito. ff. de adul. & l. Gracus. C. eodem. vnde filio non licet occidere adulterum deprehensum cum matre. Quocirca lex dicens, vel propter aliud delictum simile, videtur, quod ex legibus istis, sit autoritas penes dominum occidendi seruum propria manu deprehensum, cum vxore vel cum filia, vel cum matre, vel cum nepte, propter doloris vehementiam conceptam ex viso facinore adulteri, verum de istis differat iurisconsulti. Mihi tamen satis sit dixisse, quod & si iure ista occisio serui permittatur, iure quidem est fori, non iure poli, ex quo neque liberum deprehensum, licet occidere, neque seruum. Traditur aut, quod iure sit, quia impune fit. Hoc quidem verum quod non licet in foro Dei, occidere propria manu, sed licet eum deferre ad iudicem, & via iudiciali eum punire. Namq; Dei præceptum est non occides, scilicet, propria, priuata que autoritate, quia publica fas est, non patieris, inquit viuere maleficos super terram Exodi. 1. 2. &c. sed nihilominus, si iure humano, occiderit seruum dominus liber est à promissionis obligatione etiā in foro conscientie. Non enim fuit intentio promittentis, etiā in arduis commemoratis casibus, astringi ex promisso. Quod quod fas est, manu iudicis, & autoritate iudicis, eum occidere, & idē effectus sequetur. ¶ Dubium. 6. est aduersus fundamentum, & columnam totius huius disputationis.

Quando seruus potest occidi à dño.

In foro conscientie est occidere seruum priuata autoritate etiā domino est.

Dub. 6.

Namque non semel tradidimus, conditionem existentem, purificare contractum. At vero diuersum videtur in matrimonio. Si quidem si duo contraxerint si papa dispensauerit, conditione extante adhuc contractus in matrimonij non valet neque sunt coniuges, nisi sub dispensatione noue contrahant, vt credit Innocentius. & Abbas. ¶ Respondetur esse cōtrouersiam iuriscōsultis, nā quibusdā arrisit, esse necessarium nouum consensum, ad ueniente dispensatione, vt Innocentius. & Abbas. Alij vero non esse necessarium, vt Gaspari. Calde. quibus videtur suffragari Præpositi. Et primi dicerent, hoc esse speciale in matrimonio, quod existente conditione illa, adhuc contractus est nullus, sicut & sunt aliæ specialitates in matrimonio. Quod conditiones turpes & impossibiles, de facto, aut ex natura non viciant vt in c. si. de cōdi. appositis, & 32. q. 2. c. solet, quippe & reputant non adiecte, ita dicerent illud esse in matrimonio speciale. ¶ Ceterum horum placitorum eligibilis est primū. Quoniam dispensatio, donat habilitatē, ad contrahendum, ei qui ante dispensationem, erant inhabiles, huic contractui, ideo contractus erat nullus. Dispensatio enim non tollit inhabilitatem præteritam, quia non agit in præteritum, sed solum, ad futurum contractum eos facit habiles, ideo opus est nouo consensu, secus est in alijs contractibus, quippe qui alteri promittit aliquid sub conditione, qui modo esse habilis supponit ad dandum, vel faciendum, si uoluit ex conditione, illud dare, & facere, non est inhabilitas suspensio tamen vnde solum obligationis est ex conditione. ¶ Porro aut dubium hoc, premebat magis olim, quā do ualebat matrimonialia destina, iā vero siquidē hec modo sunt irrita ipso iure nouo cōc. Trident. ideo nihil dubij restat, siquidē adueniente dispensatione est nouus exhibendus consensus quādoquidem, sunt primitus faciendę denuntiationes solenes in ecclesia, & post modum celebrandum matrimonium. ¶ Dubium. 7. eadē disputatione concernens. Si quidē diximus, in promissione, & stipulatione, esse necessariū consensum spontaneū, at vero in matrimonio, non est consensus. Probat, quia conditionem impossibilem qui adijcit, videt irritum contractum, & velle non consentire, at vero huiusmodi conditiones, reputantur

Dubij vero de nouo consensu post dispensationem in cōtractu ex Trident. c. 6.

pro non adiectis, in fauorem matrimo-
nij, vt si quis dixerit, ego contraho tecū
si dederis mihi montem aureum, aut si
dederis mihi in manibus solem, vel lunā.
Nam etsi prima conditio trahatur in du-
bium à iuriconsultis, quia non est im-
possibile ex arte facere montem aureū,
vt si thesauri aurei, liquentur in massas,
&c. ceterum montem condere aureum
de facto est impossibile, siquidem nun-
quam est, aut fuit, aut erit, & esset summe
difficultatis si tentarent aliqui diuites
montem huiusmodi condere. Philoso-
phi autem vocant valde difficulta impos-
sibilia, at huiusmodi conditio difficulta-
tis, item reputatur pro non adiecta. Quid
quod mons aureus ex natura est impos-
sibilis.

¶ Vetus tamen responsio erat huic du-
bio, eluendo quod omnes contrahentes
nuptias, quia ista illi nouerunt, ideo si
adijciunt has impossibiles condiciones,
non irritorie addunt, sed vt verè contra-
hant. ¶ Sed reuera plures sunt ex plebe
promiscua, qui has illi ignorāt, quam qui
fiant. ¶ Quam obrem dixerim, ex bene-
ficio conc. Tridentinam huiusmodi cessa-
re omnia. Siquidem clandestina matri-
monia, sunt iam irrita ipso iure, & ideo, si
quis clandestinè contrahat, apponendo
impossibiles, vel impossibiles, vt turpem,
vel non turpē, siue conditio existat, siue
non existat, siue sit possibilis simpliciter
siue secundū quid impossibilis, vt homi-
ni pauperi, vel mulieri impossibile est ex-
hibere decem millia ducatorum, vt cun-
que contractus fiat est nullus, & si non
ratione cōditionis impossibilis, sed quia
clandestinus est. At vero in publico, & so-
lemnizato ab ecclesia matrimonio, nula
adest, vel impossibilis, vel turpis condi-
tio, quare forsitan si clandestinè, adiecte
sunt conditiones hoc genus, num tenebitur
saltem ex sponsalibus, vt si quis di-
cat ducam te in vxorem, si celum tetige-
ris digito aut mulier viro nubam tecum,
si dederis mihi solē, videtur sanè esse hu-
iusmodi sponsalia de futuro pura, si ta-
men clandestina desponsationes Tridenti-
nū non cassat conciliū, vt quidā conten-
dunt, & si eas non cassare arbitrauerim
vt alibi disputauim in sine. 2. tom. 4. lib. 5.
ten. turpis etiam conditio rejicitur, vt si
dixeris, ducam te in vxorem si furtum fece-

ris, & si non faciat, pura erunt sponsalia
ne detur occasio delinquendi. Si vero
ad præteritum spectet conditio turpis,
v. g. ducam te, si furtum feceris, si factum
est tenet sponsalia, si vero non fuit factū
non tenent hæc de futuro sponsalia, vt
de habetur. l. 6. tit. 4. par. 4. quod huius-
modi conditio, ducō vxorem si furtum
feceris, quod reputatur pro non adiecta
subaudi quando matrimonia clandestina
non erant irrita, huiusmodi enim con-
ditiones tunc non tollebant matrimo-
nij vigorem quia ipso facto, contraheba-
tur matrimonium, modo vero non
item.

¶ Existis inferas, quod si quis dixisset al-
teri, vt dominus villico suo, ego tibi pro-
mitto, me non exacturum rationem si
furtum feceris rerum mearum, aut me
fraudaueris, &c. contractum esse nul-
lum. Siquidem esset contractus iste viā
parans ad facinora perpetranda, ideo
nullus est. Secus autem, si dixisset, ego
promitto tibi, me non exacturum ratio-
nem, neque ego, neque alius pro me, de
furtis, & fraudibus à te iam contra me
commissis. Hoc enim non tribuit incen-
tium peccandi, sed potius præterito-
rum relaxatio est delictorum, vt dixi-
mus, conditionem illam ego te ducam
in vxorem, si furtum feceris, esse tan-
quam non adiectam ne esset obligatio
ad delictum faciendum propter matri-
monium: verum in matrimonio, non cas-
sat contractum, in alio vero memorato
casu, contractus cassatur ex conditio-
ne. Habes hæc ex. l. 29. tit. 1. par. 5. & ex
l. conuenire. ff. de pactis dotali. & l. pa-
cta. C. de pactis, vnde conclusum est,
quod statutum disponens spurium suc-
cedere, sit contra bonos mores, & quod
inuitet parentes ad delinquendum,
ideo non valet ita Bald. fin. C. de natura
liber.

¶ Octauum dubium, si quispiam stipu-
latur purè, & promissor promittit sub
conditioe, num erit stipulatio utilis
verbi gratia, Petrus ad hunc modū ro-
gando stipulatur à Ioanne dicens, pro-
mittis, ne mihi centum? At Ioannes ait,
promitto, modo tu feceris, hoc vel illud.
Huiusmodi stipulatio est inutilis. Quia
sub illa forma respondetur quam
fuerit interrogatum, verum si Petrus
Ioan-

Contractus
prouocātes
ad malū, nō
valent.

Statuta cō-
tra bonos
mores non
valent.

Ioāni diceret placet stipulatio, stipula-
tio esset utilis, & tunc Ioannes tenet pro-
missi, extante conditioe. ¶ Rursus si Pe-
trus stipulatur centum, & Ioannes pro-
mittit quinquaginta, valet stipulatio, so-
lū tamen ad quinquaginta, si stipulator
taceret. ¶ Itidē, si Petrus stipulatur à Io-
hāne, dicens promittis, mihi centū, & Ioā-
nes ait, promitto centū & quinquaginta
at Petrus tacet, tunc Ioannes non tenebitur,
nisi ad centū, siquidē Petrus nō acce-
ptā habuit promissionē Ioānis, ad centū
& quinquaginta, nō respōdendo sibi pla-
cere, quod alter promittebat. Quæ circa
si dixisset Petrus gratū habeo, tūc Ioānes
tenebitur promissi quo ad centū, & quin-
quaginta. ¶ Sed ais forsitan quid ergo an-
nō sufficeret, quod annueret, vel inclinā-
do caput, vel nutu quouis alio significan-
te animi cōsentum? Nā si huiusmodi nu-
tus consentit, aliā impotentī, vō caliter
pectus suū pādere sat sunt vt absoluatur
à cōfessario. Et matrimonio, nutibus istis
debeatur, firmū est, vt patet si mutus
ducatur vxorē, cur ergo in stipulatione, am-
plior expressio. Vocalis desiderat. Præ-
terea, qui tacet consentire videtur, igitur
si stipulator tacet ad alterius à quo stipu-
latur promissum consentire censetur, sal-
tem in foro exteriori, vbi diiudicium ex
signis exterioribus, non modici est mo-
menti.

¶ Videtur autem ex. l. 36. & ex. l. 37. ti-
tul. 1. 1. parti. 5. necessaria esse verba ex-
pressimonia consentum. Quoniam ait, si di-
xisset, quod sibi placebat, valida esset pro-
missio, in totum & non solum in partem.

¶ Sunt tamen qui credant ex. l. ordina.
non esse necessariā expressionem verbo
placet, vel æquipollētī, sed fat est, quod
stipulator taceat, nam tacendo videtur
consentire. At reuera tacendo non vide-
tur consentire, quantum ad id quod ad-
dit promissor puta, ad 50. promissa su-
pra. 100. Quippe cum hæc accretio pro-
missionis, sit valde utilis stipulatori, cur
non exprimit verbis sibi placere, vnde vi-
detur, se nō velle accretionē, sed esse con-
tētū solā stipulatione ex cētū. Et in foro
cōscientiæ, solū tenetur ad illa centum,
quæ fuit stipulatus. Respondebis obie-
ctis vera assumere, quando ij qui debuif-
sunt respōdere clare sunt impediti, & ne-
queunt aperte responderē, quod si obie-

ceris, ecquid si mutus stipuletur? vtiq; si
mutus est, stipulari nequit vō ce saltē, sed
quid si nutibus, vel scripto, nā quidā sunt
muti qui scribere nouerunt: vtiq; si stipu-
lari hoc modo possent valeret, at lex hæc
quia rara sunt non considerat. vltimo si
ces, quod quantum; ad id quod est Petrus
stipulatus consentit non quo ad alia.

¶ Idē traditur. l. 37. vbi dicit; ad hæc rationē
est pēdēdas etiā is, qui stipulatur, adhūc
modū mihi dicēs, promittis ne mihi ser-
uū tuū Petrū? & ego respōdere, promit-
to tibi seruū meū Ioānē, quæ stipulatio
est inutilis, si stipulator tacet. ¶ Quoniam
responsio, non cōcordat cum interro-
gatione. At vero si stipulator dixerit mi-
hi placet, iā tū responsio cōcordat cū in-
terrogatione & valet stipulatio, nō quo
ad seruū meū Petrū, sed quo ad aliū ser-
uū meū Ioānē, quæ ego promisi. ¶ Itaq;
cōplacencia stipulatoris, facit cōcordare
responsum, interrogationi, sed fortē ob-
ijcit responsio est cōditionalis, & interro-
gatio est absoluta, igitur non cōcordat
vt tradebatur in primo casu. At vero si
stipulator acceptā habet cōditionē, ex-
tante hac valet stipulatio. ¶ Respondet,
quod cōplacencia expressa verbis stipu-
latoris, facit cōuenientiā inter interroga-
tionē & responsionē. ¶ Sed reuera diffi-
le est mihi creditū, quod verba requirantur.
Nam si ad matrimonium celebran-
dum sufficiunt nutus, exprimentes, cō-
placentiā, cur non sufficiunt, vt factā sti-
pulationē & vtilē? Et quid si mutus est, is
a quo stipulatur centum, vel 50. &c. & ca-
pite annuit, vel scriptis testatur, aut aliā
nonne non valebit stipulatio? sed de istis
dudum feci mentionem. ¶ Restabat nūc
dicere pro libri huius quinti periodo, de
pacto legis commissoria, vel de contra-
ctu ex lege commissoria, ceterum hu-
iusmodi remittimus ad iuriconsultos.

¶ Verum solum explicare hanc rem, nō
disputare libet, est autem contractus hic
vt glossa ad. v. significante de pignori-
bus meminit, ad hunc modum vendo ti-
bi fundum Titianum, pro certo pretio,
puta. 10. adiecto tamen tali pacto, quod
si vique ad mensē non solueris. 10.
fundus sit incemptus, & subdit, quod
hic purè venditum est, potest sub con-
ditione resolui, & est in potestate ven-
ditoris, vt trum velit venditionē resolui.

Expenditur
lex part.

De cōtra-
ctu ex lege cō-
missoria.

Difficultas
ex impossi-
bilibus cō-
ditionibus
appositis
matrimonij
ex cōc. Tri-
dentina
cessat.

Cōditio tur-
pis de futu-
ro cassat
contractum
non tamen
de præteri-
to.

nam hoc pactum, venditoris causa ponitur. ¶ At videtur, quod contractus sit venditio conditionalis, siquidē sub condicione fit. si non solueris infra mensem, nulla sit venditio, vel emptio, vnde nō transfertur dominium, quousq; soluantur decem, infra mensem. Est vero, ad hanc rationem intelligendū cōmissum, quod celebratur in censibus. si non solueris ad biennium, vel quadriennium fundus, qui fundat censum, sit censualis, qui emit censum de qua re diximus, quando de censibus ageretur. Est præter hæc fidei cōmissum, aliud à lege cōmissoria, siquidem fidei cōmissum, est idē quod legatū secundum rem, quamuis differant ratione. Siquidē legatū dicitur, respectu illius cui legatur à testatore, vel fundus, vel pecunia, &c. at fidei cōmissum dicitur respectu hæredis, cuius fidei cōmittitur à testatore, vt restituat vel fundū, vel quoduis aliud. Nā ex eo hoc nomen vsurpat quia fidei hæredis cōmittitur vt post mortē testatoris, det quod illi committitur alteri dandum, vt habes ex. Inst. de lega. §. sed non vsque &c. ff. de lega. l. i. vbi dicitur, quod legata & fidei cōmissa, per omnia æquantur, namq; hoc tēpore legatū, vel fidei cōmissum vocatur relictū in testamento, q̄ alienari non pot; ab ipso cui legatur, vel cuius fidei cōmittitur, nisi ad voluntatem testatoris. Porro autē cum legatum sit donatio mortis causa quod non est donatio nō videtur esse legatum, quia genus comprehendens legata est donatio, vnde Inst. de legatis. legatū diffinitur, est donatio quæ dā à defuncto relictā, ab herede præstanda. Quāuis enim hæres teneatur illud relictum restituere legatario, & legatarius habeat contra heredem omnē actionem personalem, & in rem, & hypothecariam Inst. vbi supra. §. Post hæc, ceterum vt refertur relictū ad legatarium donatio est, vt patuit. Porro autē fidei cōmissum nō semper est donatio. Poterit enim testator heredi fidei cōmittere, vt adita hereditate re-

stituatur partē eius quā testator dolo malo aut alias vsurpauerat à Titio legitimo domino. Tūc sanē restitutio huius fidei cōmissi, non est donatio, quippe donatio quæ libet ad lucratiuum titulū pertinet & nō ad onerosum, qualis titulus est restitutio alieni, aut fidei cōmittere restitutionē eiusdē. ¶ Porro autē nō ab re erit explorata natura legatorū, & fidei cōmissorum de natura mandatorū nōnulla subnectere. Quia mādātū est contractus inter mādantē & mandatariū, vt legatū inter legatē & legatarium. Est autē mandatum, vt in præsentia quod est obligatorium. Hoc autē mādātū accidere pot; multifariā. §. si modis videlicet aut solum in gratiā mādātis, vt si quis tibi mādēt vt negocia egeras, vel vt fundum illi emas. Aut in gratiā mandatarij, & mādantis, &c. vt traditur Inst. de mandatis. §. mandatum. Et mādātū in gratiā solum mandatarij, cōmissiū potius est quam mādātū, vt si quis mādēt Titio vt pecunias collocaet potius, ad negociationem, quam in emptionē prædiorum, quod si forte male succedat consilium, mandati non tenetur ipse qui mādauit. Quia mandatarius libertatē habebat, vt discerneret quod sibi magis expediebat. At vero mādātū tenetur qui mādauit tibi vt pecuniam Titio feneratoris, nam hoc mādātum obligatorium est ex Sabini sententia. Expirat mādātum, si re integra mādans vltimū clausit diem. Tūc autē res dicitur integra secundum iurifconsultos leguleos, quando lite nondum cōtestata mādans, vel delegans clausit postreituū vitæ suæ diē. At vero iuxta sacros canones, res dicitur integra quando non fuit incepta iurisdictionis executio. At tūc incipitur quando fuit citatio ante mortem delegantis, ex. c. relatum & ex. ca. gratum de officio & potest. iudicis delegati. verū tamen Inst. de mandatis. §. recte. res tūc dicitur integra quando nihil quod ad mādātū consummationem attinet, vel factum, vel inchoatum sit.

LIB.

Quid mādātum apud iurifconsultos.

Legatū fidei cōmissū quid sit & differant.

LIBER SEXTVS

Praxis Theologicæ, de Contractibus, & Restitutionibus.

CAPVT PRIMVM, QVID sit donatio & quæ sunt quæ eam concernunt.



Distincto domino duce hæcenus de contractibus onerosis differuimus libris quinque iam exactis, hoc vero libro, de contractibus lucratiuis discrete institui. Iuris autem cōsulit diducunt donationem, aliam tradētes esse causā mortis, quæ propter mortis sit suspensionem, cum quis ita donat vt si quid humanitas ei contigerit, videlicet, si morte de medio tollatur, habeat qui acceperit, quod ipse illi donat sin autem superuixerit qui donat, donatio sit inanis, aut si prius decesserit cui donatum est, & hæc donatio legatum est, aut legatis connumeratur. Alia vero est donatio quæ sine vlla mortis cogitatione fit quam inter viuos appellamus, & ista donatio est simpliciter, quæ si perfecta fuerit temerē reuocari non potest Inst. de donationibus. §. est. & §. alia.

¶ Onerosi autem contractus & lucratiui differentiam, libro primo exposui. Est autem donatio simpliciter contractus lucratiuus, siquidem gratis donatur quidquid donatur, aut donari promittitur, ideoque donatarius ex dono reportat lucrum. Siquidem, ad nihil persolūdum ciuili obligatione tenetur. Tametsi ad gratitudinem exhibendam suo donatori, propter donum exhibitum obligatione naturali, constringitur vt ex dictis patebit.

¶ Ad donationem porro, multa concurrunt, vt sit perfecta donatio. Nempe quod donator sit potens donare, qualis nō est mente captus, aut infans, aut prodigus cui dat iudicis auctoritate curator.

¶ Et quod de suo donet, & non de alieno. Aliena enim, nemo potest in alium conferre siue donando siue aliās.

¶ Et quod sponte donet. Namque coacta vi, donatio aut ex ignorantia facta, cum non sit voluntaria ex parte donatoris, non est donatio.

¶ Rursus, & quod ex nullis præcedentibus meritis, propter nullamque sufficentem substantentē; fiat causam. Enimvero si subsistit causa donationis, iam non est donatio, sed meritatorum retributio. Et ideo non esset donatio, quia gratis nō fieret, id quod est necessarium ad donationem, vnde legimus apud Lucam. 7. Non habentibus illis, vnde redderent donauit vtrisque. Quia igitur debitoribus qui non erant soluendo, remisit gratis debitum creditor, ideo ait, donatum esse eis debitum. Et in Gene. 33. ait Iacob, paruos suos, esse sibi donatos à Deo. Et enim vniuersæ creaturæ sunt ex dono Dei creatæ. Namque nulla præxiterit mundi merita, vnde Deus motus mundum conderet, quia cum nihil esset merita nulla erant, sed ex sua eximia munificentia, omnibus rebus dedit esse, viuere autem viuentibus, & sentire sentientibus, & intelligere intelligentibus, ideo recte dixit, Iacob filios suos, sibi esse à Deo donatos. Et Paulus Acto. 27. animas omnes siue vitas eorum, qui erant secum in nauigio, dicit sibi esse à Deo donatas, quippe, quia erant in Pauli societate, placuit Deo, à tempestate maris illas eas seruare.

¶ Vnde non impedit donationis rationem, si ob aliquam rationem, donatio fiat, sicut propter preces, vel ob aliās congruitates. Enimvero si dederit pauperi potenti elemosy-

nam non ideo, quia dedi propter petitionem, & preces eius ideo soluitur donationis ratio.

¶ Vnde notanter aiebam donationem fiendam, non propter merita, aut causam quæ proprie sit meritoria. Nam que si ob congruentias aliquas fiat, non ideo non est donatio, vt Paulo donata sunt animæ, Deo sospitante eas propter Pauli confortium, fuit enim congruum, vt cum conuigantes, agnoscerent, quanti erat Paulus apud Deum ob cuius gratiam Deus sospitabat tot, à tanto, & tam sequissimo maris periculo, & nihilominus quia hoc dare Paulo, non cadebat sub merito Pauli condigni, sed sub quadam congruentia, ideo gratis dabatur, & ideo donabatur, vnde si quis propter consanguinitatē, aut affinitatem, aut ob amicitiam dat non ideo non est donatio. Donationem, igitur gratis factam, quam scriptura vocat gratiam, donationem si dixeris non errabis.

Rom. 6. ad Rom. 3.

¶ Vnde illud. 1. Cor. 15. gratia Dei sum, id quod sum. Et gratia Dei vita æterna, & iustificati gratis, per gratiam ipsius, id est per donum, seu donationem Dei. Paulus enim sciens in fideles dignum supplicio æterno, Deus alioqui vocat, ex sua gratia ad euangelicam fidem, quæ ipse in seclabatur: sed occines, si gratia Dei vita æterna, igitur vita æterna, dono dat, quod si dono, igitur sine meritis reclamante Paulo, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, si vita æterna est corona iustitiæ, non est gratia, sed debitum præmium, vnde neq; donatio. Eodem accedit, si per penitentiam iustificamur, quomodo gratis iustificamur, si quidem per penitentiam lamenta promereri videtur iustificatio.

Paruuli sine merito iustificantur, & beantur.

¶ Respondetur, quod vtique vita æterna aliquando donatur, sine merito proprio, vt paruulis à baptismo continuo conuolantibus, ad paradisi gaudia in adultis vero, qui ex paganismo, vel Iudaismo veniunt ad baptismum, & si necessaria est attritio, at vero hæc non est meritoria iustificationis baptismalis vt in. 4. agendo de baptismo diximus, vnde vere si recte tincti sunt ex baptismita aqua, & statim moriuntur, gratis datur iustificatio, quia non ex meritis suis sed per lauacrum regenerationis Spiritus

santis, ad iustificationis gaudia deuehuntur. Quod si dixeris, beatitudo est præmium, igitur datur propter meritum, igitur non donatur. Respondebis, quod est præmium suscepti baptismatis, & ideo, quia suscipiendo baptismum, donantur fide iustificante, per gratiam, & Dei amorem, quem tunc baptismate tincti habent, ideo huic merito, respōdet vita æterna.

¶ Cæterum gratiam Dei, & charitatem non habuerunt ex merito proprio, sed solum per vim sacramenti.

Quomodo vita æterna donatur, & promeretur.

¶ Quocirca vita æterna est donum Dei, ex sua origine, quia gratia Dei est initiū vitæ æternæ at hæc gratis donatur, aliis non esset gratia, cæterū, quo ad confirmationem eius est iustitiæ præmium, in adultis, qui seruantur, in paruulis autem baptizatis, est præmium, solum propter merita Iesu Christi.

Penitentia sine gratia non iustificat.

¶ Porro autem, quod difficiliter intellectu est, sane in adultis fidelibus, qui necessario per penitentiam sunt iustificandi, sed respondetur, quod adhuc illi ex donatione Dei iustificantur, quoniam inefficax esset penitentia nostra, nisi ex gratia Dei formaretur ad iustificationem, vt in. 2. tomo. 4. demonstrauimus.

¶ Quod si adhuc insultaueris, elemosyna verè est donatio, verum hæc præmium habet æternum ergo non est liberalis datio, si quidem præmium fidelis ex ea sperat, iuxta verbum Saluatoris, centuplum accipietis Matth. 19.

Elemosyna est donatio perfecta, quia donatio perfecta, est per traditionem, & translationē rei in aliū, quæ reuocari non potest, & hæc donatio est respectu pauperis, à quo nihil sperat donator, verum tamen Deus est qui constituit præmia huiusmodi donationibus. At hoc non tollit donationis liberalitatem.

¶ Secundo dices, quod hæc præmia diuina sunt inuisibilia, ideo que hæc sperare, nō tollit donationis liberalitatem. Quia quamuis ex parte Dei sint longe certissima, ex liberalitate nostri arbitrii, facile est, ea non assequi.

¶ Per hæc vt arbitror, iam luceat natura donationis, vnde non ab re finitur, esse donationem liberalem, irredibilem. Quæ definitio est Theologorum, nam iuristi consulti

consulti, vltimam particulam, non constituant: quippe aliquando donatio, est reuocabilis, quando non est perfecta per rei traditionem, sed cepit solum per promissionem.

¶ Quod si datio est, necesse est, quod donator, sit dominus rei, quam donat. Namque. l. si filius. C. de donatio. nemo transfert, quod non habet, quod idem est ac si dixeris, nemo dat, quod non habet, vnde oportet, quod qui donat, de suo, non de alieno donet.

¶ Quod si est datio liberalis, necesse est, quod sponte detur & si sponte, neq; ignoranter, neque coactē, dabitur ex. l. Neque ignorans. C. eodem. Neq; ignorans, neque inuitus, quispiam donat. ff. de regul. iuris. l. donari & ex. de dona. in principio. Donationem ait, procedere ex animi nobilitate, & ideo debere esse spontaneam, alias quomodo esset liberalis, si spontanea non esset? Hinc quoque inferitur, quod gratis est faciendā. Nam si non gratis, non esset contractus lucrativus, sed onerosus, consonat cum istis, diffinitio, quæ constituitur. l. 1. tit. 4. par. 5. scilicet donatio est beneficium, ex cordis nobilitate procedens, quando ex nulla obligatione, aut cogente necessitate fit. Namque vt diximus, si coactio, vel necessitas impellit donantem, non est donatio. l. rem legatam. ff. de adi. lega. & l. 7. fori. tit. 12. lib. 3.

¶ Ex dictis inferitur, quod si donant, qui vel ex natura vel ex. l. l. sunt prohibiti donare, donatio non est. Natura tamen sunt, prohibiti, mente capti, si quidem isti, non sunt sui compotes, ideo que nec voluntarij iudicantur, sed potius inuoluntarij, vt ignorantes. Nisi habuerint lucida interualla, quibus respiciunt, & sanam gerunt mentem, tunc enim quia sunt sui compotes, ideo voluntarij, item infans, qui nescit loqui, natura prohibetur iudicari, non dum est mentis compotes, & ideo inuoluntarij sunt.

¶ A lege vero, prohibentur, & qui prodigus est modo, sit publicus prodigus, is autem cōsetur publicus prodigus, cui iudex dedit curatorem, ad distribuendū bona, quæ illi sunt autoritate iudicis interdita, vt diximus. 7. lib. c. vltim.

¶ Item etiam monachus, & seruus, à lege prohibentur. c. Non dicatis. 12. q. 2. itē

Idē. l. 5. fo. 11. l. 3. tit. 12.

que seruus, etiam si seruo concedatur libera peculij administratio. l. contra inris. §. fin. ff. de pactis. & ff. de donatio. l. si filius familias, itemq; à lege prohibentur filius, vel nepos, qui sunt sub potestate patris, aut auj, quia non possunt donare, nisi ex autoritate eius sub cuius potestate degunt. Nisi de bonis castrensis vel quasi, vt miles, ex his, quæ sibi parauit ex stipendio regio militari sub rege, vel alio principe, vel qui sibi parasset bona ex officijs regijs, quæ administrat, vel ex donatione regis, vel amici vel ex dono domini, vel consanguinei, aut ex legato, aut ex magisterio. Huiusmodi em̄ bona, quæ sunt castrensis, vel quasi, libere filiorum administrationi subdantur, ideo pro donandis istis, non egent autoritate eorum sub quibus degunt.

De istis bonis Castrensis, vel quasi vt de. l. 3. tit. 9. lib. 5. recco.

¶ Porro pater filio si faciat donationem simplicem, non valebit donatio, quia post mortem patris, bona donata sunt deducenda in cumulum cum alijs bonis patris, & ex æquo diuidenda inter filios. Nisi facta fuerit donatio, ad militiam, scilicet, ad constituendum filium militem, qualia sunt arma equus, epiphia equorum ornamenta, &c. quæ donari possunt à patre, item si pater dono dat libros filio suo, vt dicat scientiam aliquam. Et nihil refert, quous sit hæc, vel illa scientia. Siquidē lex indicata nō limitat scientiam: sed vniuersaliter ait, quod patri est facultas donandi filio, ad discendam aliquā scientiam, vel libros per quos discat.

L. 2. tit. 4. par. 5.

¶ Vnde videtur ex hac lege. 2. ex tribus causis posse donare patre filio, vel vt constituitur miles, si quidē hæc donatio fauet bono publico. Namq; militans, ex sua militia ab hostibus defendit suā rem publicā. ¶ Item. 2. si donat gratia literarij studij vt si donat ei mercedem, dandā pro impensa à magistro operari: tertio, si donauerit libros, per quos discat literas. ¶ Et si hæc secunda causa connexa est secunde. Nā scholasticus studens sine libris habet aquam ex tetro. ¶ At vero, librorū hæc donatio est controuersa iuriscōsultis. Nā que donatio, est datio spontanea, at librorū datio nō videt spontanea. Nāq; studeti necessarij sunt libri per quos discat, quod discere instituit. Et est arg. Angel. in. l. l. l. licet. C. de ill. colu. contra Ball. filij, cuius, vers. 5. famil. heret. ¶ At ratio hæc

Tres cause ex quibus pater donare potest filio.

angeli, non est angelica. Quando quidē si antecedens est donatum, item & consequens, quod ab eo necessario inferitur, ut si Deus donat charitatem peccatori, unde sequitur peccatorum remissio, uti que etiam Deus remittit peccata gratis. Namq; diuina scriptura, vtrumq; tradit esse à Deo gratis donatum.

¶ Itidē si dono tibi pecuniā, unde emas panē, panem quē emisti, item dono recepisti. Quando quidē in virtute donati antecedens, cōprehenditur donatio cōsequens, unde Paulus ad Rom. 8. ait quomodo etiā non cū illo, omnia nobis donauit; itaq; donando nobis Christū, implicite nobis à Deo cetera quæ gratiæ sunt nobis donantur. **¶** Qui donat igitur antecedens, implicite donat cōsequens, ut etiam qui vendit antecedēs. v. g. seruū vendit etiā vestē, ex qua tegit sua mēbra seruus, quæ venditio consequitur ad venditionem serui. **¶** Sunt aut quædam quæ pater tribuit filio, quæ quia necessaria sunt, ideo non donantur, ut alimentā, alia vero sunt, quæ etiā sunt quodam modo necessaria, nihilominus donabilia sunt, quia sunt necessaria solum ex hypothesi, non ad fouendam vitam filiorum, sed ad promouendos honores eorū, qualia sunt libri, pro studijs literarū. Hæc enim dicuntur necessaria ex hypothēsi, nam supposito, quod pater destinet filium, ad perdiscendas literas, inde fit quod necessario est donandus libris, nā student sine libris haurit aquā cribro, sicut, & donandus est mercede soluenda magistro, literario. Et equidem, quia literarum studia, hominem reddunt nobilem, & cum nobilitatē, sicut studia militaria, sane sunt arma studentium libri, ut sunt arma militū, clypeus, ensis, galea, &c. ideo hæc omnia iuste donantur, & valida est horum donatio, & equidem supposito, quod pater destinet filium militaribus disciplinis necessario illum instruet armis discipline militari exercendæ necessarijs, nihilominus donatio est, ita in proposito, libri autē, qui non pertinent ad scientiam quam profitentur, non sunt donandi, de gradibus autem, scilicet, Baccæ laureatæ, & reliquis lex non disposuit.

¶ Sed quid si pater meliorauit filium, & ipsum in bonis pretulit ceteris fratribus sicut fecit Iacob, Ioseph filio suo, cui iam

iam moriturus dixit, do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli, de manu Amorrhæi, in gladio, & arcu meo Gen. 48. & hæc donatio fuit facta sub morte, nam alia donatio dicitur fieri ex contractu inter viuos, de huiusmodi autē donationibus, & alijs hoc genus **¶** Habetur in lib. recop. 5. tit. 6. l. 1. quod omnis donatio facta ex tertia bonorū parte seu melioratio, à patre, alicui filiorum suorum, siue sit sub sua potestate, siue non, siue fiat ex contractu, siue ex testamēto, potest reuocari, à donatore patre, tantisperdum viuit. Excepto nisi facta donatione vel melioratione per contractum inter viuos, tradita fuerit res, unde melioratur filius, in possessione eius. si rei, vel rerum in ipsa tertia bonorum parte contentarum, siue filius acceperit possessionem huiusmodi rei, siue alius ex nomine eius. **¶** Vel secundo, si coram tabellione scripturam de huiusmodi melioratione filio tradiderit pater.

¶ Vel tertio, si talis contractus meliorationis fuit celebratus ex titulo oneroso, videlicet propter nuptias, vel ex alio simili, in istis casibus donatio istiusmodi valebit, extra hos inuvalida est, itē & aui possunt huiusmodi donationem facere nepotibus, etiā viuētib; parentibus. ex. l. 2. ibidem. **¶** Rursus parces possunt signare, in proprijs bonis quoad. 5. & 3. partē, unde volunt facere donationem filijs, ipsi tamen hoc debēt præstare, & non per interpositam personam. Et hoc possunt ipsi facere, quandiu viuunt, vel sub morte ipsorum, siue parentes sint, siue aui, modo tamen, tertia pars, quæ illis signabitur, nō excedat, tertiam partē omnium bonorum patris, vel aui signantis non excedat inquam valorē tertiæ partis omnium bonorum secundum æstimationem, quam habent omnia huiusmodi bona, sub tempore mortis patris, vel aui, huiusmodi autem signatio tertiæ partis, & quintæ partis, faciēda nulli alteri potest committi. ex. l. 3. **¶** Ex. l. autē. 4. ibidē cōstituitur, quod reliqui hæredes, excepto meliorato, seu donatario ex melioratione æstimatione, huiusmodi tertiæ, & quintæ partis donatorū, nō possint ex pecunia repēdere, sed in eis dē partibus signatis, ab ipso testatore, est introducendus filius, vel nepos melioratus, & non in alijs. Quod si non

ll. quædam nostri regni de donationibus quas faciunt parentes, vel aui filios vel nepotes Hispaniæ regis.

si non fuerit signata à testatore huiusmodi partes, in parte substantiæ dimissæ à testatore teneatur reliqui hæredes, huiusmodi meliorationem, consignare & tradere excepto, nisi huiusmodi substantia testatoris, non facile est partibilis, vel male est diuisibilis, tunc enim reliqui hæredes, possunt tertiam, & quintam partē ex pecunia recompensare. **¶** Ex lege autem. 5. habetur, quod huiusmodi donatarij ex melioratione parētum, vel auorum poterunt, si volent repudiare hæreditatem patriæ, & acceptam habere huiusmodi meliorationem. Modo tamen, primo soluuntur debita testatoris & pro rata extrahantur, à dicta donatione. Debita inquam quæ sub tempore partitionis bonorum defuncti demonstrata fuerint, similiterque ad reliqua quæ postea apparuerint debita ipsi meliorati soluantur pro rata teneantur. At vero in l. 10. tit. 6. lib. 5. Recopil. traditur, *Si el padre, o la madre en testamento, &c.* vel in quacunque alia vltima voluntate vel ex alio quouis contractu inter viuos fecerint aliquam donationem alicui filiorū suorū, vel alicui ex descēdētibus, etsi taceant se illum meliorare, vel in tertia parte bonorum suorum, vel in quinta parte subintelligitur tamen, quod ipsum meliorem reddunt in tertia parte, & quinta suorum bonorum secundum exigentiā bonorum prædictorum. Itaque neque hunc, neque alium meliorem possunt facere ex bonis suis excedendo valorem tertiæ partis & quintæ.

¶ Unde filius melioratus, aut nepos, seu donatus non potest excedere huiusmodi donationis prædictam quantitatem bonorum, ceterum in l. 1. tit. 6. lib. 5. indicato, subditur, patrem, vel matrem posse imponere quoduis grauamen huiusmodi melioratis, modo hoc faciant inter descendentes suos legitimos.

¶ Et ibidem. l. 9. eiusdem tit. 6. & lib. 5. Recop. sancitur, quod si huiusmodi melioratio, non extrahatur ex dotibus, & donationibus propter nuptias neque ex alijs donationibus quas filij traxerint in collationem vel partitionem bonorum. Et causa est, etenim postquam mater vel pater quemquam filiorum donauit aliqua donatione suorum bonorum aut filiam dotauit, huiusmodi filio, vel filia iā

est acquisitum ius, & tunc fit patrimonium eius, quocirca si alium meliorare disposuerit, erit melioratio de residuis bonis. Et rursus, quia bona quæ adducuntur in collationem, vel partitionem, iam non sunt patris vel matris, & ideo de illis non fit melioratio: unde ex donatione, vel dote, quæ veniunt in collationem, non deducitur, neque detrahitur melioratio. Huiusmodi autem meliorationes in tertia parte bonorum, ut prædiximus ex. l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil. reuocari possunt ab ipsis parētibus, vel aui, siue sint filij, vel nepotes sub potestate ipsorum, siue non, siue ex contractu, siue ex testamento reuocari quandiu viuunt, nisi iuxta. l. 17. Tauri, vbi habetur quod si facta fuerit traditio rei donatæ, non potest reuocari, igitur si meliorat⁹ accepit possessionem, eius rei unde est melioratus in tertia parte bonorum ex contractu inter viuos, acceperit inquam, possessio nē per se vel per aliū & autoritate illius, cetera leges. l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil.

¶ Contra vero ex iure communi decernitur in l. donationes in concubinam. 5. si pater. ff. de dona. & in l. siue emancipatis. C. de donationib; vbi traditur quod si filio non emancipato facta fuerit à patre donatio, si post emancipationē non quassatur irreuocabilis est. Et in. l. Parti. commemoratis, idem cōstituitur quod in prædicta. l. C. quod, scilicet filius sub patria potestate degens, non est capax donationis sibi faciendæ à patre, nisi ob militiam donentur arma & equi, vel ad discendam scientiā donentur libri. Quia tunc talis donatio est valida, neque talis donatio deducenda venit in collationem cum alijs paternis bonis, ut ceteræ donationes. Quoniam huiusmodi donationes simplices reputantur in legitimam filiorum notante Bart. in l. 1. 5. neque ca strense. col. 4. ff. de collationib; l. bono. & in l. in quartam. ff. ad leg. Falcidiam, cui quoque videtur astipulari. l. 4. tit. 15. Parti. sexta.

¶ Præfata autem iura vera esse ducuntur de donationibus, quæ sunt ex tertia, & quinta bonorum. Namque ex huiusmodi bonis, fas est donare filios. l. 1. tit. 8. libro. 5. Recopil. Namque ex huiusmodi bonis ut paulo ante tradebamus parentes possunt disponere quando viuunt,

Vide exceptiones supra expressas.

Meliorationes ex tertia, & quinta parte bonorum.

Meliorationes, Hispaniæ meiores.

Que dona-
tiones, vali-
de que in-
valida.

L. 7. titu. 8.
ll. 5. Reco-
pilar.

Quorū bo-
norum tercia
pars & quo-
rum quinta
pars in fa-
uorem ani-
mæ est di-
stribuenda.

Consuetu-
do Ciuita-
tensis oppi-
di.

boni ubi
in enu-
tatione

donando hæc, & quintam partem pos-
sunt donare filijs etiam spurij, ad alimē-
ta ipsorum, quam quoque expendenda
in fauorem animarū suarum post
mortē relinquere possunt. Et filius spur-
rius hæc gaudens quinta parte bono-
rum, poterit ea uti vult, quia est do-
minus eius, & pater sine viuendo, siue
sub morte eam potest donare huiusmo-
di filijs, & donatio tenet. l. 3. titu. 8. lib. 5.
Recopil. & est lex decima Taurina. Et
Iuriscōsulti plures credunt hanc dona-
tionem ad alimenta in ceteros forū, vel
spuriarum filiorum, debere fieri, & esse
validam etiam si legitimi filij extant, &
ex lege citata satis colligitur. Et itidem
l. prima, titu. 3. lib. 1. Recopil. descen-
dentes, qui non habent hæredes filios,
& habent ascendentes certiam partem
bonorum castrensium, vel quasi possunt
donare valent cui volent & donatio va-
lebit, siue interim dum viuunt, vel sub
morte, pro animabus relinquere decer-
nant expendendam. Ceteræ autem aliæ
duæ partes horum bonorum, sunt pa-
rentum, vel auorum suorum. Huiusmo-
di igitur leges regni Castellæ, quæ do-
cent, quæ donationes sunt validæ, quæ
invalidæ, & de quibus bonis, sunt facien-
dæ ut valeant, & de quibus bonis si fiât,
non sunt validæ, etiam sunt obseruan-
dæ in foro conscientia: quia iustæ leges
sunt, & tantisperdum obseruentur in fo-
ro ciuili, item in foro conscientia: sunt
non violandæ ideoque in regnis istis, is
qui trahitur donationibus istis, iuxta re-
gias. ll. tutam habet mentem, secundum
rationem donationis habendæ, qui ve-
ro contra non est tutus in conscientia.
Nisi consuetudo antiqua alicuius oppi-
di diuersum habeat, ut in oppido Ciuita-
tensis, melioratio sit filiorum, ex tertia &
quarta parte bonorum, & quarta expen-
ditur in fauorem animæ, & non quinta
bonorum defuncti pars. Quæuis huius-
modi donatio non longe excedit tertiã
& quintam partem bonorum: quippe
ex tertia & quarta refultat dimidiū bo-
norum in donationem, ut si ex. 12. su-
masterciam partem sunt quatuor, & si
ex. 8. restantibus accipias. 4. partē, sunt
duo quæ efficiunt. 6. At si ex. 15. sumas
tertiam partem sunt, 5. & si ex. 10. resi-
duis capias. 5. partem, sunt duo, quæ cō-

stituant. 7. at. 7. parunt distant à septem
cum dimidio quæ sunt dimidium. 15.
¶ Constituitur autem in. l. 13. tit. 6. Reco-
pil. lib. 5. quo quod cerei, sacra, & alia fa-
neralia quæ expenduntur omnia, cum
alijs legatis gratiosis, extrahantur, ex
quinta parte bonorum testatoris, & nō
ex alio corpore substantia: eius: etiam si
testator, contrarium iubeat.
¶ Itaque qui recipit meliorationis dona-
tionem, ad huiusmodi expendenda, ex
sua donatione tenetur in conscientia. Si
quidem iustam videtur, ut qui alijs here-
dibus, est prælatus à patre, & commo-
dum sentit ex donatione, item sentiat
& damnum, ex huiusmodi sumptibus, sa-
tis est em̄ quod alij hæredes priuati sunt
ex magna hæreditatis parte, ideo non
sunt onerandi ex funeralibus sumptibus.
¶ Hæc breuiter dixisse sufficiat, pro ra-
tione donationum, quas parentes in fi-
lios facere, aut non facere possunt, iam
vero de donationibus cōiugum, at exa-
mus, etiam breuiculus sermone. Nam
futura prohibet donationes, inter pa-
rentes & liberos, quia reputatur vna pro
sona. C. de nupt. & alijs substit. l. vltima.
& 35. quæst. 3. §. hac autoritate, excepti
autem sunt supra casus, quibus inter pa-
rentes, & liberos, non sunt donationes
inofficiose, sed officiose, & validæ, ita
quoque inter virum, & vxorem, prohibi-
tæ sunt donationes, nisi sub certis casu-
bus, ut traditur. ff. de donat. inter virū &
vxor. l. 1. 2. & 3. Et auth. quibus modis
natur. efficiantur legitimi. Extra autē de
donatio. c. donatio. traditur, quod dona-
tio constante matrimonio inter coniu-
ges facta, ex quo alter locupletior, alter
vero redditur pauperior firmitatē non
habet, nisi donatoris obitu confirmetur
quæ tamē penitus euanescit, si reuoce-
tur à donatore, vel tacite vel expresse,
vel si is, qui est donatarius, obierit. ¶ Por-
ro lex regij fori. 3. tit. 12. lib. 3. ad hæc ra-
tionem de huiusmodi donationibus in-
ter virum & vxorem disponit. ¶ Si mari-
tus voluerit donare aliquid mulieri aut
mulier viro valeat donatio, si facta fuerit
donatio exacto anno celebrati matri-
monij, & nō ante præteritionē primi an-
ni matrimonij, celebrati inter eos. Quod
si post huiusmodi donationē cōposue-
rit proles, donatio nō sit valida, excepto,
ex quin-

De dona-
tionib' in-
ter virū &
vxorem.

Lex fori vl-
tione de le-
gatione ca-

ex quinta parte bonorū. Nā quoad hæc
quintā partē valebit donatio prius facta.
¶ Si vero antequam celebrauerint nu-
ptias, sed sub sponsalibus de futuro, ali-
quid donauerit sponsus sponsæ, hæc do-
natio non soluitur, propter succeden-
tem prolem, ex celebrato post donatio-
nem matrimonio.
¶ Quod si maritus, diem clauserit extre-
mum, vxore superstite, prægnante tam-
en, & proles nascatur posthuma parti-
tio fiat ex æquo, cum alijs fratribus si su-
perstites fuerint (subaudi ex alio matri-
monio. Quod si non superfuerint liberi
ex parte patris defuncti, qui viuendo,
donauerat quod suum erat alicui, quia li-
beris carebat, ut verbi gratia, videns se
orbatum liberis, vxori, vel ecclesiæ alicui
vel hospitali, aut monasterio, vel a-
liis fecerat donationē pro tempore mor-
tis suæ: tunc is cui facta fuit donatio, ob-
tinebit quartam partem bonorum, &
posthumi filius, reliquas tres hæredita-
bit, vnde ex ista lege, donatio facta ex-
traneo, per naturam filij non reuoca-
tur, ex toto, sed solum quoad partem le-
gitimam.
¶ Item habetur, quod donatio facta in-
ter sponsū, & sponsam valet, quia an-
te matrimonium facta: cui consentit. l.
inter eos. ff. de dona. inter virum & vxor.
¶ Oportet autem intelligere. l. hanc mo-
do matrimonium sequatur, ut notatur
ex cap. finali supra indicato, de dona. in-
ter virum & vxorem. vbi habetur, quod
si donatio fit propter nuptias soluto ma-
trimonio, reddit donatio ad virum, ut
dos regreditur ad vxorem. Et idem erit
si non celebretur matrimonium inter
sponsū, & sponsam. Namque celebra-
di matrimonij gratia videtur facta dona-
tio, inter sponsū & sponsam. Quocir-
ca non adepto sine, cessare debet mediū
quod ad ipsum ordinabatur.
¶ Rursus ex hæc lege fori, videre poteris
quod filij posthumi priuantur, quarta
bonorum patris, qui donauerat omnia
bona extraneis, quia se videbat orba-
tum filijs: at vero, filij nati ante mortem
patris, qui donauerat itē extraneo sua
bona, quia desperabat prolem, orban-
tur solum quinta parte bonorum patris
quam assequitur ex vi donationis dona-
tarius extraneus.

Donatio fa-
cta extra-
neo non re-
uocat om-
nia perna-
tuitatem si-
lij.

Filij po-
sthumis, nō
nocet dona-
tio facta ex-
traneo nisi
in quarta
parte.

¶ At vero miraberis forsā, quæ sit
hoc, quod hæc lex decernit, cum in. l. se-
ptima. ibidem contrarium videtur deci-
di, quæ sic habet vertendo, ut soleo, eam
in sermone Latinum, item iubemus,
quod si aliquis homo fecerit donatio-
nem omnium bonorum suorum, si qui-
dē non habuerit filios, non valeat. Quod
si filios habuerit vel nepotes vel prone-
potes, vel infra hos, non contingat dona-
tario, nisi quinta pars bonorum suo-
rū. Porro Iuriscōsulti quidam credunt,
quod donatio omnium bonorum præ-
sentium, & futurorum sit inuvalida, eo
quod ad eam rationem donans, reddit
se intestabilem.
¶ At vero si simpliciter dicat se donare
omnia bona, subauditur solum de præ-
sentibus. Et valet donatio, quia non ob-
hoc, se reddit intestabilem, quia lex præ-
sumit paraturum alia bona, vnde testa-
mentum condere sit potens, ut colligi-
tur ex. l. si ita. ff. de auro & argen. lega. &
l. si defunctus. C. arbi. tu.
¶ Vnde inferunt, quod si quis simpliciter
donet hæreditatem suam, donatio-
nem esse inofficiosam. Siquidē ex hoc,
à se ablegat facultatem testandi quod est
dictu, reddit se non testatuum, quod
ipsi dicunt intestabilem.
¶ Verum si donat bona sua, tam præ-
sentia quam futura retento sibi vnde te-
stari valeat, tradit valere donationem.
¶ Vnde discrimen latum est inter hæc
duo, dono hæreditatem meam, aut bo-
na mea; quia hoc postremum refertur
ad præsentia, illud vero etiam ad futura.
¶ Vnde etiam valebit, si quis donet me-
diam partem bonorum suorum, post-
quam vita excesserit. Et tunc obseruan-
dus erit valor medietatis quam posside-
bat bonorum, pro tempore contractus
etiam si assumat post mortem effectura
donatio, quia obligata remanet medie-
tas bonorum donatario: ceterum obser-
uatur ad valorem tempus contractus:
Ideo fortassis dicitur, quod lex præfata,
non intelligitur de donatione omnium
bonorum præsentium, & futurorum. l.
autem Recopil. 5. titu. 10. l. 8. habetur
quod donatio omnium bonorum præ-
sentium non valeat. At vero. l. 8. titu. 4.
In legibus
Tauri cap.
692
do ho-

Donatio
omniū bo-
norum an
valeat.

In legibus
Tauri cap.
692
do ho-

Donatio
praesentium
bonorum non
valet, si sit
omnium.

do homines, non quia non habent prolem, neque spem habendi donationes faciunt, ideo disponimus, quod si eo casu, vel omnia quae habent sua aut partem eorum donauerint & post haec accidat, quod ex vxore sua legitima quam ducant postea obtinuerint prolem, siue filium, siue filiam. Tunc sane simul atque obtinuerint prolem, donatio est inualida: & ratio huius legis est, quia quilibet nult dare sua suis liberis, quam extraneis: vnde si cogitasset de liberis habendis, aut speraret prolem lex praesumit, ex communiter accidentibus, quod tale donationem non faceret.

¶ Quocirca cessante causa, cessat effectus, quapropter simul atque adest proles legitima donatio euacuatur. ¶ Subdit statim, si vero habens iam filios, fecerit donationem, valeat eatenus donatio, quatenus non laedat legitimam filiorum. ¶ Lex autem fori expressit valere, secundum quintam partem bonorum. Multae porro sunt concertationes Legistarum, super hac lege, quae in medium proferre non libuit, sed opus esse duxi facti: vt sermo ad lineam, vnde digressus est scilicet, de utilitate, aut inutilitate donationis inter virum, & vxorem regredia- tur. ¶ Et induximus capitulum postremum, de donat. inter vir. & vxor. cui, l. 4. titul. 1. 1. 4. Part. h. g. si videatur, nam postquam dixerat. l. 1. duplicem esse huiusmodi donationem, aliam propter nuptias celebrandas, quas Hispanus sermo vocat, *arras*, etsi ex iure communi, arrabo, pignus significat, obligas dantem, ad implendum nuptias promissas, quod perdebat non implens.

¶ Sed apud Hispanos, donatio propter nuptias, est arras. Praeter hanc autem donationem, quae utilis est, est alia donatio inter virum & vxorem, non propter nuptias, quippe quae iam sunt celebratae, sed si ex mutuo amore, sibi inuicem largiuntur munera. Propterea, si matrimonio iam celebrato, eas fecerint donationes, non sunt validae, si alter coniugum, ex illa donatione reddatur ditior, quam alter itaque donator coniux efficiatur pauperior, & donatarius coniux reddatur locupletior. Et hoc idem constituitur ex iure communi, vt. l. si sponsus, §. concessa. & in l. quod autem, §. si, quod

Donatio
propter nu-
ptias quid
Hispanis,
& quid ex
iure commu-
ni.

intelligunt Iurisconsulti, quod sit locupletior, verbi gratia, vxor tempore mortis mariti, vnde si accepit centum dono, a marito, & hora mortis, iam consumpsit rat vxor, §. o. huiusmodi §. o. sunt restituta da haeredibus mariti, quod si vxor non restituit, quia non restituens moritur, haeres tunc vxoris, eadem obligatione tenetur.

¶ Quod si fortassis, ea iam insumpsisset, illa tenetur nihilominus restituere: vxor nanque potest praediacare marito insumendo donationem, at haeres nequit praediacare, vt. l. quod de bonis. §. ex donationibus. Verum addit lex commemorata, exceptiones quasdam, videlicet valere donationem huiusmodi, si ante mortem non reuocatur, quia tunc morte confirmatur, & est tacita confirmatio.

¶ At vero, si viuendo reuocatur (modo se reuocasse non poeniteat) vel expresse si dixerim, nolo hanc a me tibi factam donationem esse validam, sed eam reuoco, vel tacite, si nihil exprimens, quod donat, alteri vel donat, vel vendit vel pignori alteri tribuit, aut locat, &c. vel si donatarius, priusquam donator interierit, tunc est tacita reuocatio.

¶ Lex autem sexta ibidem explicat, quando non fit pauperior coniux ex donatione, utpote si maritus instituit haeres ab alio quopiam, a quo rogatur, vt haeredem vxorem instituat. At vir repudians haereditatem antequam possideat haereditatem, illam donat vxori tunc sane donatio valet, siquidem ex donatione, non fit pauperior vir, quippe etsi habet ius in haereditatem, at nondum possidebat eam: & ius in haereditatem non facit cum actu ditiozem, sed in potentia. At lex non considerat modo potentiam, ad opes maiores habendas, sed solum actum habendi. Item si vir repudiet legatum, vt maneat penes vxorem oneratum, pro legato praestando. Et concordat cum hac lege. l. si sponsus. §. si maritus. & §. si quis. ff. de donationibus. & rursus inquit. l. praefata Partita. quod si vir donasset vxori, aliquid quod non esset viri, quod tunc ob eandem causam valeret donatio, quia sic donando, non efficeretur ipse pauperior, vnde videtur quod etsi alter coniugum fiat locupletior ex donatione si alter non redditur

Reuocatio
donationis
duplex aut
tacita, aut
expres-
sa.

paup-

Dubium
primum.

pauperior quae donatio valet. ff. eod. sed etsi constante, vnde valeret si esset donatio reciproca. Rursus si pauperior fiat donator & accipiens non fiat locupletior tenet donatio, vt si accipiens pecuniam, emerit inde vnguenta. ff. eodem §. quod autem. §. primo. sunt & alij casus quibus valet hoc genus donatio, apud Iurisconsultos, quos referre piget: habes quoque in glossa ad cap. vlti. de donat. inter virum & vxorem.

An dona-
tio inoffi-
ciosa ex le-
ge, ex iura-
mento ad-
fecto redda-
tur vultis.

¶ Sed dubium primum est, quid si coniux firmasset iuramento donationem, nuquid firmaretur id temporis iuramento? Respondebis firmari ex iuramento, vt enim supra dicebamus, quando obseruatio iuramenti, fieri potest salua & incolumi conscientia, si addatur contractui, aliis ex. l. inutili, si iuramento, vt diximus de donationibus minorum. Tale est huiusmodi iuramentum, quia quauis lex, in officio faciat huiusmodi donationem, ceterum non intellexit lex, quando donatio roboraretur iuramento. Et demum melius est, prauidicare legi, quam iuramento, siquidem non seruando legem, cogente iuramento interposito, nihil agimus iniquum. At si legem obseruarem tunc, & iuramentum violarem, esse mus periuri.

¶ At vero Montaluis in glossa sua ad. l. fori. 7. lib. 3. titul. 1. 2. ait, si quis donat haereditatem suam simpliciter, non valet donatio, etiam cum iuramento, cum per hoc auferatur sibi libertas testandi.

¶ Porro, sibi auferre libertatem testandi fieri potest citra culpam, vt qui monachatum proficitur, aut militarem religionem, ideo se reddere impotentem ad testandum, de se nihil criminis habet, at vero violare iuramentum ex se malum est, item donare simpliciter non est malum, solum est malum, quia est lege humana prohibitum: at frangere religionem iuramenti, est de se malum: vnde videtur, quod talis haereditatis donatio si iuramento roboratur firma maneat. Et rursus, vt supra diximus, ex legibus Tau- rinae, cap. 69. Nemo potest donare omnia praesentia bona, sed irrita est ex lege huiusmodi donatio, ac si firmaretur iuramento, forsitan alicui videretur, validiorem esse.

¶ Porro certum est huiusmodi donatio-

nes vel haereditatis, vel omnium bonorum praesentium, & futurorum, vel omnium praesentium, esse prodigas donationes, quia sic donans est effusor suae substantiae, & ideo saltem sunt peccata venialia, iuramentum autem non potest esse vinculum ad peccatum committendum etiam veniale. Et ideo non valent. Antonius autem Gomez tomo. 2. ca. 46. de donationibus. nume. 8. diuersum autumat, ait enim quod donatio quantumcunque excessiua fuerit, etiam in sinuatione non celebratur, si tamen iuramento roboratur, valida est.

¶ Probat autem, quia talis donatio non tendit aduersus bonos mores, neque utilitati publicae aduersatur. Neque laedit conscientiam, aut salutis aeternae est impedimentum. Quo fit, si iuramentum, eam muniat, seruandam esse.

¶ Vocant autem Iurisconsulti excessiuam donationem, quae superat quingenta auri dipondia. Ex. l. porro sancimus. C. de donationibus. in principio. donatio excedens summam 300. solidorum, egebat in sinuatione. At summa haec fuit aucta, ex. l. penulti. §. fina. C. de donatio. Iuris autem consultis, adhuc plene non patet, quid vocabatur dipondium auri. Cuius item monetae facit mentionem. l. 9. titul. 4. Part. 5. sunt qui putent, dipondium auri, Hispanae *maravedi de oro*, esse monetam, Hispanis *Castellano*, moneta scilicet auri valens 14. regalia, quae iam recessit ab vsu commerciorum, vt & alia moneta Hispanis dicta *doblon*.

Donatio
omniu bono-
rum irri-
ta est etsi ta-
rameto fir-
metur.

Dipondia
auri.

¶ Alijs placet esse idem, quod ducatus aureus, prior autem opinio est verior. ¶ Decreuit igitur praefatus doctor, quod si excedat donatio hanc summam, ex iuramento tamen accedente solidari, aded, vt in sinuatione, non sit opus.

¶ Est autem in sinuatio manifestatio huius donationis, quae fit iudici: cui donator, exponit se velle Titio, verbi gratia, donare quantitatem numerorum praedictam, quam lex permittit donaturo donare. Id quod praesente tabellione agitur, qui acta redigit in scripta.

¶ In fauorem sui placiti conducit doctores, plerisque multos, vt Ioannem Andream in additio. ad Specula. in titul. de instru. edi. §. porro. versic. fina. & Abbatem in cap. cum contingat. de iuriam- do.

Quid sit la-
sinuatio la-
riticofolitis.

do.col.12.numer. 17. Itemque & alios, quos videre apud autorem commemoratum licebit. Tametsi in partem diuersam, in dicit Baldum in lillud. C. de sacrosanct. eccl. col. 5. & quaest. & Paulus de Castro. l. si quis pro eo. ff. de fidei iussoribus.

¶ At equidem donatio prodigalis, non simpliciter dicitur, sed respectu circumstantiarum, id est persone temporis, finis, &c. Quo fit, vt donatio quingentorum dipondiorum auri, non sit prodigalis donatio, respectu regis, aut opulentissimi alterius cuiusvis hominis. Vnde cum in Partic. l. in vniuersum fiat locutio, eo tempore, no erat prodigalis summa huius quantitatis, ideo que non indicat in sinuacione. Neque item est prodigalis hanc summam excedere, à quouis excedatur in fauorem captiuorum redimendorum, aut eccl. edificandæ, aut reparandæ, aut in Regis obsequia, vel ad dotem, vel ad donationem propter nuptias, vt ibidem. l. scilicet. 9. indicata commemoratur. Vnde inquit, quod huiusmodi donationes non egent in sinuacione, quod ibi dicitur, que se puen den haxer in carta, id est no egent scriptura, vel iudicis autoritate. Sicut neque Regis donationes, egent in sinuacione. Nam que huiusmodi donationes, quis sunt ad optimos fines, ideo non coarctantur ex lege: etsi quidam credunt, quod coarctatur vique ad quingentos solidos, nisi donatio pro captiuis redimendis, & remuneratoria. At. l. Parti. aliud in sinuat: itidem donatio potest considerari prodiga, habita ratione vnus temporis, quæ habita ratione alterius non esset prodiga, vt olim erat raritas pecunie in Hispania, & tunc pluri fiebant centum nummi aurei, quam modo quingenti, idcirco quæ forte si quis etiã duces homo quingentos aureos donasset nummos, totam substantiam donabat suam, & erat prodiga donatio, modo vero non esset, prodigus, qui illos donaret: etiam si no esset opulentissimus.

¶ Rursus, archiepiscopi, episcopi, duces, archiduces, &c. si donassent, plusquam sunt quingenti Castellani non reputantur, prodiga donatio; quia multo ampliora possident, ex quibus opulenter viuunt, imo est, respectu aliorum quasi exi-

gnum donare, quod tamen respectu aliorum clericorum, vel popularium, exiguum obtinentes censum, esset prodiga donatio.

¶ Ideo dixerim, quod si prodiga est donatio, etiam si iuramento firmetur inualida est. Quippe quæ habet materiam, quæ est peccatum veniale, quod opponitur bonis moribus: quia peccatum est. Profundere enim substantiam suam, veniale peccatum est, etiam si non vocatur ex alia mala circumstantia, de se malum est. Neque necessum esse putes, quod est de se malum omne esse peccatum criminale. Nam mendacium iocosum est, ex se malum, & tamen veniale est, vt & mendacium officiosum.

¶ Sin autem donatio, non sit prodiga, si firmetur iuramento, etsi aliàs esset inofficiosa, officiosa reddetur. Discernere autem huiusmodi, si prodiga est an liberalis à lege, & iudice pendet. Vnde si quis est publicus prodigus: & donaret ex propria autoritate donatio illa prodiga iudicatur, & ideo etiam si iuramenti religione roboretur, infirma manet, nulliusque efficaciz. Imo ipse donator peccatum admittit iuramentum addens: quia perinde est ac si peccare venialiter iurasset.

¶ Nisi quis forte dixerit, quod id temporis, quando quidem huic à iudice sit suorum bonorum administratio interdicta criminale esse, donare ex sua autoritate, contra iudicis autoritatem.

¶ Cæterum istud nihil ad rem, sufficit enim quod ex genere suo prodigere bona peccatum est, seu veniale, seu criminale, ex noua iudicis prohibitione.

¶ Iuramentum enim ad nullum peccatum admittendum poterit astringere. Non enim potest esse vinculum iniquitatis. ¶ At forsan denuò insultabis, dicens, veniale peccatum, non est in salutis detrimentum æternæ. Igitur tunc iuramentum illud obseruari poterit.

¶ Respondebo quauis venialia, no afferant, inimicitiam Dei, quia Dei amicitia admittunt: cæterum quia venialia sunt præter Dei amicitiam, & disponunt ad Dei inimicitiam, imo charitatem Dei remorantur, ne vltra progrediatur, & ne vehementius flammescat, ideo qui iurat se mendacium iocosum dicturum, peccat iurando & non tenetur iuramentum obseruare,

de iuramento in iudicio

Ventalla remorantur charitatem ne vehementius flammescat.

seruare, imo obseruando culpabilis esset.

¶ Quid quod venialia sunt cõtra bonos mores, vt pro dignitate contra liberales & magnificas actiones, mendacia omnia contra veritatem, quæ est virtus, &c. at iuramenti, tanta est religio, vt ex eo nihil mali, sit sperandum. Etsi hæc obseruas placitas vicia commemorata hætenus conciliabis.

¶ Quod si dubitas forsan circa prædicta quid si donatio huiusmodi excesserit summam illam 500. dipondiorum aureorum à lege præscriptam, nõquid etsi nulla sit quantum ad excessum à lege, nõquid erit valida, quoad summam, quæ à lege non prohibetur, etiam si fiat sine in sinuacione: Et videtur validã esse, siquidem vtile, non vitiat per inutile.

¶ Dubium tertium est an vxor, possit renuntiare lucris sub matrimonio celebrato, à viro parandis. Est namq; legum dispositio, quod lucra sint communia: & æquo libramine diuidantur matrimonio soluto. Quippe etsi viri paratur ope ra, at mulieris solertia & studio, conseruantur, parta à viro, & æqua est portio & parentis suo labore, & conseruantis sua diligentia, vt ex. 1. Regum capit. 36. habetur. Aqua ait Dauid portio erit, descendens ad prælium, & remanentis ad sarcinas. Est autem vir sicut qui descendit ad prælium, quippe qui ipse negotiatur foris: vxor vero intra domum confitens, est veluti sarcinas custo diens, idem traditur in libr. 5. Recopilat. tit. 9. l. 5. ca. 3. & est ius commune. Excipitur ab hac societate lucrorum id, quod vir, sibi parauerit ex hæreditate à patre, vel matre, vel ab alio sanguine propinquo, vel ex aliqua donatione, alicuius domini, volentis eum donare, aliquo dono, vel ex affini, vel amico, vel ex stipendio militari, si inquam ipse egit stipendia militaria sub Rege, vel sub alio quouis principe: verum si vir militiam exercuit, non stipendio Regis, vel aliorum, sed suo impendio & mulieris, tunc societas in lucris erit equa, idem dicitur de vxore, quia in relatis casibus, simili modo se habet, atque vir. Nonque huiusmodi dicuntur bona castrensia, vel quasi.

¶ Hoc igitur supposito propositam dubitationem intelliget lector, an videlicet vxor possit renuntiare hoc ius, scilicet, ha-

bendi æquam portionem, ex lucris matrimonialibus. Quæ Hispani dicuntur, bienes gananciales. Et ratio huius dubitationis est, quia donationes inter virum, & vxorem, sunt in officiosa, quando ex donatione, resultat, maior pauperitas in donante, & maior opulencia, in donatario. At vero, si vxor cedit iuri suo lucram di, cum marito, vti que videtur, quod fiat pauperior & vir ditior, quæ se orbat portione lucris sibi contingentis.

¶ Quod si dixeris, illa lucra sunt futura, & ideo contingentia, & forte erunt iacturæ, & non lucra, contra est, quia forte etiam erunt lucra, vt accidit sæpe, vnde renuntians huic iuri, se reddit pauperiorem vt videtur.

¶ Quippe etsi modo actu non fiat pauperior, at vero quia se facti impotentem ad lucra sibi alias obuentura, ideo peria de est, ac si iam actu efficeretur pauperior. Namque fac virum lucrari, durante matrimonio, tunc actu perdit illa.

¶ Confirmatur, quia facimus horum matrimonium dura se decennio, quo tempore vit multa, sua industria, & opera parauit, tunc queram num vxor poterit, renuntiare lucra hæc, vti que videtur, quod non possit, nam tunc hæc renuntiatio est donatio, vnde ipsa actu fit pauperior, id quod supra tradebamus secundum ius civile, & canonicum, non probari. Igitur, sicut lucra quæ iã actu sunt, non poterit renuntiare, neque etiam ius ad ea lucra quæ sunt in præoptu, vt à marito comparentur, poterit vxor renuntiare. At si dixeris renuntiatio huius iuris est in commodum vxoris, quippe asserit se se à soluendis debitis mariti, si cedit huiusmodi matrimonialibus lucris, quæ sunt veluti vxoris patrimonium, obijciam tibi, quia hoc potest ipsa soluto matrimonio, idque temporis damnum nullum vxori imminet.

¶ At vero si ante solutum matrimonium ipsa renuntiat, videtur quod huiusmodi renuntiatio sibi noxia sit, & viro. Quoniam ipsa segnior erit in asseruandis lucris istiusmodi, quippe quæ ad se iam non pertinent, vnde & viro etnolumentum, etsi proueniat, quia ex renuntiatione in ipsum acquirat ius in patrimonio vxoris, at vero ex parua, quæ videtur, tunc impendenda custodia nocumenti non

L. sanctim. s. alia v. ro. C. de do. nar.

no donatio nib. obseruare oportet personam tempus, & causam, & alias circustantias, vt exploratum sit esse prodigas vel liberales.

nō nihil refultat illi, maxime si essent mo-
bilia bona, quibus cedit in fauorem ma-
riti. ¶ Itemque si vir renuntiaffet in vxo-
rem partem sibi ex huiusmodi lucris cō-
tingentem, vxori impendebat nocumē-
tum non mediocriter: siquidem vir, vt po-
te qui nihil sibi lucrabatur, torperet ad
negotia factitanda, & res familiaris, non
augeretur, imo minueretur. Quod si di-
xeris, non torperet coniuges, ex hac re-
nuntiatione si haberent filios commu-
nes. Est sanē verum, at nunc, non hoc ca-
su pceditur, sed casu, quod orbatos eos
faciamus liberis. ¶ In contrariū est, quia
huiusmodi renuntiatio non est dona-
tio. Res hæc controuersa est Iurifconful-
tis, quod indicat Grego. Lopez. l. 5. titu.
1. 1. Part. 4. super verbo illo, *Orr. i. manera*,
quos aliqui recensere piget, quia rem
hanc breuiori institui, quo potero absol-
uere modo. ¶ Antonius porrō Gomez, loco
indicato, nu. 1. confessum sibi ha-
bet, vxorem posse renuntiare huiusmo-
di lucris, etsi Gregorio nō videatur pror-
sus cōfessum. ¶ Cæterum lex Taur. 60.
quæ comprehensa est l. 9. titu. 3. libr. 5.
Recopil. sic habet, quando mulier renun-
tauerit lucris, non teneatur soluere partem
aliquam debitorum, quibus fuerat
obnoxius extante matrimonio, quæ lex
etsi in prætextu videatur intelligenda
solutio matrimonio, cæterum exponen-
tibus Iurifconfulis, etiam venit intelli-
genda extante matrimonio, vt videlicet
vxor possit renuntiare bonis ex matri-
monio partis, & sub matrimonio para-
dis, quæ videlicet paratur ipso matrimo-
nio non soluto. Nam vxor in fauorem
mariti potest renuntiare lucra quæ sibi
possunt contingere ex matrimonio, aut
quæ contigerunt, vt Anto. Gomez ibi-
dem exposuit. Vnde infert mulierē, nō
gaudere dominio vero, id est irreuocabili,
sed ficto id est reuocabili horum bo-
norum. ¶ Vnde etiam potest fieri renun-
tatio, antequam contrahatur matrimo-
nium, vt accidit in hoc oppido Ciuitatē.
quidam diues negociator, duxit vxorē
pauperem, & antequam duceret cōuen-
tum est, vt mulier renuntiaffet lucris quæ
poterant sibi contingere ex matrimo-
nio ea tamen lege, vt vir si vita prius de-
funderetur, quandam portiunculā, suo-
rum bonorū legaret vxori in alimonias,

quoad ipsa viueret dantaxat. In hac vo-
cant sentent. Iurifconfuli quidam Ber-
nar. de donatio. inter vitam, & vxorem.
cap. 2. & Ro. der. Xuauez lib. titu. 3. de las
ganancias. lib. 3. fori. limita. 1. vers. quæ-
ritur. Et plerūque hæc renuntiatio acci-
dit, quando vir est mercator & diues, &
vxor pauper, quia tunc videtur consen-
tanea rationi hæc renuntiatio, siquidē
vir ex mercatura, magno & periculo, &
labore haultis, sibi parat diuitias, vnde
cum vxor fuerit pauper & orbati sint li-
beris, videtur æqua hæc renuntiatio, an-
te initum matrimonium: cæterum etiā
num matrimonio constante licet vxori
renuntiare partem domas emptæ à ma-
rito vel partem prædij, &c. sibi contin-
gentium ex lucris istis. Et Ioan. Matien-
zus explanans legē Taurinam supra cō-
memorata, indicat decisionē Rotæ an-
tiquam 342. hoc idem decernentē. Qua
propter siue, vt diximus sint lucra hæc
acquistā, siue acquirenda, siue solum
sit siue constans matrimonium vxor il-
la potest renuntiare. Quippe vt comme-
morabam, quanuis vxor horum lucro-
rum sit domina, & hæc sint eius patrimo-
nium, cæterum renuntiare hoc domi-
nium, & reuocare, & tenet renuntiatio,
vel reuocatio in vtroque foro.

Extante ma-
trimonio &
soluta mu-
lier potest
renuntiare
lucris ma-
trimonij.

CAPVT. II.

De impotentibus donare, ex crimi-
ne commissio.



Actenus p̄cecuti sumus, qui
erant inhabiles ad donandum
ex naturæ vitio vel infirmita-
te. Istis enim ius civile consu-
lens, impotentes esse donationibus ob-
eundis cōstituit alios vero inhabiles esse
ad donandum expressim ratione sta-
tus. Priores sunt pueri & stulti, postero-
res vero sunt monachi professi vel tac-
tē, vel expressē, itemque coniuges: illos
enim prohibet vel naturæ infirmitas vel
vitium hos vero status ne sint poten-
tes ad donandum. Nunc vero de illis est
differendum, quos iura ex patratō crimi-
ne, inhabiles reddunt ad donandū: sunt
istiusmodi, qui crimen læsæ maiestatis,
vel diuinæ, vel humanæ admittunt, qua-
les sunt hæretici omnes, qui fidem Iesu
Christi

Criminosi
excluduntur
à potestate
donandi.

Christi suis pestimis dogmatibus viola-
re student. Et hi quoque, qui regem occi-
derunt, aut percusserunt, aut proditores
regni fuerunt, vel sunt & sub crimine læ-
sæ maiestatis, etiā cōprehenduntur, qui re-
ginā, & principē, & infantes regis
cōsiliarios occidit, aut percudit. Itē qui
contra suos dominos facinus intentat,
etiamsi non sit rex, vt qui percitit, aut
occidit, aut proditores sunt dominorū
suorū, aut dominij ipsorū, quales subdi-
ti sunt qui dicitur vassalli, si simile quid
patrauerint, vt habetur l. 5. lib. 3. fori. tit.
1. 3. & colligitur. C. ad leg. Iuliam maiesta-
tis. l. fin. & l. 2. Part. 5. tit. 4. vbi etiā traditur
quod qui damnati sunt ad mortem ob
delicta sua, similiter sunt inhabiles ad do-
nandum, quando horum bona, sunt fisco
applicanda, item si quis est damna-
tus exilio perpetuo. ¶ Quanuis donatio-
nes ab istis factas, ante condemnationē
l. non reprobant, sed validas esse volūt,
& colligitur ex l. post contractum. ff. de
donatio. & in l. Part. edicta, idem tradi-
tur: vnde non est approbanda sententia
Odoiffredi credentis, huiusmodi delin-
quentium donationes, esse suspensas ea-
tenus, quatenus sententia proferatur à
iudice. Nam damnaante iudice, donatio
præterita, erat nulla, non damnaante, sed
iustificante donatio firmabatur. Itaque
donatio expectabat futurum rei euen-
tum. ¶ Verum lex commemorata, ne-
gat expectandum euentum sententiæ,
imò asserit, ante condemnationem esse
huiusmodi firmas donationes, & rectē,
quia quilibet præsumitur innocēs, dum
non probatur nocens, cum ergo ante cō-
demnationem, non sit probatus nocens,
ipse qui nocuit, præsumitur innocens,
ideo eius donatio valida est. ¶ Et si non
est hoc vniuersaliter verum, in omnibus
delictis, sed solū in ijs in quibus ipso iu-
re, non interdicitur administratio, vt est
regulare, ex l. aufertur. §. in reatu. ff. de
iure fisci, secus est autem, in ijs delictis in
quibus interdicitur, vt in l. ex iudiciorū.
ff. de accusationibus. & l. quæ situm. ff.
de accusacionibus. & l. quæ situm. ff.
qui, & à quibus. Nisi alienatio sit necessa-
ria pro alimentis delinquentium, carce-
ri decentorum, vel pro aduocatorum pa-
trocinio soluendo, vel pro scripturis cō-
dendis in defensionem eorum, vel eorum
quæ pertinent ad causam ipsorum, vt

Vt in pluri-
mum, pro-
pter deli-
cta, nō tol-
litur alle-
natio bono-
rū, ante cō-
demnationē.

In criminali-
bus læsæ ma-
iestatis pro-
hibet alie-
natio bono-
rum.

Iurifconfuli tradunt. Talia sunt crimina
læsæ maiestatis, siue diuinæ, vt est hæ-
resis, aut humanæ, vt est proditio regni,
vel eorum quæ regni iurisdictionē spe-
ctant, vnde hæreticorum bona ab ipso
die commissi criminis, sunt ipso iure
confiscata, & non possunt alienari, quo-
uis titulo, siue oneroso, siue gratuito,
vnde neque donari, aut vendi, &c. pos-
sunt, quia ius alienationes huiusmo-
di cassat, & irritas habet. C. de hæreti-
cis, & Manich. l. Manicheos. & 6. qua-
stione prima. §. verum. & extra de hæ-
reticis. c. ad abolendam. & ca. vergentis.
¶ Quæ tamen iura intelliguntur de hæ-
retico exteriori, qui iam euomuit suam
hæresim, non de mentali, nanque hic do-
nare, & reliquos contractus celebrare
poterit.
¶ Quanuis executio confiscationis, non
conceditur regi, vel principi quouisque,
condemnationi huiusmodi extet, hæreti-
ci per ecclesiam capit. cum secundum.
de hæreticis, in sexto.
¶ Quod si vendit hæreticus domū, vel
fundum vel quoduis aliud, ex substantia
sua, postquam damnatus fuerit de hæ-
si, effectus huius damnationis, retrotra-
hitur, operatur enim damnatio præsens
in alienationem præteritam, factam ab
hæretico, quippe declarat, ipsam fuisse
nullam.
¶ Nanque hæreticus à die commissi cri-
minis orbatus est iure vendendi, vel alie-
nandi sua, quoniam continuo ea ex iure
omnia amisit, sed suspensa est executio
ad damnationis horam. Ideoque iniqui-
fiter non tenentur restituere empto-
ri, qui emit quicquam ab hæretico, præ-
tium quod ei dedit. Quandoquidem ef-
fectus damnationis retrotrahitur, vt præ
diximus.
¶ Et sicut post damnationem, nihil pos-
sunt donare id quod est commune sibi
cum alijs delictis, morte dignis, ita quo-
que ante damnationem, à die commissi
criminis, id quod est in hoc genus cri-
minibus singulare. ¶ Obijcis forte, legē
Taur. c. 5. vbi datur facultas damnatis ad
mortem condendi testamenti, respōdetur,
quod ibidem exponitur exceptis ijs
quæ pertinent ad fiscum.
¶ Limitatur autē, quod paulō ante dixi
nisi ipsum pretium, vel aliquid loco pre-
tij, ex-

Quæ bona
ex iure sūt
confiscata.

Damnatio
hæretico-
rum retro-
trahitur in
alienatio-
nem præ-
teritam ab eo
factam.

Damnati possunt condere testamentum.

et, extet in bonis heretici. Quoniam si constaret, quod centum aurei verbi gratia, erant separati in arca heretici, ex quibus vendiderat domum illud emptori esset restituendum, de illis autem alibi erit opportuna disputatio. ¶ Tradunt etiam Iurisconsulti, donationem factam, etiam ab alijs criminosis, si fiat in fraudem fisci, et si fiat ante condemnationem, inutilem esse: quia in fraudem fisci facta est, ex. l. si aliquis. ff. de donat. causa mortis, vt si quis volens, se suspendere, ante suspendium donasset bona sua amicis, aut quibus libuisset, dein, sibi asciaisset mortem esset inualida ex causa predicta. Aduertens enim, ex delicto suo bona sua fore confiscanda, ideo praueniens confiscationem, illa donat, vnde donatio istiusmodi fraude fuit facta: quippe data opera fuit facta.

¶ Porro, qui nihil cogitans de facinore hoc suicidij bona sua amicis, vel consanguineis, aut alijs donaret, & postmodum sibi infert funestras manus, valebit donatio. Quandoquidem non fuit facta ad fisci fraudem, sed ex spontanea voluntate donantis consule. l. quae rei. in princip. ff. de bonis eorum, qui sibi mortem concuerunt.

¶ Adde istis, quod dos vxoris heretici, vxori afferatur illa: idemque videbitur alicui forte de bonis lucretiis, quae sub matrimonio parantur a viro, quorum medietas est vxoris, quae asseruantur vxori. Imo eo vsque illa medietas bonorum, acquiritur a viro vxori, ex. l. praefata facinorosus, quousque vir declaratur ex sententia damnatus tanquam facinorosus. Interim enim postquam lapsus est in crimen, et si sibi non lucratur, sed fisco, at vxori suam partem lucratur, vt habetur, ex libr. 5. Recopil. tit. 9, l. 10. Verum est tamen quod ibi non exponit de haereseos delicto. Quia sibi est sermo, de delictis, quibus poena est imposita ipso iure, aut quod idem est, de delictis, quae ipso iure habent confiscationis poenam, siue propterquam sunt confiscata bona ipso iure, qualia etiam sunt bona haereticorum.

¶ Vnde ex huiusmodi adiecto sermone videtur quod extendatur, etiam lex haec ad crimina laesae maiestatis humanae, si vero ad crimina etiam laesae maiestatis

diuinae porrigenda veniat, quandoquidem nihil excipit forte haesitabit aliquis. Porro de huiusmodi re, petendi sunt Iurisconsulti, ipsi enim te docebunt, an crimen haereseos, eandem subeat ratione, an forsan, propter immanitatem sceleris, sit à ceteris excipiendum, et si deote nulla est ambiguitas.

CAPVT. III.

De diuisione donationis.



Donatio ex. l. 3. titul. 4. Part. 5. multifaria diuiditur, est quaedam donatio pura, quae nulla afficitur conditione, verbi gratia, Dono tibi librum vestem, annulum. Est alia donatio non pura, vt si feceris, aut dixeris hoc vel illud, donabo tibi vestem, &c. Illa est absoluta donatio, haec est sub conditione.

¶ Tertius donationis modus est quando fit inter presentes, si vero inter absentes, est quartus modus. ¶ Vt autem inter absentes facta firmitatem obtineat, necesse est iuxta dispositionem huius legis, vt absentes, sint quodammodo praesentes vel epistola, vel nuntio. Porro, si res est donata, & non tradita vocatur donatio imperfecta, quippe quae nondum affecta est suum effectum: quo circa, si traditio est, tunc est perfecta, & ipsa traditio vocatur donum, Hispana tamen, & antiqua voce donatio: ceterum si imperfecta est, vel ipse donator, vel haeredes eius, tenentur eam perficere, rem tradendo donatario. Demum in donationibus hic est. II. modus, si donator ex donatione, multum detrimenti patitur in rebus suis, adeo vt alienis egeat, quia suorum fuit effusus, tunc liber est ab absoluenda donatione, secus si donatione facta, de residuo ipse sufficienter viuere potest donatio firma est.

¶ Sunt porro aliae diuisiones donationum, est enim quaedam donatio sub modo, quae est donatio ob causam finalem, vt dono tibi fundum, vt ex fructibus eius alas quosdam pauperes, aut viduas, quotannis exhibendo illis quosdam mensuras frumenti. Hanc donationem. l. sexta Part. commemorata vocat sub modo, imitando. l. Codicis, vbi est

Diffusio donationum.

Donatio reciproca, & donatio remuneratoria.

Conditio quomodo cunq; impletur purificat donationem.

vbi est titulus quidam de donationibus sub modo, itidemque sub modo est, si dono agrum, eo modo, vt redimantur captiui. Et saepe fit huiusmodi donatio, vt fratribus. Praemollratibus donauit quaedam mulier fundum, vt ex fructibus, quod tidie exhiberet pauperibus elemosynam panis, & alter donauit item alteri agrum, vt in quodam itinere haberet paratam hydriam plenam aqua, & vas, vt iter facientes haberent vnde mitigarent sitim. ¶ Est & alia donatio, in diem, vel tempus certum, vt dono tibi fundum meum, vt velcaris ex fructibus eius ad spacium anni praesentis, vel in diem vsque tertium, vel quartum, &c. Rursus est & alia diuisio, est enim quaedam donatio inter viuos, alia causa mortis, item alia reciproca, alia remuneratoria, quas non credunt Iurisconsulti esse proprie donationes de quibus postea differetur. ¶ At vero, circa donationem ex conditione factam obseruandum est, quod ipsa hanc subit lege, conditione enim non extante ipsa euacuetur, & nulla superest actio, quae tamem impleta tenetur, non solum in foro exteriori, sed etiam in foro conscientiae donator ad tradendum quod dono se daturum promisit. ¶ Verum quares forsan, eequid si quis praesens, donat alteri fundum sub conditione si pater liberet eum à patris potestate, nunquid si interim pater moriatur, tenebitur donator, ex donatione? Nanque primo aspectu, videtur non teneri siquidem, et si mors eripiat filium à patris potestate, at vero sensus donatoris erat, si eriperetur per emancipationem. Respondetur à Iurisconsultis, vt eunque modo conditio impletur, tenetur donator, id quod probari videtur, ex. l. 5. Part. commemorata, quae hoc tradit expressim, videlicet, quod quauis ratione videatur, impleta voluntas constituetis conditione, donatio firmatur, vnde etiam in contractibus sufficit, quod aliquid fiat per aequipollens, vt hic, & l. fina. C. de donatione, quae sub modo. consule Barto. l. Galus. §. Et quid si tantum. col. 2. & 3. ff. de liber. & posth. & l. cum seruus. ff. de verborum obligationibus. & Alex. consil. 137. colum. 3. volumi. 2.

¶ Veruntamen, et si in foro exteriori, haec sint seruanda: ceterum in foro conscientiae, non item videtur: siquidem, cum obligatio donationis, vt & aliorum

contractuum, ex consensu contrahentis, resultet, non videtur ad ampliora esse referendam in foro conscientiae, quam ad ea ad quae reuera fuerit animus contrahentis: si ergo, qui donat aliquid, si tamen cum liberet pater eius, tantum reuera habuit animum obligandi ex conditione emancipationis, & non aliter non est obligatus in foro conscientiae ad donandum, nisi filius emancipetur.

¶ Ceterum iura, non hoc obseruât, sed solum ad verborum communem significationem: vnde quia per verba ista, si te liberet pater tuus, nihil aliud addedo, aut exprimendo, in sinuatur, quod vt eunque liberetur filius, fiat satis conditioni, ideo iura recte statuerunt huiusmodi donationem firmam esse si pater moriatur. Quandoquidem ex verbis hic iam colligitur, seu praesumitur animus, quae praesumptio iuris fallere potest, ideo conscientiam tunc non ligat. ¶ Circa donationem vero, sub modo, aduertendum est, quod huiusmodi potest fieri, non sub aliquo termino, aut sub aliquo termino. Et vt eunque celebretur, si modus non compleatur, donatio est reuocabilis. ¶ Nam qui dono dedit fundum, ad alimenta pauperum, aut ad redemptionem captiuorum, si finis ad quem donatio fuit facta, non datur executioni, reuocari potest donatio. Nanque, si modus non impletur, est in potestate donatoris, vel agere ad implementum modi, vt in. l. sexta praedicta habetur, & in. l. legem. C. eodem. & in. l. si donationis. C. de contrahenda emptio. vel agere conditione ob causam ad recuperandum donata sub modo.

¶ Glossa autem, ad capit. verum. de conditio. appositis, distinguit. sed obscure, inter donationem, sub modo, & ex conditione: priorem vocat sub modo, vel sub pacto, vt dono tibi hoc vel illud eo pacto, vt tale, vel tale facias. Verum si dixero, dono tibi si feceris, iam non est sub modo, sed conditionalis est donatio. Et quidem has donationes, esse diuersas, ex multis constare poterit. Primo sane, quia donatio sub conditione, conditione non extante, non egeat reuocatione, ipsa enim ruit saeptae natura, absque reuocatione. At vero, donatio sub modo, quia est absoluta, et si sub modo celebrata, ideo modo,

In foro eo sententia non est agenda ex praesumptione, sed ex veritate.

Iura quaedam in humana praesumptione fundantur.

Differretur donatio sub modo.

non extante, est in arbitrio donatoris si tum, vel cogere donatarium vt cedat do nationi, vel poterit cogere donatarium, vt stet pacto, & modum impleat, vt in lege præfata habetur. Et item ex alio harū donationum apparet discrimen, siquidem cap. indicato. de condit. apposit. tra ditur, quod si ecclesiæ fiat donatio sub modo, etiam si nō impleatur modus, do natio firma perseveret, secus autem si fiat sub conditione, tunc enim non sub sistente, adiecta conditione, donatio peri rit, vnde donationes sub modo, factæ ec clesijs, non sequuntur legem aliarum cō similiarum donationū sub modo. Et si istis donationibus, commune est, quod mo dus sub quo celebrantur, aut cōditio, nō debent esse contra legem vt colligitur ex eodem indicato capit. vbi ad finem, additur nisi forte sit tali conditione col latum, subaudi præt diū, quod ea cessan te debeat reuocari. At quia hoc capitulum non dicit modum cum conditio ne ideo obscuram habet intelligētiam.

Differētia inter dona tionem sub modo, & cō ditionālē.

¶ Cæterum res in confesso est, modum spectare causam finalem, ad quam exe quendā ex donatoris traditione se obli gat donatarius, vt dicebā dudum dono tibi fundū, vt ex eo alias pauperes. Hæc nanque causa est finalis donationis. Et quamuis Theologis sit confessum, finem præcepti, non cadere sub præcepto, vt suis ieiuniorum est, mentem eleuare in Deum, iste autem finis non cadit sub obligatione, sed sola corporalis abstine tia, nihilominus finis donationis cadit sub obligatione donatarij, vt. ex dictis il let. Nam aliās agetur contra eum, aut quod cedat donationi, aut quod dona tionis finē mādēt executioni cōditio ve ro, non spectat causam finalem, sed rei euentum. ¶ Circa donationes autē, quæ fiunt ad certū diem, & post diē, vt dono tibi fundum, vt eum colas, & ex eo victi tes, vsque ad trimestre vel quadrimestre tēpus, quo finito restitues fundū mihi, vel hereditibus meis, vel cui voluerō à me nominādo. Circa has igitur aduertendū est huiusmodi donationes, non esse sim pliciter donationes, sed secūdam quid. Quippe quæ sunt vsque ad certum termi num, quo exacto donatio expirat, & re greditur res donata, vel in donantē, aut in hæredes eius, aut in personam, quam

Donatio in terminum.

designauit exacto illo termino prioris donationis obtenturā, talē rem donatā. De huiusmodi donatiōe extat lex septi ma part. commemorata, quæ disponit, quod si dono alicui aliquā rem vsque ad tempus certū, quo transacto quod dō natur tertio, quod tertius transacto illo tē pore lucratur possessionem, & dominū iure illo. ¶ Vnde sequitur, quod huius modi reuocatio, non potest reuocari re spectu tertij, nisi tertius designatus, mo riatur prius, quippe tūc, res manebit pe nes primum donatarium grauatam tam en de restituendo, vt in. l. pater filium. §. Tusculanus. ff. de legatis. & hoc verū, si primus donator fuisse mortuus, nam si viuit, in eum regreditur donatio, quip pe est faciendā ei restitutio, eo vero de functo, hæredibus eius ex iure vel testa mento, vel consuetudine: idēq; videtur, de legato alicui ad tempus relicto, & post tempus alij. Nam legatum videtur esse donatio quædam. In st. de lega. in principi. & l. legatum. ff. de legat. 2. Quamuis re vera legatū, & donatio in multis alijs differunt. Namq; in legato, siue incipiat à traditione, siue à dispositione, semper debetur æstimatio rei legatæ, si hæc fue rit prorsus aliena, & testator fuerit sciēs, se alienum legare, tunc enim tenetur ad æstimationem, siquidē ex industria alie na legabat. In donatione vero, si incipit à traditione nihil debet, modo sit sciens modo ignorans, si quando alienū dona tur. Et causam differentie huius iuris cō sulti assignant esse fauorem vltimæ volū tatis. ¶ Secūdo differunt, quia in legato, vt cunq; incipiat, vel à dispositione vel à traditione, si testator fuit ignorans, nec in pe quia putauit se sua, & non aliena lega re, nunquā debetur æstimatio. At vero in cōtractu donationis, si incipiat à promissione, debetur æstimatio, quia vide tur qui est huiusmodi se voluisse obliga re ad transferendū dominium, & rem fa cere donatarij verū tamen, quidquid sit de istis differentijs, quas iuriscoisulti quidā docēt Modestinus. l. legatū. ff. de legat. 2. legatū definit dices, est donatio quædā ex testamēto relicta, & legati ap pellatione fideicommissum, & mortis cau sa donatio cōprehenditur. ¶ Sanē verum est, quod donatio ad plura se extendit, quā legatū. Nam legatū, est inferius, quā

Legatum & donatio vt differunt.

Donatio & legatum habet se sicut superius & inferius.

donatio: siquidē omne legatū est dona tio, nō tū omnis donatio est legatū. Nā sunt pleraq; multæ donationes, inter vi uos quæ nō sunt legatæ. Legatū enim re stringit ad donationes ex testamēto reli ctas & quæ ex testamēto relinquunt, ideo in fauorē vltimæ voluntatis, quædā sibi cōciliat, quæ donationi in genere, nō cō ueniūt, vt prædictū est, verū de his hæste nus. ¶ Alias porro diuisiones donationū differere opus erit factū, diximus autem esse donationē perfectā, & imperfectā, hæc quidē reuocabilis est, illa vero ex se vel per se est nō reuocabilis. Dixi per se, id est secūdū naturā suā nō patitur reuo cationē, et si per accidēs, possit reuocari. text. est in. l. perfecta donatio. C. de do na. quæ sub modo. & in. l. 2. C. de reuoca. donatio. Natura enim donationis per se At est, qd̄ semel donatū, nō reuocetur: vnde differt à cōmodato deposito, & lo cato, &c. quia hæc restituunt dominis, at donatū in sua significantiā significat, qd̄ in alterius dominij est gratis translatū. Quod si ex donatione perfectā donata rius sit dñs rei sibi donatæ: igitur, nō te netur restituere, qd̄ iam suū est, vt neq; emptor ex vditione perfectā, tenet re stituere emptū, quia iā dñs est factus il lius rei. ¶ Cæterū vt aiebā per accidēs, re uocatur huiusmodi donatio, vt videlicet si quis non habens filios, & desperans prolem, alicui donauit, bona omnia sua vel partē maiorē eorū, at vero facta do natio gaudet desperata prole. Nanque tūc vt cap. primo disertū est, ipso iure re uocatur, vel cassatur donatio. Enimvero is qui donauit, eo donauit quo desperabat prolem, quam si sperasset non donasset, ideo si præter spem obtinuit prolem do natio cassatur, vt habetur etiam ex. l. si vnquam. C. de reuoca. donat. Nanque donatio illa tacitam habebat conditio nem, si natura nō mutasset morem, con cedendo, negatam hætenus prolem, vn de apte diceremus, hoc genus donatio nē, non esse perfectā. Quippe quæ tacitā habet cōditionē, cōditionalis autē dona tio, nō est perfecta donatio. Et itidē dici to, si pater vnico potitus filio desperans alios, illi donasset, omnia bona, aut maio rem partē eorū. At vero si desperata multiplicatione prolis, noua potiretur, tūc reuocatur donatio vsq; ad legitimā

Donatio p se loquēdo non est re uocabilis. quia trans fert domi nium.

tantū, quæ partēdā est ex æquo, cum noua sobole: cæterum reliqua bona mane bunt penes donatarij filium, scilicet in re gno nostro tertij, & quintum bonorū præter legitimā. Et in oppido Cimitate si tertij & quartū quæ est medietas bo norum omnij parentis, legitima autē re uocabitur, & applicabit filio postea nato, & expresse in. l. si totas. C. de dona. in officiosa, hoc traditur vbi proponit quæ stio, si aliquis pater emancipauit filij suū & nō speras allū habiturū, totas suas fa cultates illi donauit. At forte, postea vt sepe accidit, duxit vxorē, ex qua retu lit filios, quærit, an ex donationib' iā fa ctis filio priori possit detrahi quarta pars vt eā filij postea nati, qui nihil habēt cō sequi possint, vel eatenus est detrahēdū ex donationib' factis, quatenus sufficiat filijs postea natis ad debitū bonorū sub sidij. Erat autem vt hæc habeas de iure cōmuni antiquo, legitima filiorū quarta pars. l. cū quæritur. C. de inoffic. testa. & hæc quarta videbat esse quarta pars asis vt sunt. 3. quæ sunt quarta pars 12. At vero in authentic. nouissima ius nouum constitutū est, quod si pater habe ret quatuor filios qd̄ esset triēs, id est ter tia pars asis legitima videlicet, quatuor quæ sūt tertia pars asis: hoc est. 1. 2. Hæc videlicet esset legitima si quatuor fuisset filij, vel pauciores. At vero si plures quā quatuor semis esset legitima diuidēda in ter illos, id est dimidia pars asis: puta sex quæ sunt medietas duodecim. ¶ Porro autē et si sit ius naturale, hæc legitimā cō cedere filijs, quæ succedit loco alimentorū, quæ ex iure nature debēt patres filijs ve rū ex arbitrio pēdet legislatoris, eā auge re, vel minuere, vt dudū cōspexisti. in. l. allegatis. & ff. de legi. l. ne omnij. ex iure autē nri regni est, totæ facultates parētū excepta parte quata, vt colligit ex l. 9. li. 3. fori. tit. 5. vbi traditur, qd̄ nullus pater vel anus possit donare sub morte sua filio, vel nepoti suo legitimo plus quā quintā partē bonorū suorū. Et in. l. Scili. 2. 14. disponit, qd̄ hæc quinta pars bonorum, primo est detrahēda à cumulo bonorū omnij, priusquā, pater melio rationē faciat alicui filiorū, in tertia parte bonorū suorū q̄ ipse signare voluerit. ¶ Vnde vt vides, lex regni nostri, est val de fauorabilis liberis, quippe auxil eo rum

Legitima filiorum ex iure cōmuni habuit variationē, nā ex quarta parte asis, creuit in triētem, & semitiē.

Lib. 5. tit. 6. l. 1. & 3. Recopil.

quod damnatum ab eo illatum. vel eius luffu, fit damnatum totius fubftantiae, fufficit quod fit notabile damnū, id quod iudicis arbitrio, referatur pendendum.

¶ Sed quid fit fuit damnatum attentatum, & non illatum, funt lurifconfulti, qui tunc nō effe reuocabilem donationem autumēt. At videtur ex. l. i. fta, quod etiā tunc dignus fit poena reuocationis. Subdit enim quartam caufam, fi donatarius, machinatus effe mortem donatoris, fi ergo machinari mortē, effe intentare mortem, & ex fola machinatione, effe dignus poena reuocationis, fi probetur, igitur eodem modo, fi machinatur demoliri fubftantiam donatoris, funt qui foluant effe difcrimen, quia in machinatione ad mortem, effe delictum, non tamen, in primo cafu, vt Grego. Lop. in glosfā ad præfatam legem, fed re vera, vt oblibet effe delictum, etfi in machināda morte multo grauius, nam qui intentat furtum, punitur tanquam fur.

¶ Quod fi querat aliquis, ecquid fi donatarius adulterauit uxorem donatoris, aut filiam eius coluit, &c. nūquid erit fatis vt donatio reuocanda iudicetur, fanē ita videtur, quia huiusmodi funt atrocitates iniuriarū. ¶ Cum hac lege, confonat cap. vlti. de donationibus. Neque putes, quod etfi quatuor funt recenfite caufe, à lege, quod folum earum effe habenda ratio, imo etiam & omnium fimilium, quia fimilium idem effe iudicium. Circa prædicta fubrepat dubitatio, & quid fi effet donatio remuneratoria. Quādo fcilicet, donatū effe aliquid alicui, propter eius merita, quia videlicet, bene meritus effe de illo, nūquid tunc donatarius, fi iniuriā fecerit donatori, erit locus reuocationis videtur enim quod non, etenim, fi quid donatum effe merita donatarij poffebant.

¶ Et confirmatur hæc ratio, quia huiusmodi donatio remuneratoria, non effe proprie donatio, ex. l. Aquilius. ff. de donationibus. Et facit cum iftis. l. fi pater. §. primo. eodem titulo. Et glosfā. l. fina. C. de reuocand. donat. idem videtur amare placitum, fuffragatur eidem in cap. fina. de donat. Abbas.

¶ Alijs aridet contrarium placitū quorum fundamentum effe, quod magis præponderant mala merita pofteriora, quā

bona merita priora, quoniam viciā cui pa nocet. l. fi per emptorem. ff. de actio. empt. inquam fententiam iuit Iacobus de Rauēna & Baldus, pro ea arguntur.

¶ Et quidem non effe facile diferta, veritas huius dubij. Enimvero, fi obligatio ciuilib obferuatur, vera effe donatio, quia gratis datur, vt gratia opponatur ciuili debito. Quod enim ex debito non datur, gratia effe, ad Romanos testante Paulo. cap. 4. vnde de gratia, poteft referri, vel ad debitum ciuile, vel ad debitum naturale, fi gratia effe, quæ procedit nō ex debito ciuili, hoc modo donatio remuneratoria verē effe donatio, quia non ex debito procedit ciuili, fi vero gratia fumatur, quæ ex nullo debito effe, vel ciuili, vel naturali, hac ratione donatio remuneratoria, non effe proprie, imo nullatenus effe donatio, quia ex debito cum procedat, rationem donationis, ift hæc proceffio foluit. Ego tamen mallē dicere donationem remuneratoriā effe donationem simpliciter, quando quidem ea effe, quæ non procedit ex proprie debito. Nanque obligationem naturalem, nemo dixerit, effe proprie obligationem, fed folum effe obligationem ex congruentia quadam, vt videlicet, quod coram ca no capite furgamus, & canos reucreamur: effe hoc fanē debitum naturalis decentie, nihilominus, qui fea exitum reueretur gratis facit. Ita in propofito fecundū quid tamen, non effe donatio, quatenus datur propter allquale debitū, fcilicet naturale vt Æthiops effe simpliciter niger, at vero fecundū quid effe albus putat fecundū dentes. Aut fecundo dicere oportebit, in hac re effe diftinguendum etem poteft fieri, quod in donatario funt merita, fed lōgè imparia donationi quippe donum, multo excellit merita, adeo, vt collata donationi, non reputetur merita: vel donatio nō excedit merita. Iam vero hac fuppofta diftinctione, dixerim, quod in primo cafu, vera effe donatio. Quoniam, etfi merita præcefferunt, verum donum excedit multo meritum valore: vnde gratis datur, quia nō ob merita, quæ tantū non promeruerūt, donū, fed potius ex largitate donatoris, fi vero in. 2. cafu res agatur tūc nō effe donatio proprie, vel vt rectius dixeris nō effe profufus donatio, quia meritis correfpondet.

Donatio remuneratoria an fit proprie donatio.

det. Et in hoc cafu lex. Aquilius fupra indicata effe habenda. Et quod dicunt iurifte, in donatione remuneratoria, etfi excedat fummam taxatam à lege, in donationibus faciendis, non effe neceffariā infinuationem, verum effe, itemque quod in huiusmodi donatione, non effe locus reuocationi. Namque in priori cafu, fanē arbitror effe locum reuocationi, quia vt aiebā, merita multo interuallo, exceduntur à donatione, vnde adhuc gratis effe, huiusmodi donatio. Diximus enim, donationem non propterea, non effe proprie donationem, etfi fiat prætextu alicuius congruentie. Nam vt Theologi tradunt rationem congrui, non tollunt fi præcedant merita gratiæ fubfequentis quæ propter illa datur, vnde in peccatore, nihil effe condigni meriti, fed funt multæ congruentiæ, ob quas à Deo iuftificatur, fcilicet, quia atteritur, de erratis fuis quia gehennam timet, & alia hoc genus, quæ in. 4. Sent. lib. nos vberius difcuffimus. Non me latet Iulium Clarum lib. 4. §. donatio. q. 3 dixiffe effe communem fententiam donationem remuneratoriā, non effe proprie donationem, & ideo in ea non effe neceffariam infinuationem. Et ideo, poteft fieri inter prohibitas perfonas, vt inter patrem & filium & virum & uxorem, quippe. l. prohibent inter has exerceri perfonas donationem propriam, non impropriam.

¶ Vnde fi filius habet merita, pater ob merita donans valebit donatio, quia effe impropria, modo pater probet filij merita, ne deludatur lex, hoc vetans. Tamen in perfonis non prohibitis à lege, fat fit aſſertio donantis fine ampliori probatione.

¶ Tu lege apud ipfum iura & autores quos ipfe citat ego vero omnia intellecta puto fub cenfura priorum. Idemque dixerim de reciproca donatione, quam mox enodabimus.

¶ Verum interim ex præhabitis inferas, quod huiusmodi donatio, quæ excedit admodum merita donatarij non valet, vt etiam Bart. in. l. fi quis pro eod. §. 1. in fi. ff. de fideiuſſore fentire videtur. Quod fi dixeris, igitur donatio huiusmodi ex parte erit simplex donatio, & ex parte erit remuneratoria recte dices. Quandoquidem habita ratione ad partem dona-

Donatio vna poteft effe simplex & remuneratoria fecundum diuerſas rationes

tionis, quæ æquatur meritis donatarij, erit ex ea parte remuneratoria, & ex ea parte neque; reuocabitur, propter ingratitudinem, neque; egebit infinuatione, & inter perfonas prohibitas alioqui, valebit, fi celebretur.

¶ Ex ea vero parte, qua simplex effe, fubibit modum aliarum donationum simplicium, quas hæcenus profecuti fumus.

¶ Idem dicitur de reciproca donatione, vel vicifitudinaria: quando, fcilicet, quis donat fperans donari, vel vt doneatur. Hanc enim etiam referunt iurifconfulti, inter non proprias donationes, vt glosfā. in. l. licet, in verbo, mortis caufa. C. de pactis, & reputatur communis fententia, ideoque, non eget infinuatione, neque; in ea habet locum reuocationis lex, aut perfonæ prohibita aliās ex lege, ad hanc exercendam prohibentur.

¶ Porro hæc intellige, vt priora. Namque poteft quifpiam, donare parum fperans donari multo, vnde multo excede tredonatio donationem, vt liquet ex præhabitis.

¶ Secunda dubitatio erit, num fi donator, iuramento firmet fe non reuocaturum donationem, etiamfi ingratitudo donatoris reuocationem poſcat, donator tunc habebit actionem ex ingratitudine donatarij? Reſpondetur, tale iuramentum non cogere ad fui obferuantia, neque fi pactum, vel promifio, de non reuocando interueniat, iuramenta enim & pacta, non poſſunt effe caufa, vel iactiuium delinquendi.

¶ Porro fi huiusmodi iuramenta cogent ad fui obferuationem prouocaret, donatarium, ad ingratitudinem committendā in donatorem, vt fatis liquet ex dictis in priori libro. Peccaret ergo, qui iurat fe non reuocaturum propter ingratitudinem, at iuramentum non effe obferuandum, neque promifio, aut pactum, quia in malis promifsis, non effe feruanda fides.

¶ Dubitabis tertio, fi donatarius fuit ingratuſ erga fuum donatorem, & nihilominus donator, fub ſilentio, ingratitudinem difimulat, num mortuo donatore, peres hæredes erit facultas, fupplendi donatoris negligentiam, aut rumpendi ſilentium in reuocando, quod reuocare neglexit.

Donatio reciproca an fit proprie donatio.

Dubium.

Dubium 3o

Lex in. l. si vnus §. il. l. d. ff. de p. etis text. in l. coeuvre de pactis do ca.

¶ Respon. letur, penes hæredes non esse huiusmodi facultatem, puniendi ingratitudinem, quam donator noluit punire. Et itidem mortuo donatario ingrato, non potest donatarius, reuocare donationem, vel donum ab ipso hærede vt de terminant Odoar. Cynus, Albc. Faber, & alij doctores in l. fina. C. de reuo. do. na. & glossa ord. in. d. c. fin. de donationibus. Et rationem tribuunt, quia huiusmodi facultas puniendi ingratitudinem, vel actio ad puniendum eam, non transit ad hæredes, neque passiuè, neque actiuè vt in. l. vnica. C. ex delictis defunct. Quo omnia vera sunt, quando donatori constitit ingratitudo, & potuit illam punire, eam reuocando & noluit, aut neglexit. Tunc enim videtur, quod ingratitudinè, remiserit ingrato, tacitè dando veniam. Nam que si ipse ignorans fuit, & postmodum hæredibus ingratitudo innotuit, aut ipse non potuit, quamuis voluit, at hæredes iam possunt, quia forte ingratus donatarius erat viuente donatore valde potens, at vero mutato forte rerum priorum cursu, deiectus est à potentia vnde possunt agere in eum hæredes tunc actio etiam transit ad hæredes, quippe donator ex impotentia, non egit contraingratum, aut non potuit si forte erat valde distans. &c. item limitant iuriconsulti si habebant præparatam querelam quando mortuus est, aut si conquestus erat iam coram iudice, de ingratitudine, item limitant hanc ex ingratitudine reuocationem habere locum, in donationibus perfectis, quia si esset ex iure reuocabilis vt est donatio facta filij tertie partis bonorum, que reuocari potest ex iure, quãdiu pater vixerit, vt supra ex. ll. regni ostensum est, hoc genus enim donationes possunt reuocari etiam nulla extante ingratitudine, quia non censetur perfecta donatio, quippe que ex iure est reuocabilis. Habes multas allegationes apud Grego. Lop. circa hæc, quas tu videre poteris. l. i. o. tit. 4. par. 5.

¶ 4. Dubium, & quid si mater defuncto marito, alteri nuptura fecit donationem filio suo, quæ ex marito priori retulerat, quibus casibus poterit reuocari donatio hæc lex præfata. 3. refert casus, quorum prior est, si post donationem filio factam, machinatur matris mortem, secundus, si in-

Donatio que ex iure est reuocabili non est perfecta.

iecit in matrem manus iratas. Tertius, si conatur filius iacturam facere, in bonis maternis, vel maiorem partem eorum. Et propter quamlibet harum rationem, seu causam, poterit mater ex iure agere coram iudice, & tutissima conscientia ad reuocandum donationem factam filio, ob filij impiam ingratitudinem in matrem.

Tres casus quibus potest mater reuocare donatione filio factam.

CAPVT III.

De donatione causa mortis.

DVnt donationes, quædam quæ vocantur causa mortis, idest quarum est causa mors aut mortis instantis, vel periculum. Sæpe enim homines, videntes, se morti vicinos, vel ex morbo vehementi, vel ex periculo instanti, vel belli, vel maris, vel aliâs, quædam donant, non donaturi tamen, si persuasum esset illis, vel morbum, vel periculum quo vrgentur euasuros. Donatio hæc non est perfecta, siquidem habet suspensum effectum in tempus mortis. Namque morte confirmatur, instar vltimæ voluntatis. Et ideo sapit vltimam voluntatem, quamuis etiam sapiat naturam contractuum. Siquidem requirit partium præsentiam. l. inter mortuis, vers. i. ff. de dona. Etiam fit stipulatione seu promissione, iam vero traditione rei donata. De huiusmodi donatione, extat. l. i. parti. commemorata quæ constituit, esse validam donationem. Namque post mortem donantis, donatarius habet actionem, ad rem donatam, quia fit eius, tanquam ex perfecta iam donatione.

Donatio causa mortis reque requirit & partium præsentiam.

¶ Verumtamen, hæc donatio trifariam est reuocabilis, & primo, si is cui facta est donatio mortis causa, prius quam donator, diè obiit suum secundo, si donator, eripitur à morbo, aut enadit periculum, quorum causa, impulsus fuerat donationem facere. Tertia si penitet donatorem se donasse, antequam moriatur.

¶ Hanc etiam donationem ex iure facere potest, quilibet qui potest condere testamentum. Et. l. prædicta addit, quod quamuis filius familias non potest condere testamentum, at ex patris auctoritate,

Trifariam reuocatur donatio causa mortis.

tate, poterit donationem huiusmodi causa mortis facere, vt autem donatio hæc valeat, quinque testibus, esse vallandam lex hæc dicit.

¶ Circa omnia hæc breuiter annotare licebit aliud esse donare morientem, aliud mortis causa. Nam qui donat pressus, vel periculi angustia, vel coarctatus mortis vinculis, nulla facta mentione mortis, vel periculi, censetur donare simpliciter, quippe qui non expressit causam donationis esse, vel quia mors, vel quia periculum vrgerat mortis vt expresse habetur l. Seia. §. ff. de dona. causa mortis. Et doctores iuriconsulti, agminatim in hanc sententiam conueniunt. At vero si in foro conscientie res hæc versetur, si faciamus aliquem, quia se putat iam iam moriturum, aut credit, se non euasurum, maris tempestatem, aut bellifurorem, quo cingitur, vel aliâs, vel amico, vel socio, &c. donare aliquid cum traditione, re vera, non alio animo, quam quod desperet vitam num hic si conualuisset, ex morbo, aut euasisset periculum, qui acceperat iam sibi rem dono traditam, poterit ne sibi eandem referuare, etiam alio reclamante, & iurante, quod mortis causa dono tradiderit? Enimvero hæc donatio simplex videtur, siquidem non expressit donationis causam esse mortem, neque testes qui aderant, vt supponimus hoc testantur, sed reuera, donator, non alio animo donauit, nisi ex vitæ desperatione, at imprudens hoc ipsum, non expressit. Et quidem in foro exteriori ex iuribus allegatis videtur, quod donatarius poterit, rem illam habere, vt pote sibi donatam, neque tenebitur credere iuramento donatoris. Namque etiam si exprimeret se mortis causa donare, si testes non adfuissent quinque secundum iura antiquiora, aut tres secundum ius nostri regni, vt sub hæc patebit, inefficax esset donatio. Quid quod nihil expressit, sed animo, vt supponimus suppressit.

¶ Verum dixerim in foro conscientie, si donatarius, hoc idem sibi persuasum habuisset, ex multisque forte coniecturis, animum hunc esse donatarij, exploratum habens, quod tenebitur, vel periclitanti enaso periculo, vel egrotto mortis timore depulso, quod ab illis dono acceperat. Quia vt sæpe dicebam. ll. sæpe præ-

cedunt ex humana præsumptione, vt lex hæc etiam procedit.

¶ Quandoquidem si nihil exprimitur de morte, aut de mortis periculo, reputatur, quod donans in huiusmodi articulis simpliciter, non tamen causa mortis donare.

¶ Et hæc præsumptio, vt potest plerumque esse vera, nonnunquam etiam fallere poterit: vt in nostro casu.

¶ Poero conscientie iudicium, non ex præsumptione, sed ex veritate ferendum est, cum ergo hæc sit veritas animi supponitur ex casu, confessarius, cui poenitens forsitan hunc instillasset ad aures casum, debuisset eidem iubere restitutionem. Nisi huiusmodi donatarius deponat conscientiam, & credat, ex melioribus ductis coniecturis, simplicem fuisse donationem. Quod si dixeris, an non sufficit rem donare, in mortis articulo, vt credatur mortis causa esse factam? Non sanè vt supra tradebamus. Enimvero, hoc sancuerunt iura exprimentum esse coram testibus, se causa mortis rem donare, siue rem tradat, siue stipuletur tradendam quod si quæsieris, num satis erit dicere, hoc tibi donabo post mortem meam, vt reputetur causa mortis? Non utique, siquidem verba hæc sanus homo, & in nullo periculo constitutus poterit dicere, donabo tibi hoc vel illud, post mortem meam vt liquet, ideo creditur quod sit donatio inter viuos.

¶ Sed insultabis, ecquid si in mortis articulo, quis constitutus, vel angustijs alicuius periculi mortis, afflictatus, dixerit donabo hoc, vel illud tibi post mortem meam. Namque tunc videtur perinde esse ac si causa mortis donaret. Quamuis enim verba hæc absolute pronuntiata donabo post mortem, non significant donationem esse ex causa mortis, nam solum significant dilationem solutionis post mortem, verum ex adiunctis circumstantijs, videtur ex causa mortis donationem fieri præferre sermo ille, vnde si fiat cum solennitate debita testium, videtur, quod si morte subsecuta, sit valida donatio, & continuo transferat dominium rei donatæ in donatarium submota autem illa solennitate testium, videtur quod non valeat, quia censetur esse donatio causa mortis. Cæterum iuristæ multa

multa de dubio hoc differunt vide Bal. in l. si mortis. & in l. in donationibus. C. ad l. falci.

¶ **D**ubitas forsan, nunquid sit necessaria solennitas. 5. testium, vt disponit præfata lex parti. ex iure cõmuni. Respondeatur, ex iure nostri regni, non esse necessariam solennitatem. 5. testium, vt valeat donatio ex causa mortis, siquidem testamento nuncupatorio, sufficiunt tres testes, cum tabellione, vt habetur, lib. 5. recopil. l. 1. tit. 4. id quod item sufficit ad codicillum. ergo similiter ad donationē ex causa mortis tanta. Nam non maior, requiritur ad donationem ex causa mortis cum sit maior causa testium numerū augendi in testamento, quam in huiusmodi donatione. Item ex l. superius citata, is potest donationem facere ex causa mortis, qui potens est condere testamentum, igitur sufficit huiusmodi donationi testamenti, & codicilli solennitas testium. Quod si rogatus & quid si sunt quinque testes, sine tabellione videtur quod valebit, sicut & testamentū ex l. dudum indicata.

¶ **O**bserva, autem quod huiusmodi lex partit. dicens filium constitutum sub patris potestate, non posse condere testamentum, neq; donationem ex causa mortis, nisi ex patris assensu, fuisse reuocatum, per legem Taurinam. 5. quæ continetur lib. Recopila. dudum indicato. Quæ filio constituto sub patris potestate plenam tribuit potestatem testandi perinde atque si sub patria non contineretur potestate, modo tamen legitimam sit affectus ætatem, vnde etiā sequitur, quod poterit etiam donationē huiusmodi facere: etiam citra patris assensum. Namq; si quod maius est, poterit præstare, sine assensu patris. Enimvero docente lege, perinde se habet in huiusmodi editione testamenti, acque si esset liber à patre. Porro liber à patre, ad condendum testamentum, non eget patris potestate, igitur ad id quod minus est, scilicet, ad donandum aliquid ex causa mortis cur egebit? Ex istis inferas, quod si donatio sit, sine solennitate prædicta, non tenet donatio, & qui forte, iam habet rem in sua potestate donatam ex causa mortis, citra hanc solennitatem testium præfata tenetur eam

restituere hæredibus defuncti. Quippe donatio quæ nulla est, ipso iure, morte donatoris, confirmari nequit.

¶ **A**n verò vxor, possit donare ex causa mortis, citra viri consensum, controuertitur, à iuriconsultis. Etenim donatio hæc videtur habere rationem contractus, quippe debet fieri inter præsentēs, vt supra traditum est. Namque si absentis fieret donatio ex mortis causa consentiret potius legatum, vel fideicommissum, quam donatio causa mortis, vt Barto. docet. l. 1. ff. de dona. causa mortis, cuius opinio communiter approbatur testante Inno. in eadem. l. 1. num. 1. At vero mulier non potest contractus celebrare, nisi ex autoritate mariti, vt supra tradebatur, igitur neque donare, ex mortis causa, cum sit quidam contractus. Ex parte vero diuersa, videtur, quod possit causa mortis donare. Siquidem donatio huiusmodi æquiparatur vltimæ voluntati, at dispositio vltimæ voluntatis mulieri competit, sine mariti voluntate. Imo filiofamilias, cui negabatur ex iure communi facultas testandi, concedebatur donandi facultas ex causa mortis. l. tam is. 5. 1. eodem tit. iuriconsulti distinguunt, duo dicentes esse in hac donatione ex mortis causa obseruanda, aut ordinatio, & solennitas seu forma ex qua debet celebrari, aut effectum huius donationis. Quod si formæ habeatur ratio, tunc cenferi debet contractus, siquidē forma eius est, qd fiat, inter præsentēs, saltem nuncio, vel epistola, &c. nam ad absentes, non tendit donatio ex causa mortis, etiam si multi contendant, quod donatio potest fieri absentibus, etiam si non interueniat epistola, vel nuncius absentes iungens, de qua re nos superiori libro. 5. factis disputauimus, & infra non nihil tangemus.

¶ **V**erum quale quale illud fuerit, donatio tamen ex causa mortis, non est appellanda, si absentis fiat, sed vt dicebam potius est legatum, aut forte, quod magis crediderim, quæstio hæc est de nomine. Quod si dixeris, contractus non requirit, tot testes, quot ex iure communi donatio ex causa mortis requirit. Namque requirit. 5. testes. l. fin. C. de donatio. causa mortis.

In l. Inter mortis causa. ff. de donat. causa mortis.

Donatio causa mortis differt à cõueñit cū vltima voluntate.

¶ **R**espondetur, quod numerus testium, non tollit naturam contractus. Quippe sæpe augentur, ad obuiandum fraudibus quæ in quibusdam contractibus sunt familiaribus subrepentes.

¶ **Q**uid quod ex iure regni, sufficiunt tres testes, vt supra tradebam. Porro si effectum obseruare, confertur vltimæ voluntati, siquidem vltima voluntas, est efficax post mortem testatoris, vt Paulus ait, testamentum in mortuis esse confirmatum, ad quam rationem, & donatio ex mortis causa, quia tunc perfecta est, post mortem donatoris apte confertur vltimæ voluntati.

¶ **Q**uamuis differat ex alio multo intervallo, ab vltima voluntate. Nam donatio huiusmodi, non requirit aditionem rei donatæ, quia absq; aditione hereditatis valet, & tenet donatio hæc.

¶ **S**iquidem, vel donatorio data, vel tradita est res donata. Et tunc subsecuta morte dominium, quod coeperat initiari ex traditione completur, morte donatoris, si vero sola fuit promissio, tunc hæres defuncti, est tanquã creditor à quo petenda est res donata. Et ille ex iure, & ex conscientia tradere rem donatam, donatorio ex promissione. At vero legata, quantumcumq; pia, & priuilegiata, saltem ab intestato requirunt aditionem hereditatis. Et hæredes item ex testamento, vel ab intestato, etiam sunt introducendi in possessionem hereditatis, à iudice competente, vt extat. l. 3. tit. 1. 3. lib. 4. Recopilationum.

¶ **A**t vero ista hæc donatio, neq; ex testamento, neq; ab intestato, requirit huiusmodi aditionē hereditatis, vt tenet Bal. l. 2. ff. de lega. 1. cui suffragantur Angelus Pau. Alexan. Soci. Iaso. Lancelo.

¶ **V**nde inferitur à quibusdam iuriconsultis, quod mulier non potest facere donationem mortis causa, iniusso marito, & probant, quippe donatio huiusmodi est contractus quidam, vt supra traditum est, at vero contractum celebrare non potest vxor sine autoritate mariti.

¶ **Q**uibus si obijcis, item habet consortiū istæ donatio, cum vltima voluntate, igitur poterit propter hanc similitudinem, & participationem, vxor donare, iniusso marito.

¶ **R**esponderi poterit, quod plus habet

de ratione contractus, quam de ratione vltimæ voluntatis, ideoq; quæ negantur mulieri, ex contractu sunt eidem negata, ex hac donatione, veritatem hoc placitum, quod arrisit Anca in consilijs suis, consil. 384. & item Alex. in l. 2. ff. de legatis, & alijs iuriconsultis, alijs nõ fuit cordi, imò contrarium defensit, vt Ias. in dicta lege. 2. ff. de lega. Et Rol. l. 2. de verb. obli. g.

¶ **V**erum tamen omnes sibi debent conuenire, quod si vir approbavit postea huiusmodi donationem causa mortis, quã mulier fecit citra viri consensum, quod donatio valebit.

¶ **Q**uamuis non est perspicuum, si approbaverit eandem mortuam vxore, an valebit talis donatio. Quippe si ante mortem, probatam habuit, nulli dubium, illam valere. Porro si postea probatam habuit, inuvalidam esse duxerim, siquidem quod à principio ex iure erat nullum, quocumque adueniente, non firmatur.

¶ **D**onatio autem illa erat nulla ipso iure, quia facta est citra mariti consensum, supposita priori sententia, igitur mortua vxore, & si eam probatam haberit nihil pendenda est probatio, quia quod nihil fuit & nihil est, quomodo probari poterit? secus est quando ipsa viuuit, quippe tunc donatrix vxor pendente tenet donationem, ex viri voluntate. Estque quasi contractus, & donatio conditionalis, ideoque expleta conditione, scilicet, si vir voluerit, ipsa purificatur, post mortem vxoris. ¶ Porro, si conditione non expleta, vita defungitur donatio expirat simulque conditio aboletur.

¶ **N**eque videtur, quod locum habeat hic rathabitio, ex qua retrotrahitur contractus, ad suum principium, ex l. donationes. C. de donati. vt si pater ratam habet donationem filij, siquidem tunc filij donatio adhuc pendens est, à patris voluntate, quod non accidit in casu præhabito. ¶ Ego tamen suscriberem libentius, primo placito, quam huic postremo. Et causam asseram, quippe iura prohibentia, vxorem contrahere posse contra voluntatem mariti, intelligenda videntur in contractibus puris hoc est, non mixtis cum vltimis voluntatibus, qualis hic contractus est donationis, de quo est sermo, videlicet ex causa mortis, cæterum quale

Vir si probatam habuerit donationem vxoris hac defuncta, non valebit approbatio.

qualequale hoc fuerit differant iurisculti.

¶ At vero quidquid sit de donationibus vxoris, ad alias personas, tamen inter virum, & vxorem potest esse donatio ex causa mortis, sicut & institutio, legatum, & fideicommissum, possunt celebrari inter eos. Namque alter, alterum precibus, blan disque sermonibus poterit attrahere, vt predicta celebrentur inter eos vt. l. fin. ff. si quis aliquem test. prohib. & in. l. fin. C. eo. tit. vade facta donatione inter eos, subsecuta morte erit valida, etiam si in vita, non fuerit executioni mandata ex. l. cum seruum. §. fin. cum. l. sequenti. ff. de dona. inter virum, & vxorem. Et in. l. si mortis causa, inter virum, & vxorem. ff. de dona. causa mortis.

¶ Sunt tamen, qui diuersum autement, hanc donationem, inter virum, & vxorem, non valere, vt glossa ad. l. 2. in principio in verbo legatum. ff. de dot. praelegata. ¶ An vero legatio causa mortis, ex possit in sinuacionem, quando excedit taxatam a lege in donando summam, disceptant iurista. Multisq; eorum videtur inuadim esse donationem, etiamq; morte subsecuta, non confirmari, si non fuerit in sinuata prius, ex. l. Donationes quas parentes. C. de donati. inter virum & vxorem. Porro glossa ad eadem. l. in verbo. Distinctione, inquit quod valebit donatio, huiusmodi excedens quantitatem, a lege prescriptam, non donationis iure, sed iure relicti, etiam si non fuerit in sinuata. Et videtur vera narrasse, quippe textus ait, si donator, vel donatrix, specialiter eas, scilicet, donationes, in summa voluntate confirmauerit, tunc sine vlla distinctione ratae habentur. Donatio igitur causa mortis, si valida debet esse, fieri nequit, nisi vsque ad quantitatem lege sanctam, vnde inferas, quod si donatio huiusmodi fiat absentis prorsus, id est, qui neque per se adest, neque per epistolam, aut nuntium, ad hoc institutum destinatum, tunc non egebit in sinuacione, quippe, subsecuta morte confirmatur non ex iure donationis ex causa mortis, sed ex iure legati, aut fideicommissi, quia hanc fieri possunt ad omnino absentes.

¶ For san ad dubitabis, circa predicta, nuntius vtiarius manifestus, possit donationem

facere causa mortis? Et hanc sanē quaestionem sinuosam esse dicit Balin. l. Exe cutorem. nu. 11. C. de execu. rei iudicate. Nam ibi videtur affirmare, timide tamē. Alij vero, vt Ripa. in. l. 2. num. 7. ff. de legatis primo, vsurarium manifestum negat posse donare. ¶ Sed reuera, res hanc promptam habet apud me solutionem. Namque equa ratio est, in quaestione hac differenda, atq; in eam quaeritur, si potest huiusmodi vsurarius facere elemosynam. Enimvero, vel vsurarius hic non habet alia bona, praeter ea quae ex vsuris sibi corrafit, & tunc elemosynam nequit erogare, si quidem elemosyna eroganda ex proprijs est, non ex alienis, at hic vsurarius, nihil proprium habet, vt supponitur, omnia enim quae habet sunt foenera titia, si vero habet alia poterit erogare elemosynam, modo elemosyna non excedat facultates suas non foeneratitias. In quem prope modum in praesentia dixerim de donatione ex causa mortis.

CAPVT V.

An donatio possit fieri inter absentes?



Quaestione huiuscemodi, pluratetigimus, lib. proximo, cum de promissionibus ageretur, ideoq; in praesentia perfunctorie, & per transennam, hoc dubium agitur. Et quidem multifariam, de re hac differi potest, aut secundum ius commune, aut secundum ius regni nostri, aut in foro conscientiae. ¶ Quantum est ex iure communi videtur certum esse, quod donatio non potest fieri omnino absentis, vocatur autem omnino absens, qui per se adest, itemque non adest per alium: quia neque per nuntium, neque per epistolam adest, vt contra est aliquis praesens, qui vel personaliter est praesens, vel per nuntium ab eo missum, vel per epistolam, est praesens. Namque haec ex absentibus faciunt praesentes vt dixit Aristot. lib. 1. Periherme.

¶ Est igitur conclusio iuriscultorum, quod ad omnino absentem, non potest fieri donatio. tex. est in. l. absentis. ff. de dona.

donatio. & ex. l. Neque ambigi. C. de donatio. ¶ Addunt tamen non sufficere, quod interueniet nuntius nisi ad hanc ipsum donationis actum, fuerit destinatus a donante. Neque sufficit, quod aliquis, illam ex motu proprio donatario notificaret, & tunc ille eandem acceptaret vt patet ex glossa ad. l. indicatam neque ambigi quam sectatur commune iuriscultorum placitum.

¶ Addunt etiam, quod etiam si donatarius absens accepisset rem donatam postquam sibi verbo tenus est facta donatio, non tamen donatarius proinde acquirere dominium rei donatae.

¶ Et ratio horum est, quia donatio est contractus, contractus autem perficitur, ex mutuo contrahentium consensu, igitur si nullus interfuit nuntius, vel epistola patefaciens absentis voluntatem donantis, non est perfecta donatio.

¶ Quia non est mutuum consensus, contrahentiū. ¶ Et rursum, quia ex. ff. iure olim donatio requirebat stipulationem, & traditionem, & haec requirebat praesentiam, & consensum expressum partium, at vero ex iure recitiori non requiritur stipulatio, quae fit interrogatione stipulantis, & responsione annuentis stipulatione, sed nudo pacto, potest fieri donatio ex dispositione. l. si quis argentum. §. fin autem hoc. C. de donatio. vnde neque requirit stipulationem, neque traditionem, sed sufficit ei nudum pactum. At vero hoc pactum desideratur inter absentes, quando neque nuntius, neque epistola interfuit.

¶ Addunt praeterea, non esse necessarium consensum expressum, sed satis esse virtualem consensum vt si dono alicui librum praesentis, verum dono, tacenti, quia videtur consentire, qui tunc tacet, & consetur iam initum, inter donantem, & donatadum pactum ex taciturnitate.

¶ Si ergo promitto tibi donare centum & tu taces virtualiter consentis, ideo pactum est perfectum ex contrahentium consensu. Neque haec donatio est praesumpta secundum eos. Dicunt enim, quod dispositio. l. si quis argentum non habet locum in donationibus praesumptis. Quoniam coirent in vnam duae improprietates, seu vt ipsi dicunt duae specialitates, & quod praesumeretur donatio, vbi non

esset, secunda quod ex pacto nudo daretur actio. Quare inferunt quod promittitur donari aliquid alicui praesentis, & taciti non est tunc consensus praesumptus sed verus consensus. ¶ Sed reuera, is qui tacet, ad huiusmodi promissionem, poterit animo dissentire, at vero tacere potest vel propter reuerentiam donatoris, quia non audet coram ipso dissentire donatio ni, vel ob alias causas, & ideo consensus hic praesumptus videtur, vnde regula iuris habet, qui tacet consentire videtur, quod idem dictum est, quod praesumitur consentire. Et hoc verum, quando tenetur alterutrum exponere vel dissentium, vel consensum. Quid quod si non tenetur, vt quado aliquis mihi donat, vel promittit donaturum equum.

¶ Quinimo in foro conscientiae, & si teneatur alterutrum exponere, si tacuit, & intrinsecus dissentisset, nullus est contractus, vt in matrimonio, apertum est exemplum, vnde donatio, cum sit actio donantis, in donatarium, si praesumpta sit donatio, ex parte donantis, non tenet donatio, verum si sit praesumptio, ex parte donatarij, tenebit donatio, vt accidit quando tacet, & in. l. 26. tit. 1. par. 5. habetur quod si dixeris, alicui promittis mihi dare centum dipondia, & ille alius dixerit, promitto centum & quinquaginta, at ille qui recepit promissionem tacuerit, quod solum obligatur dare centum, quia praesumitur ex silentio quod solum centum, quae petijt volebat. Quia si totum voluisset, totum expressisset. Tandem secundum communiorem opinionem, donatio etiam si fiat sine stipulatione, & traditione sed solum ex nudo pacto donandi, vt ex sola promissione donandi oritur actio, contra donantem. ¶ Si vero, ius regni obseruetur, quod ego late retuli in lib. proximo, ex lib. recop. Et originaliter. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinaria. quod disponit, quod quomodo eumq; appareat, quemquam voluisse alteri se obligare, ad aliquid faciendum, vel dandum, & c. quod maneat obligatus. Haec quae lege, omnino videtur, quod si constet quod quispiam, voluerit se absentis obligare, vel promittendo, vel donando, etiam si nullus, vel nuntius, vel epistola, vel procurator interueniret donatarij nomine, quod teneretur ex promissione, vel ex donatione, aut ex quouis alio

Differit placitum iuriscultorum.

Quando donatio vincitur ex praesumptione.

Deciditur quaestio secundum ius regni.

Inter virum & vxorem potest celebrari in institutio legatum & fideicommissum atq; donatio.

Vide Insti claru. l. 4. §. donatio. q. 9.

An donatio ex causa mortis requirit in sinuacionem.

An vsurarius causamortis possit donare.

alio contractu. ¶ Quoniam. I. verba sunt generalia, ad omnem obligationem ex contractu provenientem. ¶ Quamobrem, oportebit discutere, quomodo apparebit, quod quis voluerit se obligare absente? Num requiritur notarius, qui nomine absentis stipuletur donationem? Imo sufficiunt testes soli coram quibus profiteatur se alteri donare vel promittere donaturum, aut se profiteatur venditurum alteri domum, vel equum, aut permutaturum, &c. ¶ Et quidem lex hæc, videtur satis rationi consentanea. Etenim qui vocat aut notarium ut conscriberet donationem alteri factam, aut qui ascivit testes, nunquid temere hæc facit? non arbitror, sed volens authenticè demonstrare se vel se obligari alteri absenti. Enimvero si nolisset, quorsum vocaret testes, aut asciceret notarium. ¶ Et augetur & declaratur hæc ratio. Etenim obligatio ad alterum, ex voluntate mea. v. g. procedit, non ex præsentia eius cui volo obligari. Non enim præsentia alterius est causa meæ obligationis, quia & si esset præsens, si nollem, non obligarer, igitur vel præsentia, vel absentia, impertinentia sunt ad generandam obligationem in me ad alterum quippe sola voluntas mea est causa cur ego obligor alteri, verum cum voluntas sit occulta nisi per exteriora pateat, si adsunt testes, coram quibus meam ad absentem profiteor voluntatem, obligandi me illi quantum est ex parte mea, iam sum obligatus. Quippe totum quod meum erat, ut obligarer præstiti, quocirca maneo obligatus. Cæterum hæc obligatio, ut sit obligatio ex contractu requirit præsentiam contrahentium. Quippe contractus celebrari nequit, nisi partium consensu. Et partes absentes, non possunt consentire, quia absens, est ignorans, & ignorantia facit involuntarium. ¶ Itaque oportet subtiliter distinguere, inter obligationem simpliciter, & inter obligationem ex contractu. Prior etenim, poterit referri ad absentem, ut probatum est. At vero obligatio ex contractu respicit præsentem, ideo nunquam est dicendus contractus donationis, nisi quando celebratur inter præsentem, unde questio proposita num donatio possit fieri ad absentes, distinguenda venit, quantum ego arbitror, aut est sermo, de contractu

Præsentia vel absentia alterius impertinentia sunt ad obligationem, sed pertinentia sunt ad rationem contractus.

donationis, & ita reuera non potest fieri nisi ad præsentem, vel per se, vel nuncio vel epistola.

¶ Aut est sermo, non de contractu sed de obligatione ad donandum, vel ad celebrandum contractum donationis, & hæc obligatio potest esse ad absentes. Et quidem iuriconsulti, sunt varij & implexii in decisione quæstionis, & miratum dignum est, quot allegant leges & iura viro citroque, sed reuera, sub hac nostra distinctione, nihil scrupulosest in quæstione. Et ius dicens, quod donatio debet esse inter præsentem, apte tradit, quia de contractu est sermo, & lex regni quæ oppositum insinuat, comode docet, de obligatione intelligens ad contrahendum. Et hoc idem mente seruat, ut paratam habeas responcionem, cum de alijs contractibus, similis huic tibi excitetur quæstio.

¶ Vnde sequitur, quod huiusmodi, qui se obligavit, ad donandum, vel contrahendum, non potest reuocare, obligacionem, nisi forte is cui se obligavit in absentia, moriatur ante ratificationem seu acceptationem obligationis, verum si se obligans ad donandum, moriatur prius, quam alter ratificet obligationem, si donatarius tunc poterit ratificare donationem, voco donationem obligationem ad donandum, videtur quod tunc possit, quia per mortem donantis, obligatio prior non expirat, neque ius donatarij, ob eam causam euanescit. ¶ An vero, defuncto, ante ratificationem, huiusmodi cui donator absenti se obligavit donare, ius & potestas ratificandi donationem transeat ad hæredes discutiunt variè legum periti alijs afferentibus, alijs negantibus.

¶ Vnde Iulius Clarus allegat, Paulum de Castro, insipientem, hæredes donatarij, posse ratificare donationem huiusmodi. lib. 4. §. donatio. q. 13. & ipse nihilominus diuersam aliorum sequitur sententiam. Nempe quod hæredes defuncti ratificare possint huiusmodi donationem.

¶ Ego vero dicerem, quod si defuncto donatore huiusmodi, obligatio ad donandum, qua ipse se obligavit, donatario absenti, transit ad suos hæredes, quia hæredes tenentur ex eadem obligatione, qua & donator, ite defuncto donatario, hæredibus relinquitur, idem ius ad ratifi-

Concordia iuris cum legeregni.

candum, quia æquaratio est devtroque. ¶ Vnde si ambo simul morerentur, hæredes donatoris obligabantur donare, quod donator promisit donandum, & hæredes donatarij poterant ratificare, aut dissolvere obligationem. ¶ Est autem horum causa, quia hæres representat defuncti personam, vel quo ad obligationem quam defunctus habebat, quam transfert in hæredem, vel quantum ad ius petendi donatum, quod item transfertur in hæredem. Et si non in omnibus hoc verum est, siquidem si donator tacuit, & non reuocavit donationem, quam fecerat in gratia, hæres non potest reuocare ut supra dictum est.

¶ Quod si adhuc quæsieris & quid si donator fecit absenti donationem, & antequam absens ratificet ipsemet donator, alteri tradit dono rem, quam alteri dixerat donaturum sunt qui autem fecerunt donationem præiudicare, priori, quia secunda est donatio actu, alia solum in spe. Et matrimonium de præsentibus soluit sponsalia de futuro.

¶ Verum tamè ex dictis patet, quidquid discutiunt iuris periti. Quod secundum donationi non est locus. Siquidem donans ex prima iam se obligavit, alteri donandū absenti, scilicet, vnde quantum est ex parte sua iam ablegavit à se dominium rei quam donavit. Tametsi adhuc actu non est translatum dominium, hoc autem non est ex parte donatoris, sed ex parte donatarij, qui nondum accepit. Et argumentum tractum ex exemplo sponsalium & matrimonij, non conuenit. Quoniam in sponsalibus, non est abdicatio dominij corporis alterutrius sponsi in alium, sed solum quædam promissio in futurum abdicandi vnde matrimonium, non fit, acceptando sponsalia, sed nouè contrahendo, per verba de præsentibus. ¶ At vero in casu proposito donator quantum ad se attinet abdicat à se dominium rei donatæ, vnde ex sola acceptatione donatarij, nullo alio aduenienti perficitur contractus donationis.

Deciditur questio in foro conscientie.

¶ Porro in foro animæ, res hæc si differatur, dixerim non sufficere, quod lex regni tradit, quomodo dicitur, scilicet, apparuerit, quod velit alteri obligari manet obligatus. Non sane hoc stat ad veritatem fori conscientie. Enimvero, & si lex ex testi-

bus, vel notario, coram quo sit prædicta donatio appareat in foro exteriori, donationem esse celebratam, & iudicet secundum illa compellet donantem, si donatarius contra eum egerit, ut rem donet, quam donandam dixit. Porro si animus non erat donandi, etiam si signa exteriora hoc fallaciter tamen demonstrabant, nempe quia ascivit testes, & dixit coram eis se donare, verum fallaciter, quoniam animus longe aberat à verbis, tunc sanè ille non se obligavit ad donandum in foro conscientie, quia obligatio in huiusmodi contractibus ex animo obligantis pendet. ¶ Quod si verba requiruntur, eoque est, quo indicet animus. At sæpe fallacia sunt verba quia significat, aliter quæ est. Quocirca, si animus non fuit donandi, non est huiusmodi obligatus in foro animæ ad donandū, siue res agatur cum præsentibus siue cum absenti. Quod si obieceris, illi huiusmodi obligare in foro animæ, est sanè verum per se, quod obligare eum si ex falsa procedant presumptione, non obligant, in foro animæ, quoniam iudex videt, quæ patet; Deus autem intuetur cor. Huiusmodi autem lex ex signis exterioribus apte iudicat tale donatoris esse obligatum, ceterum potest fallere hoc iudicium, quia fundatur in externis apparentijs, quæ sæpe fallunt, ut Iouenalis, de quibusdam hypocritis dixit, simulat Curios, & Bacchanalia viuunt. Quod si obieceris, si sola voluntas est sufficiens, ad se obligandū igitur ex solo actu interiori homo maneret alteri obligatus, ut si dixisset intra sese obligare ad donandū, aliquid alicui. Respondetur, quod ex actu solo interiori, non datur actio alicui homini, siquidè nemo potest agere contra alium ex alterius actu interiori quippe qui occultus est, verum quia soli Deo est notus, ideo erga Deum nos possumus obligare, ex huiusmodi actu qui solus intuetur cor, ut liquet in votis quæ Deo nuncupant, quæ solo actu interiori perficiuntur, & obligat in foro animæ. Quod si dixeris, etià si alteri non cõpetat actio ex huiusmodi actu, nihilominus obligatio superest in foro conscientie. Nam, in hoc foro & si nullus petat, obligamur sepe. Resp. quod is qui ait apud se, ego me obligo ad donandum Petro poterit nullo obstante, reuocare hunc actum, & euanesceat obligatio.

CAPVT VI.

An donatio conditionalis etiam non expleta conditione valida sit in foro anime?



Quaestio hanc patulam habet responsonem, in foro exteriori. In quo multi sunt contra ctus conditionales, qui non expleta conditione valent, ut patet in legatis ex conditione impossibili non viciatis, vt. l. obtinuit. ff. de condi. & dem. Imo etiam si sit possibilis, simpliciter legatario tamen sit impossibilis, non proinde viciatur, vt si legatur alicui, vel fidei eius committitur vt manumittat alienum seruum emptum, dominus tamen serui, non vult vt de re serui legatum, tunc nihilominus valebit & si conditio non fuerit expleta. Quippe non stetit per legatarium quominus, emeretur. ¶ Vnde etiam si seruus, mortuus interim fuisset, fideicommissum a legatario non submoueretur, quippe per eum non stetit. l. si Titio. ff. de lega. 1. similiter conditio inhonesta, & si non expletur (imo non debet expleri) nihilominus, non viciat contractum. l. si sine. fa. ff. de condi. & dem. Et al. cum tale legatum. ff. de condi. & dem. demonstrat. similiter, si quis piana legat sua ecclesie alicui, sub conditione, si ibi sepeliatur. At interim ipse se occidit, aut moritur excommunicatus, talis conditio etiam si non impleatur tenet legatum, vt arsit Bar. in l. miles. §. ream. ff. de adulterijs, siquid per ecclesiam non stetit, quominus impleatur conditio, sed ex culpa legatis, conditio non fuit impleta, scilicet hoc idem placitum Bal. in l. si quis ad declinandu. C. de episco. & cle. §. l. C. de his quae pe. no. Et ratio suffragatur, quia in legato ad pias causas, geminus obseruatur fauor, & legantis, & eius cui legatur. Vnde quamuis in casu proposito, cessat fauor legantis, quia ipse se fecit eius indignum & incapax, non tamen proinde cessat fauor ecclesie, cui legatum est factum.

Legata ex conditione impossibili adiecta non viciantur.

Legata ex inhonesta conditione non viciantur.

In legatis ad pias causas geminus obseruatur fauor & legantis, & eius cui legatur.

l. 2. & ff. de condi. & dem. l. cum tale. Et l. Titia si nupserit, vbi dicitur, quod si testator reliquit Titie ducentos, si non nupserit, & si nupserit, centum, scilicet, aureos, at nihilominus Titia clegerit nuptias, obtinebit ducentos aureos. Quippe conditio illa retrahebat a nuptijs carnalibus celebrandis, vnde non tenetur mulier restituere centum, etiam si fuerit restitutum cum onere restituendi, si nupserit. ff. eo. l. quoties & l. si filia. Et a fortiori, sequitur, quod si impediatur religionis ingressum, quod non impleta conditione valebit legatum, vnde si puella legatur ducenta si nupserit, si vero religionem profiteatur, quin quaginta, compos erit hanc puella ducetorum monachatum professura. Et hoc quidam credunt verum in filia solum cui debetur legitima quam vocant iurispreriti bonorum subsidiu: non tamen in extranea. Namque in hac conditio legati est impleta. Alijs simpliciter esse verum autumantibus, quia conditio turpis pro non adiecta habetur. ¶ Nostra autem nihil interest, quia solum hanc agimus demonstratur, quod legata, quae sunt donationes quaedam, etiam non impletis conditionibus valent, in foro exteriori. ¶ Item si quis substituat Petrum in hac conditionem, si filius meus non habuerit liberos, esto meus haeres, & interim filius, ingressus religionem, eandem est professus, ex pirat substitutio illa, & excluditur substitutus, Petrus ex professione monastica filij, & succedit monasterium in hereditate vt in auth. de san. episco. §. Hac pre sententi, si vero non persona particularis seu priuata substituitur, sed locus religiosus, vel ecclesia, non euanescit substitutio si conditio non impletur, siquid vtrique pius est & professio monastica, & ecclesia. Habes ex glossa ad c. In praesentia de probatio nibus. Neque opus esse puto, maiori sermone ductu, rem hanc producere, cum haec sufficiat, ex epla ad videndum, quod quaedam donationes conditionales non expectato conditionis euentu, valent in foro exteriori. Na in hoc foro, conditiones impossibiles, & conditiones turpes, & conditiones, quae sunt impedimento religioni, vel matrimonio, putant non adiectae. Quippe istevltimae etiam reputant turpes, quae non religionem, aut matrimonium impediunt, vnde etiam in fauore aliaru piaru causarum reputat.

Conditiones quasdam tu reputat non esse conditiones proprie sed potius modos.

Quid in foro conscientiae delegatis conditionibus sit sentienda.

reputat eas pro non adiectis. ¶ Ideoque non reputantur in iure, huiusmodi donationes seu legata proprie conditionalia, quia ius purificat eorum conditionem. Quocirca in. c. verum de conditionibus appositis, traditur verum cum alicui ecclesiae, possessio quae libet interposita conditione donatur, a donatore postea donum reuocari non potest, nisi forte sit tali conditione collatum, quod ea cessante debeat reuocari. Non me laet ex glossa huius capituli, conditionem hoc. cap. vsurpari pro modo, & differt modus conditione: modus est vt si dixeris dono te hac hereditate vt habeas equum & arina vt mihi seruias si non sequitur effectus cessat donatio. l. c. tit. 7. lib. 5. reco. verum saepe vsurpatur alterum pro altero. ¶ Nam vero contra haec omnia non parua se prodit difficultas, num haec vera esse, oportebit censere in foro conscientiae? Enimvero videtur haec iura in aequalia. Quandoquidem autore Paulo Romano scribente non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Porro malum est, & contra ius naturale, vsurpare aliena bona inuito domino, siue in fauore, vel religionis vsurpatur, vel aliaru piaru causarum. Namque pijs fauere causis, sanctum est, at vero istdem fauere, cum detrimento, & repugnantia dominorum, a quibus auferuntur bona, vt illis conferatur non videtur pius. ¶ Quod vero dominum, seu legantes, sint inuiti & repugnantes, probatur. Quippe legas sub conditione, hoc intendit, quod si conditio non eueniat, quod legatum euanescat, alias quorsum sub conditione legabat, si conditio nihil debebat operari? Quod si dixeris, iam ipse sciebat iura repellere huiusmodi conditiones, & ideo illi non fit iniuria, a iure, quandoquidem scienti, & volenti non fit iniuria. Equidem, si omnes legates essent legum periti, apta esset responsio, at cum sit minima legantium pars iuris perita, inuiti erunt, quoru legata implentur, sine conditionis euentu. ¶ 2. quia quilibet fugae rei est moderator & arbiter, ideo potest in sua donanda re constitucere modum & conditionem, quam velit, & ideo illi standum videtur, neque transgredien dum. ff. de pactis. l. in traditionibus & c. de contractu emptionis. l. 3. quocirca videtur, quod conditio sic expectanda, & ea non subsecuta, legata videtur esse nullum. ¶ 3. In sti. de rerum

diuisione. §. per traditionem. Nihil tam conueniens est naturali equitati, quam voluntatem domini volentis transferre rem suam in alium ratam haberi, igitur si voluntas transferendi sit cum modo ille necessarius est obseruandus, & si sub conditione, conditio ita est obseruanda. ¶ Quarto, quia quando apponit conditio impossibilis, potius exprimitur dissensus, quam consensus. Siquidem huiusmodi conditionibus vrimur ad explicandum nostrum dissensum, igitur legatum factum sub impossibili conditione, est nullum in foro conscientiae quia legatus non adiecit impossibilem conditionem, vt consentiret, sed potius, vt dissentiret, cur ergo ius civile, & ius ecclesiae approbat huiusmodi legata, & matrimonia? ¶ Quod si dixeris ecclesiam supplere consensum, obijci tibi ecclesiam, neque, ciuilia iura posse ex non matrimonio facere matrimonium, aut ex non donatione facere donationem, & c. quia consensus, aut dissensus sunt actus liberi arbitrij, qui non sunt in potestate ecclesiae aut imperatoris, vel cuiusuis legislatoris, sed in potestate contrahentium, & Dei solum, qui corda hominum potest quocumque velit diuertere. ¶ Quod si dixeris, si non est matrimonium aut legatum, aut donatio, & c. in foro conscientiae, reputantur esse in foro exteriori, quia ecclesia praesumit huiusmodi esse absolutos contractus, & non esse conditionatos, quia conditiones huiusmodi reputat, esse non adiectas. ¶ Obijciam tibi, praesumptio ecclesiae, vel iuris, quia est humana praesumptio, fallibilis est, & probatur quia & si reprobet talem contractum, quia praesumit, quod sic contrahens cum conditionibus praefatis, quod consentit, quia non expressit, si aliter fieret, nisi sub conditione ab eo adiecta, quod non consentiebat, vt. v. g. qui dicit ego te accipio in meam, si caelum digito tetigeris, quod si tetigeris, ego non te accipio in meam. Aut qui legat Titiae si nupserit ducentos aureos, quod si non nupserit, quin quaginta, si hoc solum dixerit ecclesia interpretatur, quod si profiteatur religionem Titia, poterit habere ducentos, si quidem legatus non expressit, si profiteatur religionem, non habeat nisi quin quaginta, sed solum si non nupserit, & ita de reliquis. Ius igitur praesumit qui sunt huiusmodi consentire, etiam

si non expleatur conditio ab ipsis adiecta, siquidem non clare expresserunt se alias nolle legare, vel contrahere, nisi ex tante conditione, sed solum conditio adiecerunt, nulla aduersatiua constituentes videlicet, sed si conditio hæc non haberit eventum, contractus sit nullus, aut legatum sit nullum, &c. ¶ Sed quid nonne, etiam si sit hæc iuris præsumptio, & interpretatio, voluntatis contrahentis, aut legantis, vel donantis, &c. nonne, oppositum poterit accidere, quod & si voce non exprimat, se aliter nolle, quã sub conditionis euentu, animo illud retineat? faciamus igitur, quod hic est animus legantis aut donantis, aut aliã contrahentis, & quod hunc esse animum ex multis probabilibus coniecturis, hæredis legantis pro constanti habeant num id temporis tenebuntur restituere hæredes legatario legatum? nunquid si qui adiecit conditionem impossibilem, matrimonio, vel legato in gratiam piarum causarum, & iureiurando se obstringit, quod animus eius non erat vel ducere uxorem, vel legandi sed iocose, adiecit conditionem, nonne rationale erit iuramentum credere huiusmodi? aut maioris autoritatis est interpretatio iuris, de animo legantis, quam autoritas ipsius legantis? aut magis patet animus legantis ecclesie aut iuri, quã sibi ipsi, quod nullus diceret, testante Paulo, quis enim hominũ, scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in ipso est. 1. Cor. 2. ¶ Præter hæc. l. si vt proponis. C. de conditioni, ob causam datorũ habetur, quod deficiente modo, qui se habet ceu causã finalis, deficit donatio, & repetitur datũ, igitur cur idem non censuit ius de conditione, quod de modo cõsue-rat? Hæc & pleraq; alia sunt, quæ rē hanc difficilem reddunt nihilominus, vt tibi, vt cunq; referetur sit tibi prima conclusio. ¶ Quicũque nouit ex iure, vel aliã, quod huiusmodi conditiones, habentur pro non adiectis, & si adijciat eas nihilominus in vtroq; foro reputantur pro non adiectis. Hæc est prompta, quia si quis scit conditionem impossibilem iure, vel natura, non vicarie contractum, vel legatum &c. & nihilominus, ait mulier, ducere te in uxorem si caelum manu cõsequaris, manifestũ est hũc voluisse illã ducere in uxorem. Quãuis vt supra ad

1. Conclus.

monebã lib. 5. hoc exemplũ, iã suam de- depofuit difficultatē à cõcilio Tridentione. Quia cũ clandestina matrimonia, iã fuerint cassata ex iure nouo, publica matrimonia, nemo contrahet sub huiusmodi impossibilitatibus, vel alijs hoc genus conditionibus. ¶ Verũtamen quando clandestina, non erãt cassata sed effiacia, tũ qui sciebat conditionē illam haberi pro non adiecta, reuera addens conditionem consentiebat, & erat verum matrimonium non solũ ex iuris interpretatione, sed ex veritate conscientie, idemq; de legatis dicitur donationibus, &c. ¶ 2. conclusio, qui ignorat inuincibiliter huiusmodi iura, & propter ignorantia, vtitur huiusmodi conditionibus, nõ adiecturus, si sciisset eas nullius esse momenti in causis supradictis, aut explicationis mentē quam apertius, hic inuit? est, & ideo in foro cõscientie, siue matrimonium cõtraheret quando clandestina vigeant, siue legata, siue donationes faciat, huiusmodi in foro conscientie, nõ expleta conditio, nõ valent. ¶ Hæc patet, quia conscientie forũ in veritate, non in præsumptione firmatur, cũ ergo is, qui nescit iura, ex ignorantia iuris addens conditionem simpliciter nihil aliud exprimens, expressurus tamen si nouisset se non consenturum, si aliter quã ipse disponebat, fieret hic manifeste, non est spontaneus, vel ad contrahendũ, vel ad legandũ, vel ad donandũ, ideo omnia huiusmodi sub hac ignorantia celebrata, non expleta conditione, sunt in foro cõscientie nulla. Imo & matrimonium esset nullũ in foro conscientie. Et vt validum esset erat opus nouo consensu amborum coniugum, & si decerneret ecclesia esse vere coniuges, nam ipsa procedit tũc ex falsa præsumptione credens eos cõsensisse, qui tamen cũ essent ignorantes, non consenserunt. ¶ 3. conclusio, maior pars hominũ hæc iuris inuincibili tenetur ignorantia. Hæc patet, quia non tenetur scire omnia iura, & si teneantur quilibet scire ea, quæ pertinent ad salutē suam, statum vel officium, vt sacerdos, quæ sacerdotis, prætor quæ prætoris, coniugatus quæ coniugatorum monachus quæ monachorũ, &c. ¶ 4. conclusio, quando legantes, vel contrahentes exprimunt, se non aliter legare, aut donare, &c. nisi quando expleatur conditio, qua

1. Conclus.

3. Conclus.

4. Conclus.

Ius aliquando interpretatur in meliorem partem.

qua non expleta, donationē, vel legata esse nulla tunc in nullo foro, non expleta conditione valebit vel cõtractus, vel legata, &c. siue sit causa matrimonialis, siue religionis, siue piarũ causarũ, vel quatumcunq; aliarum. ¶ Hæc patet, nam in causis commemoratis in foro exteriori valent, quæ recessimus, non expleta conditione, quia ius interpretatur, animum contrahētis, vel legātis in meliorem partē & huic interpretationi est locus, quãdo ipse legans, vel donans, non clare expressit, quid voluerit futurũ, si conditio per eum adiecta non impleteretur, tunc enim ecclesia in fauorem matrimonij, & religionis, & piarum causarũ, in meliorem partē interpretatur. ¶ Porro ex casu conclusionis huiusmodi legantes, iam exponunt suum animum clarē & apertē inficiantes contractum si conditio non successerit ergo tam in foro conscientie, huiusmodi nihil erũt conditione nõ expleta. ¶ Vnde donatarius tunc tenebitur restituere donata, & legatarius legata, vnde item inferitur quod si quispiam quando clandestina valebant matrimonia ad hanc rationem contraxisset, ego tecum contra hoc matrimonium, si cõglum digito tetigeris, & si hoc non feceris, nõ contra hoc tecum, quod non esset matrimonium, ad huc in foro exteriori, itē si quis legat Titie ducetos aureos si nupserit, si vero non nupserit, sed ingressa fuerit religionē, solũ 50. si Titia ingressa fuerit religionē non obtinebit, nisi 50. etiã in foro exteriori propter rationē commemoratã. ¶ Itē si quis legat ecclesie suas facultates ea lege vt ibi sepeliatur, quod si quacũq; causa, siue ex culpa sua, aut citra culpam suam ibi non fuerit sepultus, quod legatum sit nullũ, tunc sane si laqueo se suspendit, aut ex cõmunicatus interierit ecclesia nõ obtinebit legatum quia satis expressit suã intentionē. Et si se occidens bona sua pertinebunt ad sitũ. ¶ Probatur autem ea quæ diximus, quia ex l. si vt proponis decernitur, quod si pater reliquit filiam, emancipatã vt subaudit glossã, aut ex alio habita matrimonio, prædium aliquod, ea tamē ratione, vt creditoribus patris satisficeret, qua ratione non extante, hoc est quod ait si placita obseruata nõ essent, donatio rescoueretur, igitur in conditionibus adiectis erit idē, si expri-

matur si conditio, nõ obseruetur, vel executioni mandetur totũ, vel legatum resoluatur si nõ obseruatur conditio. ¶ Et in l. si repetendi eodē tradit, quod si liber aliter donauit uxori alicuius aliquid vt induceret maritũ suũ, vt necũ alicubi proficere retur nulla expressa donationis causa, etiã si donator, eo dabat animo, quo mulier induceret maritũ ad profectũ, etiã si non sequatur profectus, aut mulier non induxerit virũ ad hoc manet integra donatio, igitur si expressisset dicēs, se ob profectus causam donare, & non aliã, si non induceret, donatio esset nulla. ¶ Quãuis mēte erat positũ, se nõ simpliciter donare, sed ob causam, proficiscendi. At si constaret uxori, quod solum dabat propter causam finalē profectus, & nõ simpliciter, quia donas ob causam, nõ est proprie donator, sed ob causam, nõ subsecuta causa tenebit restituere. ¶ Poterit autē cõstare, vel ex cõiecturis, aut ex iuramento donantis, si alioqui vir probus est, vel quia nulla intercesserat amicitia, aut cõsanguinitas, vel quæuis alia, quæ ad huiusmodi donationē, induceret. At obijcies nihil. si præfidi. C. de donatione ante nuptias. Quod qui dat munera, seu donat parentibus puellæ alicuius, vt eã illi nuptui tradat, si puella nõ est tradita, restitueda est donatio, & tamē hic nõ exprimitur causa, sed mēte retinet. Respondetur, quod est intelligenda vt glo. autumat. quod expresse dixerit, se parentibus donare ob causam nuptiarũ cũ filia. ¶ Porro textus satis est apertus sine glossa. Ait enim si pbatũ fuerit corã præfide, quod donator dederit parētibus vt traderet illi filiã nuptui. Quod si pbatũ manifestũ est esse causam probatione expressam, etiã si aliã nõ exprimeretur. ¶ Idēq; dicitur, de donatione facta ex cõditione, vel legato. Etenim si pbatũ, quod facta fuit donatio tãtũ, ppter implemētũ cõditionis, etiã si donator, nõ exprimeret, satis erat hæc pbatio in foro etiã exteriori dico, vt donatio, & legatũ, & quicũq; alius ex cõditione cõtractus nõ obseruata cõditione nõ valere. ¶ Et tũc heredes in nullo foro tenerent, etiã si donatio esset in fauore matrimonij vel religionis, vel ad causas alias pias. ¶ Sed cur in donationibus vel modis ob causam, etiã si donatio esset, ppter causas pias, nõ subsecuta causa nulla est donatio, vel legatio,

Quæ ob causam datur causa nõ subsecuta reperitur.

&c. At vero in conditionali, vel si maui donatione, si sit ad causas pias, etiam nō obseruata conditione ualet, vt quando donatio fit ecclesie, extra de conditio. ap. possi. c. verum item delegatis: vt supra sã pẽ dictum est.

¶ Respondetur, quia in donationibus, semper exprimitur causa obquam sit donatio, & ideo non est locus interpretatio ni iuris, vbi ipse, vel legans donans, &c. se exponit.

¶ Vnde si in donatione conditionali, item exprimitur, quod si conditio non obseruatur, quod resoluatur mandatum non obseruata conditione non valet.

Et item si constiterit heredibus de intentione donantis, etiam si nullam fecerit expressionem, de nullitate donationis, sic conditio non obseruaretur, in foro conscientie, non valet vel legatum, vel donatio vel contractus huiusmodi. Neque heredes in foro tenerentur conscientie, ad huiusmodi soluenda. Quippe de huiusmodi, non datur actio in foro conscientie.

¶ Vt etiam si testamentum esset minus solenne, & constaret heredibus, nulla fraude esse infectum, teneretur ad soluendam legata, & alia quae testator reliquit soluenda. Postquam enim constat intentione testatoris alia solennitas, non est requirenda, nã nulla maior veritate, in qua sententiam est Pan. or. post Innocen. c. Quia plerique de immunitate ecclesie, Et valde probabilis sententia. Siquidem ius irritas huiusmodi testamenta, praesumit ea esse fraude infecta, & subreptitia. Et haec praesumptio est satis rationalis, quia vt plurimum, ita accidit, verum nō adeo certa est, quin & fallere non nunquam possit, fieri enim potest testamentum esse aliquando verum, & sine fraude infectum, etiam si solennitate iuris orbetur. ¶ Tunc igitur in foro conscientie ipsum obligare haereditate consentaneum est.

Praesumptio iuris in testamentis minus solennibus.

Rursus quia extra de testamentis. ca. cum tibi, qui inquit extremam suam voluntatem in alterius dispositione committit non videtur discedere in testatus, si ergo haec dispositio reputatur à iure testamentum, quia illud non est privilegium vt quidã credunt sed ius cur nō testamentum minus solenne etiam reputabitur testamentum, vt testamentarij teneantur illud executioni mandare? Equidẽ lon-

gius abest à ratione testamenti, quod capitulum docet reputadum esse testamentum quam illud quod orbatur aliqua iuris solennitate? quod si dixeris, primum traditur esse testamentum ex benignitate canonica, at obsecro, cur haec benignitas non habeat locum in secundo casu? verum haec quaestio non modo est diffinienda aliubi enim aptius differenda venit, idcirco regrediamur ad priora. ¶ Donatio, igitur conditionalis, conuenit in quibusdã iam commemoratis cum donatione ob causam, seu ob modum, quia haec modo confundimus. At vero discrepat, quod donatio conditionalis, si aliud nō exprimat, recepit interpretationem iuris in quibusdam casibus, vnde etiam nō obseruata conditione in foro exteriori valet, id quod non accidit in alijs donationibus praefatis, propter causam commemoratam. ¶ 5. Conclusio si consistet remus solũ in iure naturali, donatio conditionalis, nihil valet, nō obseruata conditione, & impossibilis adiecta conditio, contractũ frustraret. Haec patet, quia ob eam causam additur conditio vt obseruetur, & ob eam causam additur impossibilis, vt irrideatur. ¶ 6. Conclusio, ius seu civile seu canonicum, satis congrue facit has interpretationes adhibere quae supra commemorauim⁹, in fauore matrimonij & causarũ piarũ. Haec patet, quia vt saepe diximus si constat animus donantis piens, quod si conditio nō obseruetur, nulla sit donatio, tũc ius nō se intromittit ad interpretadũ, at vero si iuridicẽ nō constat, tũc nihil iniustũ est interpretari ad fauore praedictorum. ¶ Et ius naturae hoc nō prohibet, imo monere videtur, vt in casu praedicto, quod ita fiat. ¶ Vnde videtur, quod capitulũ illud. Verũ de conditionibus appositis, dicens si quod donatur ecclesie, sub conditione, vel modo, valet donatio, etiã si conditio nō obseruetur ex subiunctis, fortiri aliã à vulgata explanatione, subdit nãq; nisi forte talis sit conditio collatũ, q̃ ea cessante debet reuocari, videtur enim Alexader sensisse q̃ si donatio conditionalis hac ratione, facta fuerit ecclesie, videlicet, si conditio adiecta, nō obseruetur, q̃ sit nulla donatio si conditio nō obseruetur. Quãuis iuriscõsul ti, alio distrahũt sensũ, quos supra indicabã. Distingũt em̃ inter haec relata verba

& prio.

& priora eiusdem capituli, haec ad donationem sub modo vel ex causa, illa vero ad conditionalem referentes. Et si vt mihi videor, melius esset vniuersa verba huius capituli referre ad conditionalem, quia sunt planiora, quã quae glossa affert: intellexit enim per conditionem a loco in textu positam modum, vel partem, quia cessante modo, donatio reuocatur. ¶ Per haec respondebis ad argumenta supra inducta, ad primum dices, quod ius ad iudicandum huiusmodi legata, & donationes pijs causis, aut in suffragium religionis, &c. ea exponens donantibus nō facit iniuriam. Siquidẽ procedit ex praesumptione iusta & rationabili. Quandoquidem, si donator, aut legans, &c. nō se exposuerunt, quia addentes conditionem, non subiecerunt, quod si conditio non obseruetur legata, & donata, & contractus ab ipsis facti resoluantur, ideo iusta est praesumptio, quod ipsi sic voluerunt, quod ius praesumit, de suis donationibus ideo, si donem⁹ quod reuera fuerũt iniusti, dum hoc iuridicẽ non constat, praesumitur interim eos fuisse spontaneos.

Responso ad argumẽta.

¶ Quãuis autẽ haec iuris praesumptio sit fallibilis, ceterum fat est vt rationalis sit si vt in plurimũ sit vera. Et quod frequentius non fallere, & illi stabit iudex, quando nihil adfuerit, quod ostendat esse fallacem, si vero apparuerit, si iuridicẽ probetur, cessabit id temporis interpretatio iuris vt supra dictum est, si vero iuridicẽ non apparuerit, sed alias, constare heredibus potuerit, non tenebuntur ad restituendũ in foro conscientie. Et donatarij, vel legatarij, si eis crediderint, aut si rationalabile est, eis si de adhibere, donata, vel legata tenebuntur restituere. ¶ 2. respondebis, annuendo, quod quilibet suę rei est moderator, & arbiter, si nullẽ moderetur, &c. ideoq; poterit donator suã exponere mentem, scilicet, q̃ si non feruetur conditio, quod resoluatur donati, si autem non exposuit praesumitur ex iure, quod in causis pijs, & fauorabilibus volebat etiã non obseruata conditione, quod donatio valeret & ita de reliquis.

¶ 3. respondebis, q̃ si donatio fiat cũ modo, siue ex causa, haec necessario sunt obseruanda, neq; enim in huiusmodi, est locus interpretationi, q̃ a aperta habet suã causam. Et ius docet, q̃ in eis quae ex can-

sa donantur, non subsequuta causa esse repetenda. At vero in donatione conditionali, secus est, vt patuit inter differendum. Siquidem in huiusmodi donatione non semper est aperta, quid vellet donator, si non subsequatur conditio ab eo adiecta, & ideo ius interpretatur mentem eius ad meliorem partem. ¶ 4. dices conditionem impossibilem, non possẽ iam adijci matrimonijs, quia iam publice celebrantur factis denuntiationibus, vnde si modo quis contraheret clandestinẽ cum conditione impossibili, non valeret, neq; cum possibili, quia clandestina matrimonia, iam non vigent.

Ad. 4.

¶ Ceterũ quando vigeant, quãuis ita apparet, huiusmodi conditiones impossibiles, magis significare dissensum quam consensum, ceterũ si animus ad dantis illam conditionem, non exprimitur clarius, videlicet dicendo si tetigeris celum te ducam, & non aliter, erat locus interpretationi ecclesie. Et sub hac ratione etiã tunc talia matrimonia, etiam non valerent vt supra iam expositum est, verum modo, si adijciantur legatis pijs, & donationibus, &c. idem dicendum est. ¶ 5. dices, esse quam verissimum animũ donantis magis notum esse ipsi donanti, quam legillator, ceterũ, tanti per dũ animum suum non referat clarissimẽ donans, aut legans quod minimo negotio potuisset facere, addendo plura verba, quam protulit, iuri est locus interpretandi in fauorem piarum causarum.

Conditio impositibilis adita matrimonijs iã est nulli⁹ efficacia.

Ad. 5.

¶ Quod vero inuoluitur de iuramento, dubium est, si quis, verbi gratia, quando matrimonijs clandestinis erat valor, iuramento firmasset se illam conditionem impossibilem, non seruo, sed iocose adiecisse, an illius iuramento esset standum, vt matrimoniu crederet esse nullũ, an iudex potius staret interpretationi iuris, quam iuramento, quippe iuramentũ videbatur suspectum, vt iurans, se assereret, à matrimonio. ¶ Et quidẽ quidquid de foro exteriori, in foro interiori, si iuramenti religionem adiecisset, si vir timoratus esset satis esset, vt ei crederetur, se ex ioco, & non serio dixisse. Quia sibi notior est ipse, quam iuriscõditoribus.

Ad. 6.

¶ 6. patula est ex dictis responso, ideo parcens fastidio ampliori solutioni satisfere sedendum putauit.

CAPVT VII.

Andonatio facta ex causa, non ex- tante causa sit obnoxia restitu- tioni.



Actenus, de donationibus cō ditionalibus patuit, quid qua ve ratione, sic donata restitu- tioni sint obnoxia qua vero non. Nunc vero de alijs donationibus, quæ appellantur ob causam, siue ex mo do differendum venit. Nō rursus definiē tes eas, quippe quas finiuimus, in huius libri sexti exordio: sed solum in dubium in presentia vocamus, an in huiusmodi donationibus, causa nō subsistēte resul- tet obligatio ad restituendum ex huius- modi causa donatum.

¶ Multa namq; videntur intercurrere, quæ diuersum probēt. Enimvero si quis pauper se fingit vlcerosum, vt multis ac- cidit, quod ex quibusdam herbis, aut ex splene arietum, sibi producut vlcera, vt miserabiles appareant, & inde viden- tum animos prouocet, ad promptio- rem misericordiam, vt que iam tūc por- rigētes illis elemosynam ex spectaculo miserando vlcera porrigūt, at hoc spe- ctaculum fictum est, & non verum.

¶ Vt & alij se fingunt claudos & mancos ob eandem rationem.

¶ Et mihi sæpè accidit, quia mos mihi erat matribus gerentibus filios paru- los largiorem porrigere elemosynam, ideo mulieres pauperes hoc aduertentes alienos sibi quos coram me gererent me in seculo, portabat paruulos, vt largiori do- narentur elemosyna.

¶ Quid ergo num isti tenebuntur, ad re- stitutum? videtur enim quod tenean- tur, siquidē dabatur elemosyna ex cau- sa vlcera, aut claudicationis, aut paru- lorum, quæ omnes cause non subsiste- bant. ¶ 2. si quis se fingit consanguineū hominis diuitis, vt inde consequatur elemosynam.

¶ Aut si Christianus, inter Saracenos, aut Iudeos agens, vt elemosynam nau- cifcatur, vestibus Saracenicis, & idioma- te vitur, nunquid acceptam elemosy- nam tenebitur restituere, cum ipse iā ac-

ceperit ex causa fallaci & non subsistēte? ¶ Aut qui nobilem, se mentitur, ex mag- naque profapia deducentem genus, vt maiorem elemosynam promereatur.

¶ Aut qui se simulat ex captiuitate in fidelium venire, vt pro redimenda capti- uitate elemosynā petat. Preterea si quis clericus se fingit sanctum & bonum, ex hypocriti simulans sanctitatem, cum alioqui sit iniustus & iniquus, si episco- pus, motus ex ficta sanctitate, confert il- li beneficium collatio illa tenet, (suppo- nimus enim eum esse alioqui idoneum) igitur, non necesse est, quod causa subsi- stat, vt donatio teneat. Quod si euarius argumentum dicens non conferrī bene- ficium, propter sanctimoniam, sed prop- ter idoneitatem, obijciam tibi, fac duos esse candidatos ad huiusmodi beneficiū, & ambos esse idoneos, ex æquo, at vero episcopus, hypocrite tribuit beneficiū, ex hominis credita ab eo sanctimonia motus, quam in altero desiderat, nūquid tenebitur hypocrita qui est sibi no- tus ex fallaci causa assecutū fuisse be- neficium, resignare beneficium? quod si in- ficiaris, igitur quæ dantur propter cau- sam, ea non subsistente, non sunt repetē- da, si vero asseris, igitur clericus ille tene- bitur se prodere. Probo consequentiam, quia hic resignando beneficium se pro- dit, nam facile opinabitur quiuis alter, quod ex culpa sua resignat.

¶ Et istis accedit, quia si fictio cause, im- pediret donationem, sequitur quod Ia- cob, tenebatur restituere præminentia maioris, seu primogenituræ, quam frau- dulenter subripuit ab Esau fratre. Genes. 17. at vero non restituit sed semel benedictus ab Isaac patre, mansit benedictus. Imo Isaac pater sciens fraudem consti- tuit Iacob, in primogenitura, tantum ab- est, vt eum abigeret ab adepto.

¶ Oppositam vero partem, videtur sua- dere, quia ignorantia facit inuoluntariū, ergo qui putans pauperem esse sanctum vel consanguineum, vel quoduis aliud, id quod pauper mentitur se esse, dat ei elemosynam, ex ignorantia fictio- nis, igitur non spontaneus dat, er- go inuoluntarius, igitur non est do- natio, hæc namque debet esse vo- luntaria, ergo tenebitur pauper huius- modi restituere, quod fraude accepit, & benefi-

Arg. in op- positum.

beneficiarius beneficiū resignare, quod ex hypocriti obtinuit. In hac quæstio- ne differenda offerunt se se quædam ex iure ciuili, quæ videntur præferre do- nationem factam sub modo, vel ex cau- sa, etiam non subsistente causa, vel ex causa falsa valere. Nanque. ff. de dona- tionibus. l. 2. habetur quod si Titio de- cem donauit, vt inde Stichum emeret, si ante emptionem morte præuentus, non emit, nihilominus donatio valet, neque est locus repetendi.

¶ Item ex Instit. de legatis. §. longè mag- is, idem constituitur. Ait enim longè magis legationi falsa causa, non nocet veluti cum quis ita dixerit, Titio, quia me absente negotia mea curauit Stichū do, lego, licet enim negotia testatoris, nunquam gesserit Titius, neque patroci- nio eius liberatus sim legatum tamen va- let. ¶ Vnde videtur quo legatum ob cau- sam præteritam falsam tamen, vel futu- ram, vt in primo casu, non propterea vi- tiatur.

Causa im- pulsua, & causa fina- lis.

¶ Pro decisione igitur, obseruandum est, secundum Iurificos, huiusmodi do- nationes, vel legata geminam posse ha- bere causam, aut motiuam seu impulsiu- am, aut finalem.

¶ Prior harū est minus principalis cau- sa, nam est veluti dispositio in rebus na- turalibus, quæ præparat materiam, ad introductionem formæ.

¶ Posterior vero, tanquam principalis, ob quam legata, vel donationes fiunt.

¶ Conuenient igitur est apud eos, quod si causa motiua, seu dispositiua, vel im- pulsua, sit falsa, non ob id vitari lega- tum seu donatum.

¶ Quippe causa huiusmodi, non est principalis causa legatorum, sed solum minus principalis. Propterea que eius nulla est ratio habenda, vnde legem illā supra indicatam si repetendū. C. de con- dictio. ob cau. don. intelligunt, de causa impulsua, videlicet, si quis donauit vxori, nunc scula, vt vir eius cum illo profi- cisceretur alicubi, quod si non est profi- ciscus, nihilominus valet donatio. Quia nō fuit causa principalis societas in pro- fectione, sed solum impulsua.

¶ Preterea dicunt, quod si causa fuerit principalis aliqua donationis, & hæc nō subsisterit, siue præterita, siue præsens, si

ue futura sit, donatio non valet, sed pla- nē est inofficiosa. Modo tamen expri- matur, quod si causa non subsisterit do- natio sit repetenda. Tunc enim expres- sit clarè donans animum suum, ad do- nandum fulciri in causa, ob quam dona- bat. ¶ At vero, si hoc non exprimat, etiam causa non subsistēte, donatio non vitatur, vt ex duabus legibus paulo an- tē indicatis claret.

¶ Quippe lex prior, quando quis donauit pecuniam alteri, vt emeret Stichum morte tamen præuentus donatarius, nō emit valet donatio nihilominus. Quia non expressit donans clarè animū suū, quid futurum esset, si causa ex casu non succederet, cum tamen potuisset, & de- buisset. Et item dicendum est in casu se- cundo legis.

¶ Est enim obseruandum legislatoribus hoc fuisse studium, donatarijs suffragari & legatarijs, & quoad licebat donatio- nes ratas habere, nisi quando legans vel donans, apertè dissentiebant. Et deniq; maior cura est legislatoribus, quoad licet firmare contractus quam infirma- re. Emulantur namq; naturam quæ magis appetit rem esse, quam eam nō esse: & magis sollicita est, ad constituendum, quam ad destruendum.

Donantib; & legantibus incum- bit suas de- clarare in- tentiones.

Legisla- res sunt g- multiuati- re.

¶ Quid quod, quoad casum attinet secu- dū legis, accidit sæpè quod donatores excogitant causas falsas apparentes, ta- men ad donandum, quibus cordi est do- nare. Quas quidem causas falsas excogi- tant, vt habeant quid obijciant ex postu- lantibus cum ipsis, cur sic donauerint, quibus donarunt, & non alijs: ideo pote- rit accidere quod legans falso dicat, do- lego, ei qui gessit mea negotia, quæ ta- men causa est sanè falsa, at eius falsitas, nō nocet legatis, vel donationibus, quia- est inuenta à legante, vt dictum est, & ideo valida est.

Causa fal- sa non nun- quam excogitatur ab ipso legan- te.

¶ Porro autem, hæc pertinet ad forum exterius nos hic quid spectet animæ fo- rum, subdamus. Et quidem, si causa est falsa, excogitata tamen ab ipso donante in nullo foro tenetur ad restitutionem legatarius, aut donatarius, vt liquet, siue sit præterita, vt commemorata, siue fu- tura ficta tamen, vt lego hoc vel illud, vt vadas Hispalim, & mea negotia geras cū sciat alocui legans id non esse futurum

verum ut habeat occasionem donandi, vel legandi, ideo ad eam rationem legat. ¶ Ceterum quando non est excogitata causa falsitas, ut diximus, sed vere intenditur causa subsistentia ab ipso legante vel donante, quemadmodum supra de conditionibus donationibus. Porro superius quando de donationibus inter vivos agebatur multa diximus, qua ratione valebat donatio facta ex modo. Et quod si quis alteri tribuit hereditatem, vel fundum, sub modo tali, videlicet, quod habeat equum & arma, ad illius obsequium, quod valet talis donatio, quod si donatarius non praestet obsequium, poterit eum cogere donans ut praestet, aut quod remittat fundum suo donanti, &c. Et ad idem tenetur in foro conscientiae. ¶ Ceterum nunc non agitur in legibus commemoratis de huiusmodi donationibus inter vivos, sed de illis ubi mors intercedit.

¶ Atque id temporis, si donans non expressit suam intentionem valet legatum etiam, non impleta conditione, & item causa non subsecuta, ut expositum est, ex iuris namque interpretatione habetur pro non adiecta: at vero in foro conscientiae, si constat intentionem legantis esse quod si causa non subsisteret legatum esset nullum non valet in foro conscientiae. ¶ Sunt tamen, qui non referant legem commemoratam, ex Insti. de legatis, ad legata testatorum, sed ad donationes inter vivos, unde tradunt quod si is qui donavit alteri, ut negotia gereret iuxta causam legis, habuit hoc in causam finalem scilicet, gerere negotia, hac cessante vide licet, quod negotia non gesserit, in foro conscientiae non valet donatio quippe quae procedit ex errore, & ideo non est spontanea. Est enim falsa causa quia Titius, neque curavit negotia, neque liberavit à morte, unde simili modo, si Petrus putans se debere centum, Joanni solvisset, nil exprimens: cum tamen reuera, ipse non debebat, sed ex errore solvit. Tunc tenetur Joannes postquam sciuerit errorem Petri, illi restituere donatum, quia ex errore processit, & nulla causa apparet vera: cur donare voluisset pro quo facit. Insti. quib. mod. re contrahitur obligatio. §. is quoque, unde dicunt,

quod lex praedicta, procedit in foro exteriori, quod procedit ex praesumptione. Quia lex praesumit quod is qui dedit Titio, quia me absente negotia mea gesserit, &c. praesumitur, quod huiusmodi causa fuit impulsiva, & non finalis. Ceterum quod lex illa ad legata sit referenda non ad donationem inter vivos, ex verbis legis apparendo, legatos colligitur, unde ad finalem non ad impulsivam causam sunt verba referenda. Ceterum, quia legans non expressit clarè & prorsus suam intentionem dicendo & non aliter volens quoad licet, in omnibus favore donationibus interpretatur legatum in favorem legatarii, ut saepe dictum est.

¶ In foro autem conscientiae, iam differimus, non valet legatum si possit constare animum legantis fuisse, non subsistente causa non valere.

¶ Porro, quod lex altera tradebat, si donavi pecuniam Titio, ut in de fundum, vel domum emat, quod valet donatio, etiam si non subsequatur emptio, est sane verum, quod donatio haec modalis valet, quia transfertur dominium pecuniae, vel rei donatae alterius sub modo, vel sub causa. ¶ Ceterum is, qui accepit pecuniam tenetur fundum emere, quod si non emat potest cogi à donatore ut emat, aut si non emerit, quod cedat donationi iuxta l. 6. tit. 4. Partita. 5.

¶ Et hoc verum est, quando donatio non est ex toto facta in favorem donatarii, quia si facta est non in favorem donantis, sed donatarii, in arbitrio erit donatarii emere, vel non emere.

¶ Verum, si datur pecunia ad emendam domum, ut ex fructibus domus tribuatur donanti, est manifestum, quod prius diximus.

¶ Sed quid si morte praeventus donatarius, non potuit emere domum? utique donatio est repetenda, etiam si non steterit per donatarium, quod non emetur domus? Habetur enim l. si pecunia ff. de condit. causa data, si pecunia ideo accepit, ut Capuam eas, deinde parat tibi ad proficiscendum, conditio temporis, vel valetudinis impedimento fuerit: quominus proficiscaris, an condicio poterit? videtur posset, quod cum per te non steterit, possit dici repetitionem cessare: sed

Quid in foro conscientiae.

Sensus quorundam legum.

Conductori de conditione si res sit ad huc integra licet perire, non tamen donatori, quia donatio facta est in integra.

Prima conclusio.

fed cum liceat poenitere, ei qui dedit, procul dubio petere potest id quod datum est. Nisi forte tua interfuit, te non accepisse ob hanc causam pecuniam. Nam si ita res se habet licet nondum profectus sis, ita tamen rem composueris, ut necesse habeas proficisci, vel sumptus qui necessarii, ad protectionem, iam fecisti, ut manifestum sit plus forte quam accepisti erogasse conditio cessabit. Nunquid igitur idem erit in donatione, quod quanvis per donatarium, non steterit, donatio vocabitur, ut in casu huius legis conductio reuocatur. Nisi quando reuocatio esset noxia ei, qui iam suas locavit operas, ut lex praedicta disposuit, verum si res sit integra conductori poenitere licet de conductione.

¶ Porro dicendum est, quod quando donatio est ex causa finali, vel sub modo, si donatio facta est in favorem donatarii, tunc siue stet per donatarium siue non stet, reuocari non potest: quia tantum observatur favor donatarii: quia supponimus, quod alius esset donaturus et si non emerit: si vero sit in favorem utriusque & donatarii, & donantis, ut si donatio fundum, ut percipiam ad alimenta fructus ex eo, si non stet, per donatarium, quominus fructus mihi vel alteri cui volui reddendos, reddantur, sed vel ex temporis conditione, quia sterilitas fuit impedimento, aut hostilia bella, & alia hoc genus, tunc sane non subsistente causa finali donationis, non ex culpa donatarii sed ab extrinseco, non dabitur utilis rei venditio, siquidem ad impossibile nemmo obligatur.

¶ Itaque aliud est in conductione ubi licet conductori re integra poenitere, & aliud in donatione, quia in donatione huiusmodi sub causa vel sub modo, transferitur rei donatae dominium citra ullam conditionem, in conductione vero, si datur pecunia conducto homini, est tacita conditio, si rem ad quam conductur ab soluerit. Ad idem quoque propositum litigant legum periti, si in huiusmodi donationibus mora est purgabilis. Quia ex Albe. Salyc. l. r. c. de donationibus sub modo credunt, quod est purgabilis, tribus concurrentibus, vide apud ipsos.

¶ Nam vero, ut summatim dicam, quae parsim de re hac tradidimus sit prima con-

clusio, omnis donatio vel legatum sub modo si modus, sit causa finalis, non expleto modo expirat legatum, & donatio est reuocabilis, ut si quis legavit Titiae decem, sub hoc modo, ut scilicet, nubar Petro, vel Joanni, &c. si Titia non nupsit alicui ipsorum, legatum expirat. Namque hoc legatum, non est enim solum in favorem Titiae, sed tertij: unde si Titia tunc professa fuerit religionem, non gaudebit legato. Neque tunc se protegere poterit ex iuris interpretatione, quae legata interpretatur in favorem religionis, siquidem quando ius adest tertij cessat iuris interpretatio. Namque satis tunc exprimitur intentio legantis, quod aliter non vult suum legatum valere, nisi nupsit, verbi gratia, Petro, unde siue celibem agat Titia vitam, siue monasticam, siue cum alio nuptias celebraverit, quae expressum fuerit, legatum expirat.

¶ Veruntamen non nunquam, legata sunt in favorem solius legatarii, vel legatarie, ut si legat decem, ut nubar Titia cui vult, si aliud enim non sit cautum ex legato, tunc videtur, quod etiam si ipsa non nupsit, sed vitam deligat caelibem, aut monasticam, quod gaudebit legato. Quia intentio legantis, ipsam ex verbis legati non costringit ad nuptias, sed relinquit, sub arbitrio suo electionem status, dicens ut nubar cui vult, si ergo non vult, non nubet: & idem dicendum videtur de donatione sub modo.

¶ Secunda conclusio, si modus donationis, non sit causa finalis, sed solum impulsiva, siue motiva, etiam non extante ea valet donatio. Hanc probant exempla multa, quae congestimus de paupere, mentiente consanguinitatem diuitis, aut vlcera & morbos, aut captivitatem, aut alienam religionem, &c. ut stipem consequatur in subsidium suae vitae.

¶ Namque qui dat stipem istis, causam habet finalem, subuenire homini egeno, et si causa motiva sunt vlcera, aut consanguinitas, vel quavis alia conditio causa. ¶ Porro si dives esset, vel sibi sufficiens, & ex avaritia fingeret se pauperem, ut multis vsu venit, tunc sane causa finalis donationis, est falsa videlicet relevatione indigentiae pauperis, unde id temporis donatio est nulla: quia causa finalis non subsistit. Et huiusmodi qui mentitur pauperem, electionem non tenetur restituere.

Secunda conclusio.

Causa motiva falsa ad donandum non valet donationem.

Qui se mentitur pauperem, electionem non tenetur restituere.

ita paupertate compos est elemosynae non facit suam elemosynam. Et ideo tenetur eam restituere.

¶ Cui autem teneatur restituere Adrianus in 4. sent. de restitutione. q. illa, quae incipit consequenter quaritur an indistincte teneatur, &c. credit, quod non tenetur restituere donatori: quem sequitur Ioannes à Medin. C. de restitutione. quaestione. 24.

¶ Et ratio est quia iam semel Deo donata sunt, ideo non potest ea recuendicare donator, verum hæc ratio, vera est de rebus Deo semel consecratis, verum elemosyna Deo non consecratur. Addunt quod verè pauperibus est largienda, & quod illis sit restituenda non donatori: quippe iam hic pauperibus illam porrexit. ¶ Porro hæc non est elemosyna, si quidem, qui eam porrexit, si sciret dolose extortâ, non eam porrigeret, quia igitur deceptus est, & ex errore dat, ideo voluntariè non dat, vnde neq; elemosyna est, siquidem elemosyna, est spontanea donatio, gratis data vnde videtur, quod sit quedam astuta seu dolosa vsurpatio alieni, quo circa ei videtur restituendum à quo dolose extortâ vel vsurpatum est, non pauperibus veris.

¶ Per hæc patet ad omnia argumenta quæ facimus in principio capituli, nisi quod restat scrupulus, cū dolus & fraus nemini ex regula iuris debeant patrocinari, cum etiam accedat dolus & fraus, in prioribus casibus, cum scilicet se quis fingat aegrotum, aut sanctum, aut captivum &c. vt elemosyna potiat, cur huiusmodi non tenebuntur restituere acceptam stipem? Respondetur causam esse, quia etsi vtrobique sit dolus at differenter. Quoniam isti relati, & alij similes, dum admittunt in causa minus principali, non tamen in principali. Quandoquidem sunt veri pauperes, & non fingunt paupertatem, sed solum fingunt, quædâ vt facilius, & vberius stipem consequantur. At vero, priores paupertatem fingunt, & causam principalem elemosynæ, mentiuntur, ideo cum non sint pauperes, sunt vsurpatores dolosi alienorum bonorum, hacque ratione peccant mortaliter, & obnoxij sunt restitutioni.

¶ Dixit enim peccare mortaliter, quia ex genere suo est hoc peccatum mortale: ve-

rum ex leuitate materia, potest esse veniale. ¶ Idem dicit de sacerdote, qui fingit sanctimoniam, vt omnes ad eum conueniant, pro celebrandis missis.

¶ Hic enim, si celebrat sacra, tot stipendia recipit, ad nihil restitutionis tenetur, siquidem non vsurpauit alienum si vero foemina aliqua vel vir aliquis, vt accidit Eremitis, simulant magnam sanctitatem, vt omnes ad eos confluant, & participent de meritis eius, & vt petant presidium à Deo, cõtra suas calamitates per eorum preces, indeque propter preces, quas offerunt, multa donaria accipiunt, cum alloqui sint hypocritæ, & pessimi homines sua larua sanctitatis oblecti, item & isti tenentur restituere, siquidem propter solam sanctitatem quâ fingunt corradunt. Eadem quoq; causa est, eorum, qui fingentes se esse medicos aut caudicos, aut quoduis aliud officij genus, medicantur patrocinantur, &c. Qui omnes ad sumptus & damna restituenda tenentur, quæ ex malè gesta medicatione, aut patrocinio intulerunt, sunt nanq; nõ medici, aut caudici, sed pessimi impostores, & venenari publicæ terribilissima.

De penultimo autem argumento solvendo, non est couentum inter Theologos, siquidem Alexander Alenf. part. 4. q. 86. membro. 3. artic. 2. & 3. & Altissio, part. 3. summæ Theologicæ de restitutione. 7. & Ange. in summa verb. Restitutio. 1. §. 8. & Petrus Palud. in 4. sentent. distin. 15. quos refert Adrianus in 4. sentent. quæst. dadum indicata, vniuersalem profitentes sententiam, quod ij qui ex sanctitate ficta, quidpiam corradunt teneantur restituere, quippe dolus & fraus nulli debent patrocinari, idem tradunt, de clerico, cui ob fictam sanctitatem deceptus episcopus confert beneficium.

¶ Dicunt enim clericum huiusmodi teneri ad resignationem beneficij, siquidem ex dolo vsurpauit beneficium.

¶ Sed reuera collatio beneficij, si esset vt donatio sub modo, vel sub causa, vtique si causa finalis propter quam illi conferretur, esset falsa teneretur huiusmodi cui collatum erat beneficium resignare. Quippe non subsistebat causa.

¶ Imò poterat cogi ab episcopo, vt resignaret, quia talis collatio erat reuocanda.

¶ Vt si

Alexan. Altissio Angelus, Palud. refellitur.

¶ Vt si collatio sub hac forma fieret, ego tibi confero beneficium, propter tuam sanctitatem quam habes verum collatione s beneficiorum, non possunt celebrari sub conditione vel sub causa, vel modo sed absolute, sunt faciendæ.

¶ Quocirca si episcopus motus, ex sanctitate apparente, contulit beneficium alicui, qui tamen alioqui est idoneus, nõ fuit causa collatiõis sanctitas, quia si idoneus non esset, non potiretur beneficio, vt supponitur, sed causa fuit idoneitas.

¶ Vt accidit, in oppositionibus cathedralium, verbi gratia, Salmanticæ, Accedunt duo candidati competitores ve, ambo sunt idonei, at alter eorum fictis adulationibus, aut mentita paupertate, mouet animos Scholasticorum, vt illi suffragetur, & eadem hic promouetur. Sanè ille non tenetur cedere cathedræ, siquidem idoneus erat, & dignus est sua cathedra, quam obtinuit, siquidem adulatio, vel mentita paupertas non vitiauit idoneitatem ad cathedram, etsi vitiauit personam: si quidem vitium est mentiri. Neque argumentum tractatum est multi ponderis, scilicet fraus, & dolus, &c.

¶ Enim vero, re accuratè inspecta, in re hac fraus, vel dolus principale non sunt patrocinium, sed minus principale, sunt enim causa impulsiva, non tamen causa propter quam.

¶ Quod si nõ sic esset dicendum, itè oporteret cõcedere ex dogmate istorum doctorum, quod huiusmodi clericus teneretur, non solum resignare beneficium in foro conscientie (nanq; in foro isto agitur disputatio. Quippe in foro contentioso, non tenetur huiusmodi resignare beneficium vt liquidum est, siquidem ecclesia occulta nõ iudicat). In foro igitur conscientie, si tenetur resignare, itidem & fructus restituere, siquidem quæ ex dolo sunt parta, iniuste sunt parta, & iniuste acquisita sunt obnoxia restitutioni.

¶ Sed obsecro cui sunt restituenda? nõ quid ecclesie vnde percipiuntur? nõ vti que, siquidem ecclesie nõ est facta iniuria, quia idoneus est ei prouisus, & nulla fuit simonia in prouisione, vt supponitur. Et ecclesia non fuit decepta, siquidem idoneum nacta est ministrum, vt liquet ex disertis.

¶ Episcopus autè fuit deceptus, sed hæc

deceptio fuit de minus principali, scilicet de virtute prouisi, non tamen in idoneitate. ¶ Et ad id quod inculcatur, de duobus equè idoneis cõpetitoribus, &c. respondet, quod tunc non est causa collationis finalis sanctitas ficta vnus, sed solum impulsiva. Ex hac enim causa, profertur alteri, cum supponatur pares alioqui esse in idoneitate.

¶ Et quando supponeres, alium esse magis idoneum, sed hypocritâ fuisse electum nihil conficies, quia etiã tunc idoneitas, est causa finalis.

¶ Cæterum subdubitabis etiam num, & quid si fingit se esse catholicum, cum alioqui sit mentalis hæreticus, num in foro conscientie tenebitur resignare beneficium? Siquidem, si est hæreticus mentalis, igitur nõ est idoneus, quia omnis hæreticus est infidelis, sed infidelis non est idoneus, cui conferatur beneficium.

¶ Et certum est, quod in foro exteriori non tenetur, quandiu non euomit suam hæresim, nõ si illam euomerit, iam ipso iure est priuatus beneficio, etsi executio priuationis expectat condemnationem factam ab ecclesia.

¶ Respondetur, quod ille mentalis hæreticus, simpliciter non tenetur resignare, siquidem potest poenitere de sua hæresi, & tunc beneficium retinere, at vero, si nolit poenitere, constituitur multo difficilius dubium, siquidem nemo tenetur se prodere. Cæterum huiusmodi non tenetur se prodere, quia poterit poenitere, & tunc non obligabitur ad resignandum beneficium.

¶ Quid quod resignare beneficium, non est se prodere: quoniam ex multis alijs causis clerici solent resignare suas præbendas, & non solum propter culpas ab eis commissas. Et poterit item resignare in fauorem alterius, retenta sibi pensione, &c. At quod magis forte aliquè premittitur, est quod hæreticus exterior, si sit episcopus, aut aliàs beneficiatus, non tenetur resignare in foro conscientie, cur ergo tenebitur mentalis? Responso est aperta exterior enim non potest resignare, ideo non tenetur. Nam à die cõmissi criminis vacans est ipso iure præbenda eius idcirco nõ potest resignare, quauis de facto non vacat, quousq; damnatur per ecclesiam. ¶ Quã obrem mentalis, quia ex sua infide-

An collatio facta clerico hæretico mentali beneficij in foro conscientie valeat.

Præbenda hæreticorũ à die cõmissi ipso iure vacat.

Responsio ad argum.

An hypocrisis prouisus de beneficio, teneatur resignare, & fructus restituere.

CAPVT. VIII.

An donata propter causam necessariam sint donatori restituenda.



De huiusmodi dubio, nos plura disseruimus, quando de conditionibus turpibus ageretur in libro. 5. Nunc vero explicatus quaedam differemus. Et quidem inde non est tractandi necessitas naturalis causae. Namque si propter hanc aliquid donatur, donatio reputatur simplex, ut si dixeris dono tibi equum modo sol oriatur crastina die, aut fuerit ortus, ut supra dictum est.

Sed solum disputatio erit, de necessitate causae quae ex praeccepto est, quae est necessitas praecceptiva. Haec autem necessitas, quaedam est eorum, quae necessarii debent fieri ex praeccepto, alia vero eorum, quae necessario debent non fieri ex praeccepto. Primi generis sunt quae spectant affirmatiua praeccepta. Postremi generis dicuntur, quae spectant negatiua. Huiusmodi ergo praeccepta inducunt necessitatem, vel faciendi vel non faciendi, & ideo diuinae literae, ea necessaria vocant, unde Paulus, si euangelizauero necessitas mihi incumbit, & rursus sine fide impossibile est placere Deo. Est namque necessitas haec ex parte finis, ut dixit Athanasius, quicumque vult saluus esse, necesse est, ut teneat catholicam fidem.

Huiusmodi autem praeccepta sunt multiformia, unde & multiformis resultat ex eis necessitas, sunt namque horum quaedam diuina praeccepta, qualia sunt iuris naturalis omnia, atque euangelica praeccepta. Alia vero humana praeccepta, siue ecclesiastica, siue ciuilia. Et rursus horum praecceptorum quaedam sunt, quae spectant Dei cultum, & christianam religionem, ut praeccepta fidei charitatis in Deum, atque spei. In declarationem autem subiungendorum aduertenda sunt tria quae Iason obseruanda proposuit, in rubrica. si de conditionibus. ob turp. causam. Primum est omne datum propter causam honestam, ea subsecuta non repetitur. Secundum est datum autem omne ob turpem causam si turpitudine causae sit ex parte recipientis duntaxat, repetitur secus autem si turpitudine causae utrunque, & dantem

Necessitas naturalis & necessitates praecceptiva.

1. Corin. 9. ad Heb. 11.

Tres regulae iuris coluntur ex ratione iurisconsulto.

& re-

& recipientem comprehendat. Tertium est, regula iuris, quando scilicet quisquam aliquid tenetur facere gratis, vel non facere si pecuniam accipit, ut faciat, vel non faciat turpiter, & iniuste facit: quando denique turpitudine versatur ex parte utriusque & dantis & recipientis cessat repetitio. Unde inferitur si quis ex pecunia conduceretur, ut debitam Deo alioqui praestaret fidei religionem, ut videlicet haeresim quam profitetur deponat, aliis non depositurus est quidem turpitudine in recipiente, quippe quod gratis tenebatur praestare ex pecunia donatus praestaret. Quocirca si coram iudice oblatus repeteretur esset iusta repetitio & dantis à iudice in foro conscientiae restituere tenebatur huiusmodi: etsi non est perspicuum si ante repetitionem, restituere obligatur, quae turpiter & iniuste accepit. Idem est dicendum in praecceptis quae ad iustitiam seruandam proximis nos obligant, siue sint affirmatiua seu negatiua, quae cum gratis praestare teneamur, videlicet parentes honore prosequi, & proximis non laedere, aut occidere, aut percutiendos, aut furando &c. qui ad haec non faciendae conducitur pecunia turpiter & iniuste facit, eadem ratio est de istis, atque de prioribus.

Est enim tunc turpitudine ex parte recipientis non dantis: quocirca datur à iure repetitio. Nam donantes, istis casibus non spontaneè donant, sed est inuoluntaria secundum quid donatio, ut is qui proicit merces in mare, ut mortis euadat periculum ex maris tempestate procedens. Aut is qui donat grassatori occurrenti in via ne ab eo perimatur, Omnes igitur huiusmodi donationes habent admixtum inuoluntarium, etsi simpliciter sint voluntariae, & ideo iura istis donatoribus consulerunt, ut illis detur repetitio. Etenim qui dat haeretico, ut deponat haereseos perfidiam pecuniam, sane non omnino spontaneus dat, sed ut damnus haereseos euitet, haeresis enim doctrina, ut cancer serpit, ut diuinus Apostolus docet, sicut qui donat iudici pecuniam, ut iustam sententiam ferat, non omnino spontaneus dat, sed ut redimat suam vexationem, vel ad euitandum alterius peccatum. Idem traditur. l. 47. tit. 14. Part. 5. ubi huiusmodi donationes, item vocantur

turpes donationes. Neque solum donationes istae quae sunt ob causam turpem, quae futurum spectant tempus, eam quam diximus subeunt conditionem, verum etiam & donationes quae spectant praeteritum, eandem subeunt conditionem, ut quia commisit homicidium aut furtum dono tibi pecuniam ut glossa in bri. ff. & C. de conditionibus ob turpem causam docet, quod in hac donatione datur etiam repetitio. Et Bart. in l. si plagij. ff. de verb. obliga. Quauis non nulli iurisconsulti, haec intelligunt si exprimitur in donatione causa turpis, videlicet dono te pecunia, quia adulterium commisit, nam si non exprimitur videtur donatio simplex, non habens causam turpem. Et idem censet, si non exprimat verbo, at innuat ob causam turpem se donare aut ex certis coniecturis illud probari possit. Et si utraque res dubia videatur, quia qui donat, quia plagium vel homicidium fecit, non incitat ad peccandum, siquidem causa turpis iam praeteriuit, secus est cum res versatur in futurum, ut dono pecunia si plagium feceris. Porro hoc non obstat, Bartol. ubi dudum donationem inquit esse turpem & stipulationem, non valere si dixeris si plagium feceris aut quia fecisti. Et reuera vbi libet est turpitudine peccati. Et si in donatione ob praeteritum plagium non incitatur homo plagarius ad peccatum factum, at incitatur ad complacendum in praeterito delicto, & item incitari poterit, ut nouum simile operetur: est autem plagium crimen ex quo venditur scienter, vel emitur homo qui liber est, inde lex plagaria, quae plagas imponebat huiusmodi sceleratis, inde nomen deriuatur, & criminis, & criminosis: caeterum obicitur istis, quia in huiusmodi donatione, tam donator, quam receptor sunt in crimine, & tunc melior est conditio possidentis, igitur non datur repetitio, huic obiectioni fecimus satis lib. 5.

At dicit quispiam, & quid si quis inuenit rem perditam, & non restituit, nisi ex oblato pretio: videtur enim quod donare tunc pecuniam sit turpis donatio, quia gratis tenetur inuentor restituere. Et quidem inuentor non potest iuste pretium petere pro inuentione, quia gratis rem perditam manifestare tenetur, ut est text.

Donatio turpis ex praeterito & ex futuro.

Qui petit pretium pro re inuenta iniuste petere.

Ad vltimū.

Actus potest esse bonus moraliter esse conueniens, cum ignorantia.

text. in. l. falsus. §. qui alienū verfic. quid ergo, & sibi Bart. ff. de fur. Quāvis pro labore siquē sustulit in inueniēdo aliquid referre poterit, vel si nullo labore inuenit sed forte, neq; laborē & operā adhibuit in cōseruādo, aut publicādo rē perditam, modicū si referat, quod Hispanē dicitur *hallasgo*, inculpate facit. l. Nautis onusta. §. sed si tenuis. ff. ad. l. Rhod. de iactu. ¶ Cōtra prædicta obijciat quispiā faciūnus hominē fame morientem, qui habet panē tenetur illū pascere, at nō tenetur gratis pascere si forte quisq; metoretur spem habet assequēdi pinguiorē fortunā, tunc licet cōuenire cū famelicō de pretio eorū que sibi donantur ad depellendam faminē, idē de agrotō, qui ex morbo properat ad mortē, & nō est nisi medicus vnus, qui antidotis subuenire potest agrotō, hic tenetur curare, at non gratis, si agrotus sperat habere vnde soluat. At vero si tunc ex pretio faciat medicus, id quod tenetur alioqui facere, non turpe est. Et itidem si cuiuspiam est necessarius meus equus vt euadat periculum imminens mortis, illi equū non teneor gratis cōmodare, sed ille tenebitur mihi equū vel æstimationē restituere. Rursum si alicui præsto meā operā, vt etiam eam à morte impēdente & si teneor si possim, eum eruerē, nā scribitur Prover. 24. Erue eos, qui ducunt ad mortē, et si glossa quædā diuersum senserit, ut nō priuatorū ad hoc teneri, sed qd si teneor pascere fame morientē, quod si nō pauerim, sum reus homicidij, cur nō ero reus homicidij, si potui eruerē à morte proximū & nō erui, aut si potui eruerē puellā ab stupro, quod violētē vt patiatum est promptū, & nō erui, nam non erueado, cū alioqui facile possem videor supratōribus fauere tacitē, & cōsentire supro. Aut si possum defendere domū ab incēdio, si non fecero videbor incendij autor. l. Pōponius. ff. de negotijs gestis. & in reliquis casibus huiusmodi. ¶ Verum et si teneor, nā Eccles. 14. vnicuiq; mādauit Deus de pximo suo, non tamē gratis teneor, si tamen qui patitur damnum, potēs est, vel speratur esse solūdi pretij, pro opera mea illi impēsa, vt videtur probari, ex. l. si pater. ff. de donat. §. primū. & exc. precarie. 10. q. 2. vbi dicitur nō esse cogendū de suo alteri

beneficiū facere. ¶ Vnde Iuriscōsultus si solus esset vnus, qui patrociniū indigēti in causa sua præstare potuisset, non tenetur gratis præstare, ex ca. non sanc. 14. q. 5. ¶ Idē quoq; de testibus traditur vulgo, eos sanē et si teneantur gratis, ad deponēdā veritatē, ceterū nō tenentur proprijs expēsis istud præstare, vt habetur in. c. statutum. de re script. §. testimonio. vnde legimus in lib. Genesios. c. 47. Ioseph Aegypti præfectum à Pharaone, subiecisse totā Aegyptū Pharaoni. Eniam vero, pro frumētis exhibitis, quintā partē colligēdi frumētī & prædia Aegyptiaca, & fundos applicauit censibus regijs. Quāuis ergo Aegyptij fame laboraret, & summa inopia premerētur, nō gratis eis exhibuit frumenta, vnde alerētur, sed pro pretio quo carebant tributū imposuit perpetuū. ¶ Cuius gesti fuit pedā se qua. l. Necēnius. & l. alimēta. ff. de reb. gest. vbi traditur tēpore famis, is qui habet frumenta teneri cōmunicare sua frumenta, nō tū gratis donando, sed vendēdo, vel mutuando. Porro forsā insultabitis aduersus dictā priora ex posterioribus, quippe sū regula præfata falsa quōd obligat homo, vel facere, vel non facere gratis debet aut facere, aut nō facere. At in casibus præfatis, non gratis fit, quod facere homo obligat. Respō. gratis fit secundū quid, qui pascit fame periclitantē aut medetur agrotō extremē laborantē nihil enim illi recipiūt modo, & forte nihil recipiet postea, si spes diuitiarū fallit. ¶ Ceterū vt tenentur hominē absolute in opē gratis pascere, vel curare, ita nō tenentur diuitem in spe gratis omnino vel pascere vel curare, &c. Sunt qui colligat idē scilicet nos non teneri gratis pascere fame morientē ex. c. si quis de furtis, vbi dicitur, si quis per necessitatē famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, aut vestē aut pecus pœniteat habdomadas tres. Et si reddiderit, non cogatur ieiunare. ¶ Ceterum hic locus, nō videtur cogere ad restitutionē, sed in optione furis restitutionē relinquit, vel restituere vel ieiunare. Vnde videtur, quod nihil faciat cū hac disputatione, sed vt aptē ait glossa, non est locus hic audiendus de maxima necessitate, quia sub hac omnia sunt cōmunia. Quod si quis cōtenderit, de hac extrema esse intelligendū locū, etiā nō

Io. d Medt. q. 25. c. de restit. ex Arlano.

Recensentur multi casus vbi pro opere debito, alius poterit sumi pre- sum.

nihil cōficiet, vt probet, non teneri quēpiā gratis pascere fame periturū, siquidē textus sub optione ponit, quod restituat vel quod pœniteat: igitur si pœnuerit, is qui ex maxima necessitate furat' fuerit, non tenetur restituere. ¶ At reuera, de qualibet necessitate, textus intelligatur, non est liber à difficultate. Quippe si maxima tenetur, pœnitere non tenet, quia suū erat quod abstulit, ideo de furto non est increpandus, si vero modica, furti tenetur, & pœnitere nō sufficit nisi ablata restituat. Et quāuis restituat, ad huc & pœnitere de peccato furti tenetur. Nisi dicatur, quod locus hic desumptus est ex libro pœnitentiāli Theodoti, ideoque non cogere: verū de re hac nihil in presentia, quia obiter est inductus locus ad refutandū opinionē eorū qui dicunt hūc locū colligere quod reuera nō colligit. Porro ex dictis clarescit veritas: si enim sit pauper hic famelicus, actu & proxima potētia tunc gratis omnino subuenire tenemur, quare simpliciter tenemur illi subuenire. Si vero sit diues in potentia non tenemur gratis simpliciter subuenire. ¶ Iam vero dubitabit aliquis, cur in quibusdā obligatio operis subdit pretio: in alijs vero obligatio faciēdi operis libera est à pretio. Et qd pretiū sumit turpiter facit & repeti pot. ¶ Sūt qui volunt causam esse quia quedā sunt opera laboriosa quæ impenduntur proximis, vt mederi, defendere ab iniuria, ab igne, & alia hoc genus supra denarrata, & ideo hæc quia non præstātur citra sumptū & laborē, ideo et si teneamur, illa impendere proximis, non tamen gratuito: ideoque testis, propter laborē, & expensas potest recipere pretiū: nō propter veritatis testimonium. Quā si labor non esset & expensæ gratis omnino ferendū est. Et sanē non ineptē hoc tradunt. Namq; etiam si cathedrarij, qui ere publico in docēdis discipulis defūdant nihil amplius possunt referre, neque iudices, propter sententiæ iudicium quicquam ferre possunt pretij, quāuis magno labore eam parent voluēdo eodices, audiēdo processus, & examinādo causæ veritatē. Ceterum ob hoc habent stipendia publica. At clerici, qui tenentur ad preces canonicas, magno labore eas recitant maxime si proluxæ sint, &

Pœnitentiāli Theodoti.

Medi. vbi supra.

tamen si clericus acciperet pecuniam, pro recitandis canonicis precibus, et si beneficio ecclesiastico, non esset donatus, sed solo ordine sacro teneretur, vtique turpis esset donatio ex parte accipientis, & repeti posset in foro exteriori. Et in foro conscientie restituere teneretur. Porro ipse ad hoc se sponte obligauit rector, res item, & iudices ciuitatis, tenentur restituere quod ultra stipendium capiunt vt Augustinus probat ex illo verbo Ioannis Lucæ. 3. neminē contentiatis, sed contenti estote stipendijs vestris, vicium enim conculsioni exponit esse corradere quicquam ultra stipendium, quod illis præscriptum à republica est. Et habetur. 23. q. 1. Militare, &c. qd iubeamus omnibus igitur, vel à rege stipendiatis vel à republica officialibus, hoc Ioannis verbum esse aptandū censet Augustin. ¶ Et restē, namque operarius cui iā est præscripta suæ opere merces, si amplius extorserit restitutioni subdit. ¶ At vero iudices rectores protectores reipublicæ, sunt tanquam operarij, reipublicæ administrandæ, & illis pro opera impensata taxatum est pretium, ideoque hoc excedendo capiēdo, pro sua opera aliquid aliud, tenentur restituere, vt Augusti. testatur epist. ad Macedoniū. ¶ Scribis autem, quibus non est taxatum stipendium publicum, sunt nihilominus taxatæ precia suorum laborum, quæ vocantur iura. Et hæc si excellerint tenentur restituere, vt & alij officiales, siue publici, siue priuati hanc taxationem non possunt excedere quod Hispanē dicitur, de lo que tienen en el arancel, vnde in lib. Recopil. 7. li. 3. tit. 6. traditur, quod assistentes gubernatores, & correctores, ciuitatum, nihil aliud referant, pro administratione iustitiæ, quam à rege illis referendum taxatur, & multa in eo libro de hac re traduntur. Et libr. 4. Recopilatio. taxantur iura scribarum, tit. 27. 26. & eodem lib. tit. 18. iura cultodij carceris taxantur. ¶ Item limitantur, vnde in foro contentioso, iam ad septuplum, iam ad quadruplum condemnantur, qui delinquit excedendo huiusmodi taxationem. In foro autē conscientie, tenentur restituere, (etiam si nulla à iudice condemnatio fiat) ijs, à quibus contra legem,

gubernatores, correctores, retores, populi, tenentur restituere quod ultra stipendium taxatum est.

Am ablu.

Peena do- nec à iudi- ce senten- tia liter impo- nantur, nō obligat in foro con- scientie.

An liceat indicare oc- cultum fu- rem.

abstulerunt. Non tamen in foro animæ obligantur (vt puto) ad quadruplū, vel ad septuplū, sed satis est, si restituit sim- plū, quod abstulerūt, illa enim restitutio ad septuplū, vel quadruplū, est in pœnā commisi delicti, & vt coercentur alij offi- ciales à delinquēdo, ideo à iudice dū nō imponit pœna hæc, nō obligat in foro conscientie. ¶ Est autē dubitatio, an sicut testes, ad testandū vocati à iudice tenentur gratis testari veritatē ad eundē mo- dū, qui sciunt furē teneantur gratis indica- re furē. ¶ Hæc quæstio putatur contro- uersa, canonistis, & iuristis, illis in scian- tibus teneri, quæpiā indicare furem, bene tamē furē; vnde inferitur secundū eos, quod possunt cōduci pretio, vt indicent furē. Quoniam si nō tenentur indicare, vt i- dicent, referre ex indicatione possunt pre- tiū, secus de testibus. Isti enim tenentur, semel asciti ad ferendū testimoniu, veri- tatē testādo. ¶ Canonistæ vero dicūt ten- neri cognoscētes furem, ad indicādum furē, & nō solū furtū: vnde apud eos in- fertur, quod indicās, vel retegēs furē, ni- hil potest referre propter indicationem, nā ad hanc præstandā tenentur. ¶ Citant in suū fauorē. c. qui cum. extra de furtis, vbi dicitur quod qui non indicat furem sollicitatus ab ipso dño rei furto sublata: furti conficius, & tacet, est confors furis. A de iuris in. 4. de rest. q. quæ incipit, Re- stat. inquirere subscribit canonistis di- cens, credo tū quod iure naturali & ca- nonico, quod tenetur sciens furē, & fur- tum, vtrūq; indicare, saltem ijs qui pro- desse possunt, & non obesse. 2. 2. q. 5. hoc videtur. ¶ Veritatē, indicare furem ijs, qui pdesse possunt, & nō obesse, vt Au- gust. 10. cap. se exponit, est indicare præ- lato, aut sacerdotibus, qui admoneāt eos ad pœnitendū, & restituendū. Nunc au- tem, nō hæc quæstio agitur, sed an liceat iudici seculari indicare furem, qui potius poterit obesse, quā prodesse quippe nō indicatur, vt fraternaliter corripiat, sed vt iudicialiter puniat. Et item exquirimus an iudicibus liceat cogere suos infe- riores, vt indicent fures etiam proponere pretium manifestantiibus, nō est cogere. Hoc autē à Bar. fas esse eis, creditur, quip- pe quibus incumbit delicta punire, & non possunt istud præstare, nisi multa inda- gine exquirant fures, & alios maleficos.

Et istud est quādo officiu iudicis implo- ratur, aut proceditur per inquisitionem generalem. arg. l. 3. & l. congruit. ff. de offic. præsid. Esti propria autoritate ne- minem teneri testatur. ¶ Porro idē Bar. l. ciuile. C. de furtis. & Abbas in c. qui cū cōmemorato cōsentunt, quod furtum quis iudicare tenetur, nō tū furem. Neq; enim capitulū præfatū loquitur de fure, sed de furto. Vnde ius canonicum obli- gans ad manifestandū furtū non est con- tra ius ciuile, negans posse quēquā com- pelli debere per officiu, vel per actionē, ad manifestandū furē. Et proponere pre- tiū manifestati, nō est compellere, sed al- licere, vt. C. de pet. hæred. l. cogi. & ff. de furtis. l. qui vas. §. qui furem. Et ideo licite accipitur pretiū p manifestatione. vt. ff. de præscrip. verbis. l. solum. Et de con- dict. ob turp. caus. l. idē. §. finali. Quod si potest referre pretiū, non tenetur indi- care. Quod si dixeris potest referre pre- tium, sicut testis, propter laborē forte, & periculū quod illi imminet in manifestā- do. Quia subibit odiū forte cōsanguineo- rum qui fortassis vlcisci manifestationē tentabūt. ¶ Verū nihil laboris est, mani- festare, & periculū nullū subibit, mani- festās iudice cū afferente, ab huiusmodi. ¶ Vnde bene colligitur si potest referre pretiū, igitur non tenetur manifestare, & dispar ratio est, inter ipsum, & testem vt liquet. ff. de cōdict. ob turp. caus. l. 1. §. fin. & l. 2. & fina. & idē habetur. l. ciuile. C. de furtis. vbi dicit ciuile esse, & vr- banū, id est non coactoriū possessore rei furtiuæ, autore furti in iudicio nominare. Putat autē glossa ad hunc locū, quod ius canonicum sit diuersum à iure ciuili. Quia episcopi iuxta cap. indicatū exco- municāt scientes furem, & nō manifestā- tes: vnde tenentur ex iure canonico ma- nifestare, & ideo cōpelluntur ab episco- po. Additio vero ad eandē glossam non credit dissentire, vtrūque ius quia de fur- to, est sermo in textu non tamē de fure. At vero ad instantiū partis, potest depo- nere qui nouit testimoniu de fure: si qui- dem aliud est prodere furem, aliud ad in- stantiam partis testari de fure. Hoc enim fas est, quia iam per accusationē est rete- ctus fur, ideo non peccat, qui de eo testi- monium tulert, sed qui prodit, omnino occultum furem prodit.

L. ciuile. C. de furtis.

Nemo ex propria au- toritate te- netur pro- dere furem potest tamē cōpelli ita- dice.

Ciuile vr- batius, id est ad quod ne- mo potest cogi.

L. ciuile. C. de furtis.

¶ De

Occultus fur non est pro- dus, est furtum oc- cultum est manifestan- dum.

Index po- test cogere ad indican- dum furem & furtum.

Seruum fu- gitiuum li- cet manife- stare ex pre- tior.

¶ De cōtrouersijs istis, viderint Iurifcon- sulti, ego in foro conscientia dixerim, pro- dentem furem omnino occultū peccare mortaliter: siquidē occultū omnino pro- dit. Est autē occultus omnino, cuius ne- que testes sunt neq; in dicia cōpetentia. Quādo igitur non potest crimē deferri ad iudiciū, omnino occultū cœsetur in foro exteriori. ¶ Et huiusmodi occulta, qui manifestat, proditor est. Imo, ad hæc manifestada, nulla autoritate potest ho- mo cogi, siue seculari, siue ecclesiastica: & quāuis ex cōmunicationis censura sul- minetur, ei non est parendū. Neq; præsta- mitur hoc intēdere iudicē, vt sibi pandā tur quæ ad suū forum nō spectant. Nam in illis se ingerere, est vsurpare diuinā iu- risdictionē, id quod crimē est. Nā si vsur- pare regiū iurisdictionē, nefas, & crimen læsæ maiestatis iudicat, quid quod vsur- pare diuinā? ¶ Veruntamē, si crimē non est omnino occultū, sed spectat ad forū exterius, tunc sanē index siue ecclesiasti- cus siue secularis, poterit agere, vt indice- tur fur, vt & quouis alter maleficus. Ne- mo tamen, nisi coactus à iudice ex pro- pria autoritate, ad hoc tenetur, vt furem prodat. De probabili fure inquam nam alius improbabilis, nulla autoritate pre- mente est prodendus. Vnde, si nō tene- tur ex propria autoritate, quispiā eum prodere, potest alicui pretio, vt prodat: sed si cogat iudex vt prodat, tum quia te- netur prodere pretio nō est conducēdus vt prodat, siquidē obligat iam prodere. ¶ Quocirca tunc tenebitur accepta resti- tuere, quia turpiter accepit, vt ex prioribus liquidiū est. Textus autē Prouer. 29. Qui cum fure participat odit animā suā, solum probat, quod participare scienter ex re furto sublata, esse peccatū mortale, & hic est textus qui indicatur extra de furtis. Qui cū fure. ¶ An autē teneamur indicare fugitiuū seruum, dixerim quod autoritate iudicis compellētis, tenemur manifestare huiusmodi seruos fugitiuos qua cessante non tenemur, manifestare: sed solū seruum alienū fugitiuū non reti- nere apud se, neq; illi præstare operā, vt dominus eius eo orbetur, sed eum expel- lere à se. ¶ Rogati autē an fuerit apud eū aut dixerit ad sua tenetur veritatem proflare. Nanque si eum retinens furti arguēdus est: quia retinet alienum domi-

no iniuto. Nisi retineatur, vt ad dominū suum eundē reducamus. ¶ Quis sit quod is qui sumit pretium vt indicet, non tene- ri ad restitutionem, neq; repeti posse, vt colligi videtur, ex. l. 4. §. si tibi. ff. de con- ditio. ob turpem causam. In oppido Ci- uitate, si, antiqua & probata est consue- tudo, quod huiusmodi serui fugitiui, eō concedentes retinentur à custode arcis vt si interim dominus eorum eos que- rit, eidem restituantur, si vero sub an- nuo spacio non requirantur, non resti- tuuntur, sed sub custodia prædicti domi- nio rediguntur in pœnam negligentie dominorum. ¶ Porro autem superest di- scutere vnum, quod supra indiscussē tra- debamus, videlicet, nō esse turpe, ex par- te dātis munuscula, vel pecuniam alicui dare dicenti, se non futuū christianum, nisi oblata pecunia. Enimvero, hic turpi- tudo est manifesta, ex parte accipientis, quippe ad necessaria ad salutem, condu- citur numi, aut muneribus verū ex par- te dantis, est quod venit in quæstionē, an fas sit. Et quidem vnum est in propo- sitione, quod si is qui donat eo animo do- nat intēdēdo, scilicet, quod donatarius propter pecuniam fiat christianus, itaq; causa finalis suscipiendi sacramētum sit pecunia, vtq; turpis est donatio etiā ex parte donantis. Nā intentio illa est simo- niaca in donante, & in donatario. ¶ Porro, si non est talis animus, sed solū inclinare mentem infidelis, ex pecunia, & muneribus, ad baptismi susceptionē, hac ratione etiā si sit turpitudine in dona- tario, non tū erit in donante, quid quod etiam in donatario petente, scilicet, mu- nera, vt baptismum suscipiat, potest esse distinctio. Nanque si munera petit, non principaliter propter illa suscipitur ba- ptismum, neque in eis constituitur suæ in- tentionis scopum, sed solum, quia illis egeus, & ad releuandum suam ex illis in- digentiam, vtique illa petens, non pec- cat, neque hæc dicenda est turpis acce- ptio. Si vero munera seu pecuniam pec- tit tanquā principale intēdum ob quod se tingendum permittit, tunc quidem male agit. Potest igitur esse turpitudine ex parte donantis, & donatarij, & ex parte vtriusque nulla turpitudine, aut tur- pitudine in donatario, & non in donan- te & contra.

An quispiā vrea factar que sunt fa- furti sue ne cessaria, possit do- nis cōducti.

Mm 2 ¶ Porro

Non vitiat baptismi si quis non sit in bono, quod quilibet scilicet illum ex manere illeceus.

¶ Porro quod liceat ad ea quae alioqui sunt necessaria vitae aeternae assequenda allicere muneribus, est perspicuum: si quidem Res catholice, qui haberet multos captiuos infideles, insigniter faceret, si eis cōuerfis ad fidem, libertatem & diuitias polliceretur. Aut si quibus particularis habens captiuum infidelem pie faceret, si diceret illi donabo te libertate, si baptismum susceperis: vt si filium pater habet contumacem, & nolentem conseruare, suo tempore, si enim blanditijs attraheret, vt rectam vitam ageret.

¶ Namque si fas est, minis & terroribus eos trahere, vt faciant quae sunt necessaria ad vitam aeternam an non licebit blanditijs idem praestare? Idem testatur August. epistola ad Macedonium 24. quaestione. 4. cap. penultimo. Idem 24. quaestione. 1. cap. caue.

¶ Et dominus blanditijs, & muneribus, pollicitationibusque rerum temporalium, attrahebat olim Iudaeos, vt legem Dei seruent, si uolueritis, & audieritis me bona (ait Deus) terrae comedetis. Quod si nolueritis, & non audieritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos, quia dominus locutus est, Isai. 1. Et scriptura est plena huiusmodi, & pollicitationibus, & terroribus unde in Leuitico 26. sunt multae cōscriptae benedictiones, obseruaturis legem Dei, & multae maledictiones uoluntatis. ¶ Quamquam haec & hoc genus alio testimonio, quae fas esse indicant terroribus, & minis trahere ad faciendum Dei praeccepta, solum probant, hoc esse licitum dum agitur ad fideles, vel ad Christianos. Quippe qui cum sint insigniti caractere Christi, si desierint à magisterio Christi, compellendi sunt, vt Christo morem gerant, vt probat Gratianus ex multis 23. quaest. 6. & capit. iam uero ibidem. ubi Gregorius Papa, tradit Rusticum quendam esse cogendum, vt praestaret debita Deo officia qui tamen alio qui Christianus erat. An autem infideles coercendi essent terroribus & minis & inferre liceat eis damna, nisi fidem susceperint, est alia quaestio, quam nos prolixè disputauimus in 4. sentent. materia differentes de baptismo.

¶ Ad opera autem quae sunt perfectionis allicere possumus muneribus, non ta-

men trahere terroribus, vt si uelis quampiam inducere ad religionem demulcentem eum, aut pellicentem ex muneribus, aut ad suscipiendum ordinem ecclesiasticum, vel quoduis aliud opus perfectionis.

¶ Porro si quispiam diceret, se uelle promoueri ad ordinem ecclesiasticum si sibi pecunia detur, item uel ad religionem, uel ad alia hoc genus spiritualia opera, turpis esset acceptio pecuniae, quia spiritualia uelle uidetur, ex pretio habere. Nam qui pro pretio, inducet eum lam esset simoniae. Et similiter qui pretium offerret, vt pro pretio, monachismum alter profiteretur. Nā dicere, hoc do ut illud facias contractus est innominatus, uerum etiam si ut putat aliqui, hic contractus innominatus non sit, est tamen simoniacus, do pretium, ut pro pretio, monachismum profiteris, uel baptismum suscipias, aut caetera spiritualia exerceas opera.

¶ Quoniam nihil refert, siue sint necessaria, siue sint perfectionis opera modo sint spiritualia.

¶ Quia omnia huiusmodi parem subeunt rationem, sunt enim prorsus abhorrentia ab omni contractu, ut in 2. libro cōuocatum fati est.

¶ Vnde negligenda est opinio quorundam Canonistarum, qui super c. dilecti. de simonia, tradunt fas esse pro necessarijs faciendis, offerre pretium ut fiant, non tamen pro perfectionis operibus: si quidem, quo ad licere aut non licere aequa ratio est in omnibus istis.

¶ Verum forsitan argutaberis, qui donat alicui pecuniam, ut baptizetur, et si non donauerit, ut baptizetur pro pecunia, nihilominus donatio turpis est ex parte accipientis, si baptizatur pro pecunia, quia emere intendit sacramentum ut dicebam dudum, at uidetur item quod offerens illi pecuniam, turpiter donet, si quidem cooperatur ad peccatum alterius, ut uides.

¶ Respondetur, quod si inter donatorem & donatarium, utrinque esset contractus, ex aequo se haberent in peccando. At uero, in praesentia nullus est contractus quod quidem contractus non celebratur, nisi ex mutuo consensu contrahentium at uero in praesentia donatarius, accipit

Donare pecuniam, ut fiant quae sunt necessaria ad salutem, quādo aliter non praestantur fas est ex parte donantis.

atos, & legem praefatam, & iura, & iustitias spernit. Putat autem omnes esse contractus permutationis. Quia idem est, do tibi domum, ut des mihi agrum, atque si dixisset iurisconsultus, aduocatus aliquis suo medico, ego tibi patrocinabor, in causa tua, ut tu mihi medearis. Quid est facio ut facias, aut si dixerit, dabo tibi frumentum, ut tu mihi medicinam praestes, quod est do ut tu facias, aut contra medicinam tibi praestabo, ut tu mihi frumentum exhibeas, isti omnes contractus sunt permutationes, unde sunt nominati, uerum hic decipitur modo, ut saepe alias in suis scriptis. Raptus enim feruore contradicendi, se praecipit saepe. Enim uero & si donemus, quod uerum est, esse permutationem rei pro re, at uero non est proprie permutatio operae, pro opera, ut est facio, ut facias, aut rei pro opera, ut dabo frumentum, ut me delam praebes. Et ipse nusquam hoc legit, apud bonos, & probata fidei auctores.

¶ Quocirca nisi obstitisset nobis primus horum contractuum, qui uidetur gaudere nomine proprio, & speciali, facile diceremus, caeteros tres contractus recte appellari, innominatos, quia proprio nomine non gaudent. Non enim sunt permutationes, ut ostensum est.

¶ At uero, primum contractum dicerem ego, dici innominatum, quia extrema eius, non habent nomina propria. Etenim ut est uidere, incunctis contractibus nominatis, extrema habent nomina relatiue opposita, ut emptor uenditor conductor, locator, deponens, depositarius commodans commodatarius donator donatarius, mutuans mutuarius, &c.

¶ At uero in permutatione, uterque contractuum, habet idem nomen, scilicet, quia uterque appellatur permutans, nisi longa periphrasi utaris, ut dicebamus, quando de permutatione erat sermo, unde de forsitan, & ob hanc causam transactio dicta est contractus, innominatus, quia uterque contractuum, est transactor & non explicant oppositionem, quam nominati contractus, praeserunt. At uero iurisconsulti alio diuertunt non enim contractus innominatos pendunt ea ratione, quae ego expe debam, sed alia multo diuersa.

¶ Vnde Bal. in l. 2. C. quando licet ab em-

tionem discedere, ait contractum nominatum esse dicendum, qui parit actionem sui nominis, innominatus uero est qui non parit, unde de emptionis & uenditionis contractus parit actionem sui nominis. Nam uenditor, habet actionem contra emptorem, & cōtra. Et haec actio est uenditi, & empti, ut actio commodata actio locati, actio mutui & per alios discurrunt nominatos contractus.

¶ In innominatis autem non ita, quia antequam alter impleuerit, contractum nullam est actio. Nam in contractu permutationis si neuter impleuit, non producit actio quin alter qui nondum impleuit potest resiliere. Quamuis is qui impleuit posset agere ad repetitionem, rei datae, uel ad interesse, si damnificatus fuit, quia alter non impleuit. Qui autem impleuit si alter nolit implere, poterit resiliere, quia poterit repetere rem suam, si alter poenituit, se contraxisse.

¶ Colliguntur haec. l. 1. ff. de rerum permuta. Et ex. l. fin. tit. 6. par. 5. ubi statuitur quod is, qui impleuit, habet optionem uel petendi ab altero, uel quod interest sequutum soluat.

¶ Itaque iuxta hoc placitum Baldi non dicitur innominatus contractus, quia nomine caret, sed ob causam dictam, quia non producit obligationem, & actionem efficacem, ante rei, uel facti implementum. Ad hoc uero quod iudex, ad interesse soluendum condemner non impletis, sufficit partis impletis iuramentum, ut in l. 3. loco citato habetur. Est autem estimanda fore damna huiusmodi, à iudice docet.

¶ Alij uero iurisconsulti alijs uerbis eligunt, constituendam differentiam horum contractuum nominatorum, & innominatorum. Nam priores, contrahuntur ex ipsa re, etiam sine expressione uerborum, aut sine pacto, ut in locatione, in mutuo, in deposito, in commodato, ex ipsa re locata, uel mutuata, uel deposita, uel commodata, &c. oritur efficax obligatio, & actio uel mutui, uel locati, uel depositi, &c.

¶ At uero in contractibus, innominatis, necesse est, quod sit pactum, & uerba expressa significantia contractum. Namque ipsa res si sola sit, cum datur, uel ipsum factum, non signant contractum nisi ex

Cur dicantur innominati ex Baldo.

Alta declaratio cōtractuum innominatorum.

verbis exprimat, vel quod datur res pro re, vel res pro facto, vel factū pro re, vel factū pro facto. Itaq; ex hoc pacto, quod verbis exprimitur, oritur actio, & obligatio, & non ex sola re. ¶ Porro facile obijceret aliquis cōtra hāc declarationē, quippe ex pacto illo nudo, si aliud nō interueniat, nondū nascitur efficax obligatio, vnde habetur. l. 3. supra citata ex par. quod si duo cōueniant in permutanda re vna, pro re altera, si nudū sit pactū, & non sit stipulatio, aut ceperit alter cōtrahentiū iā tradere seu preparare rē ad implēdū, q̄ cū altero pepigerat quod re existente integra, q̄ quilibet horū cōtrahentiū poterit, penitere, seu resilire à pacto, si aut extitit stipulatio, aut rei traditio, tunc optionis erit eius, qui impleuit, aut petere rē, aut interesse, vel estimatio nē, taxandā iudicis arbitrio. ¶ Igitur in permutacione, nō fat est ad p̄ducēdā obligationē efficacē pactū nudū. Et idē traditū si sine rei traditioe ex neutra parte, stipulatio alioq; seu p̄missio facta fuerit. Tūc nāq; is, p̄ quē nō stat, à iudice petere pōt, vt aliū cōpellat, vel quod sit pacto, aut soluat interesse, idē videtur colligendū, ex l. ex placito. C. de permutacione vbi tradit, quod ex placito, seu pacto permutacionis, nulla re secuta, constat nemini actionē cōpetere, nisi stipulatio subiecta ex verborū obligatione, quesierit partibus actionē. ¶ Et summario huius legis, habetur in cōtractibus innominatis, causa habetur loco conductionis, vel sic, permutatio est contractus nudus nisi interuentu rei vel iatur, sed stipulatio est contractus solēnis: ergo ex solo pacto nudo, nō oritur obligatio nisi vel iatur interuentu rei. ¶ Porro oportet aduertere, quod glossa ad legē priorē annotat, quod & si ex ipsa permutacione, & item erit dicendū in alijs contractibus, innominatis ex pacto nudo, nō oriatur obligatio. Ceterū quando est traditio rei iā oritur, nō tamē ex ipsa traditione rei resultat obligatio, hoc enim pertinet ad contractus nominatos, vt p̄dictū est, at oritur actio, postquā nudū permutacionis pactū, vel iatur rei interuentu. ¶ Itaq; rei traditio sola nō producit actionē, neq; pactū nudū sed pactū producit actionē ex rei interuentu vel iatur, vnde hic modus declarandi, idē est atq; prior: nisi quod verbis

discrepās est enodator. ¶ Glossa autē ad l. petens. C. de pactis tradit pactū nudū in contractibus innominatis parere obligationē naturalē, sed nō civilem. Nisi ad hīc stipulatio, & non ad accessorium, sed ad principale. ¶ Verbi gratia, celebrato pacto nudo permutacionis, si sit stipulatio ad penā soluendam à non implente. Huiusmodi stipulatio vestit accessorium. Si iniunctā penā, non tamen principale. ¶ Scilicet, rem quā permutatur, & ideo quia vestit accessorium, ideo etiā nū super est pactū nudū. ¶ Fortassis autē cupis scire, quid iuriscōsulti vocent pactū nudū, namq; extra de pactis. c. 1. habetur ex pacto nudo, produci actionē id quod videtur contra p̄dicta militare, item & lex. 3. ordin. regij quam nos ad longum trāstulimus lib. 5. idem tradit ex pactis nudis suboriri obligationē efficacem, id est civilem, hanc enim iuriscōsulti vocant efficacem obligationē, quippe est coactiua. Naturalis enim non est coactiua, sed solū est debita de bene esse, non tamē necessaria, quod si obieceris, videri minoris iusto est naturalis obligatio, nō tamē est de bene esse respon. quod est de bene esse, id est de coactiua esse, quia lex civilis hanc non punit, nisi sit venditio vltra dimidiū iusti pretij. ¶ Verum de pacto nudo quid sit adhuc non sibi consentiunt iuriscōsulti. Enimvero antiqui & quidā recentiores iuriscōsulti tradiderunt esse pactum nudum, quando duo vel plures in idem placitum consentiūt sine aliqua verborum solennitate, vt si quispiā promittat pecuniam, vel domum, &c. alteri p̄senti, & acceptanti, expresse, vel tacite vt est tex. l. 1. versi. fin. ff. de pactis. Et ibi glossa ordi. idem videtur sapere. ¶ Porro alijs placet pactum nudum, esse duorū vel plurium, in idem dandum, vel faciendum alteri, ab altero consensus verbis expressis. ¶ Itaque, secundum hos necesse est ad rationem pacti quod verba sint expressa. In hāc sententiā indicatur Bal. in l. senium. C. qui test. fac. pos. col. 2. nu. 4. Et Areti. in l. 2. ff. de legatis. 1. col. 2. & alij nonnulli idem sapiunt. ¶ Hincque colligunt discrimen inter pollicitationem, & pactum nudum. Nāque pollicitatio est promissio, quā fieri potest, ita p̄senti, vt absenti, tacenti & non expresse consentiati.

Tit. 8. li. 3.

Quid sit tu risconsultis pactū nudū & qualiter differat apot licitatione.

¶ Hanc

Ex re ipsa nascit obligatio, sine alia solēntia re verborū in cōtractibus nominatis, secus in innominatis.

pecuniam pro baptismo, & ita non est verē donatarius, sed potius emptor, at vero qui donat, non dat pecuniam, vt baptizetur alter pro pecunia, & ideo non consentit, cum alio, ideo nō est propriē contractus. ¶ Quamobrem per accidens est, quod is qui accipit pecuniam, vel munera eis abutatur suscipiens baptismum solum propter illa. Sufficit enim donanti quod ipse dat, ad bonum alioqui opus exercēdum, quale est baptismus, si autem vitatur, & deturpatur à recipiente, ipse viderit, nihil ad donantem. Quoniam gratis dat, si autem donatarius non gratis recipit, non est imputandum donanti. ¶ Sed dices, non est donatio nisi gratis detur & gratis recipiatur, at hic non recipitur gratis. ¶ Respond. quod ita est reuera, nō esse donationem verē, sed vocatur donatio ex affectu donantis, qui gratis intendit donare, vt inclinēt suscipiētē ad opas eidem necessarium. ¶ At vero recipiens, quia nō recipit gratis, sed recipit, vt quasi conductus ex pecunia baptizetur, non est donatarius, sed potius locator, quia se locat ad baptismum. ¶ Vnde iste contractus quo ad hoc quod est simoniacus ex parte accipientis, videtur simplex. Ceterum absolute loquendo est contractus non simplex, sed permixtus, ex donatione, & ex locacione. Quoniam ex parte dantis est donatio, ex parte vero recipientis est locatio, quippe vt dicebā baptizandus se locat, ad baptismi susceptionē, & quia locatio est quādā venditio, videtur veditio.

¶ At reuera neque est locatio, quia nulla est conductio. Et reuera non est donatio, quia non habet correspondentem donatarium. Et non est emptio, siquidē is emit, qui dat pecuniam pro re quam emit, nunc autem qui dat pecuniam nō accipit baptismū, vt patet. Rursus quia accipit pecuniam, pro re sua, ille est qui vedit rem: at in p̄sencia, qui accipit pecuniam, non dat sacramentum, sed recipit, ideo dicendum videtur quod est locatio ex affectu recipientis solum, & donatio item ex solo affectu donantis, ex qua ratione, est quodammodo contractus mixtus, nisi maus dicere esse innominatum: vnde in casu proposito solum est simoniacus ex parte accipientis. Porro in contractibus innominatis non interuenit pecunia, vt pecunia, ex l. fin. tit. 6. Part. 5. ideo contractus de quo est sermo, non videtur innominatus. Ex dictisque colligere poteris, quod quantuis in omni contractu, ex ratione contractus sit quaedam correlatio, non tamen semper est correlatio in ratione culpæ. Habebis hæc facile, si aduertis, quod emptor referetur ad vendentem, & donās ad donariū &c. at vero potest fieri, vt sepē à me inculatum est, quod donatio sit turpis, & ideo culpabilis ex parte accipientis & non ex parte donantis. Vbi vides clare quod in ratione culpæ non semper est correlatio, inter contrahētes: vt etiam, qui soluit vsuras, quas soluturū se iurauit benē soluit: at vero recipiens vsuras malē recipit, extra de vsuris. capit. debitum.

*

M m 3

LIBER SEPTIMVS Praxis Theologicæ, de Contracti- bus, & Restitutionibus.

CAPVT PRIMVM, AN SIT concedendum, quod aliquis sit contractus innominatus, & si est, quid sit?



HACTENVS de nominatis contractibus p̄ducto satis sermone disputauimus, nunc vero opus factu est breuissimè de innominatis disserere. Et quidem prima fronte, videtur omnino, quod sit nullus contractus huiusmodi. Enimvero. l. fin. tit. 6. Part. 5. ex iure communi docet esse quatuor species contractuum innominatorum, videlicet, do, vt des, do, vt facias, facio vt des, facio vt facias. Et primam speciem vocat Hispanè, *Cambio*, quæ Latinè dicitur permutatio, scilicet, do agrum meum, vt des vineam tuam. At vero hic contractus est nominatus, quippe qui est verè permutatio rei pro re, cur ergo dicit esse innominatum cum habeat verè nomen? Quod si dixeris, hoc nomè esse generale ad omnem commutationem, vnde venditionis, locationis, &c. contractus generali nomine ab Aristot. 5. Ethic. vocantur commutationes, seu permutationes, si quidem commutatur res pro pecunia, aut vsus rei conceditur pro pecunia, vt in locatione, obijciam tibi, quod permutatio, vt in lege commemorata vsurpatur, non vsurpatur sub generalitate sua, sed contrahitur, ad specialem contractum: vbi non interuenit pecunia, sed solum res, commutatur pro re. Nam quis possit nonnunquam interuenire pecunia, non tamen, tanquam principale in contractu, sed tanquam ei accessoriu, vt si commutò domum pro vinea, si vinea est minoris valoris quam domus, vt puta, quia defunt decem, ad æquandū vtriusque valorem hoc non tollit rationem permutationis: quia accessorium

sequitur naturam principalis, ideo, si de vineam pro domo & addam decem, ad hoc subsistit vera ratio permutationis, vt Panor. annotat. ca. ad quæstiones, de rerum permutatione. Tunc enim pecunia non ingreditur contractum, sicut pretium rei quæ emitur, sed ad faciendam æqualitatem rei ad rem, quæ permutatur, si ergo hoc nomine insignitur hic contractus cur à lege præfata appellatur innominatus cum sit nominatus, vt & alij, quibus nominati?
¶ Præterea, lex distinguit inter hos duos contractus, do vt facias, facio, vt des. At vero isti duo contractus, re non videtur diuersi. Etenim perinde est atque in oratione, vbi nomina & verba transposita, idem significant ex Aristot. 1. Periherm. Namq; transpositio, non variat significationem vocum, idem enim dictu est, da mihi panem, & panem mihi da. Igitur idem contractus est, do vt facias, & facio vt des, nisi quod inuersus est contractus, vt eadem vestis est inuersa, quæ non inuersa, etsi alia appareat.
¶ Tertio, Bart. l. 2. ff. de iure iuran. tradit transactionem esse contractum innominatum & idem sentit glossa in l. sine apud acta. C. de transactio. At vero, transactio habet nomen vocatur enim transactio. ¶ In diuersum videtur lex commemorata. & l. naturalis ff. de præscriptis verbis. Et autoritas Iuriconsultorum omnium tradentium hanc diuisionem contractuum alios enim testantur esse nominatos alios innominatos, quibus suffragantur, Theologi omnes.
Quæstionem hanc quidam recens scriptor ex Iuriconsultis ad eam rationem eam differit, vt omnino inficietur esse contractus innominatos, sed omnes esse nominatos,

Argumentu, primu.

Permutatio est generale, & speciale nomen.

Argumentu tertium.

Argu. in diuersam.

Albor. lib. 2. d. arte cōtract. tit. 18.

¶ Hanc igitur promissionem appellat pollicitationem, non enim pactum est, vbi plures non consentiunt expresse. Hoc enim vox Latina significat pactum, quā do duo vel plures paciscuntur super aliqua faciendā, aut dandā. At non possunt pacisci nisi exprimant animum & intentionem, conueniendi in idem ad dandū, vel faciendū.
¶ Hanc igitur rationem habet pactum, at vero quia nudum contrarium est vestito. Nudum dices pactum quod nulla verborum solennitate, aut stipulatione ad principale, aut iuramento, aut rei interuentu, &c. vestitum est, quale accidit in contractibus innominatis, de quibus tractatur in præsentia, & ideo pacta hoc genus nuda, dicebat Baldus non parere actionem sui nominis.
¶ At glossa ad l. c. de pactis, credit, l. cini les, pugnat hæc in parte cum iure canonico. Si quidem secundum ius civile nudum pactum, non parit actionem. ff. de pactis. Iurigentium. §. quiniimo. At vero ius canonicum, vt apparet ex c. indicato, pacta nuda obligationem parere insinuat, vt etiam glossa ibidem probat. Quod si ita est, vtique in isto pacto nudo permutationis, nullus contrahentium, posset resiliere contrariū tamē decernit. l. 3. & 5. ex part. commemorata. Nisi dicamus, quod in foro conscientia, nō possunt resiliere huiusmodi contrahentes, itaque peccaret mortaliter, vt putat glossa ad caput commemoratum, qui resiliere si contraxit tamen animo se obligandi.
¶ Verum hoc est intelligendum, si alter contrahentium adimplet, quod pactum ab eo est, vel est paratum adimplere, tunc enim crederem teneri in foro conscientia, non penitere, si quidem verba ligant homines, quamuis simplicia, & sine solennitate sint & taurorum cornua funes, vt supra est probatum. ¶ Oportet autē esse pacti materiam esse grauem, & quod fuerit animus se obligandi, & non iocandi. ¶ In foro autem exteriori, si versetur disputatio hæc, omnino videntur, sibi obuiantia, & ius canonicum & civile, & lex præfata, & lex ordinaria regij item indicata, quæ constituit quod quomodo eūq; appareat, quod homo velit se obligare alteri, quod manet obligatus, igitur non solum ex pacto nudo, quod cele-

bratur ad præsentem, & verbis expressis, sed etiam ex pollicitatione, quæ potest fieri sine expressione verborum, ex parte eius cui sit pollicitatio, vt dudum aiebamus, enascitur obligatio in foro conscientia, si appareat, ex notario, vel testibus, quod voluerit se obligare, id quod satis congruit iuricononico. ¶ Porro Bald. l. siue apud. C. de transactionibus. dixit contractus innominatos, eandem rationem subire iuxta ius civile, atq; canonicu. Si quidem in neutro iure pariunt actionem, nisi per implementum alterius partis. Allegat glossam ad caput inter R. seniore in de electione. Et quia standum est iuri civili, si aliud non est cautum ex iure canonico in l. si pecuniam, in principi. ff. si ob causam.
¶ Et item secundum eundem in rubrica. C. de rerum permutatione, non licet penitere in contractu permutationis, aut in pacto nudo nisi quando non seruatur si dei debitum, id est quando pars non implet id, quod vocatur defectus causæ. Et hoc placitum consonum est cum iure canonico. Namq; si defectus causæ est, licet id temporis est penitentia, nam transigenti pactum, licet non obseruare pactum. ¶ Quamuis lex. 3. part. 2. aliud tradat, quod scilicet, si per verba simplicia, sine promissione, permutatio fiat (& idē dicit de alijs innominatis contractibus) licitum esse contrahentibus liberam habere penitentiam, vocatur autem libera penitentia, quæ nullo impediente iure haberi potest, sed nunquid altero volente adimplere, erit ne libera penitentia, in altero, scilicet, si tum poterit etiam num penitere? vt si conuenimus ego & alter, ego, scilicet tibi dabo prædium meum pro tuo, & alter ait, placet, & ego dabo meum pro tuo. Nunquid, hoc supposito quod alter ita vult, imo adornat, dare prædium ad permutandum, cum alterius prædium liberum esset mihi resiliere, à contractu? Etenim lex. 3. par. videtur insinuarē, quod altero nolente, alter non potest resiliere. Namq; ait, quod si alter noluerit, pacto stare permutationis, alteri liberum erit, vel petere rem, vel si sumptus fecit, in traditione rei, vel preparatione ad dandam rem, etiam poterit petere interesse, vnde sic videtur, quod si alter voluerit, quod non poterit alter resiliere à

con.

contractu. At vero iuriconsulti quidam ex. l. Dedi. §. sed & si tibi. ff. de conditionibus ob causam. & ex. l. ex placito. C. de permutationibus, diuersum autumant. ¶ Tradunt aut, quod hodie ex. l. ord. Reglijam non licebit penitere, si alter vult. ¶ Ego tamen, dixerim quod lex ordinata, sepe à me indicata, solum inquit, si apparuerit quouis modo quod quis se voluit obligare alteri maneat obligatus. Hoc aut, non potest constare nisi ex testibus vel ex tabellione. Enimvero quasciscite testes, vel tabellionem, voluit palam facere suam obligationem, se scilicet, velle obligare ciuilitate, & ideo secundum hanc legem, obligatus manet ciuilitate etiam absentis omnino. ¶ Et tunc non est pactum, quia pactum necessario est inter presentes, & exprimentes suum consensum, vnde dominus, pacificos olim cum populo iudaico se futurum eorum Deum, quo ad protectionem eorum, & specialem assistentiam, se in signis & prodigijs fecit presentem oculis eorum, & qualis qui natura erat inuisibilis specie quadam mirabiliter affirmata se ostendebat in monte Sina presentem. At vero quando sunt simplicia verba inter presentes permutationis aut alterius contractus inominati, vt da mihi pradium tuum, & dabo tibi meum, & alter sibi placere ait, vtique isti obligantur naturaliter, ad implendum pactum hoc nudum, verum obligationem ciuilem, ego non video, siquidem ex nullo ostendunt se velle obligari inuicem, nisi ex verbis simplicibus, vltro citroque expressis. Porro verba huiusmodi non ostendunt, quia simplicia sunt, non demonstrant animum habuisse eos, ad obligandum se inuicem ciuilitate. Quoniam hoc si demonstrare voluissent testes facerent, aut notarium ascerent, aut rei interuentu alter eorum pactum vestiret, vt saltem ex hoc, ciuilitate ostenderent se voluisse inuicem obligari, vt pacto starent. At vero cum nihil horum, aut aliorum equipollentium, sit ex casu, sed solum pactum initum est ex verbis simplicibus, vnde nudum prorsus est. ¶ Videtur, quod obligatio ciuilis non est exorta ex huiusmodi contractu, sed solum naturalis, quae poscit vt pactis stentis quantumcumque nudis. ¶ Lex ergo, partit. 3. praefata sepe, recte inquit, quod ex huiusmodi conuentio-

ne, nulla resultat obligatio. Intelligitur enim de obligatione ciuili. Namque iura, quando loquuntur de obligatione, per se sumpta de hac semper intelligunt. Quippe omne analogum per se sumptum, stat pro famosiori significato, at apud iuriconsultos, istud est famosius significatum obligationis, obligatio, scilicet, ciuilis, vt apud philosophos, & Theologos, obligatio naturalis est famosior, id est, visitior. Et lex ordinata, regij saepe supra indicata, non corrigit legem praefatam partit. namque, lex ordinata loquitur de obligatione ciuili, dicens, quomodo cumque appareat, hominem velle se alteri obligare, ita manet obligatus. Et non loquitur de pacto nudo. Siquidem non est pactum nudum, quando obligare se intendit aliquis & vestit suam obligationem asciscendo testes, aut notarium & vel alia similia exhibens, quae vestiunt obligationem suam ad alium. ¶ Verum lex partit. 3. dicens, quod si verba fuerint simplicia, in permutatione, quod tunc quilibet contractuentium, liberam habet poenitentiam, de pacto nudo facit mentionem vt ex dictis patet. Namque postmodum addit de pacto non nudo, quando, scilicet, contractus, rei interuentu vestitur, vel alias. Neque puto, quod caput illud primum extra, de pactis, dicens, quod pacta custodiantur, & pax seruetur, sit intelligendum, ad hanc rationem, scilicet, quod pacta nuda pariant obligationem efficacem, seu ciuilem, nam tunc nihil differunt pacta nuda, & pacta vestita, si enim sunt ex aequo efficacia frustra vestiuntur pacta, cum alioqui nuda sint aequae efficacia. Et si haec obseruas, non habet locum disputatio quam texit Doctor Antonius Gomez, tomo. 2. c. 8. de contractibus in nominatis, volens quod lex ordi. corrigit legem par. commemoratam. ¶ Est autem notandum, quod etsi lex commemorata, finalis, ex parte quatuor recenseat modos contractuum inominatorum non est intelligendum, quod sint verè quatuor species contractuum huiusmodi. Siquidem vt colligebam in argumento ante oppositum, Do, vt facias, & facio, vt des non sunt specie differentes contractus, quia vt ait Arist. 3. Physi. eadem est via ab Athenis, ad Thebas, quae est à Thebis, ad Athenas, quamuis

Intra loquutione obligatione ciuilem insinuant.

Lex ordinata, regij exponitur.

Pacta nuda parit obligationem naturalem, sed non ciuilem.

Exponitur l. 3. part. 5. tit. 6.

Exod. 19.

autem re ipsa sunt eadem via, at vero ratione differunt, alia enim ratio est viae vt est ab Athenis ad Thebas, à ratione quae est à Thebis ad Athenas. Nam prior est accessus ad Thebas, & 2. est recessus, vt eadè est via per quam lapis ascendit, & descendit at ascensus, & descensus ratione discrepant. ¶ Ita in proposito, materialiter idè est contractus, do, vt facias, & facio, vt des, ceterum formaliter, & secundum rationem discrepant. Namque permutantur extrema, cum ex dante, sit faciens, & ex faciente, sit dans, & in primo dans respicit facientem, & in 2. faciens dantem, vnde sunt diuersi respectus quamuis inominati. Itaque lex praefata, dixit esse duos contractus formaliter, & secundum rationem. Etsi reuera non sunt diuersae species contractus. ¶ Aduertendum est secundo, quod isti quatuor modi contractuum in nominatorum, dicuntur respectiui. Nominati autem & si omnes relativi sunt, quia non potest esse contractus, quin sit relatiuus, vel respectiuius. Ceterum in nominati dicuntur respectiui particulari ratione, quia celebrantur cum respectu videlicet, do, vt des, do, vt facias, facio vt des, &c. id quod non accidit contractibus non nominatis. Non enim cum celebratur venditio, venditor ait vèdo, vt emas, aut emptor emo, vt vendas, sed simpliciter, ille vendit, & hic emit, & idem in alijs nominatis experieris, vnde ob hanc causam vocantur nominati contractus simplices contractus à iuristis, & non respectiui, quia non celebrantur, cum huiusmodi respectu. ¶ Possunt autem esse plures alij inominati contractus simplices, verum

respectiuorum, quatuor tantum esse modos lex commemorata praescripsit vt etià quatuor referuntur in. l. naturalis. ff. de praescriptis verbis. Inominatorum autem non respectiuorum habes exempla in. l. si gratuitam, in principio. ff. de praescriptis verbis, & in pacto nudo glossa. l. 1. in principio in glossa magna ad finem. ff. de actio. & obligatio. ¶ Supra autem memini me annotasse. l. Ex placito. C. de permutatione, quam enarrans legè glossa, ait pactum nudum producere obligationem naturalem, vnde ego cepti occasionem, vt differerem, quae haecenus sunt disserta in explicationem. l. 3. ex part. 5. tit. 6. ex quibus inferas oportet, quod contractus inominati, si vestiti fuerint producere obligationem efficacem: si secus autem si nudos eos consideres. ¶ Sed de his, & de tota praxi Theologica de contractibus, & restitutionibus haecenus, cui ex Christi gratia finem imposuimus, & ad extremam deduximus lineam. Neque velle tamen, quod mihi vitio vertant, domini iuriconsulti, quod miserim saepe manum & falcem meam, in suam ipsorum messem, hoc enim feci, quia cum ipsi etià saepe in rem Theologicam, & suam mitant falcem, oportebat vt par pari referrem, & maxime, vt illis praerberem occasionem mea qualiacumque: ea fuerint, examinandi, & probare si vera, & corrigere, si falsa quae ad proprium ipsorum in qua spectant, vniuersa tamen, censurae sacrosanctae ecclesiae subdenda duco, vt cetera nostra omnia, illius iudicio semper subieci.

L A V S D E O.

SALMANTICAE.
Ex Officina Ildesonsi à Terranova & Neyla.
Anno M. D. LXXXV.

T A B V L A L I B R O -
rum & Capitulorum, quę in hoc
opere continentur.

Liber Primus.

Caput Primū. Quod mul-
 ti negotij sit praxis con-
 tractuum. pagina. 1.
 Caput secundum. Quid sit ius, &
 quę partes eius. pag. 4.
 Caput tertium. Quid ius naturale,
 & legitimum. pag. 8.
 Caput quartum. De iusto legitimo.
 pagina. 14.
 Caput quintum. Quid sit cōtractus
 & quę eius species. pag. 16.
 Caput sextum. De ordine contra-
 ctuum realium. pag. 24.

Liber Secundus.

Caput primum. De contractu
 emptionis & venditionis. pa-
 gina. 28.
 Caput secundum. De iusto pretio. pa-
 gina. 42.
 Caput tertium. De qualitate venden-
 tium & ementium. pag. 71.
 Caput quartum. De ipsa re quę ven-
 ditur, quam qualemq; eam esse,
 si oporteat retegere. pag. 78.
 Caput quintum. De qualitate rerum
 venalium. pag. 92.
 Caput sextum. Prosequitur idē quod
 quintū, de ijs, quę vendi non

possunt. pag. 111.
 Caput septimum. Item de ijs, quę ven-
 di non possunt. pag. 113.
 Caput octauum. De alijs ab spiritua-
 libus quę non sunt vendibilia.
 pagina. 151.
 Caput nonum. De ijs, quę vendi non
 possunt, quia lege sunt prohibi-
 ta. pag. 158.
 Caput decimum. Qua ratione cōtra-
 ctus emptionis & venditionis ex
 circumstantijs vitiatur. p. 166.

Liber Tertius.

Caput primum. De permutatio-
 nis contractu. pag. 174.
 Caput secundum. De cambijs in ge-
 nerali. pag. 179.
 Caput tertium. De cambijs in spe-
 ciali. pag. 185.
 Caput quartum. De causis iustifican-
 tibus cambia. pag. 191.

Liber Quartus.

Caput primum. De natura mu-
 tui. pag. 225.
 Caput secundum. An usura accepta
 propriè sit de se mala. pag. 230.
 a Caput

ALPHABETICVS.

Caput tertium. Naturam vsuræ & eius prohibitionem rursus incultans. pag. 243.
 Caput quartum. Quid sibi velut habeat plus ex vi mutui, & lucro cessanti & dāno emergenti. p. 252.
 Caput quintum. De alijs duabus causis iustificanti bus accessionem vltra fortem. pag. 270.
 Caput sextum. An censuales contractus sint vsurarij. pag. 299.
 Caput septimū. An census creari possit super nudā persona. pag. 312.
 Caput octauū. An vitalitia quæ vocant, sint contractus iusti. p. 326.
 Caput nonū. An vsurarius sit dominus vsuræ acceptæ. pag. 330.
 Caput decimum. An liceat cooperari vsurarijs. pag. 347.
 Caput. XI. An iudeis fas quōdam fuerit ad vsuras mutuare. p. 355.
 Cap. XII. De societatis contractu & de ijs, quæ iustificā ipsū. p. 360.

Liber Quintus.

Caput primū. Quid locatio & quotuplex. pag. 380.
 Caput secundum. De dolo, lata, leui & leuissima culpa. pag. 406.
 Caput tertium. Vbi differitur de commodo. pag. 411.
 Caput quartum. De deposito. p. 420.
 Caput quintum. De pignoribus & hypothecis. pag. 427.
 Caput sextum. De contractu fideiussionis. pag. 433.

Caput octauū. De transactionibus. pag. 449.
 Caput nonum. De cōpromissis. p. 455
 Cap. X. De compensatiombus. p. 470
 Caput vndecimum. De contractu promissionis. pag. 473.

Liber Sextus.

Caput primū. Quæ sit donatio & quot sunt qui eam cōcernunt. pag. 501.
 Caput secundū. De impotentibus donare & crimine cōmissō. p. 512.
 Caput tertium. De diuisione donationis. pag. 514.
 Caput quartum. De donatione causa mortis. pag. 522.
 Caput quintū. An donatio possit fieri inter absentes. p. 526.
 Caput sextū. An donatio conditionalis etiā non expleta conditione valida sit in foro animæ. pag. 530.
 Caput septimum. An donatio facta ex causa, non extante causa sit obnoxia restitutioni. pag. 536.
 Caput octauum. An donata propter causam necessariā sint donatori restituenda. pag. 542.

Liber Septimus.

Caput primū. An sit concedendū, quod aliquis sit contractus inominatus, & si est, quid sit. pag. 550.

FINIS.

Restituere an teneatur frumenta in aliud regnū transferentes. p. 67. b. & seq.
 Restituere an teneantur reuenditores. pag. 68. b.
 Restitutioni subduntur bona delinquentium ex quasi contractu possidentis. pag. 343. b.
 Retrouuendi contractus probatur. pagina. 281. a.
 Reuerdere qui prohibeantur. p. 70. a.
 Romana calamitas ab Hispanis illata. pagina. 150. b.

S.

Sacerdotes non proprio se locant ad ministeria spiritualium exercenda. pag. 405. b.
 Sacra quatenus sint vendibilia. p. 115. b.
 Sacramentorum materiæ trifariam considerari possunt. p. 125. b.
 Sacramentorum materia aut est in actu aut in potentia. p. 124. b.
 Sacramenta non sunt locabilia. p. 405. a.
 Sacrilegium an in omni peccato locus fieri possit. p. 170. a. & seq.
 Sacrilegium non est omnis in loco sacro negotiatio. p. 171. a.
 Sanctimonialia suis dotibus ali in monasterio iustum est. p. 130. b.
 Scriptura in contractibus duplex. pagina. 88. b.
 Sepulturæ fidelium quinque habent consideranda. p. 126. b.
 Sepulturæ iuris sunt naturalis. p. 127. a.
 Sepultura pauperibus gratis iure naturali debetur. ibidem.
 Sepulturæ vsus apud aliquas nationes non est. ibidem.
 Sepulturæ locus sine vitio simoniæ ab ecclesijs vendi possunt. ibidem. b.
 Sepulturæ ius non tenentur ecclesiæ gratis à se abdicare. ibidem.
 Seruitus naturalis & ciuilis. pag. 111. a.
 Seruitus ex bello iusta est. ibidem.
 Serui naturaliter secundum Aristot. qui sint exponitur. p. 151. a. b.
 Seruitus ex priuata autoritate. pagina. 156. a.
 Seruis conditio quæ sit. p. 157. b.
 Serui quomodo possint transigere cum dominis. p. 450. b.
 Seruus à domino an. possit impunè occidi. p. 497. a.

Seruum fugitiuum pretio manifestare possumus. p. 547. b.
 Significatio verborum variatur pro varietate artium & scientiarum. pagina. 494. a.
 Simoniæ definitio. p. 114. a. b.
 Simoniaca voluntas censuris non subicitur. p. 114. b.
 Simonia cur vocetur hæresis. pagina. 121. b.
 Simonia triplex. pagina. 131. a. & pagina. 143. a.
 Simoniaca commutatio quando fiat. pagina. 132. a.
 Simoniæ quibus documentis diiudicatur. pag. 133. a.
 Simonia patronorum laicorum. ibidem.
 Simoniæ differunt accidentaliter & etiā specie. p. 134. a.
 Simoniacum an possit papa facere non simoniacum. p. 135. a.
 Simonianè sit emere beneficia à Summo pontifice. p. 140. a.
 Simonia non est temporale pro spirituali accipere autoritate iuris vel ex probata consuetudine. p. 141. b.
 Simoniacus contractus ex iuris præsumptione. p. 143. a.
 Simonia est emere ius spirituale aut non uti iure spirituali propter pecuniam. pag. 144. b.
 Simoniacus occultus quid faciet ne feprodatur. 145. a.
 Simoniacus notorie & occulte quis sit. ibidem.
 Simoniaca electio non est si pecunia nō est præcipua causa electionis. pagina. 146. a.
 Simoniæ materia tria consideranda. ibidem.
 Simoniacus quando qui accipit nō qui dat dicatur. ibidem. b.
 Simoniæ grauior labes est vendere ordines quam beneficia emere. pagina. 147. b.
 Simonia mentalis quæ sit. pagina. 149. b.
 Simoniacus est qui spiritualia vendit. pag. 206. a.
 Simonia mentalis non subditur censuris ecclesiæ nec resignationi beneficij aut restitutioni fructuum. pagina. 346. b.
 Societatis contractus non transfert dominium. p. 360. b.

Societ.

INDEX

Societas palliata, & quid sit in societate
 feruandum. p. 361.a
 Societatis contractus conditiones, pagi-
 na. 362. a. b
 Societas labore & periculum lucro cō-
 penfat. p. 363.a
 Societas leonina quæ sit. ibidem.
 Societatis puræ casus. p. 365.a
 Societatis expenſe an sint deducendæ si
 solū superest capitale. p. 366.a
 Societas generalis & particularis. pagl-
 na. 368.a
 Societatis contractus est reciprocus. ibi.
 Societatis ius quando transit in heredes.
 ibidem. b.
 Societas quomodo transfert dominium.
 ibidem.
 Spiritualia variè distinguuntur. p. 113. b
 Spiritualia omnia à toto genere nō sunt
 venialia. p. 115.a
 Spiritualia non omnia sunt eiusdem gra-
 dus. p. 115. b.
 Spiritualia per accidens venduntur. pa-
 gina. 116.a
 Spiritualibus quædam temporalia com-
 parantur. p. 116. b.
 Spiritualia quia dignissima abhorrent à
 pretio. pag. 118.a
 Spiritualia, quæ habent annexa tēpora-
 lia non possunt deduci in pactū habē-
 di ea ultra sortem. pag. 235.a
 Spes est de fine principaliter, de medijs
 secundo. pag. 239. b
 Spirituale duplex. p. 322.a
 Spiritualia quæ in iure vocentur. p. 433.a
 Statuta contra bonos mores non valent.
 pag. 498. b.
 Sterilitas & casus fortuitus quid sit. pa-
 gin. 392. b
 Sterilitas duplex. p. 393. b
 Stipulatio quid sit. pag. 22. b.
 Stipulationis diuisio. p. 488.a
 Subhastatio habet specialem conditio-
 nem in venalibus. pag. 35.a
 Subhastatio quando faciat iustum pre-
 tium. pag. 77. b
 Subhastationes & fraudes illarū. p. 86.a
 Subhastatio dolosa subiacet restitutioni.
 ibidem.
 Subhastationum pretia habēt maiorem
 latitudinem. p. 87.a
 Subhastationis dolus etiam à iudice per-
 missus à superiori reuocari potest. pa-
 gina. 87.a

Surdus & mutus an teneri possint ex si-
 pulatione. p. 474. b

T.

Taxatum excedere nullatenus licet.
 pag. 39. b
 Taxatum an possint excedere cōmutan-
 tes. p. 40. a
 Taxatio duplex. ibidem. b.
 Taxationis panis pragmatica declaratur
 pag. 58.a
 Taxationis casus accidentes resoluuntur
 pag. 59. a
 Taxatio potissimè necessarium est. pa-
 gina. 59. a
 Taxatione non extanteratio taxabit lu-
 sum pretium. p. 60. a
 Taxatione extante vectura pretium au-
 get. ibidem. b.
 Taxatio in aliquibus locis an iuste exce-
 datur. p. 61. b.
 Taxatio panis quomodo ab aliquibus
 defraudetur. p. 63. a
 Taxatio nō est iustum pretiū in frumento
 abundantia quando frumēta mi-
 nus valent. p. 64. a. b
 Taxationem an subeant frumenta alieni
 gena. pag. 64. b.
 Taxatio omnes obligat. p. 305. b
 Taxatio reddituum redimibiliū est in fa-
 uorem venditorum. p. 306. a
 Taxatio rerū quibus incubat. p. 317. a
 Tempus adiectum solutioni, in cuius fa-
 uorem sit adiectum. p. 491. a
 Terra est instar humani stomachi. pa-
 gina. 793. a
 Testari possunt damnati. p. 514. a
 Testamento tres testes sufficiūt. p. 522. a
 Testamenta minus solennia qualia in iu-
 re præsumantur. p. 534. a
 Testis subornatus ferens testimoniū ve-
 rū restituere tenetur. p. 261. b
 Theologia probandorum contractuum
 quasi quædam coticula est. p. 3. b
 Theologis cur incumbit ciuilia iura sci-
 re. p. 443. a
 Transactio quid sit. p. 22. b
 Transactio quid sit. p. 449. a
 Transactio extinguit actionem. ibidem.
 Transfigens accusatus cum accusante in
 capitalibus non habetur pro conui-
 cto. pag. 450. b
 Transactio quando nō præiudicat fisco.
 pag. 452. a

Tran-

ALPHABETICVS

gina. 270. a
 Censuræ redimibiles quæ conditiones iu-
 stificent. p. 306. b.
 Census redimibilis si nō extinguitur trā-
 sit ad heredes debitoris census. pagi-
 na. 308. a
 Census obligatio nisi nouè restauretur,
 aliquando soluitur defolato fundo.
 ibidem.
 Censuum temporalium conditiones di-
 scutiuntur. p. 309. a.
 Censuum conditiones necessaria. pagi-
 na. 311. a.
 Censuum restitutio ex. l. regia. ibidem.
 Census perpetui fundamentū. p. 312. a.
 Censui creādo plures supponere fundos
 quam pro pecunia iniustum. ibid. b.
 Censum emere super persona nuda ma-
 ioris charitatis est quam super re. pa-
 gina. 314. b.
 Censuum venditores liberi sunt non ser-
 uii. ibidem.
 Censum sibi imponere non est seruitus
 status. p. 315. a.
 Censum sibi imponere non tantæ est ser-
 uitutis sicut se tradere in pignus. ibid.
 Censui nouè constitutos an solum intel-
 ligat pragmatica edita Madridi. pagi-
 na. 318. a.
 Censuales contractus de se sunt liciti. pa-
 gina. 321. a.
 Censui extinguibilis partim mobilia, par-
 tim immobilia sunt bona. ibid. b.
 Censui fructuarius & pecuniarius. ibid.
 Censui perpetui utilitas. p. 322. b.
 Censui temporalis ad tempus determi-
 natum. p. 323. a.
 Censui ad tempus præscriptum differt à
 redimibili. p. 325. a.
 Censui ad tempus ex natura sua collabi-
 tur. ibidem. b.
 Censui bonorum, quid sit. p. 21. b.
 Charitatis & iustitiæ officia. p. 261. a.
 Ciuitatensis oppidi cōsuetudo. p. 506. a.
 Clausula generalis in odiosis nō compre-
 hendit maiora expressis. p. 386. b.
 Clerici, & monachi pragmaticis parere
 tenentur. p. 67. a.
 Clerici an possint testari de bonis ecclē-
 siasticis. p. 106. b. & seq.
 Clericorum bona cur dicantur paupē-
 rum. p. 108. b.
 Clericus taxatum sibi pretium pro diu-
 nis celebrādis coram iudice petere po-

test. pag. 117. b.
 Clericorum stipendia episcopis incum-
 bit taxare. p. 118. a.
 Clericis officia fordidā prohibita. pagi-
 na. 167. a.
 Clericis negotiatoribus pœne iure cano-
 nico impositæ. p. 168. a.
 Coactio iusta & iniusta, virtualis & for-
 malis. p. 74. a.
 Coactus contractus quando valeat. pa-
 gina. 76. b.
 Commodatum, quid sit. p. 22. a.
 Commodatarius non est dominus com-
 modati, vt neque conductor rei loca-
 te. pag. 382. b.
 Commodati actio resultat, ex culpa le-
 uissima. p. 410. a.
 Commodare latinis, quid sit. p. 411. a.
 Commodati contractus secundum Iurif-
 sultos, quid sit. ibidem.
 Commodatum trifariam accidit. ibid. b.
 Commodatarius tenetur aliquando etiā
 de leuissima culpa. ibidem.
 Commodatum sequitur regulas cōmo-
 dationis. p. 412. a.
 Commodationis tempore absoluto te-
 netur commodatarius reddere cōmo-
 datum in columbe. ibidem. b.
 Commodata rei æstimatio quid opere-
 tur. p. 413. a.
 Commodato dare vel accipere qui pos-
 sunt. p. 414. a.
 Commodato rem accipiens ad vsum pe-
 riculosum nō tenetur de periculo. pa-
 gina. 415. a.
 Commodati contractus cur gratis dica-
 tur celebrandus. ibidem. b.
 Commodari non possunt vsu consum-
 ptibilia. p. 417. a. b.
 Commodatarius tenetur ad speciē mu-
 tuatarius ad quantitatem. ibidem.
 Commutantes an possint excedere ta-
 xatum pretium. p. 40. a.
 Compensatio, vt fiat. p. 21. b.
 Compromissum, quid sit. p. 456. b.
 Compromissum nudum à pœna an con-
 stringat compromittentes ad paren-
 dum arbitrio. p. 461. a.
 Compromissorum materia, quæ sit. pa-
 gina. 463. a.
 Compromissio non fit de criminibus in-
 ducentibus depositionē ab statu cleti-
 cali. pag. 464. a.
 Compromissum an possit fieri in adter-

INDEX

farium. p. 465. b.
 Compromissum requirit duo extrema. pag. 466. a.
 Compromissum ut valeat tertius particulariter eligendus. p. 468. a.
 Compromittentium consensus suspicione contra arbitram purgat. p. 469. a.
 Compromissum ut extenditur ad heredes. ibidem. b.
 Condicio bifariam potest poni in contractu. p. 492. a.
 Condicio quando fallat ante promissionem. p. 493. a.
 Condicio casualis & potestativa. ibid.
 Condicio contingenti, necessario & impossibili. p. 494. a.
 Condicio turpis de futuro cassat contractum non tamē de præterito. p. 498. a.
 Conditiones quasdā ius non reputat conditiones. p. 531. a.
 Conductor tenetur de dolo & lata culpa non de casu inopinato. p. 370. b.
 Conductor quando tenetur subire periculum rei locatae. p. 386. a.
 Conductor recipiens in se totum damnum, totum etiam commodum sentire debet. p. 397. b. & 398. b.
 Conductor dupliciter tenetur sustinere periculum rei. p. 398. a.
 Conducere aliquem ad bonum, vel allicere muneribus an sit laudabile. pagina. 487. a.
 Consecratio importat respectum quendam ad diuina. p. 135. b.
 Consecratio non est qualitas, sed respectus quidam ad diuina. p. 122. b.
 Consensum in contractu. lex supplet aliquando. p. 76. b.
 Conscientiæ sola veritas iudex. p. 35. b.
 Conscientiæ forum animi non verba expendit. p. 446. a.
 Conscientiæ forum ex veritate agit. pagina. 515. b.
 Consuetudo iuri humano detrahit. pagina. 172. a.
 Contractuum tractatio multi farjam laboriosa est. p. 1. a.
 Contractuum primum iudicium ad philosophum moralem spectat. p. 2. a.
 Contractus simpliciter voluntarij esse debent. p. 16. b.
 Contractus coactus quando valet. ibid.
 Contractus lucrativi, & onerosi. pagina. 191. b.
 Contractuum diuisio. p. 20. a.
 Contractus realis & personalis. ibid. b.
 Contractus ab intrinseco & ab extrinseco quassantur. p. 21. a.
 Contractuum diuisio per differentias accidentales. p. 21. b.
 Contractus innominati qui sint. p. 22. b.
 Contractuum categoria. p. 24. b.
 Contraria quomodo se admittant. p. 24. a.
 Contractus omnes ad duos primores reducuntur. p. 26. a.
 Contractus omnes ad genus actionis & passionis reducuntur. p. 26. b.
 Contractus iniustus, & nullus differunt. pag. 38. b.
 Contrahentes æquales esse debent. pagina. 46. b.
 Contrahentium consensum lex aliquando supplet. p. 48. a.
 Contractus multis deceptionibus vitiantur. p. 72. a.
 Contractus ex dolo factus an valeat. pagina. 72. b.
 Contractus à dolo originem sumens est nullus. p. 85. b.
 Contractus quidam est inter aduocatos artifices & sacerdotes & illos conductes. p. 116. b.
 Contractus iniustus secundum Aristot. pag. 179. b.
 Contractuum onerosorum differentia. pag. 225. a.
 Contractus omnis exigit æqualitatem. pag. 226. a.
 Contractus habent duplicem perfectionem essentialem & accidentalem. pagina. 251. a.
 Contractum pendere à dubio futuri eventus dum celebratur aut peracta celebratione aliud est. p. 251. a.
 Contrahentes ex æquo se debent. pagina. 252. b.
 Contractus ratione dubij eventus in lucro vel damno possunt observari. pagina. 263. a.
 Contractus varij. ibidem.
 Contractus ex suo genere iustus ex circumstantijs potest vitari. p. 328. b.
 Contractus secundum se tractantur non secundum circumstantias. p. 339. a.
 Contractus naturam corrumpere, aut alterare differunt. p. 387. a.
 Contractibus pacta immixta quædam iusta alia iniusta. p. 387. b.

Con-

ALPHABETICVS

Hospitalium ministri non omnes gratis seruiunt. p. 213. a

I

Iezabel cruore vineam Naboth emit. pag. 76. a.
 Impedire bonum paratum varie potest. pag. 257. a.
 Impedientes bonum quando restituere tenentur. ibid. b.
 Impediens lucrum vel beneficium an teneatur restituere. p. 258. a.
 Impignoratio transfert dominium. pagina. 282. a.
 Indigentia varia. p. 34. a.
 Infideles ecclesiæ subditi vt illi subijciantur. p. 375. b.
 Ingratitudinis quatuor modi. pagina. 518. b.
 Ingratus ante condemnationem non tenetur rem donatam restituere. ibidem.
 Ingratus non est qui se defendens laedit. pag. 519. b.
 Innocentes cum nocentibus torquendi non sunt. p. 11. b.
 Inopia & indigentia rerum duplex. pagina. 33. a.
 Inquinatus quibus casibus potest à dolo expelli. p. 387. b. & p. 389. b. & pagina. 390. a.
 Insinuatio iuristis quid sit. pagina. 509. b.
 Institutiones, conuentiones quando obligent in conscientia foro. p. 275. a.
 Interesse debitum est. p. 254. a.
 Interesse non habet semper rationem penæ. p. 271. a.
 Interesse soluendum in foro conscientia. pag. 275. b.
 Interusurium, interesse, accessio, commodum temporale. p. 285. b.
 Inuentor an possit petere pretium pro re inuenta. p. 543. b.
 Iudæi scripturis vsurarijs alios Iudæos deprimebant. p. 240. b.
 Iudæi ecclesiæ subditi quædam eius præcepta obseruant. p. 376. a.
 Iudæi proditio ex vtraque parte fuit turpis. p. 487. b.
 Iudicium de rebus ferendum vt in plurimum contingunt. p. 223. b.

Iudex subornatus ferens sententiam iustam restituere tenetur. p. 261. b.
 Iudex ordinarius & arbiter qui sint. pagina. 456. b.
 Iudex ordinarius & arbiter vt differant. pag. 457. a.
 Iudicum corruptorum poenæ ordinarijs tantum imponuntur. p. 462. b.
 Iudex ordinarius potest esse arbitrator causæ cuius est ordinarius. pagina. 465. a.
 Iudex ecclesiasticus laicus esse non potest arbitrari tamen potest. ibidem. b.
 Iudici data pecunia vt iudicet quando potest repeti. p. 481. b.
 Iudex iuste iudicans non est corruptus. pag. 482. a.
 Iuramentum quando fit moderandum ad mentem petentis iuramentum. pagina. 336. a.
 Iuramento partis quando standum postquam constat de facto, casus. pagina. 426. b.
 Iuramentum non se extendit ad non cogitata. p. 462. b.
 Iuramenti maxima religio. p. 511. a.
 Ius ciuile philosophiæ morali subordinatur. p. 2. b.
 Ius est prius quam obligatio ad exercendum ius. p. 5. a.
 Ius in sola iustitia spectatur. p. 5. a.
 Ius pro lege scripta. ibid. b.
 Iuris acceptiones variae. ibidem.
 Ius per se & primo quid sit. p. 6. a.
 Ius & iustum, iniuria & iniustum quid. pag. 6. a.
 Ius & iniuriam facere bifariam contingit. ibid. b.
 Ius in fidore quid. ibid.
 Iustum paternum, iustum herile, iustum vxorium quid. p. 7. a.
 Ius naturale ius est commune. pagina. 8. b.
 Ius naturale nobis innatum & inuariabile. ibidem.
 Ius naturale absolute ius est. ibidem.
 Ius naturale immutabile, à Deo inditum & ubique gentium est. pagina. 9. a.
 Iuris naturalis naturalissima & naturalia. ibidem. b.
 Ius gentium & ius nationum in fidore distinguit. p. 10. a.

I N D E X

Iuris naturæ sunt distinctio & diuisio re-
rum. *ibidem.*
Ius naturæ simpliciter, ex natura rei, & se-
cundum quid. *ibid.*
Ius gentium secundum naturam non
simpliciter sed secundum quid. pagina.
12.a
Ius in paradiso vnicum fuit. p. 13.a
Ius naturale non esse idem omnibus vt
intelligatur. p. 13.b
Ius posituum iuri naturali additur. pa-
gina. 14.a
Iuris origo. *ibidem.*
Ius euangelicum commune omnibus. pa-
gina. 14.a
Ius euangelicum inuariabile. pagina.
15.b
Iustitia commutativa & distributiva. pa-
gina. 19.a
Ius patronatus habet rex Hispaniæ in
episcopatus. 128.b
Iustitia triplex. p. 257.b

L

Labores dignioris personæ pluri
sunt faciendi. p. 32.b
Laus duplex. p. 132.a
Laudes munera vocari possunt. pagina.
133.b
Legatum & fideicommissum quid sint
& vt differant. p. 500.a
Legata ex conditione impossibilibi aut in-
honestâ non viciantur. p. 530.a
Legata ad pias causas geminam obser-
uant fauorem. *ibidem.*
Legata conditionalia in foro conscien-
tiæ. p. 531.a
Lex bonum vniuersale spectat. pa-
gina. 66.a
Lex quæ ipso iure ligat vtitur verbo de
præterito. p. 274.a
Lex lata contra viduas inhonestas. *ibi-*
dem.
Leges humanæ de indifferentibus ser-
uantur. p. 2.b
Lex Dei ex diuina infallibiliq; sapientia
procedit. p. 4.a
Lex secularis vt obliget ad crimen. pa-
gina. 15.b
Lex, quæ ex præsumptione procedit
quando falsa est præsumptio non li-
gat. p. 403.a

Leges aliæ in fauorem aliæ in odium in-
stituta. p. 486.a
Legitima filiorum iure communi varia.
pag. 517.b
Legislatores sunt æmuli naturæ. pa-
gina. 537.b
Liber homo vtrum se vendere possit. pa-
gina. 156.b
Libertini qui dicendi. p. 157.a
Liberalis & prodigus opponuntur. pa-
gina. 477.b
Locatio similis venditioni & conductio
emptoni. p. 380.a
Locatio quid sit. *ibidem.*
Locationis consensus & dissensus ab alijs
contractibus. p. 380.b
Locatio & conductio sunt relatiue oppo-
sita. p. 381.a
Locatio est rerum permutatio. *ibidem.*
Locationis contractus vt sit purus quæ
sint necessaria. p. 382.a
Locatæ rei æstimatio an adiciat gradum
in obligatione restituendi si pereat
res locata. p. 383.b
Locationis contractus natura. pagina.
384.b
Locatio impura &c. p. 385.b
Locationis naturam casus alterantes. pa-
gina. 386.b
Locationis contractus vt viciatur. pa-
gina. 397.a
Locatio dolosa soluenda. p. 397.b
Locatio operarum. p. 399.a
Loth vt excusatur ab incestu. pagina.
350.b
Lucri cessantis causa an pretium augere
fas sit. p. 34.a
Lucrum Aristoteli quid. pagina.
203.b
Lucrum cessans bifariam intelligitur. pa-
gina. 216.b
Lucrum cessans bifariam accidere potest
pag. 223.b
Lucrum cessans non est interesse cambiij
pag. 224.a
Lucri intentio & desiderium differunt.
p. 235.a
Lucri vltra sortem intentio duplex. *ibi-*
dem.
Lucrum cessans variè distinguendum.
pag. 253.b
Lucrum cessans & damnum emergens
appellatur in iure interesse. pagina.
254.a

Lucrû

A L P H A B E T I C V S.

Contractus annexus subit naturam princi-
palis. *ibidem.*
Contractus quibus consuetudini stan-
dum. p. 392.a
Contractuum ars dupliciter debet consi-
derare quæ sunt per se & quæ per ac-
cidens. p. 398.b
Contractuum alia, contrahentium vitia.
pag. 408.b
Contractus sunt correlatiui. p. 475.a
Contractus inter absentes esse nõ potest
bene tamen obligatio. p. 476.a
Contractus prouocantes ad malum non
valent. p. 498.b
Contrahentis animum in meliorem par-
tem ius interpretatur. p. 533.a
Contractus innominati cur dicantur. pa-
gina. 551.a.b
Contractus innominati vt pariant obli-
gationem. p. 522.a
Contracte, Hispanè, officium. p. 180.b
Correlatiua sunt simul natura. p. 18.b
Crimina possunt ciuilibiter & criminaliter
agi. pag. 463.b
Culpa leuissima quæ sit. p. 385.a
Culparum gradus possunt esse æquales
quoad nocumentum ex eis procedēs.
pag. 406.a

D

Dannum proprium nemo tene-
tur subire, vt alij consulat. pa-
gina. 207.a
Damnum emergens ex solutionis mora
spectatur. p. 223.b
Damnum emergens valde differt à lucro
cessante. p. 252.b
Damnum incurredum propter lucrum
an debeat accedere forti. p. 254.b
Damnum emergens vtrum sit fructus im-
peditus ex alterius causa. p. 255.a
Datio quando obliget recipientem. pa-
gina. 486.b
Debitum ex iustitia, & ex liberalitate. pa-
gina. 235.b
Debita sua quisq; potest ex intentione
principaliter recipere sperata. p. 240.b
Debitore esse in mora, quid sit. p. 265.b
Debita secundum indiuiduum non ad-
mittunt recompensationem. p. 470.b
Debita iurata an admittant exceptionē
recompensationis. p. 471.a
Debitor proprie quis sit. p. 490.a

Debitor vt sit pœnæ soluendæ stipula-
tori obnoxius quandoque non est ne-
cessaria interpellatio. p. 495.a
Debita opera quando pretio fieri pos-
sunt. p. 544.a
Depositum quid sit. p. 22.a
Depositarius quando de leuissima cul-
pa tenetur varij casus. p. 406.a
Depositum contractus extrema in concre-
to habet nomina. p. 420.a
Depositum fit mentio in scriptura. *ibid.*
Depositum cur dicitur gratia Dei & de
depositi materia. *ibidem.*
Depositarius idem numero tenetur re-
stituere. p. 421.a
Depositarius quibus casibus tenetur vl-
tra dolum & latam culpam. *ibidem.*
Depositum actio transit contra hæredes de-
positarij. *ibidem.*
Depositum an sit idem numero restituē-
dum. p. 422.a
Depositum pecuniæ numeratæ, & non
obsignatæ non est per omnia deposti-
tum. *ibidem.*
Depositum contractus est bonæ fidei. pa-
gina. 423.b
Depositum petenti domino statim resti-
tuendum. *ibidem.*
Depositum an possit retineri propter ex-
pensas. p. 424.a
Depositum potest habere rationem pi-
gnoris. *ibidem.*
Depositum & commodatum, vt differ-
unt. *ibidem.*
Depositum non omni petenti traden-
dum. *ibidem.*
Depositarius vt euadat crimen restituere
tenetur. p. 425.a
Depositum requirit traditionem ad cus-
todiam. *ibidem.*
Depositum restituendi obligatio transit cõ-
tra hæredes depositarij. p. 427.a
Depositum restituendi debitum gaudet mul-
ta prærogatiua. *ibid.*
Depositum custodiri qui & quando teneã
tur. p. 426.a
Deus muneribus & terroribus allicit. pa-
gina. 548.a
Dies in dubio appositus est in fauorem
debitoris. p. 493.b
Dies certus interpellat sine hominis in-
terpellatione. p. 495.b
Dilectio generalis & particularis. pa-
gina. 453.b

INDEX

Dilectio quoad spiritualia & quoad temporalia. *ibidem.*
 Dilectio actualis & habitualis. *ibidem.*
 Dilectio habitualis inimicorum semper est necessaria. p. 454.a.
 Diligens laedentem ob pecuniâ non peccat. *ibidem.* b.
 Diogenes Babylonicus malè de venditione philosophatus. p. 87.b.
 Dipondium auri quid sit. p. 509.b.
 Dispericare potest Deus in multis quæ alias essent peccata. p. 359.a.b.
 Distantia lici duo efficit. p. 189.b.
 Docendi munus nõ pro pecunijs sed meritis est iniungendum. p. 123.a.
 Dolus in contractibus quando solvendus. p. 38.a.
 Dolus quid sit. p. 73.a.
 Dolus in contractibus bonæ fidei reddit peiorem conditionem decepti. *ibidem.*
 Dolus quid sit, & est duplex. p. 406.b.
 Dolus & lata culpa secundum Iurifconsultorum opinionem. p. 407.a.
 Dolus & lata culpa in omisione & commisione reperitur. p. 408.a.
 Dolo facere, lata, leui & leuissima culpa. pag. 409.a.
 Dolo lata culpa leui, &c. quid in sit. *ibidem.* b.
 Domini naturaliter secundum Aristotelem qui sint exponitur. p. 150.a.b.
 Dominium ab usu in aliquibus distinguitur. p. 226.b.
 Dominium directum & vtile. p. 238.b.
 Dominij translatio quot debet habere conditiones. p. 345.b.
 Dominus rei non est omnis qui in se habet periculum rei. p. 370.a.
 Domino fundi quando vbertas impartienda. p. 396.b.
 Domus partes. p. 12.b.
 Donatio quid sit. p. 21.b.
 Dona Dei quæ dicantur. p. 122.a.
 Donados de frayles qui. p. 279.a.
 Donatio accessionis quid sit. p. 276.b.
 Donatio coacta non liberat a restitutione. *ibidem.*
 Donationis contractus quid exigit. pagina. 346.a.
 Donatio in officiosa ex lege ex iuramento adiecto an reddatur utilis. pagina 509.a.
 Donationes tempus causa & alias circum-

stantias debent habere. p. 510.a.
 Donare criminosi non possunt. pagina 512.b.
 Donationes delinquentium factas ante condemnationem leges non reprobaunt. p. 513.a.
 Donationum diuisio. p. 514.b.
 Donatio propter causam finalem quando evanescat. *ibidem.*
 Donatio reciproca & remuneratoria. pagina. 515.a.
 Donatio conditione purificatur. *ibidem.*
 Donatio sub modo quid sit. *ibidem.* b.
 Donatio sub modo & conditionalis. pagina. 516.a.
 Donatio in terminum. *ibidem.*
 Donatio & legatum vt differunt. *ibidem.* b.
 Donatio per se loquendo non est reuocabilis. p. 517.a.
 Donatio remuneratoria an sit, p. 520.b.
 Donatio simplex remuneratoria & reciproca. p. 521.a.b.
 Donatio Theologis quid sit. p. 502.b.
 Donare potest pater tribus ex causis. pagina. 503.b.
 Donatio antecedentis est donatio implicita consequentis. p. 504.a.
 Donationes validæ quæ sint. p. 506.a.
 Donationes ex tertia & quinta parte in fauorem animæ quorum bonorum sit. *ibidem.*
 Donationes inter virum & vxorem. *ibidem.* b.
 Donatio omnium bonorum an valeat. pag. 507.b. & p. 509.b.
 Donatio facta extraneo non reuocatur omnino per natiuitatem filij. pagina. 507.a.
 Donatio facta extraneo quatenus posthumis noceat. *ibidem.*
 Donatio propter nuptias quid iure Hispano, & communi. p. 508.a.
 Donatio presentium bonorum non valet si sit omnium. *ibidem.*
 Donationis reuocatio duplex. *ibidem.* b.
 Donatio, quæ ex iure est irreuocabilis non est perfecta. p. 522.a.
 Donationem quando mater possit reuocare. *ibidem.* b.
 Donatio causa mortis testes requirit & partium presentiam & quando reuocari possit. *ibidem.*
 Donatio causa mortis quam solemnitate

ALPHABETICVS.

Lucrum cessans an possit reportari ultra fortem. p. 254.b
 Lucrum cessans vtrum sit fructus impeditus ex alterius causa. p. 255.a
 Lucrum cessans an possit deduci in pactum. *ibidem.* b.
 Lucrum triplex. p. 258.b
 Lucrum cessans solvendum secundum Tho. & Scot. p. 259.a
 Lucrum quod est in fieri vendi potest. *ibidem.* b.
 Lucri cessatio quid sit. p. 254.a
 Lucri cessatio quando deduci potest in pactum. p. 260.a.b
 Lucrum superfluum quod. p. 262.a
 Lucrum turpe duplex. p. 487.b
 Lucris matrimonialibus an possit mulier renunciare. p. 512.a.b

M.

Magistratus tenent restituere quod ultra stipendium reportarunt. pag. 545.b
 Mala quædam quia prohibita, quædam quia mala prohibita. p. 230.a
 Mala in scriptura aliquando bona significant. p. 231.a
 Malum optare corpori propter animam non est malum. p. 454.a
 Male partem in pios vsus conuertenda. pagina. 482.b
 Mandatum apud iurifconsultos quid sit. pag. 500.b.
 Mas generationis principium. p. 11.b
 Matrimonium est sacer contractus. p. 17.b
 Matrimonio celebrato sub conditione si papa dispensauerit an adueniente conditione sit necessarius nonus consensus. p. 497.b
 Matrimonialia bona ex æquo diuidenda. p. 511.a
 Matrimonia non vitiantur impossibilitibus conditionibus. p. 498.a
 Matrimonium non vitiat conditione impossibili. p. 535.b
 Medium duplex. p. 43.a
 Melioratio & deterioratio ab extrinseco. pag. 33.a
 Meliorationes ex tertia & quinta parte bonorum. p. 505.a
 Mercium genera varia. p. 77.a
 Mercium vitia natina quædam. pagina. 87.b

Merces quæ nisi gustentur decipere possunt emptorem. p. 90.a
 Meretrix an teneatur restituere. p. 482.b. & 484.a
 Meretrix in iure quæ sit. p. 483.a
 Merito maiori maius respondet meritum. pag. 219.b
 Metu extorta an fiant extorquentis. pagina. 338.b
 Metu iusto facta non tenent. pagina. 339.b
 Mohatra Hispanè quid sit. p. 371.b.
 Monasterium pro receptione monialium nihil recipere debet. p. 130.b
 Moneta multis modis vitiauit. pag. 45.a.
 Montis pietatis contractus an sit licitus vbi multa in vtramque partem argumetur. p. 197. & seq.
 Mors pietatis apostolica autoritate sum datus. p. 201.a
 Montis pietatis contractus quatuor alios in se contractus continet. *ibidem.*
 Montis pietatis contrahentes qui sint. *ibidem.* b.
 Mons pietatis non est ad prouidendum extremè indigentibus. p. 209.b
 Mora stante & ante moram stipulatio de interesse habet locum. p. 266.a
 Mora quando moroso debitori imputanda. *ibidem.* b.
 Mora quando purgari potest interposita stipulatione. p. 495.b
 Mortis votum pacta inducentia nulla sunt. p. 330.a.
 Mutuum quid sit. p. 22.a
 Mutuum aliquando est causa non referendi aliquid ultra sortem & sine vsura. p. 202.a
 Mutuum potest esse causa necessaria lucri sine vsura, non tamen efficiens. *ibidem.*
 Mutuum gratis dandum. p. 203.b
 Mutuatarij ad soluendum mutuum obligati. p. 204.a
 Mutuatarius ex pacto tenetur ad interesse mutuantis etiam antequam sit in mora. p. 208.a.
 Mutuo non inest identitas numerica. pagina. 226.a
 Mutuum secundum legem fori duplex. *ibidem.* b.
 Mutuum & commodatum vt differant. pag. 227.a

Mutuum

INDEX

Mutuum vnde dicatur. *ibidem*.
 Mutuum syncerum æqualitatem habet
 inter contrahentes. *ibidem*. b
 Mutui recompensationem sperare fas est
 pag. 237. a
 Mutui causa esse potest spes recompensa-
 tionis sine aliqua ciuili obligatione.
ibidem.
 Mutuum dare aliquando tenemur. pa-
 gina. 241. b
 Mutuum aliquando vertitur in donum.
 pag. 266. b
 Mutuatio sub pignore quando sit vsura
 ria. p. 280. b
 Mutuo dare non est dare ultra fortem.
 pag. 333. a
 Mutuo accipiens sub alterius potestate
 agens, quando restituere tenetur. pa-
 gina. 414. a
 Mutuare & se obligare ad mutuandum
 differunt. p. 210. a

N.

Natura omni lege potentior. p. 7. b.
 Nature varietas. p. 9. b
 Naturam factum non semper sequitur.
 pag. 11. a
 Necessitate urgente multa facta tenent.
 pag. 339. a
 Necessitas naturæ & præcepti. p. 542. b.
 Necessaria ad salutem an pretio possint
 fieri. p. 547. b. & p. 548. b
 Nobilitas pecunia æstimabilis. p. 279. b.
 Numularia ars quid sit, & vnde dicatur.
 pag. 185. b
 Nundinæ intercalatæ quid. p. 215. b
 Nundinarum intercalationis gratia inter
 esse exigi non potest. *ibidem*.

O.

Obligatio & actio correlatiua. pagi-
 na. 18. b
 Obligatio ciuilis & naturalis. pagina.
 21. b.
 Obligatio duplex realis & personalis. pa-
 gina. 343. a
 Obligatus ad opus vtrum petere possit.
 pag. 455. a
 Obligatio quomodo potest esse inter ab-
 sentes. p. 476. a
 Obligatio post mortem an possit funda-
 ri. p. 488. b

Obligatio certa non potest resultare ex
 contingentia futuri euentus. pagina.
 489. a
 Obligatio expressa vel tacita conditio-
 ne suspenditur. p. 490. a
 Obligatio promissionis transit ad hære-
 des etiam in foro conscientie. pagina.
 490. b
 Obligationis nomine in iure, ciuilibus intel-
 ligitur. pag. 554. b
 Obsides qui dicantur. p. 432. a
 Officia quæ gratis, & quæ pretio exhibē-
 da. p. 206. a
 Ordinatus ab episcopo simoniaci an ha-
 beat ordinis executionem. p. 148. a

P.

Actum aliquando mutat naturam
 contractus. p. 91. b
 Pacta ficta in commutationibus spiri-
 tualibus an sint obnoxia restitutioni.
 pag. 144. a
 Pacta vera in commutationibus spiritua-
 libus sunt obnoxia censuræ. *ibidem*.
 Pactum nudum in iure quid, & vt differ-
 rat à pollicitatione. p. 52. b
 Pacta nuda pariunt obligationem natu-
 ralem non ciuilem. p. 54. b
 Papa ecclesiæ economus. pag. 140. b
 Patris nomen in scriptura æquiuocum.
 pag. 355. a
 Pauca quando sunt eligibiliora multis.
 pag. 261. a
 Pauper e mentitus tenetur restituere. pa-
 gina. 539. b
 Peccatum quomodo contra naturam &
 secundum naturam. p. 12. a
 Peccati suspicio vitanda. p. 203. a
 Peccati originalis obligatio est nature di-
 lapsæ. p. 343. a
 Peccati causa præiudicialis & positua, pagi-
 na. 347. a
 Peccato cooperari potest contingere si-
 ne peccato. *ibidem*. b.
 Peccati cooperatio secundum Theolo-
 gos. p. 348. a.
 Peccatum non est eligibile simpliciter.
 pag. 349. a
 Peccatum petere, aut ad peccatum in-
 ducere an semper sit peccatum. pa-
 gina. 349. a. b.
 Peccata multa dispensante Deo peccata
 non sunt. p. 359. a. b

Peccata

ALPHABETICVS

tem testium requirat. p. 524. a.
 Donatio causa mortis & vltima volun-
 tas, vt differant. p. 525. a.
 Donationem vxori factam quando de-
 beat maritus approbare. p. 525. b.
 Donatio, fideicommissum & legatum in-
 ter virum & vxorem possunt celebra-
 ri. p. 526. a.
 Donatio causa mortis an requirat infi-
 nuationem. *ibidem*.
 Donare causa mortis an possit vsurarius.
ibidem.
 Donatio ex iure digestorum quid requi-
 rat. p. 527. a.
 Donatio ex iure nouo solo pacto perficitur.
ibidem.
 Donatio quando vitatur ex præsum-
 ptione. *ibidem*. b.
 Donantibus & legatibus incumbit suas
 declarare intentiones. p. 537. b.
 Donatum ex causa turpi repeti potest.
 pag. 543. a.
 Donatio turpis ex præterito & futuro.
ibidem. b.
 Dos quando non soluitur, generi sunt
 fructus fundi pro illa pignoriati. pagi-
 na. 208. a.
 Dotis causa pignoris dati quædo fructus
 computandi. p. 286. a.
 Dotis dilationis causa damna emergen-
 tia, & lucra cessantia vnde resarciantur.
ibidem.
 Dos non læditur viri facinore. p. 514. a.

E.

Ecclesiasticarum portionum diuisio
 abolita est. p. 107. b.
 Ecclesiæ bonorum permutatio me-
 liora debet semper prospicere. pagina
 178. b.
 Eleemosyna Deo grata, quæ sit. pagina
 232. a.
 Eleemosyna donatio perfecta. pagina
 502. b.
 Elias sacerdos inducens ad idololatriam
 vt excusetur à peccato. pagina
 350. b.
 Emphyteosis quid sit. p. 22. b.
 Emphyteosis & locatio vnde specie dif-
 ferant. p. 391. a.
 Emphyteosis an sit perpetua locatio,
 quæ dupliciter fieri potest. *ibidem*.
 Emptio metaphorica quid sit. pagina

24. a.
 Emptio, vel venditio lucratua iniusta.
 pag. 50. a.
 Emptio frumentorum anticipata. pagi-
 na. 51. a.
 Emptor augendo pretium an possit oc-
 cultare virtutes rei quam emit. pagi-
 na. 85. a.
 Emptoribus quibusdam quedam vitia
 placent. p. 87. b.
 Emptori bonæ fidei iura suffragantur.
 pag. 98. a.
 Empta à clerico nomine suo ex pecu-
 nia ecclesiæ suum est. p. 106. a.
 Emptionis & venditionis contractus mi-
 nistri. 109. b.
 Emptionis minori pretio anticipatio ius-
 tificatur ex verisimili dubio. pagina
 246. a.
 Emens ius lucri alterius quid efficiat. pa-
 gina. 265. a.
 Episcopatus vel canonicatus possessio-
 nis tempore pecuniæ in choro spar-
 guntur. p. 129. a.
 Episcopis cathedralium exhibendum,
 pag. 141.
 Episcopi vt visitare debent, suas dicece-
 ses. p. 141. b.
 Episcopus suspensus aut excommunica-
 tus quando euitandus. p. 350. a.
 Estancos, Hispanæ quid sit. p. 74. b.
 Eucharistia habet esse in facto. pagina
 124. a.
 Eunctio quid & quando obliget. pagina
 105. a.
 Excommunicari infideles indirectè, &
 improprie possunt ab ecclesia. pagi-
 na. 375. b.
 Exigere quid sit. p. 237. b.
 Expectatiua gratis renuntianda. pagi-
 na. 147. a.

F.

Facultas est iusta potestas. pagina
 5. b.
 Famæ læsio maxima est. pagina
 389. b.
 Feræ animantes quæ sint. p. 164. a.
 Fertilitatis ratio diuersa. p. 393. a.
 Festa aliqua non obseruandi an inculpa-
 ta fuerit origo. p. 172. b.
 Festa obseruari an possit episcopus præ-
 cipere repugnante clero & populo.
 a 5 pagina

I N D E X

Pretium iustum quindecim documentis
cognoscitur. p. 31.a
Pretium fucus mercium non facit. pa-
gina. 35.a
Pretium in triplici differentia. p. 42.a
Pretium taxatum non habet latitudinē.
ibidem.
Pretia quæ habent latitudinem. p. 43.a
Pretium certum esse oportet. p. 44.a
Pretium iustum statum mercium sequi-
tur. p. 47.a
Pretium alias iustum an ex lucro cessan-
te augetur. p. 49.b
Pretium quomodo debet esse certum.
pag. 51.b.
Pretij quantitas non requiritur explica-
ri ut sit venditio valida. ibidem.
Pretium temporis dilatione aut anticipa-
tione non variatur. p. 52.a
Pretij plus referre ob dilationem aut an-
ticipationem temporis quando liceat
pag. 53.a
Pretij excedendi vel minuendi casus. pa-
gina. 53.a
Pretium ex presenti valore rei æstima-
tur. p. 65.a
Pretium ex rogata venditione augetur
ut ex vitæ nea minuitur. p. 65.a
Pretia rerum constituere cuius sit. ibidē.
Pretium in subhastatione quando iustum.
pag. 72.b
Principes obligare possunt ad crimen si-
cut & iudices iuste iudicando. p. 67.a
Principali non valent nec accessorium,
limitatur. p. 335.b
Præiudicij renunciatio quando non va-
let. p. 437.a
Prodigi iuramentum non firmat contra-
ctum alias nullum. p. 478.b
Prohibita quædam sunt non quia mala,
sed quia occasio mali. p.
Promissio quid sit. p. 22.b
Promissorum contractus quis sit. pa-
gina. 448.a
Promissionis contractus est quasi ambi-
guæ naturæ. p. 473.b
Promissor & stipulator opponuntur.
ibidem.
Promissio est inutilis nisi acceptetur. pa-
gina. 474.a
Promissio & pollicitatio, ut differunt. ibi-
dem.
Promissio simplex & promissio ex sti-
pulatione. p. 476.b

Promissionum & stipulationum mate-
ria quæ sit. p. 479.a
Promissa mala & male promissa ut disse-
rant & an sint seruanda. p. 480.b
Promittens in diem ut obligetur. pa-
gina. 488.b.
Promissiones variæ. ibidem.
Promissio facta ad certum locum sine si-
gnatione diei quam obligationem pa-
riat. p. 489.b.
Promissionis conditionalis effectus. pa-
gina. 490.a
Promissio sub tempore in genere quo-
modo intelligitur. p. 490.b
Promissio alia in specia alia in inditudo
p. 496.a.
Proxenetæ fallaces. p. 35.a
Publico bono priusquam priuato con-
sulendum. p. 206.b
Punitio delictorum quando dimittenda.
378.a
Pupillus aut excedens ætatem pupillari
quis dicatur. p. 477.a
Pupilli iuramentum contractû alias nul-
lum firmat. p. 478.b.
Pupillus & minor ut differunt. p. 486.a

R.

Rapta ad decuplum restituenda ex
Chrysolomo. p. 97.b
Recambia expilant nobiles. p. 221.b
Redditus ecclesiæ sunt locales. pa-
gina. 405.a.
Reges vnus ciuitatis primum fuerunt.
pag. 12.b
Reges secundum Deum decernere de-
bent. p. 155.a
Regnorum diuersitas quid sit. p. 220. a.
Regnorum diuersitas duplex. ibidem.
Regnorum sub Arabibus in Hispania di-
uersitas. ibidem. b
Relatiua secundum quosdam entia ratio
nis. p. 26.a
Relatiua quatenus talia non sunt contra-
ria. p. 26.b
Repraesentatio quid sit. p. 432.a.
Reipublicæ meliori modo quo possit cõ-
sulendum. p. 60.b
Res pab. facere intelligitur quod eius
præfecti faciunt. p. 212.b
Restitutio ad æqualitatem contractus re-
duct. p. 55.b

Resti-

I N D E X C O M P E N -
diosus omnium rerum & verbo-
rum insigniorum, quæ in hoc opere conti-
nentur ordine Alphabetico
dispositus.

A



A B I G E I qui sint. pa-
gina. 157. a.
Acceptatio quid sit. pa-
gina. 22. b.
Acceptatio quid sit. pa-
gina. 449. a.
Actio quid. pag. 18. a.
Actio & obligatio correlatiua ibidem.
Actio consequitur naturæ obligationē.
pag. 19. a.
Actio aliter à Philosophis quam à Iuri-
stis usurpatur. p. 20. b.
Actio & passio in omni contractu. pa-
gina. 26. b.
Actio prætoriana, redhibitoria, & propria.
pag. 79. a.
Actus potest esse bonus moraliter etiã
comitatus ignorantia. p. 542. a.
Aduocatus decipiens clientem non po-
test petere pretium patrocinij. pagina
487. b.
Æstimatio venditionem facit, vel forma-
lem vel implicitam. p. 384. a.
Æstimatio quando addit gradum obli-
gationis contractibus. p. 384. a.
Æthiopes Manicongi fideles. p. 152. b.
Æthiopes an iuste redigantur in serui-
tutem. p. 153. b.
Æthiopes à parentibus vel à rep. iuste
emuntur. p. 156. a.
Alienatio bonorum quibus criminibus
prohibetur. p. 513. a.
Animalia fera quæ sint. p. 164. a.
Animalibus domesticis correspondent
fera. ibid. b.
Animalia mansueta proniora in ferita-
tem quam è contra. ibidem.
Antitocinos Ciceroni quid. p. 243. a.
Apostoli cur solum ex euangelio legan-
tur visitasse non ex celebratione mis-
sarum. pag. 118. b.
Arabum sacinarum monilia. p. 181. a.
Argæ calicis consecratio est humani iu-

ris. pagina. 122. b.
Arbiter, & arbitrator, arbitrium & arbi-
tramentum, ut differant. p. 457. b.
Arbiter non potest pronunciare senten-
tiam diffinitiuam altera parte abse-
nti. pag. 458. a.
Arbitratores possunt, si volunt ordinem
iudicarium obseruare. ibidem. & pa-
gina. 461. b.
Arbitramentum dolosum, ut & cõpro-
missum retractanda. ibidem. b.
Arbitrorum iudiciū excedenti formam
compromissi quãdo valeat. p. 459. a.
Arbitraria sententia an admittat appel-
lationem. pag. 460. b.
Arbiter & arbitrator tenentur iuramentū
de recte arbitrando implere. p. 462. a.
Arbiter lædens, ex proposito lædit. ibid.
Arbitrarium iudicium quibus vitatur.
ibidem. b.
Arbitri qui sint eligendi. p. 465. b.
Arbiter est disceptator causæ non tamē
arbitrator. p. 466. a.
Arra & arrabo venditionum. p. 88. b.
Arram non perdit emptor si venditio sit
nulla. p. 89. a.
Assurationis cõtractus est bon⁹ ex ge-
nere & vitiat ex circumstancijs. p. 448. a.
Assurationis contractus quis sit. pa-
gina. 447. b.
Atraueffar la mercaderia quid sit. pa-
gina. 74. b.
Aurum medicinale est. p. 180. b.
Aureus numus bifariam cõsideratur. pa-
gina. 183. a.

B

Baptismus paruulos sine merito iu-
stificat per Christi merita. p. 502. a.
Baptisimū suscipiens muneribus in-
ductus, illum non vitiat. p. 547. b.
Bellum iustum quale. p. 152. a.
Beneficia tribus distinguntur, electione
collatione possessione. p. 129. a.
Beneficium indigniori conferre ob con-
sanguinitatem vel &c. non est verè si-

INDEX

nia. p. 131.a.
 Beneficia ecclesiastica quantum ad temporalia an papa possit vendere. pag. 136.a. & sequent.
 Beneficiorum diuisio. p. 138.a.
 Beneficium resignare an teneatur qui se finxit idoneum. p. 141.a.
 Beneficium an possit retinere in conscientia hæreticus mentalis. ibidem. b.
 Beneficia hæreticorum ipso iure vacat. ibidem.
 Bonum publicum priuato præferendū. pag. 75.a.
 Bonum sequens ex malo ipsum non iustificat nec malum sequens ex bono ipsum damnat. p. 15.b.
 Bullæ religionum confraternitatis. pag. 123.b.
 Bullis satisfactiones sanctorum cōmuni cari non tamen vendi possunt. ibidē.

C

Cambium qua ratione sit licitum. pag. 32.a.
 Cambire & campfire quid. pagina. 174.b.
 Cambium duplex, & iterum duplex. pag. 186.b.
 Cambia feriarum & an cambia sint mutuum. p. 187.a. b.
 Cambia sicca seu ficta. p. 188.b.
 Cambia sicca contra iustitiam. p. 189.a.
 Cambium nec temporis nec loci distantia exigat, nisi per literas. p. 189.b.
 Cambiorum excessus iniustus mercatoris tenentur restituere. p. 190.a.
 Cambia minuta quæ causa iustificet. pagina. 192.a.
 Cambium non est venditio pecuniæ. ibidem. b.
 Cambia antiqua præsentibus synceriora. p. 193.a.
 Cambium non est venditio vel emptio pecuniæ. p. 194.b.
 Cambium reale non est mutuum. pagina. 195.a.
 Campfor propter industriam refert lucrum. p. 196.b.
 Cambio reali propter æstimationem factoria in sunt. p. 215.a.
 Campforum monopolium. ibidem.
 Cambia oportet esse non coacta. ibidem. b.
 Cambiorum realium triplex forma. ibidē.

Cambium ad literas visas mēsurat inter esse cambij in diem. p. 216.a.
 Cambia in diem duplicia. p. 217.a.
 Campforiæ artis ad cambia realia factio gemina. ibidem. b.
 Campforis ministeria digna sunt mercede non vsurarij. p. 218.a.
 Cambia nundinarum, & ex nundinis ad loca sine nundinis. ibidem. b.
 Cambia eiusdem loci vsuraria. ibidem.
 Cambiorum realium conditiones. pagina. 219.a.
 Cambia sicca, & non spontanea falsa cābia cambia immoderata iniusta. ibidē.
 Cambia realia intra idem regnū ex suo genere licita sunt. ibidem.
 Cambia extra vel intra regnū celebrata diuersam sortiuntur rationē. p. 220.a.
 Cambia realia non prohibentur à papa. pag. 222.b.
 Cambia sicca triplicia. p. 224.b.
 Candidatorum mos antiquus in petendis publicis muneribus. p. 112.a.
 Canonicis nefas est aliquid propter receptionem accipere. p. 128.b.
 Canonicis nouè receptis & grossa, & quotidianæ distributiones debentur. pag. 130.a.
 Caritas venalium vnde processit in Hispania. p. 190.a.
 Casus fortuitus quis sit. p. 394.a.
 Casus fortuitus si accidat cui sit proficuus cuiue damnosus. p. 403.a.
 Casum fortuitum an in se suscipiat, qui suscipit in se periculum. p. 415.a.
 Casus fortuiti & periculi ratio diuersa. ibidem.
 Casus fortuitus nō est qui præiudici potest. ibidem. b.
 Causa per accidens quomodo operatur. pag. 204.b.
 Causis per se aucta causa augetur effectus nisi impediatur, in causis per accidens non item. p. 205.a.
 Causa non secuta quæ ob causam datur non repetuntur. p. 533.b.
 Causa impulsiva & finalis. p. 537.a.
 Causa falsa non nunquam excogitatur ab ipso leg ante. p. 537.b.
 Causa motiua falsa ad donandum non vitiat donationem. p. 539.b.
 Censuræ perpetuus redimibilis, quid sit. pag. 22.b.
 Censualis & redditus censualis quis. pagina.

ALPHABETICVS

Trasactio in criminibus priuatis. p. 452.b.
 Transactio licita est in conscientia. p. 454.b.
 Transactiones subeunt legem compromissorum. p. 460.a.

V

Vas & vadimonium quid denotent. pag. 434.a.
 Velleiano an possit mulier renunciare. pag. 436.b.
 Venari in locis prohibitis an liceat. pagina. 160.b.
 Venatio iniuste potest prohiberi. p. 161.a.
 Venatio aliquando iniuste prohibet. pagina. 162.a.
 Venditio & emptio quid sint. p. 28.a.
 Venditio & permutatio an sint idem contractus. p. 28.b. & seq.
 Venditio simpliciter & secundum quid. pag. 30.a.
 Venditio iusta & iniusta. ibid. b.
 Venalia tripliciter se habent. p. 33.a.
 Vendibilia tantum valent quantum vendi possunt. p. 40.a.
 Vendere num licet frumenta vitiosa tempore famis. p. 41.a.
 Vendi multis pretijs res vna quando nō potest. p. 44.a.
 Vendi futura quomodo possint. p. 44.a.
 Vendi potest quod est & quod non est. pag. 47.a. & p. 48.a.
 Vendendo rem non extantem quando sit contractus virtualiter. p. 48.b.
 Venditio vel emptio lucratia iniusta est. p. 50.a.
 Venditio potest esse inculpabilis & emptio inculpata. p. 70.b.
 Venditio inter quas personas non possit celebrari. p. 71.a.
 Vendens solus ex regis autoritate quis potest. p. 75.a.
 Vendere quis possit cogi. p. 75.b.
 Venalium triplex vitium. p. 78.a.
 Venalium vitia quando non sunt necessario detegenda. p. 80.a. & p. 82.b.
 Venalium vitia dupliciter occultantur. pag. 85.b.
 Venditor quando sit in mora. p. 88.a.
 Venditio quādo perfecta. ibid. & p. 91.a.
 Vendibilia quæ pendēt ex gustu nisi gustentur non absoluūt suam venditionem. p. 89.b.
 Venditor & emptore simul in mora existentibus vtri ascribendum rei periculum. p. 91.b.

Venditio alieni quando sit valida. p. 92.b.
 Venditio ex autoritate publica vel priuata. p. 93.a.
 Venditio & emptio sunt actus exteriores. p. 94.b.
 Venditor quando teneatur sanam facere rem venditam emptoris. p. 95.a.
 Venditā rem tradere bifariā sit. p. 95.a.
 Venditio translatione dominij indiget. pag. 95.b.
 Venditioni plus officit occultatio alieni, quam vitij. p. 97.a.
 Vendere pro integro quid sit. p. 101.b.
 Vedita re an vedatur ei annexa. p. 103.a.
 Venditam rem consequitur quod illi accedit vel coheret & cum illa eius annexa cōuenduntur. p. 104.a. b.
 Vendere officia publica an liceat & quæ sit huius rei causa. p. 111.a. b.
 Vendibile per se & non vendibile per accidens. p. 113.a.
 Venditio culpata & emptio inculpata, vel e contra esse potest. p. 155.b.
 Vendere indifferentia quibus est abusus emens nō est culpabile. p. 169.a.
 Vendens non tenetur indagare ementis animum. p. 169.b.
 Venditio vitiosa ex loco. ibidem.
 Venditio ex parte temporis sacri viciatur. p. 171.b.
 Venditionem vt iustificet dilatio aut anticipatio. p. 244.a.
 Venditium in diem carius, quam numerata pecunia rationes. ibidem. b. & pag. 267.a.
 Vendita in diem cur auget pretium, mutua non item. 245.a.
 Venditionis anticipatio quando fit sine crimine vsuræ. ibidem.
 Vendi potest res quæ non est. p. 246.a.
 Venditionis anticipatio iustificatur ex verisimili dubio. p. 246.b.
 Venditionis lanarum anticipatæ differitur cōmunis sententia. p. 246.b.
 Vendi quare tempus non possit. p. 268.a.
 Venditionis contractus non exigit ad suam essentiam fideiusionem aut pignus. p. 308.a.
 Venialia peccata charitatem remouantur. pag. 510.b.
 Vitalitij contractus an sit iustus. p. 326.a.
 Vitalitij contractus cōditiones. p. 327.b.
 Vitalitium esse iustum quæ rationes probent. p. 328.b.

Vita.

ALPHABETICVS

- Vitalitium simile locationi. *ibidem.*
 Vita aeterna quomodo donatur & promeretur. p. 502. b.
 Viuentia non viuētibus digniora. p. 30. b.
 Voluntarium simpliciter aliquando est voluntarium secundum quid. p. 17. b.
 Votum non est permutatio. p. 179. a.
 Votū fieri potest inter absentes. p. 474. b.
 Vsuras esse p se malas obscurū est. p. 13. b.
 Vsurariae artis principiū & finis. p. 186. b.
 Vsuram nō semper parit temporis dilatio. p. 207. b.
 Vsurarius pro studio rei hypothecatae impenso lucrum referre pōt. p. 112. b.
 Vsurā quid sit. p. 227. b. & seq.
 Vsurā diuisio. *ibidem.*
 Vsurā lucratoria, recompenfatoria, & punitoria. p. 228. a.
 Vsurā secundum Melanctonem definitio. *ibid.* b.
 Vsurā trilateralis, quadrantal, beseis, centesima. p. 229. b.
 Vsurā nautica quā. p. 230. a.
 Vsurā sunt contra legē diuinam. *ibid.* b.
 Vsurā ex sola opinione de retributione. pag. 233. a.
 Vsurā est vel propter usum, vel propter beneficium mutui. *ibid.* b.
 Vsurā diuisio secundū Molineum. *ibid.*
 Vsurā cōtra iustitiā & charitatē. p. 234. a.
 Vsurā quid intendat. *ibidem.* b.
 Vsurā aliquando nō est recipere aliquid ultra fortem. p. 238. a.
 Vsurā mentalis obseruanda. *ibid.* b.
 Vsurā leuior furto. p. 242. a.
 Vsurā centesima. *ibidem.* b.
 Vsurā iure cōmuni permissa. p. 243. a.
 Vsurarij clerici quib⁹ penis plectunt. *ib.* b.
 Vsurā est dilationem aut anticipationē vendere. p. 244. a.
 Vsurarius ex quasi contractu restituere tenetur. p. 332. a.
 Vsurariae accessionis non transfertur dominium. p. 333. b.
 Vsurarius quādo restituere tenetur. *ibid.*
 Vsurarius est dominus luccivsurarij rerū consumptibilium. *ibid.* b.
 Vsurarius cur tenetur idem numero restituere. p. 335. a.
 Vsurarius contractus an sit ex se validus. *ibidem.*
 Vsuras promittens quid intendere debeat. p. 337.
 Vsurarius contractus quare sit nullus. pagina. 338. b.
 Vsurarius contractus semper fit ex necessitate urgente. 339. a.
 Vsurarius dominus est possessionum pecunia vsuraria acquiriturum. pag. 342. a. & 344. b.
 Vsurarij bona obnoxia restitutioni. pagina. 342. a.
 Vsurarij haeredes an teneantur restituere. *ibidem.* b. & p. 344. b.
 Vsurarius an possit aliquid emere ex pecunia foenebrida. 345. a.
 Vsurarius mentalis cui restituet. p. 346. b.
 Vsurario donare aut mutnare quando liceat. p. 352. a.
 Vsurarum proxenetę an peccent. *ibid.* b.
 Vsurarij familia an iustē vicē tēt de bonis vsurarijs. p. 354. a.
 Vsurāe aliquatenus Romanis permissa. pag. 356. b.
 Vsurarij iudę an sint culpabiles. p. 375. a.
 Vsurarius Deo dispensante non peccaret. p. 359. a.
 Vsurā est misti fori. p. 374. b.
 Vsurā Iudęorū an fuerit crimen. p. 377. a.
 Vsurā nullo modo permittenda. *ibid.* b.
 Vsurā in legibus vsurpatur pro vsu fructu. p. 421. b.
 Vxor non potest contrahere sine cōsensu viri. p. 437. b.
 Vxor is iuramentum de non requirendo assensu mariti in contractu non valet. *ibidem.*
 Vxor an iubente viro possit se obligare, & teneatur negotiari. p. 438. a. b.
 Vxor quibus est æqualis aut inferior viro. *ibidem.*

Z

 Zachæus restituendo quadruplum opus fecit consilij. p. 97. b.

FINIS TABVLÆ.

